



THOMAS WYLLIAMS  
DEPUTY PRINTER  
OF THE  
STATE

MS  
24897



1043  
79-217

Es libris Antonii a' Viadera et Surreu,  
Juris Civilis Licentiatu.

*De' test.*  
2

215-



*Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly a signature or header.*



Ms 52259 / f. 52315

29898

# SINGVLARIS

## ET EXCELLENTISSIMA

### PRACTICA CRIMINALIS CANONICA

Excommunicationis, Irregularitatis, Suspensionis, Degradationis, Dispensationis materiam: in vtroque foro frequentissimam

Complectens. Qua omnia ferè crimina, quæ tam à clericis, quàm à laycis, ad Ecclesiastica ordinaria, & sanctæ Inquisitionis spectantia tribunalia, cum eorum pœnis, & reorum defensionibus describuntur.

### NOVISSIME RECOGNITA, DVODECIM CAPITIBVS

auctâ, amplissimis Scholijs locupletata, quibus vltra iuris cômunis sanctiones, propè infinita decreta antiquissimorum Conciliorum catholicæ Ecclesiæ & sacrosancti Tridentini, nec nô nouissimorum Romanorum Pontificum constitutiones (quas motus proprios appellant) simulque diuersarum Prouinciarum & Diœcesum statuta municipalia interpretantur.

*A DOCTORE IGNATIO LOPEZ DE SALZEDO IN  
inclita Academia Complutensi toto orbe celebratissima iuris Pontificij publico primarioque professore.*

### ACCESSERVNT ETIAM HVIC EDITIONI;

ægregia Responso Cardinalium, qui Concilij Tridentini interpretationi præfunt, quæ mirè ad hanc Canonicam Practicam desiderabantur, aptissimè constituta.

## CVM INDICE CAPITVLORVM,

& materiarum locupletissimo.

*OPVS PRO FECTO OMNIBVS IVRIS PONTIFICII,  
& Casares Professoribus, iudicibus, aduocatis, causidicis, ceterisque in foro versantibus, non solum utile, sed necessarium.*

## COMPLVTI.

Excudebat Ioannes Gracian Typographus.

Anno. 1587.

Cum priuilegio Regio.

STINGULARIA

ET EX LIBRARIIS

PRACITICIS AGRICULTURIS

EXCERPTIS

CONSTITUTIONIS

QUAM ALEXANDER

IMPERATOR

IN

NOVEMBRI

ANNO

MDCCCLXXXIII

IN

LIBRARIIS

ET

EX

LIBRARIIS

PRACITICIS

AGRICULTURIS

EXCERPTIS

CONSTITUTIONIS

QUAM ALEXANDER

IMPERATOR

IN

NOVEMBRI

ANNO

MDCCCLXXXIII

IN

LIBRARIIS

ET

EX

LIBRARIIS

**P**OR quanto por parte de vos el Doctor Inigo Lopez de Salzedo Cathedatico de prima de Canones en la vniuersidad de la villa de Alcalá de Henares, nos fue fecha relación que con licencia nuestra auia des impresso ciertas adiciones, y anotaciones que auia des hecho, a la practica criminal canonica que auia cópueste don Iuan Bernardo Diaz de Lugo, obispo que fue de Calahorra, y porque las impressiones que dela dicha obra se auian hecho, se auian gastado, y auia mucha falta del dicho libro, por ser como era tan neccesario, y por no auer otro que tratasse del argumento, y materia del por ser muy ampla, y el dicho libro muy pequeño, con mucho mayor trabajo y diligencia que antes le auia des añadido, y era el que presenta uades: de tal manera que agora parecia, que tendria las materias muy importantes ala dicha practica que hasta aquí auia faltado, y nos suplicastes fuessemos seruido, daros licencia para lo poder imprimir, y priuilegio para que otra ninguna persona no le pudiessé imprimir, como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro, se ha hecho la diligencia, que la pragmática por nos sobre ello fecha dispone, fue acordado que acuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, e yo tuuelo por bien, y por la presente por vos hazer bien y merced, vos damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, q̄ corrá y se cuente desde el dia dela data desta nuestra cedula en adelante, vos o la persona que vuestro poder uuiere, podays hazer imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mencion. Y damos licencia y facultad a qualquier impresor destos nuestros reynos, que vos nombrares, para q̄ por esta vez lo pueda imprimir, con q̄ despues de impresso, antes q̄ se véda la traygays ante los del nuestro consejo juntamente con el original, q̄ va rubricado, y firmado al cabo de Miguel de Ondarça caualá nuestro escriuano de camara, de los q̄ en el nuestro consejo residé, para q̄ se vea si la dicha impressión esta conforme a el, y traygays fe en publica forma, en como por corrector nombrado por nuestro mandado, se vio y corrigio la dicha impressión, con el original y se imprimio conforme a el: y que así mismo impressas las erratas por el apútadas para cada vn libro de los que así fueren impressos. Y se os tasse el precio de lo q̄ cada volumé uieredes de auer, y mandamos q̄ dutáte el dicho tiempo, persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender, so pena que el que lo hiziere aya perdido y pierda todos y qualesquier libros. y aparejos q̄ tuuiere, e incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez q̄ lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia parte para el denunciador, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para mi camara. Y mando a los del nuestro consejo, Presidentes y oydores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles de la nuestra casa y corte, y chancillerias, y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares, de todos nuestros reynos y señorios, así a los que agora son como a los q̄ seran de aquí a delante, que vos guarden y cumplán esta nuestra cedula y merced que así vos hazemos, y contra su tenor y forma, no vayan ni passen, ni consientán yr ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en san Lorenzo, a tres dias del mes de Octubre de mil y quinientos y ochenta y siete años.

Y O EL REY.

*Por mandado del Rey nuestro señor.*

Iuan Vazquez.

**Y**O Miguel de Ondarça caualá, secretario de camara del Rey nuestro señor, de los que residen en su Consejo, doy fe que auiendo se visto por los señores del dicho Consejo vn libro que en el presente, el Doctor Inigo Lopez de Salzedo, cathedatico de prima en la facultad de Canones, de la vniuersidad de la villa de Alcalá de Henares, intitulado adiciones y Anotaciones, a la practica criminal Canonica de don Iuan Bernardo Diaz de Lugo, obispo que fue de Calahorra fue tassado a tres marauedis cada pliego, y mandaron que esta tasa se ponga al principio de cada libro, y que no se venda sin ella, y que no se venda a mas precio, y para que conste dello, di la presente. Fecha en Madrid a seys dias del mes de Octubre de mil y quinientos y ochenta y siete años.

*Miguel de Ondarça caualá.*



A D D O M I N V M M A R  
T I N V M A C O R D V B A.



V L T A ac magna esse videntur, Amplissime vir, omni virtu-  
tum genere ornatissime, quę meum animum impulerant, vt pra-  
eticam hanc criminalem Canonicam, quam iam diu pepererã,  
tibi dicarem, ac consecratam relinquerem. Nam si mihi deligen-  
dus erat, qui maiorum suorum antiquas imagines propria nobi-  
litate expressisset, parentumque honestatem bonis moribus cõ-  
decorasset, vt hoc meum munus ob publicam vtilitatẽ editum,  
à detractantium morsibus acriter tueretur, quod firmius præsi-  
dium, te ipso assumere possem, qui sanguine clarus, moribus insignis, prudentia excel-  
lens existis. Habes profecto quorum expressa vestigia sequaris, sed maximè magnani-  
mi parentis tui Andree Ponce de Leon, quem propter generis claritatem, singularem  
prudentiam, & miram eruditionem, Philippus noster potentissimus, & Christianissi-  
mus Hispaniarum Rex huius nominis secundus, post plures Regios magistratus, ad su-  
preum eius iustitię & rerum status consilium merito promouit. Vbi tot signa inter-  
næ virtutis, sapientię, & ceterorum omnium, quę hominem perfectum & cõsumatum  
efficiunt, ita clarè & aperte mōstrauit, vt superuacaneū esset ea recensere. Hoc vnū silē-  
tio non contegam, quòd immortalis eius memoria non solum per totam Hispaniam  
feminata fuit, verum vniuersa Italia, dum summum Regium magistratum Neapolim do-  
minatum suum nomen iustitia, & equitate illustratum, mira cõsensione coluit. Et nunc  
profusis lacrymis totam rempublicam eius obitum deplorantem videremus, nisi te fra-  
tremque tuum Andream Ponce de Leon parentis nomine dignum, Cathedram Sexti  
libri Decretalium foeliciter moderantem, in Complutensi Academia intueretur, quorū  
patrocinio diu salua, & incolumis consistit. Quemadmodum existimat hic noster liber  
se tanto patrono in publicum posse prodire. Eum igitur accipe vir multis nominibus  
ornatissime, quem propter tuam erga me benevolentiam maximis beneficijs coniu-  
ctam, magis debitum, quãdicatum esse proculdubio credito. Vale.

## DENUNCIATIO.

## CAPVT I.



ORAM  
vobis Do  
mino N.  
Officiali ac  
Vicario ge  
nerali, ego  
N. presby  
ter promo  
tor seu fis

calis curiæ vestræ, denuncio quòd Coluberius & Serpelion dicecesis huius originarij, in ea domicilium habentes, & beneficia, graua & plura perpetrarunt facinora. Cum enim laici essent, sine ordinibus ministrare, ac celebrare sunt ausi. Tandem verò excommunicati, illegitimi, rebaptizati, bigami, serui sine dominorum suorum licetia, & illiterati, & post peractam pœnitentiam solennè, per saltum, furtiuè, extra tempora, & ante ætatem debitam, & ab alieno Episcopo, ac simoniaco, excommunicatoque, hæretico, & à collatione ordinum suspensio, & qui episcopatu renunciauerat, ad sacros ordines sunt promoti, ac suspensionis, excommunicationis, ac interdicti censura nodati, non ieiuni, ac in die sæpius, & sine aqua & igne, vel in pane fermentato, & calice ligneo, & super altari non consecrato, ac in priuatis locis sine licentia Episcopi celebrarunt, missamq; pro requie deiunctorum promulgatam, pro viujs celebrarunt hominibus, vt illi mortis incurrerent periculum, Eucharistiam ob ebrietatem ac voracitatem euouerunt, ac ob negligentiam ipsorum aliquid sanguinis stillauit in terra, &

in altari, aliquoties insuper celebrando corpus & sanguinem Domini non percipiebant, super rebus aptis ad faciendum sortilegia, & ad illum effectum tantum vnam, vel plures missas scienter celebrarunt, adhibitis nefarijs precibus, & verbis superstitiosis, in custodia Eucharistiæ desides. Commendatumq; sibi infirmum baptizare noluerunt: beneficia plura possident, quorum aliqua patres eorum nullo mediante possederunt, & in pluribus eorum intrusi sunt, viujs eorum possessoribus, & occasione laicæ recognitionis, non requisita Episcopi audientia, beneficia Ecclesiastica sibi præsumserunt vendicare, & in nullo beneficiorum resident, cumque parochiales Ecclesias habeant, intra annum non fuerunt promoti. Officium insuper diuinum, prout tenentur, non recitarunt. negociatores, ac alienæ rei conductores, proxenete illicitorum contractuum, laicorum ministri, ac in rebus eorum procuratores existentes, tabellionatus officium exercentes, ac leges & physicam audientes, villarum procuraciones suscipientes, ac Principum & sæcularium virorum iusticiarij, contra Ecclesias, à quibus beneficia obtinent, aduocati, vel procuratores extiterunt. Instituti hæredes rogati de restituendo hæreditatem incapaci, tacitam fidem dederunt. Calumniatores, maledici, venatores, ioculatores, goliardi, seu buffones. Carnificum seu macellariorum, aut tabernariorum officium publicè & personaliter exercentes. Aleatores, ac bona Ecclesiæ dilapidantes: publicis spectaculis,

## 2 Practica criminalis Canonica.

ac clandestinis nuptijs interessentes, nuptias secundas benedicentes, virgatis ac partitis & alijs prohibitis vestibus publicè vtentes, ac comã nutriendos siue relaxantes, ebrijs, fornicarijs, concubinarijs, ac matrimonium de facto contrahentes. Monialibus & spiritualibus filiabus se commiscuentes: stupri, incæstus, adulterij, ac criminis nefandi rei, sacrilegi, vsurarij, à manifestis vsurarijs oblationes recipientes, eosque Ecclesiasticæ sepulturæ tradentes, fures, simoniaci, periuri, ac falsi testimonij rei, homicidæ, venefici, parricidæ, & per assassinos alios interfici mandantes, truncationesque membrorum per se facientes seu iudicantes, duellu alijs spontè offerentes, seu oblatu suscipientes, naues ad pugnam gubernantes, & conflictum personaliter exercentes, aliosque ad pugnam incitantes, violentiæque illatores, litteras ad alios directas aperiētes, & aduersarijs ostendentes. Ecclesiasticos viros, vt sua resignent beneficia, ac ne citati ad curiam accedant, capientes. Incendiarij, ac raptorum & Ecclesiarum violatorum non satisficientium, sepulturis inter essentes, eorumque elemosynas recipientes, ac de eorum rapina participantes. Sortilegi, consulentesque aruspices, incantatores, ariolos, augures, sortilegos, ac eos qui artem magicam profitentur, & peccatores, qui sibi confessi fuerunt, signo, aut verbo, prodentes, blasphemii, apostatæ, schismatici, hæretici, ac hæreticis receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum Ecclesiastica adhibentes Sacramenta, ac eos Christianæ sepulturæ tradentes, & eorum elemosynas ac oblationes reci-

pientes. Falsarij, conspiratores, ac læsæ maiestatis rei, seque de suis criminibus gloriantes. Quare peto, præmissorum habita informatione summaria, eos citari personaliter, aut capi, ab Ecclesijs, ad quas confugerunt extrahi, incarcerari, tortura siue iuramento præmissis interrogari: confessionibus proprijs, aut testibus conuictos ab ingressu Ecclesiæ interdici, suspendi, beneficijs priuari, ac bonorum publicatione puniri, verberari, in exilium mitti, deponi, ac in arctum monasterium detrudi, in perpetuum carcerè damnari, ac exigentibus culpis, aut data incorrigibilitate degradari, ac sæculari curiæ tradi, pœnisve alijs pecuniarijs, vel corporalibus, canonicis, vel synodalibus, consuetudinarijs, siue arbitrarijs puniri, aliquo lapsu temporis non obstante. Deficiente verò legitima probatione, ob vulgatam infamiam, graue scandalum, vehementem suspicionem ex testium dictis obortam illis purgationem iudici, in qua si defecerint, vt conuictos puniri. Si verò capi non potuerint, absentes eos pœnis damnari cōdignis. Pro quibus omnibus, ac in necessarijs eorum, vestrum imploro officium, ac expensas protestor, & peto.

### Coram vobis Domino N.

#### C A P V T II.

- 1 Denunciationes coram iudice fieri expedit.
  - 2 Tabellionum corruptus animus delictorum correctionem impedit.
- Quo-



fuerit ab ipso, vel ab iudicibus sui senatus, qui semper floret viris integerrimis, & omni laude dignissimis.

Et multa contra tabelliones & Notarios tradit Ripa in.l. Centurio.num.83.ff. de vulgar. Cagno. in.l. si librarius.num.2.ff. de regu. iur. Neuiza.conf.28.num.11.& 12.Iaf.conf.37.col.2.lib.4.Iacob. Menoch.conf.38.num.138.vol.1. & Antonius Tessara peculiari libello, cui titulum fecit de erroribus notariorum.

*Contra nonnullos receptores curiarum Ecclesiasticarum.*

Nec minus quã notarij impedire solent delictorũ condignã punitionẽ, nonnulli receptores Ecclesiasticarum curiarũ, qui sic iure optimo nuncupãtur, cũ receptores sint munerum, & delinquentiũ receptatores, nec non fabricatores iniquitatum: canes sunt ferarum, & ciuium deuoratores. Qui muneribus & donis corrupti, facinorosos homines, & publicos peccatores tuentur, & probos & bonis moribus imbutos, si nihil eis tribuunt. Infamant, & persequuntur. Quod si crimen aliquod, antequã ad iudicis aures perueniat, ipsi nouerint: sæpenuerò illius causam de plano iudicant, & non sine plena manu. In reorum informationibus innumera crimina perpetrare solent: nam aliquando testes in suũ fauorem deponentes, longe repellunt asseuerantes, illud omittendũ esse, quousque pro illis ferant testimonium. Si verò nullam culpam inueniunt, vt salarium itineris reportent, ex capite in testium depositionibus asseuerant, scandalũ saltem ortum fuisse: ex obiecto crimine, quasi hoc alicuius foret momenti, non probata legitima causa scandalũ, præsertim apud optimos iudi-

ces, & Deum timentes. Inquirunt isti aliena crimina, cum ipsi grauissimis celeribus irriti sint. Quibus illud Salustij obijci potest. *Qui in aliterum dicere paratus est, vitio carere debet.* Et vt egregiẽ cecinit ille.

*Tollere festucam, si vis de fratris oculo, Quæ tua cõturbat, lumina tolle trabẽ.*

Et Horatius:

*Cum tua peruideas oculis mala, lippus inuitis,*

*Cur in amicorũ vitijs tã cernis acutũ.*

Tẽpus æquidẽ mihi deficeret, si sigillatim omnes ipsorũ iniquitates recenserẽ. Censeo Christianæ reipublicæ vtilissimũ fore, vt istis hominibus ab Ecclesiasticis tribunalibus expulsis, testes in criminalibus causis, præsertim grauioribus coram iudicibus examinarentur, quod iuri communi consonũ est. Apud eloquentissimũ. C. de fidei instr. tradit latẽ Calagur. Episcop. reg. 757. vbi ipse annotauit, Iacob. Menoch. in tract. de recup. possess. 15. remed. q. 26. n. 336. & latissimẽ doctissimũ Auend. de exequed. mand. Regũ. 2. par. c. 17. vbi regulã istam, cũ vñdecim limitationibus constituit. Vel oporteret, quod in singulis tribunalibus, vnus vel duo clerici viri probi, & integerrimi ad munus, hoc assignato cõpetenti salario eligerẽtur, qui cum alijs curiæ officialibus debito tempore sindicarentur. Nec diẽta mala medẽtur, si testium examen (prout nunc fit) priuatis locorum clericis committatur: nã cum ex proprio munere hoc illis non incumbat, negligentissimẽ in his se gerũt, quia frequentissimẽ ipsis absentibus, & prorsus ignorantibus, testes ab rectoribus examinantur: nec iudice commissiõis opus est, nisi ad solã subscriptionem factæ informationis.

## Officiali, ac Vicario generali.

### CAPVT, III.

- 1 *Differentia sit ne aliqua inter Officialem vel Vicarium.*
- 2 *Officialis vt corrigere & punire crimina possit, potestas expressa sibi est committenda.*
- 3 *Officialis ex generali mandato potest inquirere.*
- 4 *Compositio officialis Episcopi, facta super crimine, an Episcopo praeiudicet.*
- 5 *Antiquo iure de diaconorum causis tres Episcopi cognoscebant, de causis vero presbyterorum sex.*
- 6 *Episcopi vel eorum officiales per se hodie de consuetudine de clericorum causis criminalibus cognoscunt.*
- 7 *Solennitas, quae hodie ex Tridentino concilio in clericorum degradatione obseruanda est.*

**I** duo termini Officialis ac Vicarius, inter se differunt, vt notat Gulielmus in Clemen. i. de offic. vicar. quem refert Federic. d: Senis in concil. 302. incip. Reuerende pater dicitur in iure. in col. fi. Nam quicquid potest officialis, potest & Vicarius, sed non conuertitur: & Officialis non habet potestatem circa actus spirituales extraiudiciales, quia illud pertinet ad Vicarium in spiritualibus, & Vicarius potest punire & corrigere, non tamen Officialis. Quando autem Episcopus vnum solum Vicarium constituit, credit Feder. vbi supra, quod transit in eum, quicquid transit in officialem, & quicquid transire potuit in Vicarium in spiritualibus. Ioan. And. tamen in ad-

dit. ad specul. in Rub. de officio Vicarij, dicit quod ista vocabula sunt synonyma, & sic idem est dicere Officialis, quod Vicarius, & quod dimittenda est ista diuersitas vocabulorum consuetudinibus patriae, quem refert Barbat. in Clemen. Et si principalis de rescript. in. i. col. qui dicit, quod ista opinio Ioan. Andr. videtur verior, & sic quod nulla sit differentia in effectu, sed solum in nomine, reiecta opinione Guliel. vbi supra, qui nititur facere differentiam inter ea, quae sunt gratiae, & iustitiae & iurisdictionis voluntariae, prout latius ipse refert. Praeter alia autem, quae in his, qui creandi sunt Officiales adesse debent, tanquam quibus totius diocesis moderatio, ac regimen committenda sunt, aut saltem committi solent (licet verius ij coadiutores, non vero excusatores Episcoporum esse deberent) vt crimina corrigere & punire possent, poenamque depositionis infligere, non sufficit quod solum aliquis in Officialē creetur, sed requiritur quod sibi expressē praedicta committantur, vt sanxit Bonifacius huius nominis Pontifex. 8. in cap. licet, de officio Vicar. lib. 6. Sufficeret etiam iuxta glos. ibi, quod expressis aliquibus casibus ex requirentibus speciale mandatum, cetera sub generali clausula committerentur. Aduerte tamen quod talis officialis ex generali mandato posset inquirere, vt notant Ioan. Moñ. Lopus, & Domin. contra Ioan. And. ibi, & vide notabile verbum in ista materia per Marian. in. c. Qualiter. lo. 2. de accusa. quest. 5. artic. 13. quod refert Felin. in capit. Non potest de re iudica. in. 4. col. vbi dicit, quod licet Vicarius Episcopi ex generali mandato

dato non potest punire, tamē sicut potest inquirere, vt supra, ita posset inquisitū absoluerē absque alia relatione ad superiorē: & dicitur facta inquisitio & absolutio ex potestate ordinaria Vicarij, quę nō impeditur, per. d. c. licet. quod dicit dictū peregrinū, & nunquā obliuiscendum. Et quāuis Ripa in. l. qui condēnare. in. 3. col. n. pen. ff. de re iud. referat hanc conclusionē Marian. & Felin. & dicat q̄ ista decisio nō videtur vera, quia Vicarius non prohibetur condēnare criminosos, fauore ipsorū delinquentium, sed defectu potestatis iurisdictionis. Vnde cū Vicarius careat potestate, nō videt quomodo possit absoluerē. Ego credo eorū opinionē esse verā interminis, in quibus ipsi loquūtur, quia dicunt, q̄ sicut permittitur Vicario facere inquisitionem ad effectū remittendi culpabiles inquisitos ad Episcopū, sequendo decis. Rotę. 66. in nouis. ita si post inquisitionē inuenerit eos innocētes, potest absoluerē. Nam in isto casu sentētia absolutoria Vicarij nō est à crimine, vnde nō operatur exceptionē rei iudicatę, ad quā pronuntiandā necessaria esset iurisdictionis, sed est solū absolutoria ab inquisitione per eū formata, ad quam sufficit eadē potestas, qua potuit inquisitionē formare, & eundē quē absoluit ad Episcopū remittere, si fuerat inuentus culpabilis. Et isto modo nō obstat regula negatiua. Quod qui non potest condēnare, nō potest absoluerē: in qua etiā videtur fundari Ripa, dū impugnat prædictos doctores. An autē quādo officialis Episcopi fecit expositionē pecuniariā super adulterio posset præiudicare Episcopo, quominus possit iterū cog-

noscere, & debita pœna Clericum criminosum punire: vide Paul. de Cast. cōf. 368. notandū in. 1. volu. 5 & si quisquā dubitauerit, cur tantorū ac tam grauiū criminū causas, corā solo officiali Episcopi tractādas, ac ab eo definiēdas proposuerim, cū antiqua iura Aegatensium & Carthaginensium conciliorum statuerint, diaconum à tribus Episcopis vicinis, presbyterum à sex, audiēdos esse, vt habetur in capit. Si quis tumidus. cum duobus seq. 15. q. 7. præcipuē, cum illa tria capitula intellexerit Archidiacon. ibi, in causa criminali, in qua proceditur ad depositionē, prout sunt in hac nostra denūciatione plura crimina depositione digna. Huic dubitationi satisfaciēdo dicimus, quod de cōsuetudine audiunt Episcopi per se, vel per Officiales suos causas criminales Clericorū suorū: vt notat Specu. tit. de accusatio. in. 9. 6 Quarto loco: cuius meminerunt Ioan. And. & Dom. Philip. in. c. degradatio, de pœnis. lib. 6. Vnde solus Episcopus sine numero aliorum Episcoporū potest Clericū verbaliter deponere. vt notāt ibi, Domi. & Philip. In criminibus autem illis, in quibus procedendū est ad actualē degradationē, tunc adhibendus est numerus Episcoporū, de quo in dictis iuribus in examinatione & definitione causę, & ad pronuntiandā illam verbalem depositionē, quę debet præcedere actualē degradationē, vt notāt Domi. & Phil. in. d. c. degradatio. & scribitur in lib. Pōtif. fol. 203. col. 4. Hodie verò in Concil. Trident. 7 in. 3. ses. celebrata anno Domini 1551. canone. 4. statutū est, quod liceat Episcopo seu eius Vicario procedere in dictis criminibus etiam

etiam sine requisito numero Episcoporum: subrogatis tamē loco eorū totidem Abbatibus vel personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, prout habetur in decreto dicti cōcilij tenoris sequētis: Episcopo per se seu illius Vicarium in spiritualibus generalem cōtra Clericū in sacris etiā presbyteratus ordinibus constitutum, etiā ad illius condēnationem, nec nō verbalē depositionem, & per seipsum etiā ad actualem atq; solennē degradationē ab ipsis ordinibus & gradibus Ecclesiasticis in casibus, in quibus aliorū Episcoporum præsētia, in numero à Canonibus definito requiritur, etiā absq; illis procedere liceat, adhibitis tamē & in hoc sibi assistētibus totidē Abbatibus vsū mitræ & baculi ex priuilegio Apostolico habētibus, si in ciuitate aut diœcesi reperiri, & commodē interesse possint. Alioquin alijs personis in Ecclesiastica dignitate cōstitutis, quæ ætate graues, ac iuris scientia commendabiles existant.

## ANNO TATIO.

**A**Dde plura quæ de Officialis, nec nō Vicarij generalis iurisdictione, & potestate, quæ scribit Ab. in. c. si quis cōtr. n. 30. vbi Feli. & Doct. de foro cōp. Rot. deci. tit. de officio Vicarij in nou. vbi amplissima additio Syluest. in summ. in verbo, Vicarius. q. 4. Petrus Rebuff. in pract. benefic. 1. parte, tit. de Vicarijs Episcopo.

**A** *Punire & corrigere.* Est sanē peculiare munus Episcoporū, vel Vicariorū suorū generalium, subditorum crimina, & scelera punire, eorumq; vitia redarguere, & quod ab eis summē cauendū est, ne Clerici præ-

fertim curā habētes animarum, criminali sint, & inhonestam vitam agant, vel prauis & corruptis sint moribus. vt in Cōci. Trid. ses. 14. in proq. de refor. & ses. 6. c. 3. de reform. Iure igitur generalis hæc delictorū denūciatio, corā Vicario generali proponitur, cum ipse ex munere sibi cōmisso, puniendi & corrigēdi hæc crimina amplissimā iurisdictionē & potestātē habeāt. c. licet. c. refragabili. de officio ordinarij. c. de persona. 11. q. 3. Cōci. Trid. ses. 24. c. 20. de reforma. vbi interdictū est Decanis, seu Archidiaconis, vel alijs inferioribus iudicibus, criminales causas etiā visitādo iudicare. Quæ potestas & iurisdictione nō solū eis cōpetit aduersus clericos (quos sæculares appellamus) verū cōtra regulares, si extra claustrū vitā agentes, delictum aliquod fuerint perpetrati. Cōci. Tri. ses. 6. c. 3. de reform. nec iuuari possunt Clerici, ad effugiendā hæc ordinariam iurisdictionē, sub prætextu immunitatis, aut exēptionis, nō obstantibus quibuscunq; consuetudinibus, aut cōcordijs etiā iuramento confirmatis. vt in. d. cōcil. ses. 14. c. 4. de refor. Imò ad defendendā suam iurisdictionē procedere possunt ordinarij, cōtra eā turbantes & impediētes, etiā si fuerint exēpti, vt egregiē scribit Innoc. in c. dilectus. de pœnis. quæ sequitur Step. Aufrer. in tract. de potest. secular. super Eccles. personas. n. 23. Ioan. Rojas, Valētinus Inquisitor in tract. de hæreticis. 1. p. nu. 555. cū sequenti asseuerans, qd cum ipse esset Episcopatus Pāpilon. Vicarius generalis, ita in forensibus cōtrouerijs obtinuit, cōtra Canonicos regulares illius Ecclesie, & contra quosdā monachos diui Bernardi.



nardi. Ipse quoq; Inno. singulare sententiam receptam vidi contra moniales exēptas, quę mulierem nuptam, intra claustra monasterij iniuste detinebant: & hac ratione, iustissime iudex ordinarius contra ipsas censuris Ecclesiasticis processit: quousque mulier ipsa, marito fuit restituta, idemque in similibus casibus erit obseruandum.

Nec possunt Clerici, aut laici, in criminibus mixti fori, fugere ab hac ordinaria Ecclesiastica iurisdictione, etiam si allegent se habere certos & peculiare iudices, per literas (quas conseruatorias nuncupant) vt eos a molestiis & iniuriis defendat (vt moris est) dictę nēpē literę, cū quibuscūq; clausulis, aut decretis nullius momenti sunt. Cōci. Trid. ses. 14. c. 5. de refor. Excipiuntur tamē generales Vniuersitates, seu Collegia Doctorū, vel Scholasticorū, vel regularia loca, aut hospitalia actu hospitalitatē obseruātia: quorum personę suis priuilegiis & exemptionibus, circa iurisdictionem suorum iudicum conseruatorum, frui minimē prohibētur.

Sed dubium egregium, & in praxi frequentissimum, nec alienum a nostro instituto se offert, vtrum dicti cōseruatores Vniuersitatum, vel religiosorum, aut piorum locorum, possint de omnibus causis, cuiuscunque conditionis cognoscere, & dubium facit Innocentij Quarti Pontificis Maximi constitutio in .c. 1. de offic. deleg. li. 6. qua his iudicibus conseruatoribus, tantum concessum est, vt de manifestis iniuriis, & violentiis cognoscāt: nec ad alia quę iudiciale indaginé exigunt, suā possunt extendere potestatem. Idem decretū est in .c. si. illo titulo. Quod si prę-

scriptam formā fuerint transgressi, eo ipso per annum suspēsi sunt. Imò & quod non vulgare difficultatem habet Regia constitutio prima. tit. 8. lib. 1. ord. nou. definiuit, minimē posse iudices conseruatores id transgredi, etiam si vberior potestas & iurisdictione in rescripto concessa fuerit: q̄ si ad vnguē non seruauerint pœna amissionis, naturalitatis, horum regnorum puniuntur.

Verius tamen videtur, non esse prædictis iudicibus prohibitum, de alijs causis, vltra violetias & manifestas iniurias cognoscere: si in literis Apostolicis, illis fuerit indultum, quod ex eo manifeste patet. Quia Summus Ecclesię Præsul causas ad Ecclesiastica tribunalia expectātes, auocare potest, & alteri terminandas committere. vt in c. nostrā. de appell. c. pastoralis. §. præterea. de offic. deleg. c. Ecclesia. in. 2. in verbo: *Nos quidquid.* vt lite pend. Cōci. Trid. ses. 24. c. 20. de reform. conducit. text. in. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. tradit vltra alios latissimē D. Couar. in practi. q. c. 9. Et istorum iudicum potestas a literarum facultate dependet. cap. recepimus. §. porro. de priuileg.

Nec refragatur tex. in. c. 1. quia loquitur quando conseruatorum potestas est limitata. Secus verò si ampla tribuatur iurisdictione, quia tunc impugnē ea vti possunt. Quapropter illius text. decisio, ferē hodie inutilis est, cū amplior forma recepta sit, vt scribit Ioan. Andreę. ibi in casus positione, & ibi etiam Archi. & Domi. idem Domin. in. d. cap. fin. §. conseruatores. Petrus Rebuffus in. l. 48. in fine. ff. de verb. signif.

*Regia  
consti-  
tutio-  
nes .1.  
& .5.  
tit. 3. li.  
1. ordi.  
noui ex  
plican-  
tur.* Nec minus aduersatur præcitata Regia lex prima dispones, nõ esse alicuius valoris iurisdictionis, quæ contra dictam prohibitionem concessa fuerit. Quia interpretanda est in casu. d. c. 1. cum quo concordat: vel quando talis concessio tenderet in præiudicium Regiæ & sæcularis iurisdictionis: non verò quando ea iurisdictionis daretur tantum inter Ecclesiasticas personas, quarum causæ coram iudicibus Ecclesiasticis sunt tractandæ, vt in. c. si diligenti. de foro comp. cū alijs Regiæ lex. 57. tit. 6. part. 1. Vel si causa esset Ecclesiastica, vt in Clem. 2. de iudi. l. 56. tit. 6. eadem part. 1. His nempe casibus, Põtifex Summus liberã potestatem & iurisdictionem obtinet, nec Regia potestate potest impediri. c. nouit. de iud. l. 5. tit. 3. li. 1. ordin. noui. & q̃ iste sit verus, & germanus intellectus. d. legis, ex verbis ipsius colliges: cū dicit: *Los conseruadores dados, y diputados por nuestro muy Santo Padre, no sean osados de perturbar la nuestra iurisdiction seglar, ni se entremetan a conocer, ni proceder, &c.* Intelligenda quidem lex est inter laicos: & exceptio, quæ statim sequitur ibi. *saluo de injurias y offensas manifestas, y notorias, que suelen ser hechas a las yglesias, o monasterios, y personas Ecclesiasticas.* Interpretanda est respectu laicorum.

Vnde ex illa lege singulariter colligo, iudices conseruatores religionis, vel mendicantiũ, posse non solum cõtra Clericos, stante dicto decreto Cõcilij Trid. procedere: sed cõtra laicos, pro manifestis iniurijs, vel violentijs personis Ecclesiasticis illatis, quãuis rei sint, quia minimè ex hoc defraudatur Regia iurisdictionis, cū talia crimina mixti

sint fori. c. cū sit generale. de foro compet. l. 53. ti. 6. p. 1. l. 4. ti. 18. ead. par. & cum dicta Regia lex. 5. tit. 3. lib. 1. ord. Loquatur de laicis, in illis regulã constituat, exceptio qua permittitur conseruatoribus, de manifestis iniurijs, & violentijs cognoscere cõtra laicos dubio procul intelligenda est, cū exceptio semper ex regula profiuat. l. nã quod liquide. §. fin. ff. de penu. legat. & huic interpretationi non vulgariter suffragatur. l. 2. tit. 8. lib. 1. ord. noui. dicens: *Iuezes Ecclesiasticos ansí conseruadores, como otros qualesquier, no sean osados de exceder los terminos del poderio, que los derechos les dan en sus jurisdicciones: y si excedieren lo que los derechos disponen, y en la nuestra jurisdiccion Real se entremetieren y la atetaren vsurpar, y entre legos, sobre causas profanas. &c.* Non certè inter Clericos, nec circa causas Ecclesiasticas lex illa aliquid diffiniuit.

Et nota, quòd tunc dicetur manifesta iniuria, & violentia inferri, vt pateat aditus iudicibus conseruatoribus contra laicos procedendi, quando monasterium vel religiosi sua possessione perturbantur, aut eorum priuilegia exemptiones & immunitates violantur. c. cum sit generale. de foro comp. q̃ in quolibet oppressione locum obtinet. in cap. si clericus. eo. tit. Abb. & Doctores in. d. c. cum sit generale. vbi Socin. num. 18. Lap. alleg. 58. & 72. & est optimus tex. in. capit. conquestus. de foro compe. vbi iudicibus Ecclesiasticis permittitur laicos cõpellere, vt pro iniurijs & dānis Ecclesiæ illatis cõpetenter satisfaciāt, & cõducit tex. quem ibi ad hoc not. Barb. in. c. licet. de pœnis, in verbo, *Exigunt.* Quia exigere

est ab inuito extorquere. Lex fidei  
 comiss. ff. de lega. 3. & est hodie  
 egregia decisio Coci. Trid. ses. 22.  
 c. 11. de reforma. & in proprijs ter  
 minis huius propositæ cōtrouersie  
 tenet Io. Lap. Hispanus vir magni  
 nominis in rep. c. per vestras. de  
 dona. inter vi. & vxor. sed pulchra  
 dubitatio. n. 3. fol. magno. 181. Et  
 ita nō semel iudicatū vidi, maximè  
 hoc anno. 1583. in fauorē religio  
 sissimi, totoq; orbe celebratissimi  
 Collegij Societatis Iesu, huius Cō  
 plutensis populi. Nā cum quidā ci  
 ues oppidi de *Loranca*, vim dicto  
 Collegio quibusdā suis prædijs in  
 tulissent, meo cōsilio quærela huius  
 oppressionis, & violētix, propo  
 sita fuit corā Vicario generali huius  
 Cōplutensis curiæ, tanquā iudice  
 cōseruatore, & licet rei personali  
 ter citati, declinatoriā fori excep  
 tionē proposuerunt, causa ad Re  
 giam Pintianā curiā fuit delata, de  
 claratum in ea fuit, nullam vim à iu  
 dice cōseruatore illatam fuisse, &  
 causa ei remissa fuit.

Hæc de cōseruatoribus medican  
 tium ordinū, piorumq; locorū: cō  
 seruatores verò Salmāticensis, Pin  
 tianæ, & Cōplutensis Academiæ,  
 indistinctæ de omnibus causis in  
 fauorē Doctōrum, vel Scholasti  
 corum, cōtra laicos procedere pos  
 sunt. l. 8. tit. 7. lib. 1. dicti noui ordi  
 na. cum dicit: *Que el Maestro escuela  
 o su lugar teniente pueda conocer, y co  
 nozca de todas las causas tocantes a la  
 dicha Vniuersidad, y a las personas del  
 dicho Estudio, aunque no sean iniurias,  
 ni fuerças notorias y manifestas.*

Ego N. Presbyter.

C A P V T. IIII.

- 1 *Laici Clericos accusare nō possunt.*  
 2 *Prælati cauere debent, ne officialiū*


*suorum officia sub annuo censu  
 locent.*

- 3 *Fiscalis curiæ in principio officij in  
 rare tenetur.*



V Menim in curijs Ec  
 clesiasticis officio fiscalis  
 functuri, ultra laicorum  
 crimina, clericorū etiā flagitia accu  
 sare, seu denunciare debeant, & lai  
 cis interdictum sit clericos accusa  
 re, <sup>a</sup> vt in. c. Laico. & in. c. Sicut Sa  
 cer. 2. q. 7. optimè faciūt Prælati, si  
 Sacerdotes, aut in sacris saltē cōsti  
 tutos viros, similibus præficiūt offi  
 cijs: illi nanq; nō ea quæ sæculares  
 viri inuidia, ac infestatione, cleri  
 corū flagitia accusabūt, aut iudici  
 bus nunciabūt, & vitia solū perfe  
 quētes, reorū personas tanquā in  
 eadē sorte Dñi vocatas nō abhor  
 rebunt. Fiet insuper, vt ad occultā  
 da crimina, non sic facilè munerib  
 us corrūpantur. Quod tandē pru  
 denter statutum inueni inter Con  
 stitutiones Cæsaraugustanæ Pro  
 uinciæ, cuius est Ecclesia nostra Ca  
 lagurritana, in tit. de procurat. in  
 constitu. penul. tenoris seq. Nullus  
 de cætero procurator fisci admit  
 tatur, nisi in sacris sit ordinibus  
 constitutus, suffraganeis nostris,  
 & eorum officialibus cōtrarium fa  
 ciendi potestatem omnimodā adi  
 mētes. Debent tamē Prælati cauere <sup>2</sup>  
 ne similia officia illis vel alijs sub  
 annuo cēsu locent. <sup>b</sup> Nā dum hoc <sup>b</sup>  
 fit, feruent vitijs omnibus reipubli  
 cæ, Clericiq; ac laici facinorosi, nō  
 vitæ emēdatione, sed pecuniæ præ  
 statione canonicam vltionem effu  
 giunt, quam promerentur, sicque  
 dum quid offerre possint, habeāt,  
 quod in eis aliquid puniri possit,  
 non timent. Cum præterea synoda  
 lium testium vsus in simul cū ipsa  
 syno

synodorū celebratione (nō paruo Christianitatis dispendio) perierit, & eorum loco in singulis diocesi- bus 1), quos fiscales vulgus appel- lat, creati videantur, nō minima de- bet esse prælatorū cura, vt ad huius officij onus & exercitiū prudētes, fideles, ac solertes viros eligāt, qui subditorū suorū spiritualia vulne- ra valeāt inuestigare, illaq; iam no- ta, & probatione nō difficilia prę- latis eisdē, aut suis Vicarijs reuela- re ignauia nō differāt, aut perfidia  
 3 dissimulēt. Et vt hoc diligentius ob- seruent, aduertāt semper Prælati, seu eius Vicarij in creationibus ta- lium fiscaliū, vt eos faciāt ante om-  
 c nia iurare<sup>c</sup>, quod officiū suum fi- deliter, diligenter, & legaliter exer- cebunt. Cum enim tales censeātur publici denunciatores, tenentur in principio sui officij iurare, vt no- tat Angel. in l. si vacantia. de bon. vacan. lib. 10. quem refert Præpo. in. c. de accusat. 2. q. 8. col. 65.

**A**  ccusare. Videtate Prępo- sitū in. c. laicos. n. 4. 2. q. 7. glo. Abb. & Doctores in. c. ex parte. de testib. l. 3. tit. 3. li. 1. noui ord. Idq; egregiē in cōcilio Prouin. Toleta. celebra- to anno. 1566. act. 2. c. 11. his ver- bis definitū est. *Fiscales ab Episcopis deputentur, qui vel Sacerdotes sint, vel intra sex menses ad sacrū ordinē, intra annū ad sacerdotiū promoueri possint, & promoueātur. Alioquin ad vsum pro- prij muneris nequaquā admittātur.* Et duas rationes, propter quas laici à clericorū accusationibus repellun- tur. Scribit Ioā. Crot. in tract. de testib. n. 59. Hieron. Gig. in tract. de crimine læsæ Maiest. in rubr. quomodò & per quos crimē læsæ Maiest. prob. quæst. 15. Possunt ta-

men laici in aliquibus criminibus *Decem*  
 Clericos iure optimo accusare. Pri- *tradun-*  
 mō, in crimine hēreticę prauitatis. *tur ca-*  
 c. Sacerdotes. c. oues. 2. q. 7. Secun- *sus, qui*  
 dō, in crimine læsæ Maiest. c. sanē. *bus lai-*  
 15. q. 3. glo. in summa. 2. q. 7. & ibi *ci Cleri-*  
 Præpos. Archid. Bellam. & Cardi. à *cos ac-*  
 Turrecrem. in. c. 1. ibi. Tertiō, in *cusare*  
 crimine dilapidationis. c. nō liceat. *possūt.*  
 7. q. 2. & hoc inter doctores cōmu-  
 niter receptū esse testatur. Fe. cōf. 183. n. 3. Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 14. vers. Propter reuerentiam. Quartō, quādo laicus suā vel suo- rum iniuriā prosequitur. c. omni- bus. 4. q. 7. c. de cetero. de testib. & licēt Archi. in summa. 2. q. 7. in ea sit sentētia, vt existimet, id proce- dere, quādo ciuilitur agitur: secus verò si criminaliter. Sed veriùs Ho- sti. in. d. c. de cetero. contrariū cen- set scribens, permissum esse laicis Clericos accusare, tā ciuilitur quā criminaliter, si suā vel suorū iniu- riam prosequātur: cui se subscribit Pręposi. in. c. quod verò. 2. q. 7. col. 1. allegās text. in. c. Maximianus. 81. dist. Quinto, nō est locus regu- læ in crimine simoniæ. tex. in. c. tā- ta. de simo. Sextō, in crimine sacri- legij. tex. in. §. qui autē. 17. q. 4. Sep- timō, quādo semel laicus admissus fuit ad accusandū Clericū, quia po- steā non potest repelli. Ita scribit Aug. Ber. in. c. 1. n. 4. de accusat. quod manifestē iuri contrariū est: nā cum iste fauor, qui in hoc ver- satur in fauorē totius sacerdotalis ordinis fuerit introductus, mini- mē in eius præiudiciū & perni- tiam Clericorū laicos ad eos accu- sandos aduersus sacras cōstitutio- nes magno consilio æditas admit- tendos esse cēseo. Octauo, & vltra supradictos casus illud cēseo nota- tu dignum, quod speciali iure san- citum

citum est, parochianos posse proprium sacerdotē & rectorē denuntiare, cū sua intersit habere bonum pastore, & ab omni scelere immunem. In hoc æquidē doctores omnes conueniūt, teste Arch. in. c. illa. n. 7. de accusat. & est communis sentētia, si credimus Iulio Claro. d. §. fi. q. 7. idē profitetur ipse Aret. in c. ex parte. de testib. Scribit tamen circa hoc eleganter Host. in tit. de inquisitione. §. 2. ver. vt autē. quod Prælati non debēt passim, nec frequenter recipere eas cartulas, quas rustici cōtra rectores suos clāculo offerūt: nec tamē debēt esse nimis increduli: nam solent hęc manifestationes non vulgare commodā & vtilitatē reportare, si iudex maturo cōsilio & prudētia veritatē indagauerit, vel saltim legitimā causam inuenerit, vt seruato iuris ordine ad inquisitionē criminis deueniat. Nō tamē superdictis capitulis aliquo modo procedendū est, etiā si in ipsis copia testium exhibeatur: tūc quia incertus est illorū auctor, unc etiam quia capitula illa extraiudicialiter fuerūt producta, q̄ si aliter fieret processus esset ipso iure nullus. Ita scribit Iul. Cla. in pra. cri. §. fi. q. 5. ver. Scias enim. dicēs apud suos ita seruari. Nono limita, quādo crimen esset notoriū. c. cum dilectus. de purg. can. Abb. in. d. c. de cætero. vbi Feli. n. 6. de testib. Quintil Mādosi. vir doctissimus in anno ad Lap. alleg. 11. litera E. Decimo limita, in patrono laico, qui presbyterū dilapidantē bona iuris patronatus accusare tenetur, c. cōstitutū. 16. q. 1. gl. in. c. filijs. 16. q. 7. tratid latissimē Cæsar Lāb. de iure pat. lib. 3. art. 2. q. 2. quē vide.

**B** *Locent.* Adde Caieta. in summa. in verb. officiorū venalitas. Dom.

Soto lib. 3. de iust. & iu. q. 6. ar. 4. Frat. Fran. à Vitoria in priuato cōsilio, quod de hoc argumēto vernaculo sermone edidit Mart. Nauar. in manuali confessorū latino. c. 25. n. 7. & lege quę circa hoc longe lateq; scribit noster Bernardus Diaz de Luco, qui ob eius summā integritatē ingentē, vberimāq; doctri nam dū in supremo indicæ dictio nis prætorio esset incorruptus senator, & summæ integritatis vir ob sincerissimā eius fidē, & sepius exploratā sanctitatē à Carolo V. huius nominis Cæfare, & primo Hispaniarū Rege selectus, eodēq; munere syncerē functus Calagurritanæ & Calciatensi amplissimis Ecclesijs ab ipso Cæfare Maximo designatus, tandē Pōtificis Romani suffragio, vt reipublicæ Christianæ maximū esset ornamentum Episcopi titulo fuit insignitus. Et paulò post cū singulari pietate & religione pōtificale munus exerce ret ad impiorū hæreticorum labes extirpandas, ad Tridentinū concil. fuit vocatus, quo incredibilis eius pietatis & religionis amplissimum præstitit testimoniū. Qua ratione passim doctores eū summis laudibus celebrāt, maximē Insignis D. Couar. in. 4. lib. decret. 2. par. c. 6. n. 14. iuris vtriusq; consultissimū, meritō appellat, & doctissimus & obseruatissimus Præsul. Nūcupatur ab eodē li. 1. var. resol. c. 11. n. 5. & vir moribus de doctrina excellens in rub. de testa. 3. par. n. 26. & multis in locis practicā istā excellentissimā esse testatur, & eū meritissimum pastorem Calagurritanæ Ecclesiæ nūcupat Petrus Auend. in capit. prætor. 2. part. cap. 5. numer. 26. Is inquam. in tractat. cui titulū fecit, *Instructio de perlados.* cap.

*Ioann.  
Bern.  
Diaz  
de Lu-  
co,*

cap. 19. & 20. Iurisdictiones verò Ecclesiasticæ, siue facultates nominandi Vicarios in spiritualibus locari minimè licet, nec conductores per se ipsos, aut alij eorum nomine, ea munera possunt exercere, aliter cõcessiones etiã à sede Apostolica factæ subreptitię iudicandæ sunt: ita decretum est in Sacro Concilio Triden. ses. 25. c. 11. de reforma. In Concilio verò Prouin. To. le. act. 2. c. 15. ann. 1565. iustissimè decretum fuit, vt Notariorum Ecclesiasticorum, nec non promotoris fiscalis officia, & cætera alia quæ ad iurisdictionem Episcoporum, & aliorum inferiorum spectant, minimè vendantur, vel locentur, alioqui si quis illius decreti transgressor fuerit, hac pœna mulctatur: nempe vt lucrum nõ acquirat: imò in anime iudicio fabricæ Cathedralis Ecclesiæ restituere tenetur, & qui officium ita fuit assequutus, illo priuari debet, quod vtinam in omnibus tribunalibus seruaretur.

C *Iurare.* Adde Ang. in tract. maleficio. in verbo, Nec nõ ad denunciationem. col. 2. Petrum Foller. in practi. crim. in parte audiantur exceptiones. n. 65. pag. 162. Lod. in practi. crim. c. 6. n. 11. Add. Bart. in l. Diuus. ff. de custod. reorum.

## Promotor seu fiscalis curiæ vestræ.

### C A P V T, V.

- 1 *Fiscalis à Prelato vel iudice creatus loco officij iudicis succedit.*
- 2 *Index ex proprio officio procedens, infamia præcedente, cogere potest reum ad iurandum de veritate dicenda.*



Officiũ huius fiscalis creati à prelato, vel iudice, loco officij iudicis succedit, & quod facit iste ex mandato iudicis, videtur facere ipse iudex, vt notat Præpo. in. c. de accusat. 2. q. 8. col. 36. & col. 39. Vnde non tanquã pars accusans debet iudicari. Pro quo optimè facit, quod notat Innocen. & alij, vt refert Felinus in col. 2. in ca. Cùm clamor. de test. quod quando persecutor inquisitionis est datus à iudice, ad ipsam inquisitionem prosequendam, tunc quia talis nõ est propriè pars, sed minister iudicis, ad eius instantiam possunt testes repeti, quia tunc potius iudicis officio repetuntur. Ex quo ego aliàs dicebã in contingentiã facti, quod sicut iudex procedens ex officio suo, & non ad petitionem partis, præcedente infamia, potest reum cogere ad iurandum de veritate delicti, de quo infamatus est, vt notat Abb. in. c. Cum super. de confess. quasi ad finem. Pari modo poterit hoc facere ad petitionem dicti fiscalis, cum hoc tamẽ necessario temperamẽto, videlicet nisi fiscalis prosequeretur talem accusationem, ex qua si vincat, defertur lucrum sibi ab aliqua cõstitutione synodali, vel consuetudine præscripta, cum tunc videatur sequi proprium interesse, & ad id oporteat probationes habere legitimas.

### ANNOTATIO.



Nota circa huius capituli argumentum, quod quilibet merum imperium habens, potest hoc promotores, seu fiscales (quos vocat) creare. vt docet Bar. in. l. Diuus. ff. de custodi.

di. reor. Ioan. de Anna. in. c. sicut olim. num. 2. de accusat.

**A** *De veritate delicti.* Adde Bart. hanc opinionem tenentem, in. l. inter omnes. §. recte. in fine. ff. de furt. cuius opinio ab omnibus approbatur. teste Aug. in tract. malef. in addit. Ang. in parte, *Comparuerunt & confitentur totum.* num. 13. quam opinionem communem esse fatetur Hyppo. in. l. quæstionis habendæ. num. 72. ff. de quæst. Ant. Gom. lib. 3. var. resolu. c. 1. nu. 65. & esse magis communem, assuevit Iul. Clar. in pract. crim. §. final. q. 45. vers. Sed quæro nunquid. Quæ opinio Forensi consuetudine recepta est. teste Maria. Soci. in in. c. qualiter & quando. nu. 227. de accusa. q. 84. Et communis totius Italiæ stillus, iam pridem eam recepit. vt memoriæ mandabit Bart. in. l. 1. n. 6. C. de iur. col. & eam dicit communem, & apud suos obseruari Doctissimus Octavian. in decis. Pedam. 66. n. 7. & in Hispania seruatur, quia ei suffragatur egregia Partitarú. l. 4. ti. 29. par. 7. vbi magnus Greg. Lop. idem annotauit in glo. incip. *Iurar q̄ diga la verdad.* Quæuis propter manifestam periurij ansam, eam increpet. Clar. vbi paulò ante allegauit. Vnde apud Gallos non iuramentum, sed sola fidei interpositio adhibetur. vt refert Marcus decis. 674. quod Hispanica lege apud nos seruari, pie desiderabat egregius Anto. Gom. (quem præceptorẽ Salmaticæ habuisse anno Domini. 1554. nunquam penitebit) in quã lib. 3. var. resolu. c. 12. nu. 15. non æquidem oportet, nec decet iuramentum exigi, quando periurij crimẽ timetur. c. clericos. de coha. cler. Sed quãdo iuramentum exposcitur, à iudice, se-

cundum iuris normã procedente, dubitandum non est, quin reus eius religione astrictus, veritatẽ patefacere teneatur. nec vllò modo potest, etiã ad effugiendas aduersarij calúnias, iudicem fallere. vt docet S. Tho. 2. 2. q. 7. art. 3. & ex nostris tenuit Bald. in rub. C. de fid. instru. n. 3. Abb. in. c. olim. in. 1. col. fin. de rest. spol. & in. c. sicut. in. 3. col. 6. de iureiuran. Iaf. in. l. cum proponas. col. 2. C. de pact. quã opinionem communem esse profitetur Areti. in. l. decem. n. 7. ff. de verb. obliga. Couar. lib. 1. var. resolu. c. 2. n. 1. circa quã vide latè Mart. Nauar. in. c. inter verba. Coro. 65. n. 237. cõcl. 6. 11. q. 3. & vide quæ latè scribo inf. cap. 124.

## Denuncio.

### C A P V T. 6.

- 1 *Publica denũtiationis diffinitio.*
- 2 *Officiales infames vel criminosi à denũtiatione repelluntur.*
- 3 *Fiscales ex communi curiarum stilo non notoria scelera denũtiare possunt.*
- 4 *Iudex ecclesiasticus minimè debet permittere clericum sine delatore de occulto crimine accusari.*
- 5 *Delator debet se obligare quod probabit quod in denũtiatione proponit.*
- 6 *Quãdo probasse dicatur quod denũciat, vt ab obligatione liberetur.*
- 7 *Iudices Ecclesiastici non debent ad clericorum capturam sine informatione procedere.*
- 8 *Sententia absolutoria, super denũciatis prolata, prodest sicut lata super accusatis.*
- 9 *An iudex ecclesiasticus accusare volentibus terminum præfixere teneatur.*

*D. Antonius Gomecins.*

10 *Offensus si dixit se nolle accusare, & ideo ad inquisitionem iudex processit: offensus postea, accusare volens, audiendus non est.*

11 *Fiscalis de quocunque crimine potest clericum accusare.*

12 *Scribitur egregia Cesaraugustanae Ecclesiae synodalis constitutio.*

**L**ibuit enim sub denunciationi sverbo, hanc delictorum congerie scribere: quia Episcoporum promotores, seu fiscales magis denunciatoribus, quam accusatoribus assimilari par est. Et licet variae sint in iure denunciationis species, ut declarat Henricus in cap. Nouit. de iudic. fin. col. Et latius ibi prosequitur Abba. & diffusius Præp. in capit. de accusat. 2. q. 8. in colum. 56. & pluribus alijs. Illa tamen, quæ materiam nostram complectitur, est denunciatio, quæ dicitur publica, quam sic diffiniuit, seu descripsit Præp. vbi supra, in column. 64. Est enim denunciatio, criminis alicuius apud competentem iudicem, per officialem ad hoc deputatum facta delatio, ad pœnam eidem inferendam. Competit namq; hæc ex mero iudicis officio procedentis in ea ad denunciationem, seu promotionem suorum officialem, secundum prædictos doctores, vbi supra, & fundatur ex. l. ea quidē. C. de accusat. & ca. Episcopus in synodo. 35. q. 6. & l. diuus. ff. de custodia & exhibitione reorum. c. præterea. de testibus cogendis. Et nota quod ab ista denunciatione repelluntur officiales, si sunt criminosi, vel infames, notat Henricus. d. col. fin. allegat textū. & quod ibi notat Bernardus. in. d. e. Præterea. Et licet in hac

materia denunciationis publicæ Doctores communiter scripserint in. d. c. nouit. & in. d. l. Ea quidē. quod notoria tantū crimina denunciari possunt. <sup>b</sup> Cōmunis tamen <sup>b</sup> stylus curiarum Ecclesiasticarum admisit, ut indistinctē illarū fiscales, seu promotores accusationes suas, vel proprius denunciations instituant, in quo videtur recepta opinio Saliceti in. d. l. Ea quidē. dū dicebat, q̄ etiam non notoria denunciari debent, dūmodò probari possint, quod æquū videtur: nam si de solis notorijs criminibus clerici per fiscales accusandi essent, plura alia, quæ sæpius occulta, & si probabilia sunt, impunita manerent. Vnū autē consulendū se offert iudicibus Ecclesiasticis, ut nō permittant, de aliquo occulto crimine accusari clericū apud eos per fiscales, nisi delatorem sibi prius obtulerint, aut videant, quod dicti officiales sufficienti probatione, aut legitimis indicijs muniti causam ipsam aggrediūtur. <sup>c</sup> Si enim <sup>c</sup> Reges nostri suis fiscalibus iniungunt, ut habeant delatorem, cur & ijs, qui ad accusandos clericos creati sunt officiales per Episcopos, hoc non præcipitur? Et quia de delatore mentionem fecimus, & hæc materia Canonistis non est familiaris: ideo circa eam notari debent sequentes conclusiones. Quod quando iudex delatorem admiserit, ille se obligare debet, de probando quod denunciat, ita quod fiscus obtineat, ut probatur in autentica de exhibendis reis. §. 1. per quem ita determinat Lucas de Penna. in rubr. de delatoribus, libro. 10. columna secunda, versiculo. Ad deferendum. Postquam verò



verò obligavit se probare quod detulit, si semiplene probavit, non sufficit, quo minus condemnetur ad pœnam, ad quam se astringit, si non probaret, ut concludit dictus doctor in. l. 2. eiusdem tituli, in. 3. colum. versic. Sed pone. Si autem delator probavit crimen, & reus defensiones iustas, tunc si tales erant adeo notæ, quod delator habuit iustam causam credendi, quod iniquè procedebat ad delationem, tunc non excusabitur à pœna. Secus autem quando detulit crimen, quod erat publicè notum, & defensiones totaliter occultæ, & fama in contrarium habebatur: quia tunc delator excusabitur à pœna, si suam vel suorum iniuriam persecutus est. Si autem deduxit crimen in delationem, cuius vindicta sua non intererat, tunc puniendus est: quia se ad id astringit, quod sua non intererat. Ita concludit idem Lucas in dict. colum. 3. & seq. Ego tamen crederem, in hoc secundo membro mitius puniendum delatorem, cui delictum fuit notum, & defensiones occultæ, quam in casu præcedenti: quia licet eius non interfuerit, ratione suæ vel suorum iniuriæ, potuit moveri zelo iustitiæ & publicæ utilitatis, quæ versatur in expurganda provincia malis hominibus. Quando verò reus absolutus fuit, quia testes fuerunt reprobati, propter delictum delatoris producētis, ut qui corrupti pretio, vel aliàs falsum dixerunt, tunc bene credit Lucas, ubi supra, in. 4. col. puniendum esse delatorem. Et idem dicit, si probatum fuit testes esse inhabiles, aut criminosos, & hoc esse publicè notum delatori. Secus tamen si sunt repulsi ex alia causa, sine culpa delatoris, vel quæ

ipse potuit ignorare: quia tunc non tenetur delator ad pœnam, secundum eum. Quod tamen credit verum, ubi delator suam, vel suorum iniuriam persequitur, aliàs videtur sibi dicendum quod teneatur, quia non satisfecit ei, ad quod se spontè obligavit. Sed ego etiam in hoc casu crederem, arbitrio boni iudicis relinquendum, ut confideret, an delator habuerit iustam causam ignorandi defectus testium, & an publicum fuerit delictum, & numerus testium sufficiens: aliter enim nullus audebit crimina iudicibus referre, quantumcumque illa probare possit timore alicuius occultæ defensionis competentis reo accusando. Placet præterea dicti doctoris sententia in. d. l. 2. colu. 5. versic. Item quid sit. dum tradit, quod si quis denunciatur plura crimina capitalia, quæ se obligat probaturum sub aliqua pœna, & ex illis vnicum probat sufficiens ad condemnationem capitis, quod non evitabit pœnam, quia non implevit quod promisit, & sibi imputet, qui se oneravit ad superflua comprobanda, quod possit practicari in materia nostra, quando quis detulisset plura crimina depositione, vel aliqua pœna canonica digna, & vnum solum probaret, imò plus asserit dictus doctor, quod qui se astringit probaturum crimen sub certa qualitate in denunciatione deducta, quod non excusatur à pœna, si non probavit crimen cum eiusdem circumstantiis & qualitatibus, prout detulit, quavis crimen probaverit fuisse commissum, unde in hac materia delatorum iudicibus Ecclesiasticis consulto, ut cum eos acceperint, denunciationem ab illis factam in scriptis redi-

redigant, eosque astringant ad probandum omnia crimina ibi descripta, cum suis qualitatibus sub poena in obligatione declaranda, monedo eos ut crimina, quae probare non possunt, in delatione non inserant, nulla in eis post monitionem, & obligationem poenitentia recepta: quia alias clerici accusati de varijs criminibus, infamati manent apud populum, qui cum accusationis notitiam habet, non semper defectum probationis aliquorum capitulorum intelligit. Nec decipiat quosdam iudices pietas quaedam nociua, quae eos retrahit a condemnatione expensarum & poenae, quia vident delatores aliqua ex his quae detulerint probasse, magis in hoc amantes suffrones & maleuolos fouere, quam Clericorum honori & famae consulere. Nec praeterea ob id quod delatores habeant obligatos ad probandum crimina quae deferunt, faciles debent esse iudices in captura Clericorum, maxime in grauibus delictis, nisi prius sufficientem habeant informationem, <sup>d</sup> quia si postea deficit illa, non satisfactum est captorum Clericorum honori, relaxatione a carceribus, & condemnatione expensarum & poenae facta contra delatores: cum infamia carcerationis ob famosum crimen vix aliqua relaxatione quantumuis honorabili, possit bene dilui, seu purgari. Et nota praeterea in proposito, quod sententia absolutoria lata super denunciatis, prodest sicut lata super accusatis. <sup>e</sup> Ita notat Praepo. in capit. de accusa. 2. quaest. 8. in col. 68. vers. quær. an absolutoria, allegat Sali. in. l. Ea quidem. ver. 15. quæro. de accusationib. An autem iudex Ecclesiasticus debeat statuere terminum, <sup>f</sup> accusare volentibus? Abbas in capit. inter. de

purga. can. col. 2. distinguit, videlicet, quod si Episcopus vel superior habet probationes promptas contra infamatum, tunc non est necesse, neque utile statuere terminum accusare volentibus: quia posset supponi amicus, & fieri colludium, & alia ratione de qua per eum. Si tamen non habet illas promptas, potest, si vult, sed non est necesse, sufficit enim quod accusator se non offerat. Ego semper tamen intellexi dictam conclusionem, Abb. in delictis, in quibus non constat, quod aliqua persona sit offensa ex eis. Aliter enim bene credere iudicem Ecclesiasticum debere illam requirere, an velit accusare antequam ex officio, vel ad fiscalis petitionem procedat. Nam si inquisitionem ex officio formauerit, vel ad fiscalis petitionem processerit, non requisita parte offensa, & postea superueniat accusator, tunc seruanda esset distinctio. Sal. in. l. Ea quidem. ver. Quia propt. C. de ac. quam refert & sequitur Ange. in tract. malefi. in parte: hæc est quedam inquisitio. fol. 16. in parua impressi. Cuius etiam opinionem dicit summum teneri Feli. in capit. Qualiter & quando, el. 2. in. 6. licet. in fin. de accusa. quæ distinctionem hic transcribere nolo. Vnum tamen non omittam in proposito, quod si <sup>10</sup> offensus dixit se nolle accusare, & ideo iudex formauit inquisitionem, vel fiscalem audiuit, & postea offensus producat accusationem, tunc accusatio illa non debet audiri nec recipi, quia iudex praue nit eum antequam reuocaret voluntatem suam, ut not. Bal. in. l. accusationem. C. qui accusa. non pos. quem refert Aug. in addi. ad Ange. in dicto. f. 16. & quia posset aliquis dubitare, vtrum promotor aut fiscalis, de quo in huius nostri operis <sup>11</sup> denunciatione meminimus, possit de

B ricum

ricum accusare de quocunque crimine, nulla facta distinctione priuatum sit an publicum, videtur in hoc dicendum, quod sic: quia de iure canonico omne crimen est publicum, & vt not. glo. in. c. infames. 6. q. 1. & sequitur Bal. in rub. C. qui accu. non pos. in pen. col. & Rom. in singulari de 81. Tu audisti. & talis est publici criminis natura, quod cuius ex populo competat ius accusandi, vt probatur in princip. inst. de publicis iudicijs, quanto magis competere deberet officiali publico ad accusandum, vel denunciandum crimina deputato? & quia in materia huius capituli placet mihi constitutio Prouinciæ Casaraugustanæ, quæ habetur in tit. de accusa. prima in ordine, libuit eam transcribere, cuius tenor talis est: Procurator fiscali noster, seu suffraganeorum nostrorum nequaquam ad agendum, seu denunciandum, prætextu officij sui contra aliquem admittatur: donec proposita, seu denunciata credere esse vera. & se posse probare firmauerit iuramento. Quod si aliquo instigante per se, vel cum eo processerit ad prædicta, instigator ad expensas se obliget, vel det inde quam poterit cautionem: reus autem & citatus respondere minimè compellatur, donec iuratum & cautum fuerit, vt præfertur. Contra factum sit irritum ipso iure. Consuloque omnibus Episcopis, vt in omnibus suis curijs hoc idè seruari præcipiant, iusta est enim prædicta decisio, & quæ honori prospicit subditorum, & fiscales omnes vigilantiores reddit, eorumque leuitatem in accusando compescit.

ANNOTATIO.



Ide plurima, quæ de hac denunciationis materia, de qua in hoc capite, scribit Bart. in

l. Diuus. ff. de custo. reor. vbi plures tetigit quæstiones huic loco accommodatissimas. & in extrau. ad reprimendum. in verb. *Denunciationem*. Ang. Aretin. in tractat. malefi. in verbo, *Ad denunciationem*. Ioan. de Anani. in cap. sicut olim. de accusat. Boss. in tracta. delictor. tit. de denunciatione. pag. 101. Lod. in pract. crimin. c. 6. pag. 18. Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. §. si. q. 3. & 7.

*Criminosi*. Vide tex. in. c. cum oportet. cum sequen. de accusationib. Hosti. in summ. tit. de denun. §. quis potest. Anton. in cap. cum dilectus. de accusation. Bar. in. l. diuus. nu. 7. ff. de cust. reor. quo loco scribit, quod prohibitus accusare, censetur etiam prohibitus denunciare. Sed opinio ista auctoris nostri, minimè iam in forensibus controuersijs admittitur, nam isti officiales (quos appellant) qui ad denunciandum constituuntur, vt in plurimum sunt pauperes, & viles, & quandoque infames. ita communiter seruatur, teste Ange. in. d. maleficior. tracta. in parte: *Nec non ad denunciationem*. nume. 4. Marian. in capit. qualiter & quando. numero. 81. de accusationib. & ridiculum foret, si quis contrarium asseueraret. vt scribit Iulius Clar. libro. 5. recep. senten. §. fina. quæst. 7. versic. pro intelligentiam.

*Denunciari possunt*. Adde quod ista sententiam communem esse fatetur Cardin. Alex. in cap. de accusation. versic. quæro an malitia. 2. q. 8. Maria. in. d. qualiter & quando. n. 179. Mar. Nauar. in. c. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. Corrol. 63. n. 188. eamque sequitur Domi. Soto, vir religione, pietate, & literis insignis in tract. de ratione tegendi & detegend. secret. memb. 2. q. 6. pag. 5. Sed vt bene adcertit autor, Stillus curiarum contrarium

Dom.  
Soto.

trarium obseruat. idem testatur practica Contradi, fol. 235. numer. 5. in fine.

C  
Conci-  
liū Pro-  
uin. To-  
letan.

*Aggrediuntur.* Vide nouissimam & egregiam decisionem, quæ in Provinciali Concilio Toletano, anno, 1565. statuta fuit act. 2. cap. 12. quæ sic loquitur. *Promotor Fiscalis apud Ecclesiasticum iudicem neminem deferat, vt eius delatione inquisitio fiat, nisi quæ legitima ac frequens grauet infamia, nec ex ea delatione iudices inquirere audeant: imò priusquam ad inquisitionem procedant, diligenter curent inuestigare, an ea infamia à maleuolis, an à prouidis & honestis, orta fuerit. Quòd si promotor Fiscalis quenquam accusare velit, eo casu quo iure accusario ei sit permissa: accusatoris officio functus, eas leges sequatur: quæ publicis accusatoribus, hisve quibus iuris publici ratione accusare permittitur, iure vel consuetudine data fuerint. sed si accusatus ab accusatione fuerit absolutus, nullo modo in expensis condemnatur. Imò si fiscalis temerè eum accusasse constiterit, non solum expensarum solutione, sed alia pœna, iudicis arbitrio: propter accusationis temerariæ calūniam, omnino puniatur. Hactenus Toletanum concilium.*

**D** *Informationem.* Adde Sali. in. l. nullus. C. de exhi. reis. vbi scribit, iudicē posse malefactorem statim capere, modo qualis, qualis informatio interuenerit. Hyppo. in. l. 1. num. 1. ff. de quæst. Folleri. in pract. crimin. in parte. *Notatus capiat de persona.* & vide quæ scribit autor infra, cap. 116. num. 5. & quæ ibi scripsi, vbi dixit, quòd hoc casu sufficit quod de crimine præsumptiuè conitet. At si crimen graue fuerit, prout noster autor probè cēset, ad capturam absque sufficienti informatione, procedi nō debet. vt de crimine hēreseos scribit Iacob. Septimancēsis meritissimus Pa-

centis Episcopus in Catholicis illis, & eruditissimis institutionibus. c. 17. nume. 2. & vide quæ nouissimè scribit Licentiatus Rojas quondam Valentinus Inquisitor, nunc verò Episcopus Patensis Reuerendissimus in ling. & egregio tract. de hæerti. 2. part. assler. 1.

*Super accusatis.* Vide Bar. idem tenentem in. l. Diuus. col. 3. ff. de custod. reor. & in. l. si cui. §. eisdem. ff. de accusa.

*Statueret terminum.* Adde Bal. in. l. quamuis. in. 2. huius initij. col. 1. C. de adult. & est tex. egregius, qui passim allegatur in. l. diffamari. C. de ingen. & manu, qui licet. in diffamante, statum libertatis loquatur, locum habet in qualibet causa, civili vel criminali, vt doctores ibi cōmuni consensu profitentur, & sentit Bart. in. l. Titia. ff. de accusation. & in auth. ad hæc. C. de vsur. Cinus, Bar. & Bal. in. l. si eo tempore. C. de remis. pign. Alberi. & Bald. in. l. Papinianus. §. si quis. ff. de inoffic. testa. & est glos. not. in. l. sed et si per prætorem. §. ait Prætor. ff. ex quibus caus. maior. Innoc. in. c. conquærente. col. 1. de offi. ord. Abb. & doctores in. c. licet. de accusa. quod latissimè tractat & resoluit Anton. Gab. lib. 2. commun. opin. tit. de actio. condus. 6. Domi. Episcopus Couar. libro. 1. variar. resolution. capit. 18. Decissio. Pedam. 151. per totam. & circa intellectum d. l. diffamari. vide nouissimè Illustrissimum, & Reuerendissimum Præfulem D. Francis. Sarmiento in libro. 1. select. interpreta. cap. 2. quo loco argutè satis à doctōrū traditionibus recedit. Sed in practica nō dubito, quin cōmunis & recepta sententia sit seruāda. prout passim in cōtrouersijs forēsibus receptā vidi: & post hæc scripta legi doctissimū Doctōrē

E

F

L. dif-  
fama-  
ri. C. de  
ingen.  
& ma-  
numis.

Iacob.  
Septi-  
mācēs.

Ludouici à Molina, li. 3. de primoge. Hispaniæ. c. 14. nu. 23. cum sequen. qui communem opinionem sequutus, à noua opinione supradicta aliquibus rationibus innixus recedit.

Nota tamen singulariter, quod ad hoc, vt accusator monitus, vt intra certum temporis spacium accusacionem proponat, vt eo lapso non audiatur, oportet quòd iudex interlocutoriam sententiam proferat, qua pronuntiet, eum vltcrius non esse audiendum. Ita deducitur ex tex. in. d. l. Titia. vbi scribentes. Innoc. in cap. cum in tua. qui matr. accusar. poss. vbi Card. Ancha. & Abb. Bal. in. d. auth. ad hæc. col. pen. Paul. de Cast. & doct. in. l. quamdiu. in. 3. ff. de acquir. hære. Sufficeret tamen, si iudex in primi termini assignatione, sententiam proferat, qua accusatoré ab accusacione longe repellat, vt eleganter docet Bart. in. l. mancipiorum. ff. de opt. lega. Bal. in. l. si ea. C. de accusat. & in. l. si eo tempore. C. de remis. pigno. Ang. in. d. l. Titia. & in. d. l. quamdiu. Salicet. in. l. si ea. nu. 9. C. qui accus. non poss. Securior tamen opinio est, vt lapso termino, sententia proferatur, qua is qui diffamatus est, absoluat, perpetuumque silentium aduersario imponatur. Ita probare videtur Regia. l. 46. tit. 2. parti. 3. vbi noster Greg. in verbo, *Deue dar por quito*. dicit in practica id esse seruandum. Et an sufficiat vna monitio, vel duæ desiderentur prius, quã dicta sententia proferatur. Vide glo. not. in auth. de hære. & Fal. §. si quis autem non adimplès. in verbo, admonitus. quæ ad hoc, vt quis iure suo possit priuari duas monitiones necessarias esse censet, & illius glof. auctoritate innixus Ang. ibi idem censet in casu. d. l. diffamari. & licet ab eius opinione recedat Roma. in. l.

quamdiu. ff. de acqui. hæred. eum tamen sequitur Greg. in. d. l. 46. in verbo, *E si por ventura*. & hoc verius cenfeo.

*Est publicum*. Adde quod hanc opinionem communem esse fatetur Anani. in. c. statuimus. num. 19. de maledi. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. 1. versic. hæc tamen.

## Quod Coluberius & Serpelio.

### C A P V T V I I.

- 1 *Turpi nominis effectus aliquos remis sine traduntur.*
- 2 *Vno eodemque libello accusari plures possunt.*



**C**VM in hac ficta denunciatione tot scelera aliquibus imponenda essent, qui ex illis inculparentur, placuit etiam hæc nomina fingere, quæ à Colubro & Serpente deriuarentur. Qui enim tantis criminibus irretiti essent non hominum quidem, nec quorumuis animalium, sed deteriorum nomen promereri par est, illorum præcipuè, cuius effigiem Dæmón assumens (qui autor est malorum omnium) parentes primos decepisse, ac vicisse comperimus: libuit hoc etiam & ea ratione, quia & nostri iuris interpretibus placet, effectus aliquos tradere, ex eo quod quis malum nomen habeat, vt per Fran. Bru. in tracta. de iud. & tor. 12. car. in. 3. col. & per Hippol. in. l. 1. in princip. colu. 16. ff. de quæst. quamuis ego semper credidi doctores prædictos intelligendos esse de malo nomine malis moribus adquisito, non verò de eo, quod licet sit malum, qui

habet

habet illud non elegit, sed suscepit tēpore quo non fuit in eius arbitrio, vel potestate repellere. Duo pręterea Clerici, & non vnus in hac denunciatione positi sunt, vt per hoc compertum habeat iudex Ecclesiasticus, plures eodem libello accusari posse de eisdē criminibus. vt in. l. 1. & ibi Bal. C. si reus, vel accusat. mort. fuer. & in. l. vim passam. §. incesti. ff. de adult. Et notat Specul. in tit. de accufatore, in princi. in vers. item quod non potest.

**A** **M** *Alum nomen.* Vide text. in ca. 1. vers. Belial. & quę per eum not. Barba. Imo. & Ioan. de Anani. nu. 2. de depofi. Mari. Soci. in. c. cū dilect. de excessib. pręlato. Propterea Plutarchus de liberis educandis inquit: Primum debere curare parentes, vt filij, bonis nominibus nuncupetur. Oritur sanē ex bono nomine bona pręsumptio, ex prauo autem & turpi nonnunquam oritur sinistra. vt inquit Abb. in procem. Gregoriano in parte, Gregorius nu. 7. vnde refert Ioan. And. in. c. cū secundum Apostolum. de prębendi vxorē suā, sapissimē dixisse, quod si nomina venderentur, etiam magno precio bona nomina emi deberent. Arguūt sanē multi, quāuis hoc sit argumentum plerunque fallax ex nomine ad probitatem, vel malos mores hominum. Vnde Claudius Mumertus. *Nomen dici putant, quod rem notā faciat, sitque veluti rerum imago.* Arguūt itē sacrę literę a nomine personarū, vt Abigail. Reg. 1. c. 25. improbat maritū a nomine, quod Naba dicebatur Nabal, equidem stultum significat, & secundum aliquam proprietatē putatur imposita nomina Patriarcharū, vt Isaac a risu. Iacob supplan-

tator, sic de alijs, de quibus p̄currit Eusebius Pamphil. lib. 11. de prępa. Euange. c. 4. Vnde Martianus iuriconsultus remittit hęredi conditionem a testatore impositam, vt ferret nomen inhonestum, veluti Vespilionis, cum sit habenda cura honesti nominis, & dignitatis, vt in. l. Sed sciendum. ff. ad Trebel. Et qui effectus ex malo & iniquo nomine oriūtur, scriptos reperies apud Gerar. sing. 75. Nico. Euerar. in locis legalib. loco ab Ethimolo. fol. 1. Hyppol. in pract. §. Expedita. n. 52. Cassa. in consuetud. Burg. rub. 1. §. 6. nu. 53. Ioan Mont. de bigamia. q. 2. num. 2.

*De eisdem criminibus.* Adde quod **B** opinionē istam communē esse profitetur Marian. in. c. 1. n. 143. de libelli oblatione. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. fin. q. 13. versic. quęro nunc. quam sequitur literis & prudentia insignis Gregor. Lopez in. l. 2. titul. 1. par. 7. vers. *La tercera.*

## Huius diocesis originarij.

### CAPVT, VIII.

- 1 *Originis proprię ratione quis forum sortitur.*
- 2 *Iudex originis procedere potest contra subdicum, ratione delicti alibi commissi.*

**O** *Riginis proprię ratione sortitur, quis forum, vt probatur in. l. 2. C. de munic. & orig. libr. 10. iuncta glos. ibi eodem tit. & in. l. 1. in princi. & notatur in. l. assumptio. ff. ad municip. Specul. in tit. de cōp. iudi. abdi. in vers. 42. & ibi Bart. in. d. l. Assumptio. §. filius. quasi ad fi.*

vbi post Iacobum de Aret. quem refert, concludit, quòd potest quis conueniri in loco originis propriæ vel paternæ, per. l. incola. ff. eod. si ibi inueniatur. & ita tenet Bald. in rubr. C. Si non à comp. iudi. in fin. loquendo simpliciter de loco originis, & q̄ ratione originis suæ sortiatur quis forum, notat Bal. in. l. fin. col. 1. C. si non à compe. iudi. Allegat. text. in. c. ex parte. de for. compet. & talis dicitur subditus secundum eum, ratione personæ tantum. & vide Alexand. in. d. l. Assumptio. in addit. ad Bart. qui dicit hanc esse communem sententiam, videlicet, quòd si ibi non inueniatur, non potest conueniri, nisi si quò ad finē distribuendi bona ibi sita. In criminalibus autē causis, Bal. in sua margarita, in vers. iudex. in. 5. col. dicit, quòd iudex originis potest procedere cōtra suū subditū de delicto alibi commissō, vt in. l. 3. cū l. sequent. ff. de interd. & allegat. Bar. in. l. sepulchri. ff. de sepulc. violat. & glo. sing. in. l. relegatorū. §. interd. ff. de interd. & relegat. Idē vōluit Bart. in. l. si cui. §. fin. ff. de accusat. per. l. 1. C. vbi de crim. agi oportet. Vide etiam Alciat. in cap. 1. de offic. ord. super glos. in verbo, iudicare. in princ. vbi dicit, quòd communis opinio est, quòd si quis non puniatur in loco delicti, poterit puniri in loco originis secundum formam statutorum loci, <sup>b</sup> in quo deliquit, per. l. sacularij. §. sunt quidam. ff. de extra ordinaria. crim. Et per notata per Moder. in. l. cunctos. populos. C. de summa Trinitate, & fid. cathol. Ex quo videtur inferri posse, quòd iudex Ecclesiasticus originis propriæ, vel paternæ potest procedere cōtra clericū originariū, si ibi repertus fuerit ratione delicti alibi commissi. Pro quo etiā facit tex. in. c. Cū nullus. de tēp.

ordin. lib. 6. vbi probatur, q̄ Episcopus loci originis, dicitur proprius, vt quis possit ab illo ordines recipere. Quod procederet siue per viam accusationis, siue inquisitionis agatur contra clericum, per ea, quæ infra dicentur in seq. §.



*Libi commissō.* Adde Bart. **A** in. l. cunctos populos. nu. 47. C. de summa Trin. vbi Cyn. & Bal. idē Bal. in. l. si. ff. de iurisd. om. iud. & in cōs. 313. li. 5. Ant. & Abb. n. 8. in. c. cū contingat. de foro cōp. Caro. Ruin. consil. 84. n. 9. lib. 4. quæ opinio cōmunis est, teste Bolog. cons. 54. idē fatetur Aug. Arimen. in add. ad Angel. in tract. malef. in. §. hæc est quædam inquisitio. ver. Quæro an de delictis. And. Alciat. in. c. 1. n. 67. de offic. ordi. Bofsi. in tract. delict. tit. de foro cōp. n. 182. quo loco scribit opinione istā vsu Forēsi comprobata esse. Sylua. cons. 103. Marcus decis. 989. n. 6. Bōb. cons. 8. n. 11. Cagn. in. l. si. n. 153. ff. de iurisd. om. iud. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. si. q. 39. versic. sed quæro. Contrariā tamen sententiam quod de iure ciuili, nec iudex originis, nec domicilij possit crimina extra territorium commissā punire. Tenuit Ioan. And. in addit. ad Spec. tit. de comp. iudi. Sali. in. l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi. pub. quam esse communem sententiā asseuerat Hyp. in practi. crim. §. constante. nu. 90. Tho. Gram. decis. Neapol. 26. & noster Ioannes Bernar. infra cap. proxim. quam sequitur Bolog. male sibi constans. consil. 8. versic. Capiō igitur. quo loco scribit, quod secundum magis communem opinionē, etiā si subditus ratione originis, delinquat in alieno territorio nō potest iudex inquirere, nec procedere cōtra talem delin-

delinquentem. Hanc etiã communẽ appellat egregius & magnus sui temporis aduocatus, Petrus Auendan. in respons. 40. numer. 3. Pau. Paris. consil. 159. num. 7. vol. 4. Ioan. de Ami. consil. 60. num. 10. Rolan. Vall. consil. 19. nu. 20. lib. 2. Et generali cõsuetudine receptum est, vt nullo modo iudex de crimine extra territoriũ cõmissõ inquirere possit. Vt fatetur Riminaldus vir doctissimus, consil. 32. num. 20. & consil. 471. nu. 10. & & consil. 484. n. 1. vol. 1. Primã tamẽ opinionem magis communem, & veriore[m] censeo, quam pro eius insigni eruditione defendit D. Prẽsul Didac. Couatr. vir vtique doctissimus, sed vna præsertim ingenij castitate mirabilis in pract. quæst. capit. 11. num. 6.

D. Præ  
sul Di-  
dacus  
Covar.

b

*Statutorum loci.* Quando crimen aliquod extra territorum commissum sit, an puniatur secundum statuta municipalia loci, vbi quis delinquit, an secundum patriæ statuta, vel secundum ius commune. Vide pulchram distinctionẽ traditam à Bar. in l. cunctos populos. nume. 74. C. de summa Trin. vbi Ias. numer. 30. primæ lectionis. & nu. 67. secund. Abb. Feli. & Doct. in c. licet. de foro compet. idem Abb. in c. contingat. nu. 30. eo. ti. Alex. consil. 11. col. 3. lib. 1. Bos. in tract. delictor. ti. de pœnis. num. 19. Iulius Clar. li. 5. recep. sent. §. fin. q. 85.

In ea domicilium habentes.

C A P V T. I X.

- 1 Iudex domicilij de delictis suorum clericorum alibi commissis cognoscit.
- 2 Quando de domicilio fit mentio, de

*domicilio habitationis in dubio intelligitur.*



Domicilij forus generalior est omnibus alijs. Vnde a Card. Anton. & Abb. in cap. cum contingat. de foro comp. concludunt, quod iudex domicilij potest cognoscere de delictis suorum Clericorum etiam alibi commissis. & idem tenet Ioan. Calde. in repet. c. de illis. de rapto. in col. 6. in q. 6. qui respondet ad fundamenta, quæ in contrarium videbantur vrgere. & vide Part. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interd. & re legat. qui notat ex tex. quod iudex loci, vnde quis est incola, potest quem punire de delicto alibi commissõ b. quod dicit esse notandũ, & vide Abb. in c. in fin. de foro comp. in col. 13. vers. Sed circa primã. Vbi concludit, quod iudex domicilij potest exercere omnimodam iurisdictionem in sibi subditum ratione domicilij, si ibi reperitur, etiam in criminibus alibi commissis. Et vide Ioann. Andr. in capit. vt animarũ, de constit. in. 6. qui dicit qd siue subditus delinquat extra diœcesim, siue in loco exempto diœcesis, potest ratione fori cõueniri corã iudice suo. & idẽ tenet Ioan. de Ligna. in Clem. pastoralis. de re iudi. quod refert Andr. Siculus in d. c. cum contingat. in col. 5. vbi respõdet ad d. cap. Vt animarum. qui huic sententiæ videtur aliquantulum aduersari. Et tandẽ refert Ioã. And. post Odofr in add. ad Specul. tenentẽ, qd hæc sententia procedat, quando proceditur per viam accusationis, secus si per viã inquisitionis: quia tũc iudex agit ad vindictã, & sua nõ interest, ex quo nõ deliquit in suo territorio, & hoc attẽto iure ciuili. Secũdũm verò, iura canonica



vtraque via iudex procedere poterit, & postea refert Anto. Cin. & Bart. volentes quòd etiam de iure civili hoc procederet, & Abb. in consil. 24. volum. 1. incipien. Rodolphus num. 1. qui in contingencia facti ita consuluit fieri posse. & vide Abb. in colum. 2. in. d. c. Cum contingat. qui tenet opinionem Anto. & Bart. & tandem Barba. ibi, in col. 7. & 8. sustinet opinionem Ioan. Andr. & Odofr. contra Cinum & Bart. & residet in eorum opinione, & credit quòd in practica sua tenetur opinio, quia æquior, & fortioribus innititur rationibus. Et vide Gandin. in tractatu maleficiorum. in fin. vbi hanc quæst. disputat, & tandè concludit, quòd iudex domicilij nõ potest procedere per inquisitione contra delinquentem propter delictum alibi commissum, & in fin col. dicit, quòd licet aliud obtineat de iure canonico, tamen hoc procedit de iure civili, & sic videtur tenere opinionem Ioan. Andr. de qua supra in addit. ad Specul. licet eum non referat. Et vide Hippol in sua practica criminali. in. §. Constante. in col. 14. vbi mouet hanc quæst. & dicit, quòd doctores in ea sunt varij, & pro vtraque parte remissiue refert plures doctores, & tandem dicit, quòd magis comunis opinio est, quòd iudex originis non possit inquirere: & sic opinio Ioan. Andr. de qua supra, quem ipse allegat in primo loco pro ista sententia. Et aduerte quòd quando fit mentio de domicilio in dubio, intelligitur de domicilio habitacionis. <sup>c</sup> per glos. notab. in cap. Statutum. §. cum verò. in verbo, vnã dictam. de rescript. lib. 6. Notant doctores in cap. fin. de for. compe. Bal. in. l. fin. col. 11. de ædict. diui Adria. Iason in. l. cunctos populos. C. de

summa Trinit. & fide cathol. in col. 6. Si tamen Clericus est vagabundus, tunc videtur quòd vbicunque fuerit repertus poterit puniri, <sup>d</sup> iuxta glos. in. l. 1. C. Vbi de crim. agi oportet. quam allegat Gandi. in tracta. maleficiorum in rubr. vbi puniatur delinquens, circa principium.

**G**eneraliter. Et sic Ang. sententia exploditur, qui consil. 40. col. 2. domicilium originis, potentius quouis alio domicilio existimabat.

*Alibi commissio.* Vide autorem. & quæ ibi scripsi addit. 1. cap. super.

*Habitacionis.* Vide Dom. & Fran. in. c. statutum. §. cum verò. de rescri. lib. 6. vbi glo. quam hic allegat autor valde commendat: quam hanc opinionem sequutus not. & dicit sing. Anton. consil. 21. in fine. Alex. in. l. cum quedam. col. 2. vbi Socin. ead. col. ff. de iurisd. om. iud. Idem Alex. dicens eam valde notandam, consil. 101. col. 2. li. 3. & in addit. ad Bart. in l. assumptio. ff. ad municip. Anton. Imo. & alij in. c. vlt. de foro cõpet. Felin. in. c. 1. in fine. de sponsa. Ias. in l. cunctos populos. nu. 25. C. de sum. Trin. Decius in. l. si eadem. nu. 2. ff. de offic. assesso. Steph. Bertran. cõs. 109. lib. 2. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 384. num. 7. cui communi & receptæ sententiæ suffragatur glos. quam vbique doctores summis laudibus celebrant. in Clem. 1. in verbo, subditos, in fine. de foro comp. quæ voluit, quem propriè subditum dici ratione habitacionis: quam approbat ibi Imo. qui ad hoc multa allegat. & Petrus de Anchar. in. c. Romana §. contrahentes. de foro cõp. in. 6. Bal. in. l. omnes. §. si non apparitor. C. de Episc. & Cleric. Abb. in c. 1. in fine. vbi Felin. de foro comp. Petrus

Petrus de Anchar.conf.437. nu. 2.  
 Paul.de Cast.conf.44.num.5.lib.1.  
 Barba.in procem.Clem. §. sane. Cor-  
 ne.conf.323. col.2.lib.4. eam fate-  
 tur esse sing. Alex.in addi.ad Bar.in  
 d.l.assumptio.& est communiter ab  
 omnibus recepta,quia contradicto-  
 rem non habet,quod ego sciam. Et  
 quod plus est,iura etiam exorbitan-  
 tia loquentia de domicilio originis,  
 locum obtinent in habitationis do-  
 micilio,vt tenuit glos.not.in.c.præ-  
 senti.in vers.Sane. verbo. origina-  
 rius.vbi Domi & Fran.de præben.  
 libro.6.

**D** *Puniri.* Adde Bar. in. l. hæres ab-  
*Vaga-* fens. §. proinde. num. 4. vbi Cur. Iu.  
*hondus* ff. de iudi. Corset. in repe. Abbas in  
*Utrum* verbo, vagabundus. Callan. in con-  
*ad deli* suetu. Burg. tit. *Des aduenz.* §. vnic.  
*Et lo-* num. 12. Bofsi. in tract. delict. tit. de  
*cum re* foro comp. num. 69. Nec in hoc ca-  
*mitti* su, ad locum commissi criminis re-  
*debeat.* missio facienda est, vt tradiderunt  
 Calderi. & Ioan. Anania. in. c. 1. de  
 raptorib. Guid. Pap. q. 202. num. 2.  
 quam esse communem sententiam, fa-  
 tetur Bellim. consil. 11. col. 1. quem  
 refert Probus in addit. ad Ioan. Mo-  
 nach. in. c. inquisitionis. num. 5. de  
 sent. excommu. Bofsi. d. num. 69. &  
 nouissimè diligentissimus Doctor  
 Didacus Perez Salmantinus, in. l. 2.  
 tit. 14. ver. quæro vltèrius. lib. 8. ord.  
 Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. §. fina.  
 q. 39. vers. Cæterum si reus. Quam  
 quidem opinionem falsam esse exi-  
 stimo, & ideò iuris esse certissimi cõ-  
 seo, vagabundum ad delicti locum re-  
 mittendum esse, vt in eo condignis  
 pœnis puniatur. Sequor in hoc In-  
 noc. quem in Sacro Iure Pontific.  
 veluti terrestre numen veneramus,  
 in cap. 1. de raptori. vbi Abb. & Car-  
 dina. idem Abb. Post. Anton. in. c.  
 vltim. num. 21. de foro comp. Mari.

Socinus in capitulo, postulasti. nu-  
 mero. 15. de foro comp. D. Couar.  
 in pract. quæstio. capit. vñdecimo.  
 numero. 7. Boni. de Vitali. in tract.  
 mal. fi. in rub. de inquisi. n. 56. Mõ-  
 tal. in. l. 32. tit. 11. par. 3. idem in. l. 1.  
 tit. 1. lib. 2. foro leg. Nam vt elegãter  
 scribit Abb. d. num. 21. fortiõri ra-  
 tione vagabundus ad delicti locum  
 remittendus est, quam non vagabũ-  
 dus, cum talis remissio, sine alicuius  
 iudicis iniuria fiat. & hoc manifestè  
 probat Regia lex. 1. tit. 29. par. 7. cũ  
 dicit: *Acusado seyendo algun home de*  
*yerro que vniessa, en algunas maneras,*  
*que diximos en los titulos desta setena*  
*partida. &c.* In quibus quidem titulis  
 mentio fit de his criminibus, quæ à  
 vagabundis perpetrantur idem pro-  
 bat l. 15. titu. 1. par. 7. ibi. *Por yerro*  
*que todo home faga.* Et sic generaliter  
 loquitur tam de vagabundis, quam  
 de alijs hominibus.

Benè tamen hæc controuersæ opi-  
 niones distinctionis sedere possunt  
 componi, vt prima tunc locum obti-  
 neat, quando offensus accusat reum  
 vagabundum coram iudice loci, vbi  
 eum inuenit: tunc iudex loci delicti  
 ex officio nullo modo procedere po-  
 test. Secunda verò opinio vera est,  
 quando iudex loci delicti, parte  
 postulante, remissionem petierit,  
 quod probare videtur egregia Par.  
 lex. 15. suprã allegata, quã ad hoc re-  
 fert Auendan. resp. 40. numero. 9.  
 Et nota, quod vagabundus dici-  
 tur, qui per mundum vagatur. Bar-  
 tol. in. l. quarta. §. Prætor ait. nume.  
 24. ff. de damn. infect. & est com-  
 munis, teste Maria. in capitulo fi-  
 nali. numero. 57. de foro comp.  
 & qui non habet certum domici-  
 lium. glos. in dicto. §. Prætor ait.  
 Quam sequitur Guid. Papa, decis.  
 202. num. 2.

## Et beneficia.

## CAPVT, X.

- 1 *Clericus ratione Ecclesiastici beneficij residentiam requirentis, in loco illius domicilium sortitur.*
- 2 *Habens plura beneficia residentiam requirentia, totidem habet domicilia.*
- 3 *Prelatus subditum Clericum ratione beneficij, pro delicto alibi commisso in propria diœcesi inuentum punire potest.*

**A**N Clericus, ratione beneficij, quod habet, dicatur habere domicilium in loco illius? Sufficiat referre breuiter, quæ tradit latè Felin. in cap. dilectus, el 2. de rescrip. in. 1. col. vbi materiam istam, more suo, per conclusiones resoluit, videlicet, q̄ si Clericus habet beneficium non requirens residentiam, non censetur illic habere domicilium, secundum Innocen. Anton. & Abb. in cap. ex ore: de priuilegijs. Si verò requirit residentiam, sortitur ibi domicilium, secundum omnes Doctores. ibi. & in dict. cap. Ex ore. & alios, quos ibi refert: quod procedit, licet ibi non resideat, si secum non est dispensatum super residentia, vt per eundem Felin. ibi. in 2. col. in. 4. conclusione. Qui post multa concludit, quòd talis de facto non residens, fingitur ibi habere domicilium in loco beneficij in onerosis: Vnde habens plura beneficia requirentia residentiam, dicitur habere plura domicilia, secundum eum, ibi, in. 3. conclusion. allegando, glos. in cap. Primatus. 71. distin. & in. c. quoniam. 21. quæst. 2. Et in cap. quia in tantum. de præbend. quod intelligit, quãdo quasi æqualiter in vtroq;

residet: secus tamen si in altero seruit Vicarius eius, quia tunc habet domicilium tantum, vbi residet: & hoc etiam tenet Abb. in cap. Postulasti. de foro competen. col. 1. Imò plus dicit idem Felin. vbi supra, in. 3. col. in. 6. conclu. quòd licet Clericus possit habere domicilium alibi, tamen principale dicitur esse in loco beneficij, pro quo refert Innocen. in. d. c. Ex ore, & alios. & idem not. ipse in d. c. postulasti. in princip. Ex quibus omnibus sic breuiter collectis, & si diffusius illa prædictus Doctor scripserit, videtur, quod possit inferri ad nostrum propositum, quòd prælatus diœcesis (in qua quis habet beneficium, in quo tenetur residere, licet non resideat) potest punire talem Clericum inuentum in sua diœcesi, de delicto alibi commisso, tanquam sibi subditum ratione domicilij, quãuis nullum aliud domicilium in sua diœcesi habeat. Et in materia huius capituli. Vide Decium in. c. quia in tantum. de præben. circa fin. vbi inter alia ponderat text. in. c. 3. de tempo. ordin. in. 6. contra communem conclusionem, & tandem in fine respondet.



**I**N loco illius. Vide glo. not. in. c. quia in tantum. in verbo, plures. in fine, vbi Abb. de præbend. Archi. in cap. statutum. colum. 5. Ioã. And. col. pen. & Domi. & Franc. in. 6. c. c. v. de præben. in. 6. Arch. in summa. 3. q. 6. & in. c. si clericus. 11. q. 1. Specula. in tit. de accusa. 9. 1. versic. Sed nunc quid sufficit. & in. 9. sequen. Abb. Barb. & Marian. in cap. postulasti. de foro comp. Bal. in. l. omnes. in. 2. not. C. de Episc. & Cleri. Anton. & Abb. in cap. cum causam. de dolo & contuma. Cardin. in Clem.

Clem. causam. §. quòd si forsan. not.  
 3. de elect. Fab. in. §. vlt. colum. pen.  
 Inst. de pœna temere litig. Felin. in  
 c. dilectus. in. 2. huius in. ij. colum. 1.  
 de rescrip. Bertran. consil. 101. lib. 3.  
 Bober. in sing. incip. Forus.

- 6 *Potest punire.* Adde quòd hæc  
 autoris opinio intelligenda est, quã-  
 do nõ petitur remissio à iudice loci,  
 vbi delictum fuit cõmissum, si enim  
 peteretur: teneretur quidem prælatus  
 diocesis, in qua clericus beneficium  
 habet, & in quo residere tenetur, cle-  
 ricum peteti iudici remittere. Sicut  
 etiam facere tenerentur alij iudices,  
 qui ratione originis, vel domicilij,  
 alterius causæ in ipsum delinquen-  
 tem iurisdictionem habent. ita Ant.  
 de Butrio. num. 10. Arch. col. penul.  
 Felin. num. 9. in. c. n. fide foro comp.  
 D. Episcopus Couar. in pract. q. c.  
 11. num. 6. & hanc opinionem com-  
 munẽ esse testatur eam sequuti Cep.  
 consi. crimi. 59. vers. Primum est. an  
 de iure. Cur. Iun. in. l. hæres absens.  
 §. 1. num. 5. vbi Sapia. num. 10. ff. de  
 iurisd. omn. iud. Iul. Clar. in pract.  
 crim. §. fi. q. 38. vers. Est autem. & vi-  
 de tex. in. §. si verò quis comprehen-  
 sorum. in auth. vt nulli iudicum.

## Graua & plura perpe- trarunt facinora.

### C A P V T X I.

- 1 *Delicta leuia, graua, grauiora, seu  
 grauissima, quæ dicantur breuiter  
 & dilucide, per totum caput expli-  
 catur.*



Via ex qualitate delictor-  
 rum in dispositione sa-  
 crorum canonum pœnæ  
 minuuntur, vel augentur,

& in his quæ ad iudicis arbitriũ re-  
 linquuntur, pari modo aggruari vel  
 moderari debent: ideò de clericorũ  
 delictis tractaturi oportunum est, vt  
 aperiamus, quæ leuia, graua, gra-  
 uiora, seu grauissima iudicentur. Et  
 in hoc Panormi. in cap. tuẽ. de pœ-  
 nis, scripsit, quòd leuia a dicuntur,  
 vbi dolus non requiritur, vt quando  
 aliquid contingit per imperitiã, vel  
 culpam sine dolo: vel quando dolus  
 interuenit circa rem modicam. Cui  
 adde Ang. in .l. non solũ. §. Si man-  
 dato. §. de iniur. & in .l. leuia. ff. de  
 æcusat. ad hoc videlicet quæ dican-  
 tur crimina leuia, vel nõ. Et vide Au-  
 gust. in addi. ad Angel. de Aret. in  
 verbo, hæc est quædam inquisitio. in  
 addi. §. in fin. quæ per glos. in. c. Cũ  
 illorum, de senten. excommunicati. di-  
 cit, quòd hoc relinquitur arbitrio iu-  
 dicis: & quòd secundum vulgi opi-  
 nionem ista veniunt in considera-  
 tione. Item quòd graua sunt in qui-  
 bus exigitur dolus, & tẽdunt in gra-  
 ue præiudicium alterius, seu reipubli-  
 cæ: & magna pœna imponitur, vt  
 in furto, periurio, & similibus. Gra-  
 uiora sunt publica, & quando non  
 imponitur pœna mortis. Grauis-  
 sima vbi imponitur pœna mortis. Pro  
 leuibus secundum eundem Panorm.  
 non debet deponi clericus, nec pri-  
 uari beneficio, sed poterit ad tempus  
 suspendi, vel aliter corripì ad arbi-  
 trium superioris. Pro grauibus po-  
 test deponi. & adde Felin. in cap. At  
 si clerici. de iudi. in princ. in colum.  
 pen. qui dicit, quòd quæ dicantur cri-  
 mina graua statuer arbitrio iudicis,  
 & refert ad hoc Abb. vbi supra. Pro  
 grauioribus quanquam non sint  
 publica, poterit vltra depositionem  
 detrudi in monasterium. Pro grauis-  
 simis, vbi de iure ciuili puniretur pœ-  
 na mortis, potest deponi & dånari  
 ad

ad perpetuum carcerem. Et quia qualitas cuiusque criminis latius in quolibet eorum infra declarabitur, ista sufficiant pro commento huius particulae.

**A** **L**euia. Quae dicantur leuia, graua, grauisimaq; delicta. Explicat legatè Bar. in l. non solum. §. si mandato meo. num. 7. ff. de iniur. & in l. leuia. ff. de accusat. glos. in l. auxilium. ff. de minori. Sali. in l. 1. C. de requi. reis. Felin. in c. cum illorū. de sent. excomm. Ang. Are. in tract. malefi. in prin. col. 3. Abb. in c. tuæ. de pœn. Petrus Foller. in pract. crim. in parte audiatur excusatores. n. 49. pag. 70. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. 1. vers. Sunt etiam. Qui scribit serenissimum & inuictissimum Regem, & Dominū nostrum Philippum. I. I. Hispaniarum Regem, à suo supremo Senatu interrogasse, quæ essent delicta atrocia, cui Senatus respondet atrocia delicta esse sequentia Rebellionis læsæ maiestatis homicidij ex proposito commissi, falsæ monetæ, tertij homicidij, scilicet commissi ab eo qui alia duo commiserat, etiam si pro his condemnatus nõ fuisset, vulneris illati proditoriè, etiam si mors sequuta non fuerit, tertiae tonsationis monetæ, raptus virginis honestis parentibus ortæ, etiamsi copula sequuta non fuerit: vsus venereus cum sacra virgine in habitu, & intra monasterium de gente Sodomia, famosorum latronum in vijs grassatio, falsificatio Sigilli Principis, aut Senatus, quod responsum Regi nostro placuit.

**B** Arbitrio iudicis. Vide Bald. in c. proposuit. de appella. Feli. post alios. in cap. at si clerici. de iudi. num. 13. And. Tiraq. in repet. l. si vnquam. in

verbo, omnia. num. 31. pag. 177. C. de reuocan. dona. Bermo. Chrouer. tit. de pub. concubinar. c. de Sod. crimin. num. 30. & latius eod. tract. in parte fuerit dispensatum. numero. 1. fol. 206. & hanc opinionem communem esse fatentur eam sequuti And. Alciat. in c. cum non ab homine. num. 28. de iudic. Villa. Hispa. in lib. commu. opin. litera. D. nu. 56. Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. 1. versic. Sunt etiam. eamque sequitur vir nostra ætate in iure consummatissimus Iacob. Menoch. in lib. illo omni eruditione pleno, de arbit. iud. quæstio. lib. inquam. 2. centu. 3. casu. 266. num. 2.

*Magna pœna imponitur.* Et ideo delictum tanto grauius iudicari debet, quanto pro eo grauior pœna imponitur, hæc fuit Bar. opinio in l. leuia. circa prin. ff. de accusat. & hanc dicit communem regulam & theoreticam. Socin. consil. 157. num. 5. lib. 2. & vide Barba. consil. 48. lib. 2. Deci. consil. 65.

**Cum Laici essent sine ordinibus ministrare, ac celebrare sunt ausi.**

### C A P V T. XII.

- 1 Clericus huius criminis reus, iudicis arbitrio est puniendus.
- 2 Ingerens se in actibus clericorum: cum non sit, est falsarius.
- 3 Clericus in ordine, quem non habet ministrans, deponendus est.
- 4 Clericus non ordinatus ministrans in aliquo ordine in apparatu, irregularitatem contrahit, cum quo Papa solus dispensat.

Quæ

Respon  
so Re-  
gij sena-  
tus Hi-  
spani  
declara-  
tur,  
quæ cri-  
minat  
trocia  
iudica-  
ri de-  
beant.

Iacob.  
Meno.

C



**Q**VAE poena sit imponenda laicis missam, vel aliud factum ministerium celebrantibus hucusque canonica iura non statuerunt: forsitan enim antiqui illi patres non crediderunt tantam futuram esse aliquorum hominum temeritatem, ut tantum nefas (quale est sine ordinibus missam celebrare) committerent, & si iam hodie dignum esset hoc speciali sanctione punire, cum temporibus istis hoc aliquando accidisse coperimus. <sup>a</sup> Cum ergo casus acciderit, hoc arbitrio iudicis puniendum videtur, in quo oportebit considerare ea, quae in arbitrarijs inferius suo loco consideranda describimus. Bald. tamen in l. Qui sub praetextu. C. de sacrosanct. Eccle. notat, quod dicens se clericum, & ingerens se actibus clericorum, cum non sit, est falsarius, quem refert Felin. in cap. Tertio loco, de probat. in prin. vide etiam Felin. in proemio decre. in nu. 37. ubi dicit quod mentiens se clericum punitur arbitrio iudicis, & ultra hoc faciens actus clericales punitur poena falsi. <sup>b</sup> Et vide Prepos. in cap. Quod interrogasti. 27. distinct.

<sup>3</sup> Clericus autem ministrans in ordine quem non habet, deponendus est, <sup>c</sup> & amplius non ordinandus. Tex. in c. 1. de cler. non ordin. minist. qui sic sumatur. Diaconus missam celebrans ad sacerdotium non potest promoueri, a diaconatu suspenditur biennio, vel triennio, ut in cap. 2. eodem tit. Clericus praeterea qui cum non esset ordinatus ministravit in aliquo ordine in apparatu incurrit irregularitatem, cum quo solus Papa dispensat: tenet Lopus in allegatione. 29. incipi. An dispenset, referendo Calderi. in c. Si celebrat, de cle. excom. Idem tenent Hostien. & Gofre. ut ad maiores ordines ascendat, sed in susceptis dispense

sat Episcopus, ut notant Angel. in summa, in §. 38. incip. Duodecimio incurritur, in verb. irregularitas, & Silvester in eod. verbo, in §. duodecimo quaeritur.



**Q**UODPERIMUS, Id sane continet in hac celeberrima totius Archiepiscopatus Tolitanae. Complutensi curia quidam civitatis de Baeca (de quo ipse oculatus sum testis) anno Domini 1569. cum laicus esset, nec aliquo ordine sacro esset insignitus, duas missas celebravit, alteram in religiosissimo Divi Bernardi collegio, alteram vero in pijsimo collegio societatis Iesu: sed quia dementia laborabat, & ob iustas alias causas, poena detractionis perpetuae in monasterium fuit punitus a Licenciato Martino Lopez de Salas, tunc dictae curiae vicario generali integerrimo & incorruptissimo, a quo ipse tanquam huius Complutensis Academiae Cancellario, Doctorali laurea sacrorum Canonum (licet immeritus) fui insignitus, anno Domini. 1570. die vero. 6. mensis Iulij. Et nisi me mea fallit sententia existimo praecellosos, & omni laude dignissimos haereticae pravitatis censors, posse ad tanti criminis punitionem procedere, reumque tanquam male sentientem de sacramento ordinis, condignis poenis punire.

*Poena falsi*, Adde expressam Regiam **B** l. 2. tit. fin. 7. par. ubi Grego. Lopez. *Deponendus*, Vide Autorem in regul. & fallen. reg. 357. & doctum & diligentissimum Ioann. Gracian in reg. & fallen. reg. 61. Hostien. in summa tit. de cler. non ordi. minist. §. qualiter, & Regiam. l. 29. tit. 6. part. 1. & hoc sex modis limitat Silu. in summa in verb. irregularitas. ver. Duodecimo, Angel. in sum. d. verbo. q. 38. & Na-

**A**  
*Factis*  
*memorable.*

**C**

Na-

Nauarr.in manuali. c. 27. nu. 242.  
Imò si nondum sacerdos ausus fuerit missam celebrare curiæ sæculari tradendus est, vt statuit Felicis recodationis, Paulus III. vt refert Iudith. inquisito. die. 17. Feb. ann. 1559. decret. 7. & die. 20. Maij, ann. 1559. & Simon Maiol. de irregul. lib. 4. c. 13. num. 1. qui pro totius cap. huius materia legendus est.

## Excommunicati.

### CAPVT, XIII.

- 1 Clericus excommunicatus ordinem recipiens illo ordine est deponendus, cum quo tantum solus Papa dispensat.
- 2 Episcopus quando cum irregulari potest dispensare.
- 3 Pœna huius capituli afficitur clericus, qui cum esset suspensus vel interdictus, sacris ordinibus fuit insignitus.

**P**œna clerici sæcularis recipientis ordinem, dum existit in excommunicatione, est quòd deponatur ab illo ordine. Not. Abb. ex text. ibi in cap. Cum illorum, in. 2. nota. de senten. excom. cum quo solus Papa dispensat, vt ibi. Quod procedit, etiam si ab excommunicatione, qua erat ligatus, poterat ab aliquo inferiori citra Papam absolui, vt concludit Abb. post Ioan. And. vbi supra, ex ratione, quia fuit effectus irregularis, & cum irregularibus solus Papa dispensat. Et idem voluit Ang. licet Abb. non referat, in sua summa, in verbo, irregularitas. in. 6. 22. inci. Secundo contrahitur, & Syluest. in eodem verbo, in ver. Secundo quaer-

ritur. Hostien. verò in sua summa. tit. de cleric. excom. ministr. dicit, quòd videtur sibi, quòd quando excommunicatus ab ordinario incurrit irregularitatem, quia sententiam eius violauit, posset ordinarius secum dispensare: dicit tamen quòd consuetudo refragatur. Et aduerte quòd idem est in clerico, qui suspensus vel interdictus ordines recepit, vt firmant Angel. & Syluest. vbi supra, referendo Rai.



*Dispensat.* Adde quod præsertim hoc procedit, si detur in recipiente certa scientia, vt in cap. 1. de ordin.

ab Episc. qui renun. Episcopo. vbi idem constat, si crassa vel supina daretur ignorantia. vt in cap. illorum. de senten. excom. Quòd si quis probabili affectus ignorantia, vel excommunicatus, vel ab excommunicato sacris fuerit ordinibus insignitus ab Episcopo proprio, qui in eo actu minime delinquerit dispensationem poterit obtinere. vt in cap. vlt. de ordin. ab Episc. qui renun. vbi omnes Doctores not. traditur etiam à Doctores in. d. c. cum illorum. Quamuis huic vltimæ opinioni, refragetur Inno. qui in. c. 1. de schismat. scribit collationem ordinis factam ab excommunicato, vel excommunicato, probabili tamen ignorantia excommunicationis, ita firmam esse, vt absque aliqua dispensatione, eius executio permessa sit: quam opinionem tenuit Hugo doctor antiquitatis veneranda, si credimus glo. quæ illam refert in cap. ab excommunicatis. 9. q. 1. Collect. in cap. vlt. de ord. ab Episc. Abb. num. 46. in. c. veritatis. de dolo & contu. idem in cap. ad probandum. vbi Felin. col. pen. de re iudic. Alphonfus à Castro Zamorensis, acris

Alpho  
sus à Ca  
stro.

acris & subtilis ingenij, & diuini verbi orator celeberrimus. in lib. 2. de potest. leg. pœna. c. 15. Quam opinionem fallam esse censeo, & iuris esse apertissimi existimo, dispensationem semper necessariam esse, siue adfit sciētia, siue probabilis ignorātia. Sequor æquidem in hoc glo. in dict. cap. ab excommunicatis. & in cap. 1. de schisma. & in c. 2. de ordin. ab Episc. & in cap. si qui à simoniacis. 1. q. 1. quam communem esse sententiam fatetur Abb. in dict. cap. veritatis. num. 46. D. Episcopus CoUAR. in c. alma mat. 1. par. relect. §. 6. num. 6. de sen. excom. li. 6. & est tuior opinio secundum Anani. in d. c. 1. de schisma. num. 2. Selua. de benefic. 2. par. q. 11. col. 3.

Hodie verò siue detur sciētia siue ignorantia Episcopus iure poterit in hac irregularitate dispensare. ex Sacro Concilio Triden. sessione 24. c. 6. vbi Episcopis noua conceditur facultas dispensandi, super quacunque irregularitate descendente ex quocunque delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Erit æquidem in proposito casu occultū delictum, si excommunicatio occulta est, licet celebratio ipsa publica sit. arg. text. in l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali. nam quamuis actus celebrandi publicus sit, eius verò malitia, quæ ex excommunicatione emanat occulta est, ita in sacra pœnitentiariæ summo Prætorio definitū esse testatur vir egregius Martinus Nauar. in manu. confessio. cap. 27. num. 24.

## Illegitimi.

### CAPVT, XIII.

*Filij illegitimi apud Ethnicos honori-*

*bus, & dignitatibus indigni iudicabantur.*

- 2 *Illegitimus non potest sacris ordinibus insigniri.*
- 3 *Si tamen de facto fuerit ordinatus, licet recipiat characterem, ordinis tamen executione caret.*
- 4 *Celebrans verò non obtenta dispensatione irregularis non est.*



**V**T ab illicita copula retraherentur, seque iustis nuptijs alligarent homines, ex quibus prolem legitimam susciperent, merito etiam apud Ethnicos sancitum ac obseruatum est, vt filij illegitimè nati quantumcunque sine sua culpa labem ipsam contraxissent, honoribus & dignitatibus indigni iudicarentur. <sup>a</sup> Quod nempe <sup>a</sup> & si consideratione prædicta, vt sic fiat, non reputetur iniquum, licet filijs ipsis (quibus natura negauit ortū suum eligere posse) crudele quodammodo ac durum videatur. Cum illis tamen illegitimè natis viris, qui propria virtute ac bonis actibus paternam culpam in se ipsis abstergunt, pluresque legitimè natos moribus ac meritis antecellunt, <sup>b</sup> ac reipublicæ <sup>b</sup> seipso reddunt vtiliores, talis iuris asperitas liberaliter & sine pecuniarum exactione temperanda esset, vt sicut parentes ab illicita copula retrahit (si forsan retrahit) filiorū damnum futurum, sic iam natos contra leges filios, spes recuperandi honores, ad virtutem sequendam impellat. Iustum est enim, vt quos aliena culpa honore destituit, propria virtus, & si pauperrima sit (vt ferè semper esse solet) ad honores restituat. Quid enim crudelius, aut iniustius quàm quod naturalis quidam parentum excessus, virtute sola, quantumuis clara filiorum, in pauperibus reparari non



valeat, in diuitibus tamen, qui patrū suorum reatui plura propria addiderunt scelera, hoc facilius delectat sola præstatio pecuniæ? Prædicta igitur consideratione, etiam sacri canones, quibus maxima cura est sancto fauere instituto matrimonij, ac si illicita punire connubia, illegitimos quosq; à clericali tonsura, ceterisque Ecclesiasticis ordinibus arcet, prohibetq;,  
 2 c vt in cap. 1. de fil. presbyt. Et in. c. 1. & 2. 56. distin. & hoc per sex rationes, quas describit Præpo. in. d. cap. 2. licet Hostien. in summa. de fil. presbyt. in. §. quæ est causa. solum tres scripserit. Si quis autem illegitime natus promotus fuerit, licet recipiat characterem, non habet tamen executionem ordinis. probat tex. in cap. fin. 56. distin. Ex quo notant ibi Domini. & Præpo. quod licet illegitimitas non inficiat habitum ordinis, sed executionem: sed talis ordinatus recipit characterem. Et aduerte quod tales illegitimi ordinati non incurdunt nouam irregularitatem, d si ante obtentam dispensationem e celebrant, vt notat Nicolaus Plouius in tractatu de irregularitate, in. 40. regula, referendo Guliel. & Archidi. & hoc dicit seruare curiam.



*I*ndigni iudicantur. Adde la-  
 tissimè And. Tiraq. virū sanè variæ & indefessæ lectionis, & de vtroque iure bene meritissimum, nec pro meritis satis laudatum in tract. de nob. c. 15. num. 10. cum sequen. Gab. Paleotum Cardi. in tract. de not. & spur. c. 55. & vide Regiam. l. 2. tit. 13. par. 4. & l. 3. tit. 15. ead. part. & ibi multis nominibus magnus Gregor. in verbo, *Dignidades y honras*. Alber. Troti. lib. 2. de vero & perfecto cleri. c. 1. & 2.

*B* Antecellunt. Quæ sanè in locis

iam citatis, longa manu traduntur in filiorum illegitimos execrationem minimè intelligas de his, qui virtutum suarum splendore natalium tenebras effuderunt, eos enim apud bonos & probos viros, nec vilo contemptui esse nec legitimi inferiores iudicari censet Hyppol. sing. 273. & vt bene inquit Sophocles:

*Legitima est natura viris, quibus optima mens est.*

Imò sapiensimè, vt in hoc loco inquit autor, legitime natos antecellunt. Hinc Statius.

*Vidi ego transfertos, in alieno robore ramos,*

*Altius ire suis.*

Et Euripides præclarè inquit:

*Ex nobis spurios nasci, non turpe putandum est.*

*Fac nanque ingenio valeant fac moribus ipsum.*

*Haud vnquam poterit, naturam inuertere nomen.*

Et plures viros præclaros, qui illegitimi fuerunt, commemorat Doctissimus pariterque Illustrissimus Card. *Card. Pale.* in. d. tracta. ad finem, & fuerunt, & nostra tempestate sunt multi viri clarissimi, qui natalium defectum passi sunt, inter quos non infimum locum obtinet, noster D. Episcopus *Ioann. Bernardus* Diaz de Luco, qui vt cõpertum habui multorum integræ fidei testimonio, illegitimus fuit: quod *Bernardus fuit illegitimus,* præter alios testatur D. Episcopus Ioan. à Rojas in tractat. de succes. ab intesta. c. 15. num. 19.

*Prohibentque.* Adde quod Deus Opti. Maximus prohibitionē hanc induxit Deuter. c. 23. vbi scribitur, *Non ingrediatur Manzer* (hoc est) *de scorto natus in Ecclesia Domini vsque ad decimam generationem.* tex. in cap. innotuit. de elect. c. per venerabilem. qui filij sint. leg. Sed hoc in cap. nisi cum

*Andr. Tiraq.*

*Greg. Lopez*

*B*

cum pridem. de renun. declaratur, quod illis qui paterna vitia non sequuntur, possunt suffragari virtutes, quæ summum Præsulem Romanum inducent, vt cum eis dispenset, si morum honestas eos commendabiles reddat. tex. in. cap. presbyterorū. 56. dist. nam vndecunque homines nascantur, si parentum vitia non sequantur, honesti & salui erunt. c. vndecunque. ea distin. nullum æquidē parentis delictum innocenti filio pœna esse debet. l. 2. §. nullum. ff. de decurion. Si contrarium diceres maximum absurdum sequeretur. Vnde Bion. Philosophus non minus ridiculum hoc esse affirmabat, quam si medicus quispiam ob aui aut patris morbum nepoti vel filio medicamentum adhiberet. Huius verò prohibitionis ne illegitimi sacris donentur ordinibus. Plures rationes scripsit Pet. Rebuff. in benef. pract. in part. de dispen. super defect. natali. fol. 407. & vide Regiam. l. 12. tit. 6. par. 1. vbi Gregor. in verbo, *orden*. Et notat quod impedimentum de quo in hoc cap. locū obtinet, etiā si defectus nataliū sit occultus, & qui eum patiuntur pro legitimis habiti sunt, quales sunt multi, quos cōiugata ex adulterio habuerunt, vt egregiè scribit Nauar. in manu. confessio. cap. 27. nume. 201. Filius verò matri hoc asseueranti credere non tenetur. l. 1. §. si quis ab aliquo. ibi, *Si testator eum negauerit*. vbi Bar. & Doct. not. ff. de carb. edict. l. 1. §. mulier. ibi, *spurium in actis professum est*. iuncta glos. fin. ibi. ff. de proba. glo. in. l. si vicinis. C. de nup. & in. l. si posthumus. §. fui. verb. probetur. ff. de lib. & posthum. Regia. l. 9. tit. 14. par. 3. vbi Gregor. & opinio hæc communis est, vt constat ex multis autoribus congestis, qui eam sequuntur à Ioan. Rojas, tra-

cta. de succes. cap. 2. num. 28. & ita quo ad sacrorum ordinū promotionem tenet. Mart. Nauar. in loco iam allegato. Tamen (quòd salua tanti viri pace dicam) in promouendo tutius esse credo, propter animæ periculum, vt ab ordine suscipiendo abstineat. In eo verò qui iam est ordinibus insignitus, propria eius conscientia inspicienda est: nā si in intimo conscientiaē motu pendeat, ad credulitatē assertionis maternæ præsumēs se esse illegitimū abstinere debet, à sacri ordinis ministerio, & ad cautelā dispensationē oportet impetrare. Si verò internus conscientiaē motus, ad credulitatē non pendeat, sed potius firmissimè credat, se legitimū esse, nec abstinere tenetur, nec dispensationē impetrare ex Abb. sentētia in. c. 1. de fil. prob. & hæc est communis summistarū sententia, vt fatetur Simon Maio. de irreg. li. 1. c. 7. nu. 3. Hinc illud mihi dubium est, quòd scribit vir doctissimus Alphons. à Cast. li. 2. de potest. leg. pœna. c. vlt. 3. cōcl. asseuerans, filiū presbyteri ex cōiugata, ita occultè genitū, vt non possit aliūde probari, quā per parentū assertionem promoueri possē. Cuius cōtrarium tenet Anto. in. c. 1. de fil. presb. & de hoc dubitat Coua. in Clem. si furiosus. 2. par. §. 3. nu. 4. de homicidio. Sequitur tamen Anto. Nauar. in manuali. c. 27. nu. 193.

Notabis tamē vtiliter nō esse Episcopis permissam dispensationem, vt qui defectū nataliū patitur, ad sacros ordines possit aspirare, etiam hodie autoritate Sacrosancti Concil. Trid. ses. 24. c. 6. Nam quamuis nouissima illa constitutione, detur Episcopis facultas dispensandi in omni irregularitate, descendente ex delicto occulto, non deducta in iudiciū, excepta ea quæ prouenit ex homicidio

voluntario, exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, in hac vero huius capituli irregularitate, quæ aliunde, & non ex proprio delicto oritur, dispensandi facultas concessa non est, quod non vulgariter notari debet, pro illius decreti interpretatione. Ita tenet insignis Mar. Nauarr. in manu. cōfess. cap. 27. n. 194.

Si tamen illegitimus quispiam monasticam profiteatur disciplinam vitam suam dicitur innouasse, & eo ipso, quibuscumque sacris ordinibus potest insigniri. tex. in. c. 156. distin. & in cap. 1. de filijs presbyteri. gloss. in sum. 56. dist. Regia. l. 12. tit. 6. par. 1. ibi. *Pero aun ay otra razon, porque pue de recibir estas ordenes subyechas el que no fuesse legitimo. Esto seria si entrasse en orden de religion primeramente.* Tradit Bal. in. l. 1. in lectura. n. 5. C. de Sacrosan. Eccles. Rom. in Auth. si mulier. 7. priuileg. C. ad. l. Fal. Feli. in cap. testimonium. num. 31. de testib. Hypp. sing. 273. & in rub. ff. de fideiussor. & in sing. 501. Anton. de Rosel. de legit. lib. 3. in fine. vbi id limitat. procedere tantum in filio naturali, non vero in spurio, quod falsum est & merito eum reprehendit Ioan. Rojas in tract. de succel. c. 23. nume. 109. Quod notandum est ad interpretationem. text. in. c. dilectus. de filijs presbyteri. & in cap. 1. eor. tit. in. 6. Aboletur sanè omnis illicita macula per religionis ingressum, vt in auth. de monachis. in prin. c. non liceat. 19. q. 3. quod tantum quod ad ordines sacros intelligendum est, quo ad dignitates & grauiora munera is qui Spurius natus est, promoueri nullo modo potest, absque Summi Præfatis indulgentia glo. not. in. c. fin. de filijs presbyteri. Abb. in. c. 1. in fin. eo. tit. Feli. in cap. meminimus. not. 6. de accusat.

Nimis tamen inter Doctores controuersum est, vtrū ingressus religionis operetur legitimationē, quo ad successionē bonorū parentū. Siquidem Guil. de Ceno. qui huius quæstionis fuit ante signatus, in. l. 1. C. de Sacros. Eccle. in ea fuit sententia, vt censeret filium illegitimū monasticā vitam professum, posse succedere in bonis parentis. Idē sequitur Bal. in. d. l. 1. in lect. col. 5. Feli. in. c. cū deputati. de iud. col. 2. Rom. in Auth. si militer. C. ad leg. Falc. 7. Speci. Alex. Roman. & Archid. colum. 2. in l. necessarii, ff. de acquiren. hæred. Barba. in. c. quia nos. de testamen. col. 1. Ias. in l. 1. nume. 30. C. quand. non peten part. Anto. de Rose. in tracta. de legitim. ad finem. in qua fluctuat Roderic. Suar. allegat. 25. ita vt in casu, de quo fuit interrogatus consuluit concordiam faciendam esse, tandem religionis fauore. Guil. sequitur, & de ea nimis dubitat Gregor. Lup. in dict. l. 12. in verbo, *en orden.* & tueri eam conatur duobus casibus. Primò, quando filius est naturalis non spurius. Secundò, quando parentis consensu religioni offertur tandem in fine illius glo. dicit valde dubiam esse quæstionē hanc, & quod in practica vix reciperetur. Guil. opinio eam verò communem esse testatur insignis Couarru. in. 4. decret. 2. part. capite octauo. §. 7. in fine. Quæ ea solum ratione innititur, quia sicut filius naturalis patris consensu Curie Principis oblati, fit legitimus ipsi offerenti, etiam si filios legitimos habeat. l. 3. C. de naturalibus. & in Authentic. quibus modis natur. eff. sui. §. 1. 2. & 3. Reg. l. 5. tit. 15. part. 4. multo magis per oblationem curie celesti. Sed propter id quod hæc legitimitas ab aula iam recessit, teste Ang. cōf. 17. & in

& in dict. authentic. §. quod verò. Rosel. de legit. ca. fina. Oblatus equidem Curie Cæsaris, ideò legitimus fiebat quod præsumebatur à Cæsare ipso legitimus fieri, quod non conuenit oblationi Curie cælesti: & ideò contrariam sententiam tenet Fab. in auth. ex complexu. C. de incest. nup. Præpositus in. c. tanta. colum. 2. qui filij sint legit. Flor. in. 3. part. tit. 1. capit. 27. §. 2. Couar. d. §. 7. Et hæc opinio verior est, & Forensi vsu recepta.

*Expositus an possit ad ordines promoueri.*

Sed huic loco accommodatissimum illud non omittā, an expositus cuius parentes adeò latent, vt prorsus incertum sit, an legitimis conceptus sit nuptijs, possit ad sacros ordines promoueri. Qua in re dubius & anceps est Anchar. in ca. 1. de infan. exposit. cuius dubitationis ratio est, quia nemo legitimus præsumitur, & qui se legitimum dicit probare debet. Ang. per illum tex. in. l. liberorū. ff. de his qui not. infam. Deci. conf. 54. Ias. in. l. nec professio. C. de test. idem consil. 102. vol. 4. And. Alcia. de præsu. reg. 3. præsu. 1. num. 12. D. Couar. in. 4. Decretali. 2. par. cap. 8. §. 3. num. 1. Et opinionem hanc nouissimè sequitur Doctissimus & diligentissimus Simon Maiolus Episcopus Vulturarien. de irregula. lib. 1. cap. 11. num. 1. vbi plures viros egregios commemorat, qui expositi fuerunt. Contrariam tamen sententiam tenet Anani. in dict. cap. 1. de infan. exposit. num. 11. vbi concludit nullā dispensationem necessariam esse, vt expositus possit promoueri. Sequitur Bermond. Cho. in tract. de publ. concubina. in verbo, qui etiam filias. nu. 90. col. 363. quam opinionem communem esse testatur eruditissimus Cardi. Paleo. in d. tract. c. 63. nu. 3. Nam vt ipse, cap. 20. eiusdem tracta-

tus probare contendit à supradicta sententia recedens vnusquisque legitimis natalibus ortus præsumitur, quod latius apud eum legendū erit. Sed quod ad nostram spectat propositam controuersiam, D. Præsul Couar. in Clem. si furiosus. 1. par. relect. in prin. num. 9. de homi. à communi opinione videtur recedere, ea innixus ratione, quod non soleant filij ex legitimo nati matrimonio exponi, sed potius qui ex furtiuis & illicitis fornicationibus congressibusq; nascuntur. Sed hæc ratio concludens non est. Siquidem veterum exemplis constat multos, filios exposuisse: qui tamen ex matrimonio nati sunt, vt de Semirami. Paride, Cyro, & de alijs pluribus, historiæ testantur. Nos equidem quotidiano vsu id experimur, quam plurimos rei familiaris inopia oppressos, qui cū liberis suis alimenta nō possint suppeditare, solere eos exponere, ea potius spe, vt commodius ab alijs educantur, quam quod paternæ erga illos pietate sint destituti. Opinio tamen dicti Domini Episcopi summè mihi placet, qui censet expositos ad Ecclesiasticos ordines nō esse, promouendos absque dispensatione, quod si promoti fuerint, ordinum vsu prohibendi non sunt, propter communis sententiæ auctoritatem, quamuis indistinctè communem sententiam sequatur, vir nostro sæculo in iure consummatissimus, & perspicacis & acris ingenij. Iacobus Menoch. de arbit. iud. quæst. lib. 2. cen. 4. casu. 396.

*Irregularitatem.* Vide Abb. in. c. si celebrat. de cler. ex com. minist. Gósal. à Villadiego de irregu. c. de susp. col. 1. Petrum Rebuff. in pract. benefic. in parte de dispen. super defectu natali. numer. 13. quam opinionem communem esse fatetur D. Episcop.

Couarru. in Clemen. si furiosus. §. 1. numer. 3. de homi. Petrus Rauen. in Alpha. aureo. fol. 186. colum. 2. Marti. Nauar. probitatis & eruditio nis vnicum exemplar in cap. si quan do. exceptione. 11. de rescrip.

**E** *Dispensationem.* Vide multa de hac illegitimos dispensatione, tam cir ca ordines, quam beneficia, quæ scri bit Alber. Trot. lib. 2. de vero & per fecto cleri. c. 2. per totum.

## Rebaptizati.

### CAPV T, XVIII.

- 1 *Rebaptizatus non potest ad Eccle siasticos ordines promoueri.*
- 2 *Si tamen de facto fuerit ordinatus, qua poena puniatur.*

**R**ebaptizati in tantū odio hebentur ab Ecclesia, \* q̄ qui non ignari rebaptizā tur, dicuntur quasi iterum crucifigere Christum, vt in cap. Qui bis. de consec. distinct. 4. & ideo nō sunt ordinandi <sup>b</sup> ad clericatum, vt in cap. confirmandum. 50. distin. & habetur in Concilio Carthag. Quin to, Can. 11. quod adeo est verū, quod dicit text. in dict. cap. Qui bis. quod <sup>c</sup> etiam si ignoranter rebaptizati fue rint ordinari non possunt. vbi glos. hoc intelligit de ignorātia iuris, quæ non excusat, non autem de ignoran tia facti: quia talis rebaptizatio non <sup>2</sup> impediret promotionem. Qui autē ex rebaptizatis ad sacerdotij gradum indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit. Ita disponit Cō cilium Toletanum. 4. de quo in cap. fi. 51. distinct. quamuis ille tex. non intelligatur de ordinatione ad sacer-

dotium, sed ad Episcopatum, secun dum Archi. ibi, quem vide notan tem, quod tales scienter rebaptizati censentur perpetuò irregulares, qui respondet ad argumentum, quod po test obijci, qualiter actus, qui non habet effectum, sicut rebaptizatio inducat irregularitatem, & vide glo. in dict. capit. Qui bis.

**E**cclēsia. Quæ non semel **A** diffiniuit, Sacramentum baptis mi, non esse repe tendum, nec iterandum, quemadmodum Diuus Augustinus libr. de vnicō Baptismo, & aduersus Donatistas docet. Et in libro de ve ra & falsa poenitentia, capit. 3. Pau lus sanē ad Hebræos, capite sexto, contra quosdam rebaptizari volen tes ait: *Rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei.* Et iterum ad Ephesios ca pite quarto ait: *Vna fides, vnum bap tisma.* Est equidem à Catholica disci plina alienum rebaptizari, vt oslen dit Clemens Papa Sextus, capit. 15. Constitutionum Apostolicarū Act. inter cætera. *Eodem modo contenti sint vno solo Baptismo, qui in Domini mor tem traditur, non ministerio abominan dorum hæreticorum, sed probatur Sa cerdotem in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. &c.* Et paucis verbis interpositis subdit: *Verūtamen initia tos iterum baptizare tentantes, Cru cifigunt Dominum, & iterum eum interimunt: derident diuina, eludunt sancta: insultant spiritui, sanguinem san ctum veluti communem contemunt.* &c. Idem docet Damascenus libro quarto, de fide orthodoxa, capit. pri mo. Leo Papa ad Rusticum Episco pum, Epistola. 70. capit. si nullo. de consecratio. distinct. 4. Diuus Thom. in. 3. par. q. 66. artic. 9. idem tenent Theologi omnes in. 4. sent. dist.

distin. 6. Alphon. à Castro, libro. 2. de hæresi. c. de Baptismo hæresi. 5. Quod nouissimè hodie Sacrosanctum Concilium Tridentinum docuit sessione. 7. c. 11. *Si quis (inquit) dixerit Verum & rite collatum Baptismum, iterandum esse, illi qui apud infideles fidem Christi negauerit, cum ad poenitentiam conuertitur, enathema sit.* & sessio. 14. cap. 2. & tradiderunt latissimè Ioan. Fab. & alij Catholici viri, qui etate nostra, aduersus Anabaptistas Germanos scripserunt, qui quidem multis magnisque testimonijs impiam hæresim illorum improbât.

**B** *Ordinandi.* Adde Alber. Trot. lib. 2. de vero & perfecto cleri. c. 14. requisiti. 9. & Regiam. l. 9. tit. 6. par. 1. Et ista irregularitatis labe afficitur, is qui ministravit hoc Baptismi Sacramentum, sciens iterum illud repetens. c. 2. de apost. l. 1. C. ne sanct. Baptif. reite. & his mirè suffragatur canon. 47. ex Concilio Lugdu. apud Burchard. lib. 4. decre. 56. *Episcopus inquit, aut presbyter, si eum qui secundum veritatem habuerit, Baptisma denuò baptizauerit, aut si pollutum, ab impijs & nõ rectè baptizatum, non baptizauerit, deponatur, tanquam deridens crucem & mortem Domini.* Haftenus canon.

Et non solùm à principio rebaptizatus irregularitatem contrahit, sed etiam postquam scieret ratam haberet rebaptizationem, in se factam. ita tenet Syluest. in summa. in verb. irregularitas. q. 4. Tab. in verbo, dispensatio. num. 13. versic. 14. Imò & si quis metu etiam cadenti in constantem virum compulsus rebaptizatus fuerit irregularis efficitur. capit. eos, quos. vbi glo. de consecratio. dist. 4. Syluest. in verbo, irregularitas. dict. quæst. 4. At non ita erit, si per vim coactiuam, vt narratur de quodam Episcopo, cui nomen impositum

fuit, habet Deum, quem Arriani ligatis manibus & pedibus inuitum rebaptizarunt, non æquidem illi dicta rebaptizatio nocuit, vt eleganter scribit Victor Episcopus Vitenensis de persecut. Vandal. libro. 3. qui contrarium tenentes marito reprehendit, sequitur Simon Maiolus de irregul. libro tertio, capit. 14. Efficiuntur etiam similiter irregulares, qui rebaptizanti ministrant Acoliti, Subdiaconi, vel Diaconi officio fungentes. text. in dicto capit. 2. de apost. glof. in. l. 1. C. ne sanct. baptif. Pari etiam ratione idem dicendum videtur, de compatribus scientibus: sunt æquidem isti rebaptizationis participes. cap. vos autem. de consecrat. distinct. 4. & tenet expressè Maiolus dict. capit. 14. numero sexto. Istorum autem omnium dispensatio ad solum Romanum Pontificem spectat, qui vix illos dispensabit, vt religionem ingrediantur: text. in dict. capit. secundo, de apost. Tabi. in verbo, dispensatio. num. 13. ver. 14.

A qua quidem irregularitate immunis erit, qui hac interposita conditione baptizauerit dicens, si est baptizatus. &c. nam cum conditio vel de presenti, vel de futuro, & talis falsa, faciat cessare actum. l. cum ad præsens. ff. de rebus dubijs. & ex interpositione huius conditionis manifestè constat, istum noluisse iterare Baptismum, & actus agentium non operatur ultra eorum intentionem. l. non omnis. ff. eo. ita sing. tenet Martin. Nauarr. in manu confessor. capit. 27. nu. 246. licet asseueret istum à mortali crimine, minimè excusari, qui non adhibita debita diligentia id fecerit. Eum tamen censet in vtroque foro irregularem non esse: sed labitur in

*Egreg. Marti. Navar. vi opi- nio con- futatur* hoc vir egregius, solum sanè inculpa- bilis ignorantia, ab irregularitatis la- be hoc casu excusare potest. capit. 2. de baptis. & ita tenet Domi. Soto in 4. senten. distinct. 3. quæst. 1. artic. 9. quam esse veram & communem opi- niouem contra Navar. testatur. F. Anton. Cordoua, in suis quæstioni- bus vernaculo sermone editis. q. 37. Nam licet verissimum sit, quod si le- gitimus processit baptismus, nihil secundum eum conditionale mini- sterium operetur, hoc tamen à no- tabili culpa clericum immunem mi- nimè redit, qui in re tam graui supi- nè nimis se gessit. Propter quam cul- pam sacris canonibus irregularitatis pœna iustissimè fuit statuta. Nec ali- quid dicta clausula operatur, quia adhibenda non est, nisi quando est magnum dubium, an quis fuerit bap- tizatus. vt scribit Syluest. in tractat. de strigima. lib. 3. capit. vlti. in fine. Propterea Sacerdos sciens puerum necessitatis causa fuisse domi bap- tizatum, si ille postea deferatur ad Ec- clesiam, vt ritus solennes seruentur: non potest cum eadem clausula eum baptizare, aliàs efficeretur irregula- ris, vt expressim traditur in Cathe- chismo Sanctissimi Pij Quinti Pon- tificis Maximi, in tracta. de baptis. cap. de fructibus baptismi in fine.

*Quibus Sacra- mentū confir- mationis sus- ceperit, vel con- tulerit, an sit ir- regula- ris.* Quæstionis etiam est, vtrùm is qui bis Sacramentum Confirmatio- nis susceperit, vel contulerit, hac ir- regularitatis labe notetur. Qua pro- posita quæstione, glos. in cap. dictū. de consecration. dicti. 5. censet irre- gularitatem contrahi. quam sequitur Archid. in capit. primo. 68. distin. Albert. Trot. de vero & perfecto cleric. libro secundo, cap. 14. requi- si. 9. in princip. Ioan. Maior, in 4. sent. dist. 7. qui omnes id probari censent in dict. capit. dictum, quo

loco apertissima est decisio, Sacra- mentum Baptismi & Confirmatio- nis iterari prohibens, pœnam debi- tam transgressoribus imponens: vn- de cum ibi æqualiter iterari prohi- beantur, Baptismatis & Confirmatio- nis Sacramentum, mirum non est, si quo ad irregularitatem eadem fiat æquiparatio. Idque Regia lex Par- titarum comprobatur, lex inquam. 20. titulo sexto. part. 1. qua definitum stat, eum qui bis Sacramentum Cõ- firmationis susceperit, irregularem esse, si scienter id fecerit. Contra- ria tamen sententia placuit Scoto, qui in dicta distinctione. 7. quæst. 5. existimat non esse illum irregula- rem, qui bis etiam scienter Sacra- mentum Confirmationis susceperit, aut contulerit: cum id iure Pontifi- cio expressum non sit, & irregulari- tas nullo casu constituenda est, nisi expressa reperiatur. cap. is qui. de sen- tent. excommunicat. lib. 6. quem Fran. ibi sing. esse fatetur. idem in. c. dilectus. col. 4. de appellation. Berta- chi. in tract. de Episcopo. cap. vltim. num. 8. Nam cum hoc irregularitatis vitium iure tantum humano Ponti- ficio inductum sit ex Inno. senten- tia. in cap. nisi cum pridem. colum. 3. de renun. vbi Anton. nume. 19. & Doctores. Imo. in Clem. si furiosus. de homi. Palud. in. 4. sent. dist. 25. q. 3. Flore. in. 3. par. tit. 28. c. 2 §. 6. quã opinionem communem esse faten- tur eam sequuti Villadi. de irregula. in princip. Syl. in summa. in ver- bo, irregular. in fine. Couar. in. d. Clemen. si furiosus. in. 1. part. in prin. num. 2. ex hoc manifestè sequi- tur, nunquam vitium hoc contingere, nisi eodè iure expressum reperia- tur. Et supradictã Scoti opinionem, sequitur Palud. in. 4. senten. dist. 7. quæst. 2. colum. 1. Alphon. à Castro, lib. 2.

lib. 2. de potest. leg. pœna. capit. 7. docum. 3. versic. ex ratione. Cardi. à Turrecrema. in. d. c. dictum. ad finē. Couar. in. d. prin. n. 8. quam opinionem communē esse fatetur D. Mar. Nauar. in Manuali confess. c. 27. Et hæc vltima opinio summē mihi placet: nā nihil vrget inductio. text. in d. c. dictum, quia licet ibi Sacramentum Baptismi, & Confirmationis, iterari prohibeantur: non tamen inde sequitur, quòd eadem pœna imponatur confirmationē iteranti, quę baptismum repetenti inflingitur, & licet doctissimi viri, qui in Partitarum legibus condendis interfuerunt, priorem probauerint, in hac tamen irregularitatis materia Sacri Iuris Pontificij Sãctionibus standū erit. Et licet de iure hoc verissimum videatur, cõfuetudo tamen contrariam amplexa est sententiã, cui stari debet, vt asseuerat Nauarr. vbi paulò antè allegaui (cuius autoritate salua) si mihi casus occurreret, non auderem ab Scoti, & aliorum communi, & verissima opinione recedere, cum hæc irregularitatis materia grauissima, & pœnalis sit, & ideò non solùm iura extendenda non sunt, sed strictissimè interpretanda, vt vulgatissimis iuribus cautum est.

**C** *Ignoranter.* Vide Cardi. à Turrecre. in. c. qui bis. de consecra. dist. 4. quo loco num. 7. probat rebaptizatum, aut rebaptizãtem, ex iusta ignorantia irregularem non esse. eandem sententiam sequi videtur Henri. in cap. 2. de apost. Scotus in. 4. senten. distin. 6. & hanc sequitur Illustrissimus Couar. in loco iam allegato. nu. 8. qui eam probabiliorem dicit text. autoritate in. d. c. 2. de apost. Soto in. 4. senten. dist. 6. q. 8. Martin. Nauar. in Manuali. cap. 27. num. 246. F. Antonius Cordoua, in summ. ca-

suam conscientie quæstionē. 37. Nec refragatur text. in dict. capit. qui bis. quia responsio illa non est Summi Romani Præsidis, nec generalis, nec prouincialis concilij, nec facta fuit ab aliquo, qui legis condendæ autoritatem haberet. Iure tamen interpretari potest, vt procedat, quando rebaptizatus ignoranter, post scientiam ratam habet Sacramenti reiterationem. Ita tenet Floren. in. 3. par. tit. 28. cap. 6. §. 3. quæ interpretatio mera diuinatio est, & ea ratione longè repellenda, vel intelligi potest, quando crassa & supina ignorantia, quis fuerit rebaptizatus. Sed Archid. in dict. cap. qui bis. vt rem in tuto constituat, censet, quod rebaptizatus etiam iusta ignorantia, ab Episcopo dispensationem impetret. idem sentit Aluer. Troti. dict. c. 14. nu. 1. licet de iure absque aliqua dispensatione istum ad sacros ordines promoueri posse censeat: quod verius ipse existimo. Erit æquidem in rebaptizante iusta ignorantia, vt ab irregularitate excusatur, si filios infidelium rebaptizet, nam iuste ignorare potuit eos fuisse baptizatos. text. in capit. placuit. de consecra. distin. 4. habetur in Concilio Carthaginensi, capite sexto. Idem esse censeo de infantibus expositis, sine vlllo signo aut scripto attestante, de Baptismo. tenet Maiolus, dict. capit. 14. num. 4.

*Text. in ca. qui bis. de cõf. distin. 4. interpretatur.*

## Bigami.

### CAPVT, XVI.

- 1 *Bigamia octo modis contrahitur, remissiuè hic traditur.*
- 2 *Bigamus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri.*



3 *Maritus post adulterium vxorē carnaliter cognoscens non potest ordinari.*

**R**emisso prius quòd bigamia pluribus modis contrahitur, <sup>a</sup> vt per Archid. Floren. in. 3. parte. tit. 28. cap. 3. vbi octo modos illius scripsit, quos hic referre non curo, transcripsit enim illos Sylues. in sua summa, in verbo, bigamia, in princ. bigamos ordinari non posse <sup>b</sup> ex pluribus capitulis, in distin. 34. à Gratiano collectis comprobatur, præcipue in cap. curandum. & in cap. præcipimus. & in. c. si quis viduam. el. 1. cum duobus sequentibus. Si verò de facto fuerint aliqui ad sacros ordines promoti, illis priuandi sunt, quia in bigamia contra Apostolū dispensare non licet, <sup>c</sup> vt in cap. super eo. de bigamis. ex quo patet, quòd bigami recipiunt characterem <sup>d</sup> ordinis, quod etiam probat tex. & ibi notat Præpo. ex eo in cap. si quis viduam. l. distinct. Et inter alios casus bigamię aduerte ad vnum, quòd pluries contingit, quòd si maritus adulteræ post adulterium illam cognouit, non potest ordinari. <sup>e</sup> Ita probat text. in can. 8. Concilij Neocæsariensis in. 2. edictione. & est text. & illum sic summat Præpo. in cap. si cuius. 34. dist. Cuius ibi bonam distinctionem vide, videlicet quòd cognoscens adulteram scienter, siue ignoranter <sup>f</sup> repellitur à suscipiendis ordinibus: ab executione verò susceptorum nõ repellitur, si ignoranter cognouerit: dū tamen possit vxorem de adulterio conuincere, & eam dimittere. Imò fortiolem affirmat sententiam, ibi Præposi. post Bart. Brixi. Ioann. de Fan. & Hostien. quòd licet maritus cognoscat adulteram ad mandatum

iudicis, sibi præiudicat, licet Inno. in cap. Inquisitioni, de senten. excommunicat. in hoc aliter distinguat.



**C**ontrahitur. De quibus modis quibus bigamia contrahitur vltra Doctores, quos hoc in loco allegat autor. vide latè S. Thom. & Theologos in. 4. sen. distin. 27. q. 3. Ioan. Mont. in tract. de irregula. bigamię. in prin. D. Couar. in Clem. si furiosus. in. 1. par. relection. 5. 2. de homi. Alue. Troti. li. 2. de vero & perfect. cleric. c. 11. requi. 9. & vide Regiam l. 5. tit. 5. par. 1. Nauar. in Manuali. c. 27. num. 195.

*Ordinari non posse.* Quæ sanè irregularitas, à veteris testamēti legibus originem habuit. Leuitici nanque scriptum est. c. 21. de Sacerdote. *Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem, nec eā quæ repudiata est à marito.* Post legem verò Euangelicam, statim bigamia ab Apostolis instituta fuit, quòd sacris ordinibus esset impedimento. Scribit equidē D. Paul. ad Tim. 3. *Oportere Episcopū irreprehensibilem esse, & vnius vxoris virum.* Quem locum elegantissimè pro eius singulari eruditione declarat Domi. Soto de iust. & iur. lib. 7. q. 6. arti. 2. Quod in principio nascentis Ecclesiæ semper fuit obseruatum, vt fateatur Ioan. Driedo. de liber. Christi. li. 3. c. 3. fol. 126. vers. quod vltra in argumento. idque patet in canonibus Apostolorum, cano. 18. Quod verò apud Ethnicos circa hoc obseruabatur. lege Aulum Gel. lib. noct. Atticar. arti. 10. c. 15. Tertullian. lib. de exhortatione ad castitatem. & in lib. 1. ad vxorem. & in lib. de monogamia. ad finem. Ludoui. Cel. lib. lectio. antiquar. 15. ca. 22. Primus verò qui con-

contraxit bigamiam, fuit Lamech. ut constat Geneseos, cap. 4. quo loco idem adnotauit Nicol. de Lira, & Tertul. in dict. lib. de exhortatione. ad castitatem refert ex nostris Couar. in. d. 5. 2. num. 1.

C *Dispensare non licet.* Adde quod cum hæc bigamiæ irregularitas, ab Apostolis, & ab antiquissimis vniuersalis Ecclesiæ concilijs, originem habuerit, ut superiori annotatione scripsimus, Episcopus cum bigamo, ut sacris donetur ordinibus, dispensare non potest. quam opinionem receptam fatetur Præpo. in cap. lector. 50. dist. idem fatetur Ioan. Monta. in dict. tract. de bigam. q. 7. D. Couar. vbi paulò ante allegauit. num. 4. quam sequitur Ange. in summa. in verbo, bigamus. Gonsal. à Villad. de irregular. q. vlt. Quãuis Card. à Tur recrema. in. d. c. lector. post diuum Tho. in. 4. sen. dist. 27. q. 3. probare contendit, Episcopum posse cum bigamo, in minoribus ordinibus dispensare, quod Syluest. sequitur in summa, in verbo, bigamus. q. 7. & Domi. Soto in. 4. sente. dist. 27. q. 3. arti. 3. nã vt ille inquit, per minores ordines quis nõ simpliciter sacris emãcipatur, & ea ratione non est cur non liceat Episcopis dispensare, qui ordinaria pollent potestate. Quæ opinio fortè admitti poterit, quãdo maxima dispensandi causa interueniret, ut scribit Ludoui. Gom. in tracta. breuium. nume. 20. vel quando quis bigamiam contraxit, erat merè laicus. Henri. in. c. 1. in fine de biga. Sed in cõtrarium est communis omnium sententia, nempe minimè concessum esse Episcopo, ut cum bigamo etiam in minoribus ordinibus dispense. ita fatetur insignis Gregor. in. l. 5. in verbo, *dos mugeres.* in fine. tit. 5. par. 1. & Marti. Nauarr. in

Manuali confessio. c. 27. num. 197. quo loco admittit S. Thom. & aliorum opinionem, quo ad vsum ordinum susceptorum, non verò, ut nouis ordinibus possit insigniri.

Summus tamen Ecclesiæ Præsul iure potest cum bigamo dispensare. ut tradit Thom. in. d. q. 3. & est tex. in. c. lector. 34. dist. vbi Martin. Papa cum bigamo, ut subdiaconus fieret. & ibi not. Præposi. Card. à Tur recrema. glo. & doctores in cap. super eo. de bigam. Floren. 3. par. tit. 28. cap. 3. Petrus de Ancha. consil. 124. Ioan. à Medina, huius celeberrimæ Complutensis Academia: imò totius Hispaniæ decus & ornamentum, in tracta. de ieiunio. fol. 135. & opinionem istam communem esse fatentur, Ioan. Monta. d. q. 7. Alber. Troti. de vero & perfect. cler. lib. 2. c. 11. Grego. Lup. in. d. l. 5. titu. 5. part. 1. Marti. in. d. c. 27. numer. 197. Quæ quidem dispensandi facultas, de iure ordinario permessa est, non verò de absoluta (quod aiunt) facultate, ut existimabat Henri. in. c. 1. col. 5. de bigam. Ioan. Staphyl. de liter. gratiæ, & iusti. col. vlt. quos merito reprehendit insignis Couar. in Clem. si furiosus. de homi. 1. par. relect. 6. 2. num. 4. & manifestè probat. d. Regia. l. 5. tit. 5. part. 1. cum dicit: *E otro si el puede dispensar que reciba ordenes sagradas, con aquel que viuisse auido dos mugeres virgines de bendicion, o vna viuda.* Quæ verba ad potestatem ordinariam Summi Pontificis referenda sunt. Fatetur tamen Staphyl. d. col. vlt. summum Præsulem maxima cum difficultate, in hoc bigamiæ vitio dispensare. idem asseuerat Nauar. tanquam testis huius rei integer rimus dicens: in loco nouissimè allegato, non solere Romanum Pontificem, sine magna causa, de ordinaria

D. Io.  
à Me-  
dina.

potestate dispensare in bigamia vera & propria, sed in similitudinaria, solere & posse cū iusta causa.

**D** *Recipiunt characterem.* Adde text. in.c. quicumque. in.2. 59. distin. & in.c. poenitentes. ead. dist. Host. in summ. tit. de bigam. §. vlt. Ant. in ca. debitum. de bigam. Alber. Troti. de vero & perfecto cleri. lib.2. capit. 11. quam dicit communē esse opinionē, & Theologorum & Canonistarum. D. Couar. d. §. 2. num. 4.

**E** *Ordinari.* Adde Abb. Anani. & Doct. in.c. 3. de adult. Imò irregularis est, qui vxorem adulterā post poenitentiam reconciliatam cognouerit. ita sentit Anch. consi. 124. Felin. in.c. ius generale. col. 6. 1. dist. Anani. in. d. c. 3.

**F** *Siue ignoranter.* Adde Hosti. in summ. tit. de bigam. vers. quod sunt species. qui indistinctē intelligit tex. in.c. si cuius vxorem. 34. dist. quod bigamus efficiatur vir, qui vxorem adulteram, ignoranter cognouerit. sequitur Ioan. And. post antiquiores. in. d. c. 2. de biga. Præposi. in summa. 50. dist. col. 5. sentit Abb. in. d. c. 2. de adult. Alber. Tro. lib. 2. de vero & perfecto cleri. c. 11. nu. 2. & esse communem sententiam testatur Gregor. Lopez in. l. 35. titul. 5. par. 1. in ver. *que ver.* Quam probabiliorem & tenendam esse scribit Domi. Soto, in. 4. sent. dist. 27. q. 3. art. 1. Nam hæc irregularitas, non contrahitur in hoc casu, propter poenam culpæ, quæ nulla est: sed propter defectum significationis Sacramenti, veluti si corruptam duxisset, & hac ratione, irregularitas hæc præter voluntatē contrahi potest. AEquior tamen est contraria opinio, quam nonnulli ex antiquioribus tenuerunt, & eam sequuta est Regia Partitarum. l. 35. supra allegata, ibi. *Esso mismo seria si al-*

*guno casasse con muger, que cuydasse, que era virgen y no lo era, o seyendo casado con aquella que vniessa virgen, fixiessa ella adulterio, e despues ouiesse que ver con ella, sabiédolo.* Sed cū in hac irregularitatis materia, Sacri Iuris Pó tificij sanctionibus, & receptissimis opinionibus, sit standum, à communi & verissima Theologorū, & Canonistarum opinione recedendum non est.

*Sibi præiudicat.* Adde glo. & Doctores in.c. si cuius vxorem. 34. dist. S. Thom. & Palud. in. 4. sent. distin. 27. q. 4. Floren. in. d. c. 3. Capel. Tholosa. q. 255. & horum opinio tutior est si credimus. Henri. in. d. c. 1. col. 4. de bigam. & est magis communis vt asserunt Syluest. in verbo, bigamia. q. 1. Alber. Troti. d. c. 11. nu. 2. Non tamen maritus, mandato iudicis compelli potest, vxori adultere occultē, debitum reddere, quoniam si iudex id compertum haberet, non præciperet in præiudicium mariti, qui sic adulteram cognoscens bigamiæ nota inficitur. Quod si in eo casu iudex vellet virum esse obligatū, iniustum esse eius præceptum, tanquā contra ius marito debitum factum. ita optimè censet Ioan. Dried. lib. 1. de liber. Christi. §. ex supradictis. pag. 234. quo loco verè iudicio meo scribit, quòd quamuis maritus non possit occultam vxorem adulteram à domo repellere, potest tamen à coniugali thoro eijcere.

## Corpore vitiati.

CAPVT, XVII. QVOD nouè editum est.

- 1 *Corpore vitiatus, ad Ecclesiasticos ordines admittendus non est.*
- 2 *Huius capituli irregularitas, ab antiquissimis*

- quissimis diuinis legibus originē habuit.
- 3 Apud Ethnicos, qui corporis labē patiebātur, à suis sacerdotijs longe repellebatur.
  - 4 Traditur cap. huius germanæ ratio.
  - 5 Corpore vitiatus, si de factō sacris fuerit ordinibus insignitus, characterem ordinis recipit.
  - 6 Hodie non tam exactē deformitatis ratio habetur sicut antiquitus. *Leuit. ca. 21.*
  - 7 Deformitas, vel corporis vitium, quo ad susceptos ordines quando impedimentum præstet.
  - 8 Qui membrū sibi propria culpa abscinderit, irregularis est: licet ex eius defectu, ad sacri ordinis ministerium minime impediatur.
  - 9 *Matthæi locus cap. 19. explicatur.*
  - 10 Manus in seipsum iniicere, nec religionis nec castitatis causa licet, imo acerrimis pœnis interdictū est. *Quid vero apud Ethnicos.*
  - 11 Seipsum interficiens, non est sepultura Ecclesiastica sepeliendus, traditurq; ibi locus egregius ex *Platonis legibus.*
  - 12 Mortuus qui in puteo, vel alio simili loco reperitur, non ex eo si aliud nō probetur, priuandus est Ecclesiastica sepultura.
  - 13 Qui membro aliquo caret, cuius defectus irregularitatem nō inducit, secum portare non tenetur.
  - 14 Monoculus irregularis est. *Vbi de intellectu tex. in. c. si Evangelica. 55. dist.*
  - 15 In irregularitatis labe, quæ ex corporis vitio procedit, solus Romanus Præsul dispensationem poterit indulgere.
  - 16 Quæ deformitas, irregularitatem producat: iudicio Episcopi relinquatur.
  - 17 Corpore vitiatus, cōtra Clericum in

*criminalibus causis, testis esse non potest.*

**M** Eritō quidem Sacri Canones, non omnes passim ad presbyteratus dignitatē, nec ad eius ministeria, nec ad alios, ei subseruientes ordines, absq; delectu admiserūt, imo ab eisdem institutum est, non solum ab ordine repellendos esse, qui moribus iacturam aliquam fecerint, sed eos qui eorum culpa, vel sine culpa, labem aliquā corporis contraxerint: *cap. 2. & toto tit. de corpo. vitia. cap. 2. & ibi. Abb. de cler. egrotan. capit. si Evangelica. 55. dist. not. Hostien. in summ. tit. de corp. vitia. Alue. Troiti. lib. 2. de vero & perfect. cleric. ca. 16. Cardi. & Docto. in dict. c. 2. de corp. vitia. Ricard. in. 4. senten. dist. 25. q. 5. artic. 5. & Palud. ibi. q. 3. ad finem. Villadi. de irreg. c. de corp. vitia. D. Episcopus Couar. in Clem. si furiosus. de hom. in prin. Ioan Corasius, de sacer. 3. par. cap. 6. quam receptam sententiam comprobat Regia l. 25. tit. 6. part. 1. Quæ quidem irregularitas à lege antiqua, & a beatissimis Saluatoris nostri Apostolis originē habuit. Legitur enim *Leuit. cap. 21. Dominū ad Moysen dixisse: Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculā, non offerat panes Deo suo, nec accedat ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, vel paruus, vel grandis, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem, scabiem, si impetiginem in corpore, vel Heruosus. Cuius seriem sanctissimē & doctissimē explicat Diuus Gregor. cap. 11. primæ partis pastoralis. vt refertur in cap. hinc etenim. 49. dist. cuius etiam sententiæ fuit Diuus Hieron. ad Fabiolam, de velle sacerdotali. Et apud Ethnicos.**

nicos idem obseruabatur, teste Plinio, li. 7. natura. hist. idem professus fuit Seneca li. 4. declama. 2. declam. Gentiles eandem legem obtinuisse, vt sacerdos integer esset, quasi sacerdotes sacrorum ministri corpore integri essent, vt apud Romanos inuolabiliter à tempore Romuli obseruatum fuit, qui sacerdotes elegit genere excellentes, nec corpore vlla ex parte trunco. vt testatur Diony. Alicarna. li. 2. Roman. antiqui. & inibi laudat Romulum Romanorum legumlatorem, qui Sacerdotes non venalia, nec sorte diuidenda fecit, sed cuiusque curiæ binos creauit, supra annum quinquagesimum natos, excellentes genere, simul & virtute præstantes, nec tamen inopes aut corpore vlla ex parte truncato. Et Plinius lib. 7. capit. 28. de Sergio loquens, *Quæ omnia (inquit) ex oratione eius apparent habita, cum in prætorio (aut vt alij legunt in prætura) sacris arceretur à collegijs, vt debilis (id est) vt mancus & mutilus, nam primum dixerat illam dexteram manum perdidisse.* Quibus consonat vetus mos Romanorum, apud quos, virginem vestalem capi fas non erat, quæ aliqua corporis labe maculata esset. vt ex Autistij La-beonis autoritate prodit Gellius lib. noct. antiq. 1. cap. 12. Feneſte. de magis. Roman. cap. 7. idem apud Persas vſu receptum fuisse. tradit Alex. ab Alex. lib. 6. dierum geni. cap. 14. secundum quam sententiam Diuus Hierony. vbi paulò ante allegaui parentes arguit, qui deformes filias virginitati consacrent. idem Hierony. ad Demetriadem ita scribit. *Solent miseri parentes, & non plena fidei Christiani deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt virginitati consacrant.* Et plurima lectu nõ indigna de more. Cerca hoc

scribit doctissimus, & nunquã pro meritis satis laudatus Andreas Tiraquel. in. l. 2. connu. num. 59. D. Co-uar. in dict. prin. dict. Clem. si furiosus. num. 5. Petrus Placa. lib. 1. Epit. delictor. c. 25. num. 2. Iacob. Meno. de arbi. iudi. quæst. lib. 2. centu. 3. casu. 226. Hieron. Maggius, libro. 4. Miscela. c. 4.

Et huius irregularitatis, potissima ratio est, quia incompositio corporis inæqualitatem inducit mentis testimonio Diui August. quod habetur. 9. vltim. 41. distin. *Rarenter enim in corpore de formi nobilis, formosusque animus insidet:* vt scribit Abb. in. c. quia diuersitatem. 1. not. per illum tex. de concess. præben. & Bald. in. l. obseruare. col. 3. C. quor. appel. non recip. scribit, turpem corporis habitudinem declarare procliuem esse hominem ad scelera, pulchram vero ad virtutes. Sequitur Hyp. in. l. 1. in prin. col. penul. ff. de quæst. Vnde Galenus lib. de tempera. 2. cap. 6. scribit, naturam membra componere, prout moribus animæ conuenit. idemque ipse affirmat lib. 1. & 11. de vſu partium. Et cuius facies est deformis, vix potest habere bonos mores: vt scribit Rasis medicus sui temporis celeberrimus, lib. ad Almanfore. 2. c. 33. & iterum. c. 54. faciem foedã malos mores significare ait. Et qualis forma, talis est anima, vt est apud Plandẽ in vita Aesopi, quod antiquissimis Gothorum legibus cautũ erat his Hispanorum verbis: *Ca home de mala catadura no puede hazer buenas obras.* vt habetur in ordinationibus militum, de la vanda. Idque manifestè ostendit Cornelius Tacitus libro. 12. *Iulius inquit Pelignus ignaui animi, & de ridiculo corporis iuxta conspiciendus.* Quod etiam pulchra scribit Echorus Poeta Græcus apud Sto-

Stobæum ratione sermone. 38.

*Faciem aspectu deformem possides.*

*Mores etiam huiusmodi habes.*

*Ex malo enim natura malum producit.*

*Vt ex vipera rursus vipera nascitur.*

Et illud Græcum Epigramma Latinitati donatum.

*Clauda tibi mens est, vt pes natura notasque*

*Exterior certas interioris habet.*

Quin & Valerius Martialis lib. 12.

Epigrammat. Zoilum quendam ex oris deformitate malum esse suspicatur.

*Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine lesus*

*Rẽ magnã præstas, Zoile si bonus est.*

Circa quam huius capitis irregularitatem aliqua notatu digna illa quæ selectiora notare constitui.

5 Primò, quod licet corpore vitiat, non possit sacris ordinibus insigniri, si tamen de facto fuerit ordinatus, verè recipit ordinis characterem, licet non eius executionem. Hæc enim est communis & Theologorum, & Canonistarum sententia, quæ contradictorem non habet, vt patet ex Doctorum traditionibus, quos in capitis huius principio allegauimus.

6 Secundò, quod hodie non tam exacta deformitatis ratio habetur, vt antiquitus, Leuit. d. cap. 21. sed sola deformitas repellit homines sacris insigniri, quæ sacra ministeria tractare impedit, vt si cæcus quis sit, vel mancus, vel quid aliud simile patiatur: nam modica deformitas non repellit. text. in capit. 2. de corpo. vitiat. vbi Anton. de Butri. & Card. Conrad. de sacerdo. 3. par. c. 6. n. 5.

7 Tertiò, quod dictum deformitatis vitium impedimentum præstat, quo ad ordines suscipiendos, quia quo ad susceptos tantum inducitur irregularitas in illo actu ordinis, qui

ob insignem deformitatem vel defectum impeditur corporis vitio. Ita colligitur ex tex. vbi Abb. in cap. 2. de cleri. agrotan. Mari. Soci. in cap. ad audientiã. nu. 21. de hom. Gonfa. à Villadiego de irregu. c. de corp. vitia. Qua ratione, qui patitur vitium corporis celebrationem impediens, nempe in his digitis, qui ad consecrationem & eleuationem necessarij sunt, solum à missarum celebratione abstinerebit, non verò à diaconatus, vel subdiaconatus ministerio: pari que ratione is qui ob maximam deformitatem quam patitur, longe ab altari arcendus est, minimè impeditur absolutionis Sacramentum ministrare. Ista est communis omnium sententia, teste D. Episcopo Couar. vbi supra.

8 Quartò, nec illud silentio prætermittendum est, quod si quis membrum sibi propria culpa absciderit, irregularitatis labe inficitur, etiã si ea abscisio nullum ordini impedimentum præstet, nec insignem deformitatem inducat, quæ assertio, ad eos referri debet, qui propria voluntate pudenda sibi execuerunt. capit. pœnitentes. 55. distin. cap. si quis absciderit. cap. qui partem. eadẽ dist. capit. maritum. 33. dist. c. vlt. 87. dist. & habetur in Canonibus Apostolorum. c. 22. & est Regia. l. 25. tit. 6. par. 1. Idem quidem erit, quãuis quis sibi nou abscindat, sed alius sua culpa, quia iussit, aut rogauit, aut quia rei illicitæ dans operam tale membrum casu perdidit. arg. text. in cap. presbyterum. & in cap. continebatur. de homicid. aut si forte, in pœnã alicuius sceleris ab inimicis fuit illi abscisum. Ita tenet Host. in sum. tit. de corp. vitiat. §. Et quæ, & in capit. ex parte. eo. tit. vbi Ioan. And. idem scripsit de eo, cui maritus ob adulterium

rium pudenda abscindunt: idemque sequitur Villadiego de irregulari. cap. de corpore vitia. colum. 2. & communem esse testatur eam sequuti D. Co-uar. vbi supra. & Nauar. in Manuali confesso. cap. 27. num. 98. Id sanè sepius contingere solet, & ætate nostra: nam anno millesimo quingentesimo trigesimo septimo, tribus in locis, nempe de Villa Nubla, & de Cigünuela, ac de Laguna (quæ non longè distant ab insigni populo Valisoleti, vbi tunc temporis Regia curia aderat, in octo ferè mensium spatio filius viduæ cuiusdam & duo mariti, in tres sacerdotes seuerunt, de iniuricis membris se vindicantes, & acta iudicialia super his cõfecta vidisse testatur D. Episcopus Ioan. Bernard. infra cap. 79. num. 8. Fortiori etiam ratione idem erit asseuerandũ, quando pudenda iure abscisa fuerunt. arg. text. in cap. fin. de tempor. ordinan. At verò si membri imbecillitas, aut eius defectus cõtingit absq; propria culpa, sed à medicis, casu, vel per vim, vel hostium insidias, promoveri poterit, & promotus cum is casus euenerit, in susceptis ordinibus ministrare. cap. ex parte. cap. significauit. cap. ex parte. in. 2. de corpo. vitiat. cap. si quis infirmitate. cap. lator. 55. dist. cap. Eunuchus. ibi. Id etiam habetur in Canonibus Apostolorũ. capit. 21.

- 9 Nec enim his refragatur Matthæi locus. c. 19. Eunuchos esse dicēs, qui se castrauerunt propter regnum cælorum, &c. & hi summè laudantur. Nam de his accipiendus non est, qui verenda sibi ipsis amputant: maledictum enim hoc, sed de his, qui continentibus sunt ob amorem Christi. De quibus loquitur Esaias, cap. 56. *Hæc dicit* (inquit Dominus) *eunuchis, id est, continentibus, qui custodierint Sab-*

*bata mea, & tenuerint fœdus meum, dabo eis locum in domo mea.* Sicuti eleganter Euangelij locum explicat Diuus August. lib. vni. de sancta virgin. ca. 23. & 24. Bafsi. Mag. lib. vni. de virgin. Diuus Hieron. & glo. ord. in. d. c. 56. Esaiæ, in quo deceptus fuit Origenes, qui illud diuinum testimoniũ vt narrat Nicephorus Calistus lib. 3. Historiæ Eccles. cap. 8. ad literam intelligit. & ex nostris Coraf. de sacerdote. 2. par. c. 6. Et ideò sicut ciuiles leges homicidij pœna puniendos censent, qui alteri virilia amputauerint. l. 3. §. qui hominem. & in. l. 4. §. idem Diuus. ff. de Siccar. l. 1. & 2. C. de Eunuchis. l. 13. tit. 8. par. 7. eadem pœna afficitur qui se castrandum præbuerit. d. l. 4. ad finem. Semper æquidem ipsa viriliũ abscisio, etiam apud Gentiles turpis fuit iudicata, vt autor est Valerius Maximus lib. 7. cap. 7. Nulla vnquam causa etiam castitatis, vel religionis licuit sibi ipsi quenquam manus iniicere ad occisionem, vel alicuius membri mutilationem, nullus sanè liberum arbitrium circa vitã vel eius membra habet. Vt iuriscultus probat in. l. liber homo. ff. ad leg. Aquili. cap. contingit. in. 1. de senten. excommun. capit. displicet. versic. *Nali ergo iam dicere.* 23. q. 4. cap. si non licet. cap. tu dixisti. c. non est nostrum. c. placuit. 23. q. 5. factũ verò aduersus hanc prohibitionem leges nostræ ac errimæ reprehendũt. l. qui rei. §. sic autem distinguendũ. ff. de bonis eorum, qui sibi mortem conscuer. vbi ita ad verbum scribitur. *Merito sine causa sibi manus intulit puniendus est, qui cum sibi non pepercit, multo minus alijs parcat.* Et alibi in. l. si quis filio. §. eius qui. ff. de iniust. test. Vlpianus clanculum veluti deridet quosdam qui iactationis causa mortem sibi conscuerunt. Et ex Theologis

logis id plane damnant Origenes in 2. tract. in commen. in Iob, enarrans illius ipsius Iob cap. 2. *Benedic & morere.* & Diuus Chrysoſtomus in Epistola Pauli ad Galathas, vbi inter alia egregiè ibi tradita, scribit Deum illos qui laqueo aut alia violèta morte vitam sibi abrumpunt, atrocius punire, quam ceteros homicidas. & Diuus Augustinus in lib. 1. de ciuitate Dei. c. 17. & multis sequentibus vsq; ad. c. 24. & Lactantius in lib. 3. qui est de falsa sapiètia. c. 18. Diuus Hieron. in Epistola ad Paulum super obitu Blesillè eiusdem Pauli filij, vbi inter cætera scribit, quod tales habet stulta Philosophia martyres. & tradit S. Thom. in. 2. 2. quæst. 64. ar. 5. Ex Ethnicis verò Socrates apud Platonè in Phèdone exhortatur, picq; monet, ne quisquam audeat mortem sibi inferre. Aristoteles autem lib. Ethicorum. 3. c. 7. in fine *Mortè* (inquit) *sibi confiscere ad fugiendam paupertatem, vel mærorem, aliud velutis generis non fortis est hominis, sed potius timidi.* & lib. 5. c. 11. *Qui se occidit* (inquit) *sibi iniuriam non facit, quia spontè iniuriam patitur nemo, sed facit contra legem quæ prohibet quenquam interfici. idè ciuitati iniuriam facit. Quapropter & ciuitas mulctat, & instituta est ignominia quadam aduersus eum, qui sibi mortem consciiuit, vt ciuitati iniuriã facientem.* Et eiusdem sententiæ fuit totius eloquentiæ parens, Cicero libro. 1. Tusculana. quæst. Idem in Somnio Scipionis: *Tibi* (inquit) *Publi, & pijs omnibus retinendus est animus incustodia corporis nec iniussu eius, à quo ille est à nobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum à Deo defuisse videamini.* Et videndus etiam est de hac re Aegæsyppus lib. 3. cap. 17. vbi prudenter asseuerat ingrati hominis esse, citius dis-

cedere quam velit qui vitam donauerit, nec licet animam soluere, nisi ei qui ligauit. & Heliodorus Emislenus lib. 2. historiæ Aethiopicæ tradit illum crimen læsæ maiestatis diuinæ committere, qui sibi ipsi vitam abrumpit, & conducit etiam illud, Martialis lib. 10. Epigra. 47.

*Summum nec metuas diem nec optes.*

Idem dicto libro decimo.

*Optima mors parca quæ venit apta die.*

Et idè merito improbãda est Ceorum lex de senibus, qua senes se delirare incipere cognoscentes, & ob ætatem patriæ inutiles esse, coronati sicutam bibebant, vt testatur Aelia. lib. 3. variæ historiæ. c. 26. Nam impia & abominanda fuit lex Sardea, vt filij parentes Senio cõfectos fustibus cæderent, & interemptos sepelirent: absurdum arbitantes. si Delirus senex vltius viueret. Idè Aelius lib. 4. variæ historiæ. cap. 1.

Et circa hoc argumentum legendus est insignis D. Episcopus Couar. in dict. C. de si fur. osus. in prin. de homil. num. 6. & in lib. 1. variarum resolu. cap. 2. num. 8. & lib. 2. capit. 1. num. 11. & omnium latissimè & elegantissimè And. Tiraq. de nobilit. cap. 3. num. 475. & num. 520. And. Alciat. lib. 6. par. c. 27. Petrus Greg. quem post hæc scripta, legi. 3. part. Synt. lib. 36. c. 22.

Illud verò prætermittendum non est, quod seipsum occidens Ecclesiastica non est sepeliendus sepultura. text. in cap. placuit. 23. c. 1. quæstio. 5. quem dicit esse singularem Roman. sing. 264. glo. not. in cap. ex parte. de se sepult. Quamuis licitum sit priuatim pro eo orare, & illud licet ei qui pia mète crediderit, in vltimo vitæ spiritu condignam criminis contritionem habuisse. tenet Palud. in 4. senten. dist. 20. quæst. 1. colum. 1.

Mar.



Mart. Nauar. in cap. 1. de pœnitent. distin. 7. legibus autem Platonice, minime hoc atrocissimum crimen perpetranti, sepultura denegabatur: sed potius insolita constituebatur, vbi alius nemo condebatur: inquit enim ipse lib. 9. de leg. *Qui seipsum, vita & sorte factorum vt scelerata priuauerit, nec iudicio ciuitatis, nec tristi & inenitabili fortuna casu coactus, neque extremo aliquo pudore compulsus, sed ignauia & formidolosi, animi imbecillitate, iniuste sibi mortem consciuerit, ei sepultura fiat solitaria, vbi alius nemo condatur: deinde his locis sepeliatur, quæ de duodecim partibus vltima deserta inuominataque sint, sic obscurus vt nec statua, nec inscriptione sepulchrum notetur.* hæc tenus Plato. Quod si forte, indicij & coniecturis, liqueret cum furore, aut mentis alienatione seipsum occidisse, tunc non priuaretur sepultura Ecclesiastica, vt egregie scribit Ioan. Gallus in quæstion. Parla. 127. & hoc iure vtimur.

12 Nec æquidem ex eo, quod aliquis mortuus in puteo, vel in alio simili loco reperitur, priuari debet sepultura Ecclesiastica, quia minime credendum est, seipsum præcipitasse. Quod ex eo manifestissime probatur, quia criminis suspicio longè semper repellenda est. l. merito. ff. pro socio. cum similib. potuit enim is ab alio in puteum eici, & non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. l. nam hoc. C. vnde legi. l. neque natales. l. ad probationem. C. de probat. & ita in proprio casu, in facti contingentia interrogatus consuluit excellentissimus & magni nominis Iurisconsultus Marian. Soci. Iuni. consi. 51. num. 1. vol. 2. quæ sequitur D. Episc. Couar. lib. 2. var. resol. c. 1. nu. 11. & non semel in cõtrouersijs Forënsibus obtinui, quod plurimum est notandum.

*Mari.*  
*Socin.*  
*Iuni.*

Quintò, vt ad institutum sermonem redeam, præmittendum non est, quod si quis membro aliquo careat, cuius defectus, cum irregularem minime constituit, non tenetur illud abscissum membrum, vel aliquam eius partem secum portare. Ridiculum enim esset hoc. glo. not. in cap. si Eunuchus. 55. distin. Abb. in d. c. 2. & tenri. in cap. vlt. de corp. vitiat. Gõsal. a Villadiego, vbi supra allegauit. Alber. Troti. lib. 2. de vero & perfecto cler. c. 16. nume. 8. quam glo. dicit sing. & communiter receptam Nauarr. in manuali. c. 27. num. 20.

Sextò, illud est animaduersione dignissimum, quod quamuis monocus ad sacros ordines promoueri non possit, est enim is irregularis. tex. not. in cap. si Euangelica. 55. distin. tamen qui caret visu oculi dexteri, qui sanus videtur & sinistro probè cernit, irregularis non est. Ita contra alios defendit Marti. Nauar. in dict. cap. 27. num. 199. vbi scribit se non semel ita respondisse. & est egregius & nouus intellectus ad tex. in d. cap. si Euangelica disponens de carentia oculi, quæ magnam deformitatem inducit, quod non extendatur, ad visus carentiam, quæ illam non inducit. arg. text. in reg. odia. cū similib. de regul. iur. lib. 6.

Septimò, quod in hac irregularitate à solo Romano Pontifice dispensatio impetranda est, nullus autè inferior eam potest indulgere, ex celebri Innocen. sententia in capit. significauit. de corpo. vitiat. cuius opinio communis est, vt ita Cardi. testatur, & Villad. de irregula. c. vlt. D. Episc. Couar. in d. Clem. si furiosus. nu. 7. licet contrariam sententiam tenuerit glo. in d. c. significauit. illius tex. male intellecti autoritate, qui longè aliter intelligendus est, quam glo. intel-

ligerit,

ligerit, nam loquitur & procedit de Episcopi dispensatione, Apostolica autoritate sibi delegata & præstita, & ideò non Episcopus ibi dispensationis gratiam concessit, sed summus Præsul: & iste est germanus illius tex. intellectus, vt Abb. & Doctores ibi intellexerunt, & ideò à cõmuni & verissima sententia recedendum non est, quamuis opinionem glo. sequantur. Villadiego in loco iã allegato. & Syluest. in sum. in verbo, corpore vitiatus. q. final. Imò, quod memoratu dignum est & difficiliore hanc dispensationem redit, scribit, Ioan. Staphi. de literis gratiæ & iusti. 2. par. fol. 193. non consueuisse Pontificem Romanum dispensare, circa irregularitatem, quæ ex corporis vitio oritur, quando horreda est deformitas: & si is qui eam pateretur sacris donaretur ordinibus, scandalum maximum apud Christianam plebem generaret, quod in his dispensationibus concedendis præcauendum est.

16 Octauò, quod omne impedimentum, vel deformitas, an irregularitatem inducat, Episcopi iudicio relinquatur, cum nulla certa regula in hoc constitui potest. Ita tenet Archi. in prin. 55. dist. tex. in capitulo secundo, vbi Cardi. Anto. & Doct. de corpore vitiat. Inno. in cap. 1. eod. tit. quã opinionem communem esse testatur Illustrissimus Couar. in d. prin. Clementi. Si furiosus. num. 5. eam quæ ex nouioribus sequitur, Plaza. lib. 1. epitom. delictor. cap. 25. num. 4. Iacob. Menoch. lib. 2. de arbi. iud. Censuar. 3. casu. 226. numer. 8. vbi dicit quod prudens Episcopus modicum vitium iudicauit. si quis caret vno digito: ita tamẽ quod administrare & celebrare non impediatur, vt in ca. 1. de corpore vitiat. vel si maculam ha-

bet in oculo, capit. 2. illo tit. vel si vngula pollicis caret, cum tamen in pollice ita fortis sit, vt frangere possit. capit. vltim. illo tit. Non verò Prælati regularium, in promouendis suis subditis in his arbitrium habent. Syluest. in summ. in verbo, corpore vitiati. quæst. 1. sequitur Mart. Nauar. in manu. confesso. c. 27. nu. 200. licet contrarium & male tenuerit Tabi. in summ. in verbo, corpore vitiati. quem sequitur Simon Maiolus in tractat. de irregularita. lib. 1. capit. 2. in prin.

Nonò, vt iam vltimam manũ huic 17 capiti imponam, vsque adeò corpore vitiati sacris canonibus sunt infecti, quod non solum à sacris ordinibus repelluntur, sed etiam a testimonio ferendo in criminalibus causis contra clericũ. Ita colligitur ex text. in capitulo primo, de exception. secundum communem intellectum, vt ait Felinus ibi in primis verbis. & Deci. num. 13. Hyp. Sing. 98. Did. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. D. Episcop. Ioan Bernar. infra cap. 120. num. 4. & ibi aliqua ipse tradidi. & hanc opinionem communem esse testantur Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. §. final. quæst. 24. versic. Præterea quæro D. Couar. in pract. quæst. cap. 18. nu. 2. quam tamen dicit non omnino verã esse, vel non ita intelligendum, vt ex aliquo corporis vitio, absque aliqua animi labe fides alicui non negetur.

### Et sine titulo.

#### CAPVT, XVIII. QVOD nouè editum est.

i Sine titulo nullus ad sacros ordines potest promoueri.

D 2. Decla-

- 2 Declarantur duæ Pontificiæ constitutiones, altera Pij Quinti, altera verò Gregorij Decimi tertij in fauorem religiosorum Societatis Iesu.
- 3 Tradditur huius capituli germana ratio.
- 4 Beneficium adeò tenue, quod non sufficeret ad humanæ vitæ sustentationem nihil prodest, vt eius titulo quis possit ordinari, contra D. Martinum Nauarro.
- 5 Titulus non requiritur, vt quis minoribus ordinibus possit insigniri.
- 6 Titulus præsens ad sacros ordines necessarius est, nec sufficit futurus.
- 7 Titulus coadiutoriæ an legitimus sit iudicandus.
- 8 Titulus perpetuus esse debet, & hac ratione vicaria temporalis, vel beneficia manualia (vt appellant) ad sacrorum ordinum promotionem non sufficerent.
- 9 Qui capellaniam obtinet, an dicatur titulum obtinere vt possit ordinari.
- 10 Qui præstimonium habet, ~~an~~ iustum habere dicitur ad ordinum perceptionem.
- 11 Quid verò de eo iudicandum qui pensionem habet.
- 12 Qui cum titulo ficti patrimonij ad sacros ordines promouetur, non suspensus, sed irregularis est.
- 13 Clericus qui post sacros susceptos ordines ius patrimonij remittit, nullo pacto ante ordinationem conueno, nec irregularis, nec suspensus est contra Fratrem Bartholomæum à Medina, licet arbitraria pœna sit mulctandus.
- 14 Patrimonium ad cuius titulum Episcopus aliquem ordinauit, vtrū ob-

tineat privilegia bonorum Ecclesiasticorum.

- 15 Donatio vel melioratio facta filio, vt iure meliorationis possit sacris ordinibus donari, vtrum reuocari possit ad intellectum Regiæ legis, primæ titu. 6. libr. 5. non. ordina.
- 16 Donatio vel melioratio dicto modo facta in legitima filij imputanda est cum doctissimo Didaco Couarru. & alijs contra Telleium Ferdin.



Lericus qui ad sacros ordines, absque titulo promouetur, vacuam manū impositionem accipit: & ideò ordinis executionem non recipit. Ita definitum fuit in Concilio Calced. 6. habetur in cap. neminem. 70. distinct. & in Concilio Urbani habito Placentiæ, quod refertur in capitulo, Sanctorum. eadem distinctione. *Sanctorum* (inquit) *Canonum status consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur.* Quorum canonum pœna innouata est. Hodie ex Sacro Cōcil. Trid. sess. 22. cap. 2. de refor. Fuit sanè pœna hæc, antiquis tēporibus in vſu, & successiuis temporibus obseruata, teste Abb. in capit. cū contingat. de ætate & quali. idem Abb. in cap. veniens. in primo nota. de filijs presbyt. & in cap. cum secundū. de præbend. Qua ratione qui absq; titulo sacris fuit ordinibus insignitus suspensionem contrahit, & celebrans efficitur irregularis. Ita tenet Simō Maiol. de irregu. li. 4. c. 15. in prin. Insignis Mar. Naua. in man. cōfess. capit. 27. num. 158. eiusdē sententiæ fuit Magister Bart. à Medina quondam in inſlyta Salmanticensi Aca-

Academia, Sacratissimæ Theologiæ primarius professor, vir multis nominibus insignis, non tamen ex eo libello, Hispanio sermone ædito, (cui titulum fecit) *Instructio de Confessores*, §. 8. de suspensione. fol. 49. Nihil tamen allegat, sed sua innititur autoritate, quod peculiare vitium illi esse solet.

2 *Decla- ratur quedã Pij V. Pont. Max. cõsti- tutio.* Hodie tamen stat nouissima Pij Quinti Pontificis Maximi egregia constitutio, anno sui Pontificatus tertio, Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, pridie Idus Octobris ædita, qua sancitum est, quod non solum clerici sæculares, sed regulares ante professionem emissam, ordinari sine titulo non possint, & transgressores inhabiles efficit ad ordines exequendos, & exequentes reddit irregulares, cum alijs pœnis ibi constitutis, quæ plurimum est notanda. Sed illa Pij Sanctio non comprehendit religiosos Societatis Iesu, qui post tria vota emissa, ante solennem professionem absque titulo possunt ad omnes etiam sacros ordines, & presbyteratus promoueri, dummodo sui præpositi generalis facultas interueniat, de quo stãt Apostolica literæ dictæ Societati concessæ, à Sanctissimo Domino nostro Gregorio XIII. die vltima Februarij, anno millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus sui, anno primo.

3 Huius verò prohibitionis potissima ratio est, ne clerici diuini cultus ministri, cum maximo totius ordinis sacerdotalis dedecore mendicare cogantur. Ita tenuit glo. à Doctõribus ibi sequuta in dict. cap. 1. 70. distin. cap. diacon. 93. dist. circa medium. Concil. Triden. d. cap. 2. cum dicit: *Cum non deceat eos qui diuino ministerio ascripti sunt, cum ordinis dedecore*

*mendicare, aut sordidum aliquem questu exercere.* Turpis æquidem in clero visa est mendicitas. Deuteron. cap. 15. ibi: *Non sit omnino mendicus inter vos.* Etiam si semper dilecta fuit paupertas voluntaria, & diuitiarum contemptus. Miseria enim summa est esse mendicum autore, Bal. in l. finali. C. qui bon. cedere possi. & Efdras libro quarto, capit. 15. paupertatem inter ingentia mala enumerat. *Immittat (inquit) tibi mala, viduitatem, paupertatem & famem.* Et Dominus Malachiæ, capit. 2. minatur se cgestatem improbis daturũ. Et paupertas ipsa vilitas est, vt inquit Imperator in. l. 2. C. quando & quibus quarta pars debeatur. libro. 10. vbi appellat paupertatis vilitatem, veluti quod paupertas vilis sit. Imò etiam si pauper alias sit nobilis, omnibus ludibrio & contemptui est, vt asserit ex nostris Iacob. de sancto Georgio in tracta. Forud. fol. 29. Et nobilitas sine diuitijs, admodum manca est & mutila, teste Bo. Curt. in tractat. de nobili. columna secunda, versic. tertius & vltimus.

His cõgruit, quod nobilis si inops est, non potest nobiliter viuere. Nobilis autem qui non potest nobiliter viuere, priuilegijs nobilitatis nõ gaudet, vt autor est Isernia in consti. Sicel. incip. vt dignitatũ. post glos. ibi. & sequitur Afflict. 1. not. & apud Stobæũ ser. 68. ex traductione Gesic legimus.

*Scisne quod nobiles quidem mortalium, Dum pauperes sunt non amplius clari existant.*

Etenim paupertate vilescunt, ac penè ludibrio habentur de factõ, qui titulo tantum sunt Episcopi, si aliunde nõ habet beneficiũ, vel bona, ex quibus secundũ dignitatẽ (quæ maxima est) alimenta suscipiãt: similiter &

mercenarij clerici, è contrario autem diuites atque potentes omnibus sunt venerabiles. Paupertas enim (vt ille ait)

*Ridiculos homines facit, & vbiq; iacere.*  
Vnde Isidorus cap. 63. plus ait, venerantur homines pro temporali potètia, quam pro reuerentia à sanctitatis. Præterea consulto quæ in eandem sententiam retulerunt Ioan. Stæbetus ser. 89. cum sequè. Lucas de Pena. in. l. fin. C. de his qui. num. lib. lib. 10. Seneca de vita beata ad Galionem. Circa quod plurima de more diligentissimè scribit And. Tiraquel. in tract. de nobilit. cap. 2. & 24. Hæc nõ de paupertate ex animi sententia, sed de paupertate ex fortuna intelligenda sunt. Veritas enim ipsa dixit: *Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnũ celorum.* Matthæi. cap. 5. Quæ sanè paupertas perfectiores Discipulos Christi facit. Matthæi. c. 19. & Lucæ 14. & Seneca Ethnicus. *Beatissima (inquit) res est paupertas.* Et alibi. *Nolum maius lucrum quam carere his qua possides.*

- 4 Nec equidem sufficeret, pro legitimo titulo quale quale beneficium Ecclesiasticum obtinere: sed requiritur quòd is qui ad sacros ordines promouendus est, beneficium habeat, quod sibi ad victum honestè sufficiat. Ita decretum est in dicto Trident. Cõcil. ses. 21. c. 2. de refor. Quod verò dicatur beneficiũ sufficiens, prudens ordinarius arbitrabitur per regulam illã quæ definiuit, quòd determinatio eorum, quæ indeterminate à iure statuuntur, prudenti viro, nempe iudici relinquuntur. l. prima. ff. de iur. de lib. c. de causis. de offi. de legati. is pro eius prudentia circumspicere debet ordinandorum condiciones, & qualitates, quia beneficium quod ignobili sufficeret, suffi-

ciens non erit nobili & egregiè literato. Ideoque labitur mea sententia vir egregius Mar. Nauar. in tract. de oratione. cap. 21. numero. 11. qui in ea fuit sententia, vt existimet beneficium etiam exiguum, sufficere, vt quis absque patrimonio, possit ad ordines sacros promoueri. Est equidem eius doctrina contra expressam dicti concilij decisionem. Nec antiqua iura quæ ipse allegat, probat quod ipse intendit. Sed potius oppositum maximè text. in cap. Episcopus. de præbendi. ibi. *Donec in aliqua Ecclesia ei conuenientia stipendia militiæ clericali assignet.* Semper igitur necessarium est, vt beneficium, siue patrimonium sufficiens sit, ad humanæ vitæ sustentationem, vel potest Nauarri opinio intelligi, quãdo beneficium non tam tenue & exiguum est, quod ad id non sufficiat.

Titulus verò, qui, vt prædiximus, necessarius est, vt Canonica sit ordinatio, tantum desideratur, cum quis ad sacros ordines promouetur, non verò si minoribus innitiatur. Ita colligo ex dicto Sacrosancto Trid. Concilio, ibi: *Statuit sancta Synodus, ne quis deinceps clericus secularis, quamuis alias sit idoneus moribus, scientia & ætate, ad sacros ordines promoueat, nisi prius legitime constet, cum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat pacificè possidere.* Minores quidem ordines sacri non sunt, sed solum ministerium ad sacros, ita tenet Sanctus Thomas contra Gentes, libro quarto, capit. 75. Caietan. in tract. de modo & tit. ord. suscip. Marti. Nauarr. in manuali confes. capi. 22. numero. 17. litera. A. vbi increpat Canonistarum opinionem contrarium tenentium, & hoc expressè sancitum est in Ca-

Contra  
Mart.  
Nauar.

5

in Catechismo ad Parochos in tracta. de sacra. ordin. pag. 365. & multis probat Simon Maiolus de irreg. lib. 3. cap. 21. nume. 7. & ita tenendum est, licet contrarium tenuerit. glos. in dict. cap. 1. in verbo, nemi- nem. 70. distin.

6 Rursus, illud maximè notandum est, quòd titulum accipere debemus, non solùm eum qui præsens habetur, sed qui habendus est postea. Et ideò quando ad dignitatem aliquam obtinendam sacri ordinis necessarij sunt, si aliquis ad eam fuerit nominatus, vel postulatus, promoueri potest ad eum titulum, quem habiturus est, & sic sufficit titulus de futuro. Est enim de hoc glo. insignis. in c. Osius. in glo. magna. 61. dist. quam sequitur Maiolus de irregular. lib. 4. c. 15. num. 3. Multum tamen huic sententiæ refragantur verba Conci. Trident. supra relata, quibus còstat quod ad consequendos ordines sacros futurus titulus beneficij minimè sufficit, imò nec præsens titulus, nisi pacifica possessio interfuerit. Quomodo igitur postulatus promoueri potest, cum non solùm possessione beneficij vel dignitatis non habet, sed nec circa tituli proprietatè ius obtinet, & ideò alterius electio teneret. tex. in c. bonæ. in. 2. & in c. postulatione. de elect. & utrobique Doctores longa manu id tradiderunt: & ea ratione cum Catholicū Conciliū possessionem pacificam hoc casu requirant, minimè sufficeret postulatio, vel nominatio. Sed collatio & Canonica institutio necessaria est, cū absq; ea beneficiū Ecclesiasticū, neq; obtineri nec possideri possit: vt in reg. beneficium. de regul. iur. lib. 6. cum simi. Quapropter opinionem istā verriorem hodie esse censeo, licet neminem legerim, qui eam tenuerint,

7 Ex quo videtur asseuerandum, ad titulum coadiutoriæ, sacros ordines conferendos non esse. Is æquidem qui eam obtinet, non dicitur habere beneficium Ecclesiasticum cum eius diffinitio, de qua per nostrates, in rubr. de præben. ei non competat. Sed in hoc verius contrarium censeo, non tamen ratione beneficij possessi, quia is nullum habet, sed alterius iuris, quo sustentari potest, quod iam cum possessione obtineat, sufficit ad ordines suscipiendos. Ita tenet insignis Nauarr. in tractatu illo sing. omni pietate & eruditione, referto de oratione. capit. 20. num. 18.

8 Præterea animaduerti oportet, quòd titulus qui ad sacros ordines recipiendos necessarius est, perpetuus esse debet. Ita colligitur ex iuribus in huius capituli principio allegatis potissimum ex præcitati Concilij Tridentini decisione, vbi ad tituli perpetuitatem decisum est, vt nullo modo liceat ei, qui ad titulum alicuius Ecclesiastici beneficij fuerit promotus, illud resignare, neque ea resignatio admittenda est, nisi confitto, quod aliunde viuere commodè possit, & resignatio aliter facta nullius momenti est. Et ea ratione, vicaria temporalis & omnia alia beneficia manualia pro titulo non sufficerent. Perpetua autem vicaria legitimum titulum inducit tex. & ibi not. Abb. in c. constitutus. & in c. Michael. de fil. presbyt. cap. postulasti. de rescrip. capit. ad hæc. de offic. vicarij. Clemen. vni. eo. titulo. Anton. de But. consi. 3. nu. 2. Rom. còf. 356. nu. 5. Bellam. decis. 702. Petrus Rebuff. in tractat. congruæ portionis, num. 110. & 112. Quinti Mād. in reg. Cancel. 34. de annali. quæst. 13. num. 3.

9 Sed utrum is qui capellaniam obtinet, possit ad eius titulum sacris insigniri ordinibus, quod ex eo permissum esse videtur, quia capellania si appellatione beneficij comprehenditur. glo. celebris. in Clem. si beneficiorum. in glo. magna, circa finem. de decim. quam sequitur Felin. in capit. ex parte. 5. num. 2. de rescrip. Deci. consi. 210. num. 4. Guid. Pap. decis. Grati. quest. 187. num. 1. Quintil. Mand. in reg. Cancell. de annali. q. 17. num. 1. Bermon. in comm. in tit. de pub. concub. in verbo, Papa. nu. 5. quæ opinio communis est & verissima quæ contradictorem non habet, quando ab initio in fundatione interuenit autoritas Episcopi, & datur in titulum perpetuum, alias nõ reputatur beneficium Ecclesiasticum. ita Rota Romana obseruat, teste Bermondo dicto. num. 5.

Illud vero iure defendi potest, quod licet in primæua capellanię fundatione, non interuenierit ordinarij autoritas, si tamẽ non reluctante fundatoris voluntate, postea capellania in Ecclesiasticum beneficium fuerit erecta, nempe per collationem & Canonicam institutionem fundatoris consanguineus, vel alius qui ad eam vocatus est, eius nomine & titulo poterit ordinari. Et ita receptum est absque controuersia.

Et ex supra traditis inferitur, quod aliquando in facti contingencia interrogatus respondi, quod licet apud nos, quam plurima sint sacella, siue oratoria, quæ obtinent collegia disciplinatorum, seu societates Sacramenti, vel Diui Rochi, vel aliorum Diuorum, de quibus per Bartholum, in l. Sodales. numero. 6. C. de colleg. illici. Bald. in consi. 162. numero quarto, volum. 5. Card. consil. 11. Decius consi. 148. Paris. con-

sil. 34. num. 27. vol. 4. quæ ad celebrationem diuinorum capellanias annexas habere solent, quæ iuxta distinctionem supra traditam, dicuntur Ecclesiastica beneficia, vt illarum gratia, sacri ordinis conferantur, scilicet, si autoritate ordinarij in perpetuum titulum conferantur.

10 Qui verò præstimonium obtinet, ad eius titulum, ad sacros ordines iuste potest promoueri: ex eleganti decisione. text. in capit. final. post princip. de concess. præben. libro. 6. vbi præstimonium inter beneficia Ecclesiastica connumerantur, & facta mentione, præstimonij, Canoniatuum, Parrochialium, &c. Subijcitur clausula, & alijs quibuscunque beneficijs: illa dictio alijs, implicat & designat similitudinem. l. si fugitiui. iuncta glof. fin. C. de seru. fug. capit. cum non ab homine. ibi, seu alio crimine. de iudic. capit. sedes. de rescrip. Quæ opinio tunc procedit, quando præstimonium datur in titulum perpetuum, & habet annexum obsequium spirituale, secus si in sola temporalitate consistat, & non detur in titulum. Ita intelligenda est opinio Ioannis And. qui præstimonium beneficium non esse affirmat. in capit. vni. numero tertio de rerum permut. lib. 6. & Abb. consil. 74. libro primo. num. 4. quæ distinctio colligitur ex Oldrad. consil. 81. & 140. Gemi. consil. 89. Rebus. de pacifi. possess. numer. 90. Ioann. Staph. de literis gratiæ de forma creationis, in Cano. numero. 5. Sed hodie nulla distinctione opus est, præsertim in Hispania, quia semper præstimonium in titulum datur, & habet annexum onus spirituale, ita testatur Mandosi. dict. reg. Cano. quæstione. 12. numero tertio.

11 Si verò is qui ad sacros ordines affectat promoueri, beneficio Ecclesiastico caret, si pensionem vel patrimonium obtinet, ab ordinibus repellendus non est, hac enim lege ut condigne viuere possit, sed id passim non omnibus concedi debet, sed solum in titulo pensionis, vel patrimonio promoueri debent, quos necessitas vel Ecclesie utilitas ordinari suaserit. Patrimonium verò vel pensio deinceps sine Episcopi licentia alienari, aut extingui, vel remitti nullo modo potest, donec beneficium Ecclesiasticum fuerint consequuti, vel aliunde habeant id quod sibi ad victum honeste sufficiat. Ita in maximam Christiane reipublice utilitatem statutum fuit in decreto Conc. Sacrosan. Trid. supra allegati. Qua in re longè cauendum est, ne in consignatione patrimonij loco tituli vllum pactum fiat, inter ordinatorem & ordinatum, quo promittat ordinatus, se nullo tempore ab Episcopo victum petiturum, nam talis conuentio symoniaca est, & ob id qui ordines contulit triennio collatione ordinum est suspensus. ordinatus vero, indeterminato tempore, & ideo perpetuo suspensus manet, ut in. c. penult. de simo. Nec tale pactum firmitatem poterit obtinere. glo. not. in. d. c. pen. in glo. 1. quã communiter Doctores sequuntur teste Ana. ibi. n. 1. qui contra Abb. in. d. c. dicit id procedere etiã si iuramentum interuenerit. idem sequitur Feli. ibi.

12 Illud verò circa nostrum institutum notatu dignum censeo, quod si quis sacris ordinibus innitiatur patrimonio constituto, vel alimentis promissis, vel donatis, eo pacto interposito quo postquam ordinatus fuerit, se non petiturum id quod sibi donatum, vel promissum est, vel si donatum & traditum fuerit restitutum pro-

miserit, is absque dubio sine titulo ordinatur: propterea quæ in huius capitis poenam supra constitutam incurrit. Ita tenet Marti. Azpil. cuncta. n. d. c. 27. num. 158.

Sed nec est omittendum, quod qui post Sacros susceptos ordines remittit ius patrimonij, quod sibi donatum fuerat, nullo pacto ante ordinationem conuento poenam supradictam non incurrit. arg. glo. sing. in cap. tuis. de præbend. & in cap. si Episcopus. eo. tit. in. 6. quod sequitur Nauar. in. d. nu. 158. Qua in re cauendum est, à Frat. Bart. à Medi. in. d. tract. 8. fol. 29. qui clericum hoc facientem suspensum esse iudicauit. Non tamen diffiteor, quod ultra actus annullationem, arbitraria poena pro modo culpæ tanquam sacratissimam legem violantem puniendum esse.

Hoc verò patrimonium, cuius ratione absque titulo beneficii Ecclesiastici Episcopus aliquem ordinauit, habere priuilegia bonis Ecclesiarum à iure concessa. tenent glos. not. in cap. Episcopus. de præbend. & ex ea ita colligit Baldus in tit. de pace const. columna. 5. Deci. in. d. cap. Episcopus. idem in cap. Ecclesia. S. Mariæ. de consti. num. 18. à qua quidem opinione, ipse libenter dissentio auctoritate. glos. in cap. tuis. de præben. quam Abb. & Imol. ibi sequuntur & Felinus in dicto cap. Ecclesia. numer. 10. asserentes, quod ea assignatio patrimonij, ut quis sacris ordinibus innitiatur, nihil aliud operatur, quàm per eam satisfiat Canonitis constitutibus, circa hoc loquentibus, unde ex hac assignatione patrimonium non efficitur Ecclesiasticum: & ultra supra allegatos opinione istam amplectuntur Ioan. à Selua de benefi. 1. par. q. 3.



num. 10. & num. 29. D. Couar. in li. 1. var. resol. c. 4. num. 4. & sentit idē in cap. Raynaldus. §. 2. num. 7. de testam. Fernand. Valsq. de succel. creati. §. 32. num. 33. Nec refragatur glo. autoritas. in dict. cap. Episcopus. de præb. quæ solum dicit istum ad sacros ordines promotum, in persona & in rebus priuilegio clerici gaudere: quod nemo negauit, quo ad ea priuilegia, quæ clericis eorumq; patrimonio à iure concessa sunt: non tamen ex hoc sequitur clericū in hoc patrimonio habere priuilegium Ecclesiarum. Vnde in præscriptione talium bonorum, non est tantum tempus necessarium, sicut in præscribendis bonis Ecclesiæ. glo. sing. & ibi Abb. in cap. Sanctorum. de præscrip. & in cap. 1. de consue. Franc. Balb. qui alios allegat in tract. præsc. §. par. prin. q. 5. Pari ratione restitutio, quæ iure minoris Ecclesijs competit, minimè conceditur clericis ratione patrimonij. glo. celebris. in Clem. 1. in glo. 2. de in integ. resti. quam fatentur esse communiter approbatā, D. Couar. & Fern. Mecha. in locis supra allegatis: & opinionē istam veriore censeo, licet contrariam tenuerit Lara. in l. si quis à lib. §. solet. nu. 36. ff. de lib. agno.

15 Occurrit tamen disceptatio huic loco accommodatissima, quid si parentes donauerint filio, vt iure meliorationis ad titulum patrimonij ad ordines sacros possit promoueri, an post promotionem ab eis possit reuocari, iuxta Regiam constitutionem primam. tit. 6. lib. 5. Regij ordina. noui. Et dubium facit, nam licet ob onerosam causam donatio facta sit, non tamen iuncta est cum tertio, vt Regia lex, vt irreuocabilis efficiatur melioratio sanciuit. Sed verissimum esse censeo, prædictam meliorationē nul-

lo modo post sacros susceptos ordines, à parentibus posse reuocari. Nā vt supra tradidimus, nullus absque Ecclesiastico beneficio, vel saltem sine patrimonio ordinari potest. Imò si Episcopus absque titulo ordines contulerit, tenetur ordinato necessaria ministrare, donec in aliqua Ecclesia condigna stipendia clericalis militiæ assignet. vt ex Lateranensi Conci. probat Summus Pontifex in cap. Episcopus. & in cap. tuis quæstionibus de præben. & ideò nõ tantum donatio hæc ob onerosam causam fit, nempe vt spirituale matrimonium celebretur, sed etiam tertium respicit, scilicet Episcopum, qui cum non ordinasset, nisi sub spe veræ donationis ordinatio facta fuisset, quare iniquum & captiosum esset, huiusmodi donationem reuocari posse, vt in terminis dictæ Regiæ constitutionis asseuerat Michael Cifontanus *Mich. Cifon.* eruditi vir ingenij, in l. 17. Tau. col. 2. vers. Idem in donatione. D. Episcopus Couar. in cap. Raynal. §. 2. nu. 7. de testam. Petrus Auendan. resp. 17. in fine. Ioan. Mati. in d. l. 1. tit. 6. lib. 8. ordi. noui. & doctissimus Tdlius Ferdi. in dicta. l. 17. num. 81. & 82. & de iure communi, idem tradiderunt multi, qui à præcitatis doctoribus allegantur.

16 Ex quo suboritur anceps quæstio, in forensibus tamen controuersijs frequentissima, an donatio facta à patre filio ad titulum patrimonij, vt ordines suscipiat, imputetur ei in legitima, vel præcipuam habebit: quæ primus omnium quos ego legi tetigit Ioan. Fab. in l. si emancipati. C. de colla. vers. ideò credo. & in ea est sententia vt existimet, talem donationem conferendam non esse. idem in §. fin. Iusti. de inoffi. testam. Ioann. Igneus in l. 3. §. subuenitur. nu. 177. ff. ad

ff. ad Syllan. Bart. Chas. in consuet. Burg. Rub. 7. §. 5. fol. 246. & omniū latissimè, Aymon consil. 136. per totum. & ex nostris Anto. Gom. (obiter tamen & veluti per transeam) in l. 29. Tauri. num. 21. Sed ab hac opinione recedit D. Episcopus Couar. in cap. Raynaldus. de testib. §. 2. num. 7. quo loco censet donationem istam imputandam esse in legitima, eo quod sit donatio ob causam quasi propter nuptias, cui accedit Petrus Auend. resp. 17. Fernand. Mench. de succes. creati. i. pat. lib. 3. §. 22. n. 44. nouissimè verò Telliū Ferdin. in l. 29. Tauri. n. 16. primam Fabri opinionem contra D. Couar. amplectitur, quam veram & communem esse testatur. Idem fatetur Ioan. Matien. in l. 3. tit. 8. lib. 5. ordi. noui. glo. 2. num. 14. quā Telliū ea ratione corroborat, quia secundum leges nostras (vt ille inquit) omne quod non est ob causam concessum, ad quod parentes poterant compelli iudicis officio, vel in iure expressum nō est, non imputatur in legitima, nec confertur. Sed pater cōpelli minimè potest, vt hanc donationem filio faciat, vt Aymon dicit. consil. latissimè differit, nec hoc in iure sancitum est, ergo donatio hæc simplex erit, & ideò in legitima filij nō imputabitur. Ego tamen (vt meum quale quale sit iudicium interponam) D. Episcopo Couar. opinionem veriorē censeo, quam ipse & Doctores, qui ei accedunt suprā allegati, multis rationibus eam corroborant, solū enim superest, vt satisfaciamus fundamento Tell. Ferdi. contra D. Episcopi opinionem adducto. Nam respondetur, quòd non est necessarium, vt ex necessitate præcisa à patre proficiscatur donatio ob causam, vt in legitima imputanda sit: imputabitur qui-

*Defen-  
ditur  
opinio  
D. Couar.  
cōtra Telliū  
Ferdin. &  
cōmuni-  
nem.*

dem etiam si donatio ob causam ex necessitate tantū causatiua proficiscatur, quod probat text. optimus in l. omnimodo. §. imputari. C. de in offi. testa. vbi pater filio ad officium, vel militiam emendam pecuniā subministravit, nullo quidem iure, nec præcisa necessitate cogente, sed solū causatiua necessitate impellebatur, quia aliter is filius non posset, vel nō sic facillè eam militiam vel officium adipisci, & illa pecunia in legitima est imputanda. Sic & in quæstione nostra cum is filius non posset, vel non sic facile ad sacerdotium promo- ueri, nisi à patre dictam donationem receperit, iuri cōsonum est, vt in sua legitima præfata donatio impute- tur. Et ita sæpissimè in facti contin- gētia interrogatus, cum peritissimis consului & obtinui.

## Serui sine dominorum licentia.

### CAPVT, XIX.

- 1 *Seruus ordinari non potest.*
- 2 *Si tamen de facto fuerit ordinatus, vere suscipit ordinis Sacramentū.*
- 3 *Episcopus qui sciens seruum ordina- uit, qua pœna puniatur.*

**Q**UOD nulli de seruili con-  
ditione ad sacros ordi-  
nes promoueantur, nisi  
prius à proprijs dominis  
libertatem consequantur, cautum est  
Concilijs Triburiensi & Toletano,  
de quibus in capitulo, Nulli. & in ca-  
pitulo, De seruorum. 54. distin. &  
in capit. 1. & 2. de seruis non ordi-  
nandis. Est enim irreligiosum obli-  
gatos existere seruituti, qui sacri or-  
dinis suscipiunt dignitatem, vt sunt

- verba Concil. 4. Tolet. in Cano. 73. Adeo præter ea Ecclesia olim abhorruit promouendos ad Clerum, alicui subesse seruitutis speciei, vt etiam libertos <sup>b</sup> sæcularium promoueri venterit, vt in Concilio Elibertino, Can. 70. sub his verbis: *Prohibendum vt liberti, quorum patroni in seculo fuerint, ad clericum non prouehantur.* Et nota quod in hac materia, appellatione sacrorum ordinum, comprehenduntur etiam minores, vt firmat Præpo. in dict. cap. Nulli. Aduerte tamen quod seruitus non impedit ordinis susceptionem de facto: quia si seruus ordinetur, verè ordinem suscipit. <sup>c</sup> Istam conclusionem ponit Præpo. in summa. 54. distinct. post Cardi. ibi. Attamen si seruus aliquis fugiens dominum suum qualibet calliditate, aut fraude ad gradus peruenit Ecclesiasticos, decretum est, vt deponatur, & eius dominus eum recipiat, vt in cap. 2. de seruis non ordinan. Vbi vide bonam distinctionem, quam descripsit Abb. post glos. quã nec in substantia referre libet, nec transcribere decet, quia temporibus istis casus hic rarissimè contingit.
- 3 Qua autem poena puniatur Episcopus, qui sciens seruum ordinauit, aut qui illi nescienti testimonium perhibuit. de eo, vide Concil. Aurelia. 1. in Cano. 10. vbi illa describitur in hæc verba: Si seruus, absente vel nesciente Domino, Episcopo sciens, quod seruus Diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente. Episcopus cum Domino duplici satisfactione compenset. Si verò Episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, aut supplicauerint ordinari, simili rehibitioni teneantur obnoxij. Quod Concilium trãscripsit Gratianus in c. Si seruus. 54. distinct.

**R**omoneatur. Serui quidè **A** nullo modo ad sacros ordines promoueri possunt, ne obicuretur maxima sacerdotij dignitas, & autoritas minuat, vt deplorat Basil. in Epist. 8. ad Eusebium Episcopum Samosatensium. Licet enim libertas non sit de substantia Sacramenti, sicut nec membrorum integritas, est tamen ad ordinum usum necessaria: nam cum per ordinum susceptionem homo diuinis officijs mancipetur, debet esse sui iuris, vt liberè ministerio Ecclesie possit vacare. Et ea ratione non licet ordinibus insignito, saltim in sacris, sese in seruitutem tradere, nisi insignis aliqua pietas intercesserit, vt de Paulino Nolano Episcopo, refert Grego. li. 3. dialogo. c. 1. qui seipsum Tyrãnis vendidit, vt subditos redimeret. Et circa huius capituli materiam, vide Regiam l. 6. tit. 22. par. 4. qua diffinitum est, seruum qui ad subdiaconatus ordinem fuerit promotus, domino restituendum esse, si intra annum ab eo postuletur: de cuius legis sanctione nuntatur ibi doctissimus Greg. in gl. in verbo, *subdiacono.* cū aduerfetur. tex. in c. miramur. de serui. non ordi. vbi idem in subdiacono quod in diacono est statutum. Idem disponit Regia l. 18. tit. 6. par. 1. qua in re Sacri Iuris Canonici decisionibus standum est, vt prudenter scribit Grego. in dict. glo. dicta tamen l. 6. procedebat de iure antiquo, secundum statum primitiue Ecclesie, quando subdiaconatus non erat sacer ordo. Ita eam interpretatur Gregor. in d. l. 18. in ver. *Epistola.* Et vide etiam Hosti. in summ. tit. de serui. non ord. Sylues. in sum. in. verb. seruitus. q. 6. & latissimè examinat & resoluit Aluer. Troti. lib. 2. de vero & perfecto cleri. cap. 4. per totum. & melius Simo Maiolus

*Egre-  
gie de-  
clare-  
tur Re-  
gia lex  
Hispa-  
norum  
6. titu.  
22. par  
11. 4.*

Maiolus de irregulari. cap. 35. vbi, num. 4. scribit, quibus modis irregularitas, quæ ex seruitute contrahitur, deletur.

**B** *Etiā libertos.* Vide omnium latissimè Simo. Maiol. de irregula. dict. lib. 1. cap. 36.

**C** *Ordinem suscipit.* Vide F. Domin. Soto in. 7. senten. distin. 25. quæst. 1. artic. 1.

## Ad Ratiocinia obligati.

### CAPVT, XX. QVOD nouè æditum est.

**1** *Obligati ad ratiociniam, minimè possunt ad Ecclesiasticos ordines promoueri.*

**2** *Tutores dolo conuicti, vel si publicæ Principis tutelam gesserint, vel patrimonium eius tanquam curatores fuerint administrati, à sacris ordinibus suscipiendis repelluntur.*

**3** *Astrictus ad priuata, & non publica ratiocinia, à sacris ordinibus non arcetur.*

**4** *Huius capituli irregularitas perpetua non est, quia finita administratione, & rationibus redditis, funditus euanescit.*

**5** *Administratores rerum Ecclesiasticarum, vel miserabilium personarum, pendente administratione, ad ordines promoueri non prohibentur.*

**6** *Ad ratiocinia publica obligati, præstita fideiussione, sacris possunt ordinibus insigniri.*

**R**atiocinijs implicati nullo modo ad sacros ordines promoueri possunt, nam qui tot curis distrahuntur, & tot inuoluti negotijs, sa-

crorum ordinum ministerio vacare non possunt. Tum quia in reddendis rationibus, doli crimine forsitan redargui possent, & multis magnisque litibus vexari, quod frequentissimum est. Ita fuit definitum in Concilio Carthagi. 1. cap. 8. & habetur in cap. magnus. 54. distin. cap. prætereà. si dict. cap. vni. de oblig. ad ratiocinia. l. Officiales. C. de Episco. & de Regia. l. 23. tit. 6. par. 1. Nec mirum hoc esse debet, cuius ciuile istos ad honores & publica munera promoueri prohibuerit. l. rescripto. §. debitores. ff. de munerib. & honorib. & facit lex. 1. C. de debit. bono. ciuit. lib. 10. & in. l. his oneribus. §. 1. & §. fin. ff. de vacat. mane. & in. l. semper. §. conductores. ff. de iure immu. Et tãti habetur ista irregularitas, vt quasi ad exemplū actionis popularis omnis Ecclesiastica persona excipere potest, ne isti ordinibus sacris iniciantur, & dominus cui rationes reddendæ sunt, multo magis id efficere poterit, & quilibet alius qui sua interesse putauerit. Ita sing. tenet Abbas in dict. cap. vni. quæst. vlt. Simon Maiolus in tracta. de irregula. lib. 2. c. 11. num. 2. Imò si totum vnum collegium, ob publicam administrationem rationem reddere teneatur, nullus de illo collegio administratione pèdente potest ad ordines promoueri. Hęc est celebris Archi. sententia in cap. tantis. 81. distin.

Tutores quoque, si de dolo conueniantur, vel si publicam Principis tutelam, vel curam administrauerint, ad sacros ordines ascendere prohibentur, sicuti reliqui ad publica ratiocinia obnoxii. text. in dict. capit. vni. not. Specula. in tit. de obliga. ad ratiocinia post princi. Quod intelligendum est, nisi compulsus administrationem suscepissent, vel pro miserabili-

rabilibus personis, præsertim si Episcopi consensus accessisset. ita expressè se not. Syluest. & Tab. in suis summ. in verbo, ratiocinia. & sicut promoveri possunt, ita & promoti susceptos ordines exercere promittetur. text. in cap. monachi. 16. q. 1. c. peruenit. 86. dist. & est optima. l. 48. tit. 6. par. 1. ibi. *O clerigo que oniesse en guarda bienes de huersanos.* Et licet Diuus Cyprianus lib. 1. Epist. 9. negat, Sacrificium offerendum esse pro eo qui moriens, clericum ad tutelam vel curam minorum administrandam nominasset, quasi quod clericus huiusmodi administratione, eiusque ratiocinijs inuolutus, à sacrorum ordinum ministerio impiè arceretur: ut probatur in. c. Cyprianus. 21. q. 3. Est tamen testimonium illud Cypriani interpretandum, quando tutela vel administratio alicuius magnatis esset, vel alterius qui amplissimum patrimonium haberet, ita ut clericum illud administrantem, veluti oppressum, & sacris exercendis, segregatum haberet: alioqui si pauperum tutela foret, non solum eam suscipere clericis permissum est, sed pium est opus. Leo enim Summus Pontifex maximus huius nominis primus, in sermone. 2. de Ieiunio decimi mensis. *Studeamus (inquit) viduarum defensionem, pupillarum utilitati, lugentium consolationi, dissidentium paci.*

3 Huius tamen capitis irregularitas, duntaxat locum obtinet, quando quis ob publicam aliquam administrationem ratiocinijs astrictus esset. At si priuata foret administratio, nullum ad sacros ordines, impedimentum præstat, nisi tantum in duobus casibus. Primo si de dolo in administratione perpetrato, lis aliqua mota esset. Secundo, si in procinctu esset ut moueatur, ante litis exitum, promoueri

non potest, imò si de facto promoueretur, dignus esset depositione, etiam si postea in causa vincerit. gl. sing. in dict. cap. tantis. 81. dist. per illum. tex. & ibi not. Archidia. & dict. Regia lex. 23. & 24. tit. 6. par. 1. & ibi Grego. Lup. quæ opinio verissima est & communis, licet antiqui nonnulli, quos allegat Inno. in dict. cap. vni. nullam differentiam inter publicam vel priuata ratiocinia constituerunt, an quis conuincatur, vel dolo culpa: cum talis distinctio secundum illum nullo iure probetur.

4 Nec irregularitas hæc perpetua est iudicanda, imò administratione finita rationibusque redditis, prorsus extinguitur. Ita tenet gl. Hostiæ. & omnes in dict. cap. vni. glo. in. c. priscis. 55. dist. idem sequitur Archi. in prin. 51. dist. & in dict. capit. præterea. ead. distin. multi tamen venerandæ antiquitatis viri perpetuam esse iudicarunt. Sed manifestissimè allucinantur, & in contrarium est recepta nostrorum sententia. Quæ ita demum recipienda est, si publicam administrationem nullo dolo malove exercuerunt, at si dolus interuenerit, & Episcopus nouerit: nullo petente ex proprio eius munere, potest eum tanquam criminiosum repellere. text. in cap. infames. 6. q. 1. glo. not. in. c. alieni. 2. q. 7. & in dict. cap. vni. & d. Regia lex. 24. Alber. Troti. lib. 2. de vero, & per. cler. capit. 6. numero. 3.

Inter hos verò qui publicis ratiocinijs sunt obnoxii, minimè ascribuntur ij qui Reipublicæ sunt debitores: ex debito tamen sine aliqua administratione contracto, forte ex mutuo, locatione, vel emptione, vel similibus alijs contractibus, nam obligatione, vel lite pendente ab ordinibus sacris minimè arcentur. glo. not. in d. c. propterea. vbi Archid. Abb. in dict.

dict. cap. vni. q. antepenult. Syluest. & Tau. in summis. in verbo, Ratiocinia. per. l. quisquis emensis. C. de Episcop. & cler. & d. l. rescript. §. debitores, ad municipal.

5 Item nec ordinibus innitiari prohibentur, administratores rerum Ecclesiasticarum, aut miserabilium personarum, aut cuiuslibet alterius pie causæ publicæ, vel priuatæ, etiam administratione pendente. tex. in. c. i. ne clerici vel monach. text. in. d. cap. peruenit. 86. dist. ca. iudicatum. 89. dist. & dict. Regia. l. 23. & not. Calagur. Episcopus infra capit. 60. in principio.

6 Tollitur etiam dictum Canonicum impedimentum, si is qui publicis ratiocinijs astrictus est, fideiussores præstiterit. Ita sing. tenet Vicen. in dict. cap. vni. quem ibi refert & sequitur Abb Panor. quæst. antepen. & noster Gregor. in. d. l. 23. in ver. *No se puede ordenar.* Et quo ad publica munera ita decisum est, in dict. §. debitores. Quod ita demum verum esse intelligo, quando tales fideiussores ita obligarentur, ut possent ante principalem debitorem conueniri, alias simplex fideiussio sufficere non videtur, cum creditor ipse non vulgare detrimentum pateretur, si prius discutiendus esset principalis, antequam fideiussores possent conueniri, ut in auth. de fideiussor. & mandato. §. i. col. 1. vbi glo. Jacob. de Veloui. Bar. & Ang. & in auth. præsent. C. de fideiussor. Regia. l. 9. tit. 12. par. 5. & ita in terminis tenent Maiolus in dict. tract. de irregu. lib. 2. cap. 11. nu. 14. Quod ad dictum §. debitores multum notari debet.

## Illiterati.

### C A P V T, XXI.

1 *Illiteratus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoveri.*

2 *Cum omnino illiteratis, ut promoveantur ad ordines non potest dispensari.*

3 *Clericus ignarus, qui de facto sacris fuit ordinibus insignitus, arbitrio iudicis est puniendus.*

4 *Clericus illiteratus priuari debet suo beneficio.*

5 *Papæ etiam ex certa scientia sribenti, pro illiterato obtemperandum non est.*

6 *Collatio beneficij, illiterato facta, est nulla ipso iure.*


7 *Illiterati penitus qui dicantur.*

**P**osteaquam altus ille paracletus Apostolos, ac oēs alios, qui primū mundo orthodoxam fidē nostrā annunciaturi erant, doctrina sacra perdocuit, ac diuinis imbuit mysterijs, aliosque Ecclesiæ Doctores illuminauit, qui doctrinam ab eo inspiratam futuris temporibus pro salute fidelium inscriptis redigerent, iam non sic in quacunque sæculi ætate, nouos edocet Apostolos, aut Doctores illuminat. Vnde Ecclesiā sanctam gubernaturis onuscernitur iniunctum, ut proprio discant labore, quæ populis valeant prædicare, quovē ignorantes in fide instruant, ac omnes ad Christianos mores obseruandos persuadeant. Pieque constitutum est, ut qui ad discendi laborem non sunt perpepsi, gubernandi, ministrandi que in Ecclesia Dei honore non fruantur, præmaximè quidē ad sui regimen viris literatis Ecclesia noscitur indigere, ut inquit tex. in cap. cum ex eo. de elect. in. 6. Vnde merito Gregorius prohibuit ignorantem literas ordinari, ut in capit. Præcipimus. 34. dist. & idem celsit de

de illiteratis Gelasius, vt habetur in cap. illiteratos. 36. distinct. & in cap. 1. 55. distinct. & Hilarius Papa in cap. poenitentes. ea dist. Præterea Iustinianus Imperator in authen. de Sanctis Episcopis. 4. Clericos. col. 9. nisi literas scirent, non permisit clericos ordinari, <sup>b</sup> & hodie etiã neq; ad primam tonsuram illiterati viri <sup>c</sup> promoueri possunt. <sup>e</sup> vt in cap. fin. de tempor. ordin. in. 6. quod ibi intelligunt Domin. & Philip. in penitus illiterato, per text. iunctis glos. in dicto cap. præcipimus. & in .d. cap. illiteratos. cum quo non possunt dispensare Episcopi, <sup>d</sup> vt fiat clericus, vt notat Inno. in cap. Dilect. de tempo. ordin. cui assentiuntur Domini. & Philip. vbi supra, & Philip. in. c. per tuam. de Simon. num. 3. & vide Cardi. de Turrecremata, in cap. si in laicis 48. distin. vbi facit firmã conclusionem, quod super omnimoda ignorantia in sacerdote, nulla potest cadere dispensatio: quia de iure diuino est, qd sacerdos habeat scientiam, vt habetur Osee. 4. cap. Si autem carens literis omnino fuerit ordinatus, recipit characterem, <sup>e</sup> vt firmannt Inno. & Ioan. Andr. in capit. cum in cunctis. de elect. quod refert Car. Currecrema. in dict. cap. illiteratos. & idem tenet Cardi. post Lauren. in Clemen. 1. in fin. verbis, de ætat. & qualit. qui asserit, quod etiã puer vnus diei baptizatus si ordinatur, recipit characterem. Poena autem illiterati, qui ad sacros ordines fuerit promotus, cum in iure nõ sit statuta, expressè, arbitrio iudicis <sup>f</sup> relinquitur, <sup>f</sup> quæ videtur esse conueniens, vt ab ordinibus suspendatur, donec sufficientiam tali ordini requisitam habuerit. Practica præterea prælatorum & suorum officialium, qua solent ignorantes clerico

semipromotos, poenis condignis, vt studio vacent, compellere: fundamentum habere potest ex his, quæ disposita sunt in Concilio Toletano. 8. in Cano. 8. sub his verbis: Illi sanè qui iam honore dignitatum funguntur, huiusce tamen ignorantie cæcitate vexantur, aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut à maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti. Absurdum siquidè est eos, qui cæteros simpliciores & laicos habent docere, quibus & disciplinæ & vitæ debent esse veluti quoddam speculum, ad alicuius ordinis promoueri statum, qui legè Dei ignorant, nec literarum saltem mediocritate sunt insigniti. Si verò omnino illiterato ultra prædictos ordines beneficium fuerit collatum, eo dignè priuari potest: & quia collatio beneficij facta tali non tenet: vt notat Philip. in dict. capit. fina. de tempo. ordin. in. 6. referendo Inno. & Ioan. Andr. in cap. cum nostris. de concess. præben. equiparat enim Inno. ibi illiteratum mulieri ac infanti. Et facit quod Felin. tenet in cap. <sup>5</sup> inquisitioni. de sententia excommu. vbi dicit quod si Papa scribat, etiam ex certa scientia pro illiterato, credit, quod non est ei obediendū: quia vitium illiteraturæ est de iure diuino. cap. nisi cum pridem. de renuntia. c. literaturæ. 33. distin. Et confirmat <sup>6</sup> hoc, quia ius canonicum magis abhorret illiteratum, quam homicidã, quia collatio facta homicidæ tenet: secus si fiat illiterato, quia est ipso iure nulla, <sup>b</sup> & refert ita tenere expressè Imol. in dict. capit. cum nostris. Per quæ verba dicit etiam idem Felin. in cap. si quando. col. 10. nume. 30. de rescrip. quod omnino illiteratus est incapax dignitatis ipso iure, sicut infans, furiosus, & similes. Et paulò

paulò inferiùs tractādo de sufficiētia requisita in prælatis, dicit, quòd ubi concurrit totalis illiteratura, credit quòd si Papa dispensaret, esset dispensare directè contra ius diuinum. <sup>i</sup> Penitus autem illiterati illi dicuntur, qui nesciunt facere officium ad quod tenentur, vt dicit Domin. in capit. sedulo. 38. dist. col. 2.

**A**  *Indigere.* Vide Ioan. Monachum, in ca. cum ex eo. de electio. lib. 6. Felin. in cap. si quando. col. 4. de rescrip. & latissimè Albert. Troti. libro. 2. de vero & perfecto cleri. c. 32. cum multis sequentibus.

**B** *Ordinari.* Vide Petrum Rebuff. in pract. benefi. in parte de cleri. & à quibus & quo mod. creent. num. 25. fol. 12. Domi. Soto, in. 4. sent. dist. 25. quæst. 1. artic. 4. Et quod illiteratus sit irregularis, tenet expressè Inno. in cap. cum in nostris. col. 1. de conces. præb. Aluar. Pelag. de planctu Ecclesiæ. lib. 1. artic. 48. & latissimè disserit Simon Maiolus de irregulari. lib. 1. c. 32. Quæ sententia communis est, vt fatetur Mart. Nauar. in cap. si quando. de rescrip. excep. 11. in prin. Quæ verò scientia in promo uendis ad sacros ordines desideretur, iudicandum est pro ratione ordinum, ac oneris suscepti. cap. cum in Ecclesia. de elect. cap. quod ipsis. 38. dist. Inno. in dict. ca. cum in cunctis. ubi eleganter scribit quod is dicetur idoneam, & sufficientem scientiam habere, quæ sufficiens est attendita illius dignitate, loco & ordine: cuius opinionem communi suffragio Doctores approbāt, ibi, Card. Imo. & Bonif. in Clem. 1. de ætate & qualitat. & tenet. S. Thom. in. 1. 2. quæst. 76. artic. 2. qui sic ait. *Omnes tenentur scire communiter ea quæ sunt fidei*

*& vniuersalia iuris præcepta: singuli autem ea quæ ad eorum statum vel officium spectant.* Et ideo quæ scientia sufficiens sit, iudicis arbitrio relictū est. vt scribit Bonif. in dict. Clem. 1. Marti. Nauar. in. d. excep. 11. Hodie autem ex Sacro Concilio Trident. per singulos ordines melius explicatum ac definitum est. Tonsura etenim nō nisi chrismate confirmatis, & fidei rudimenta, & legere ac scribere scientibus confertur, vt dispositum est sessione. 23. cap. 4. de refor. Minores verò, vsque ad acoliatum, non conferuntur, nisi Latinam linguam intelligentibus. ibidem cap. 11. & post redditum testimonium de literis ac moribus per parochum & scholæ magistrum. ibi cap. 5. Maiores autem sacri, non conferuntur nisi ijs qui probè versati sint in minoribus, ac de his bene instructi sint, quæ exercendo ordini, quem suscipiunt conueniunt. ibidem cap. 13. Presbyteratus ei soli conceditur, qui docere possit populum, ea quæ ad salutem scire necesse est. ibi capit. 14. Episcopatus verò ei solum conceditur, qui vtrumque testamentum scit, diuinis literis, & suos possit docere, & alienos confutare. cap. omnes. 38. dist. cum iudex sit animarum. c. de persona. 11. q. 1. & ea ratione in Tridentino Concilio, sess. 22. cap. 2. de refor. vt quis ad Episcopatus dignitatem possit promoueri, Doctores aut Licentiatus in Theologia, vel iure Pontificio esse oportet, aut publicè alicuius Academiæ testimonio idoneus, ad alios docendos apparuerit.

Aliquando tamen, ad consequendum Sacerdotium, tam ardens in homine charitas esse potest, vt scientiæ defectum supplere possit, si non sit penitus inscius & illiteratus. text. in cap. nisi cum pridem. de renun. ibi,

*Scien*



*Scientia inflat, charitas autem edificat: & ideo imperfectum scientiæ potest sup-  
plere perfectio charitatis.* Antiquis  
enim temporibus quandoq; permis-  
sum fuit, vt charitas scientiæ præpô-  
deraret: maxima tunc spes erat, vt  
qui plurimū diligeret, etiam in scien-  
tijs plurimū proficere posset. glos.  
in esp. sollicitudo. 52. dist. Sanctus  
quidem Flavianus Episcopus Man-  
cedonicum Anachoretam ad sacer-  
dotium promouit, virum cuiusuis  
disciplinæ expertem in locis agresti-  
bus, & in verticibus montium edu-  
catum simplicem, sacrarumque lite-  
rarum imperitissimum, sed quia in  
eo summa Charitas vigeat, ob id  
eum promouit, vt testatur Theodo-  
ret. in Philotheo in vita Macedonij,  
& Lippom. Vit. S. Thom. secundo.  
Nonne etiã Sacerdotio dignus fuit  
S. Antonius Anachoreta, ob eius  
incredibilem charitatem, quem fuisse  
indoctum probat Augustin. lib.  
1. de doctrina Christi, in prologo,  
de quo multa scribit Cassiodo. histo-  
riæ tripart. lib. 1. cap. 10.

**C** *Promoueri possunt.* Vide Sacrosan-  
ctum Concilium Tridentinum su-  
pra allegatum, ses. 21. cap. 4. de refor-  
mat. Marti. Nauarr. in manuali con-  
fess. c. 27. num. 205.

**D** *Dispensare Episcopi.* Adde quòd hæc  
auctoris sententia procedit, in viris  
iam ætate grauescentibus, sed in iu-  
uene septem annorum, potest Epif-  
copus cum modica scientia ei primã  
tonsuram conferre, habita ætatis ra-  
tione, & sub spe futuri studij. Ita au-  
torem nostrum interpretatur Petrus  
Rebuff. in pract. benefi. tit. de cleri-  
cis. & à quibus & quomodo Creen.  
nume. 29. Hodie tamen præcedens  
concilij decisio ad vnguem seruan-  
da est.

**E** *Recipit characterem.* Vide Domin.

Soto in. 4. senten. dist. 25. quæst. 1.  
artic. 2. Simo. Maiol. de irregularita.  
lib. 1. c. 32. num. 11.

*Relinquitur.* Adde text in. l. 1 §. ex-  
pilatores. ff. de de effractor. vbi Bar.  
tradit Deci. in. c. de causis. de offici.  
delega. & in. l. si fugitiui. numer. 84.  
C. de seru. fug.

*Priuari potest.* Adde Concil. Trid. **G**  
ses. 21. c. 6. quo sancitum est, quod si  
illiterati & imperiti clerici Rectores  
Ecclesiarum steterint, priuandi non  
sunt: si aliàs honeste & probæ vitæ  
fuerint, sed ab Episcopis illis coadiu-  
tores deputandi sunt. Quæ decisio  
procedit, in iam promotis, alioqui  
nondum promoti prætextu idonei  
vicarij admittendi non sunt. Ita de-  
clarat Maiolus de irregul. lib. 1. c. 32.  
num. 13. Et nota, quod is qui illitera-  
to beneficium contulit, à pœna non  
est immunis: nam omne damnum ab  
eo illatū refarcire tenetur. Ita expref-  
se docent Anchar. & Cardin. in Cle-  
men. 1. col. vlt. de etate & quali. An-  
gel. de Clauasi. in sum. in verbo, resti-  
tutio. Felin. in cap. si quando. nu. 7.  
de rescrip. Cosmas in pragma. Gall.  
in verbo, indignorum. quam doctri-  
nam tanquam mirabilem, & stupen-  
dam, refert & sequitur Mart. Nauar.  
in dict. excep. 11. Ioan. Lup. in cap.  
per vestras. §. 26. num. 11. de don. in-  
ter vir. & vxo. & suffragatur text. in  
l. 1. & 2. C. de peri. nom. lib. 11. cap.  
Valentinianus. 63. dist. ad medium,  
cùm dicit: *Super vos est talis electio.* Et  
mortalem culpam contrahit, quia mi-  
nisterio Dei indignos & immeritos  
eligit. tex. in cap. monasterij. 19. q. 3.  
glo. pen. in cap. ad Apostolicam. de  
regular. & transgreditur Decreta Ca-  
nonica statuentia optimum eligen-  
dum esse. c. Metropolitano. 63. dist.  
& ea ratione etiã mortaliter peccat.  
cap. quia eadem. 1. dist. capit. quæ in  
Eccle-

Ecclesiarum de cōst. cap. fin. cod. tit. in. 6. Et duodecim pœnas quibus afficitur, qui indigno beneficium Ecclesiasticum contulit, diligenter congeisit Petrus Rebuf. in practi. benè. de pœnis contra collato. indi conf.

**H** *Nulla.* Adde Martin. Nauar. in. d. c. si quando. excep. 11. de rescrip. qui opinio nem istam communem esse tenetur, quam tenuerunt Inno. & Paillitero in cap. cum in nostris. de cōces. preben. Felin in capit. per tuas. de Si mon. Ioan. Cora. in tract. de sacerdot. 3. part. cap. 5. num. 3. cui communi & verissimæ sententiæ suffragatur tex. not. in cap. cum in cunctis. §. fin. de elect. qui probat, eum qui confert beneficium, vel ad illud icienter eligit indignum, ob ætatis, morum, scientiæ, vel natalium defectum, pro ea vice priuari eligendi, vel conferendi facultate: collationem vel electionem ipsam ad alium deuolui. Ex quo quidem text. ponderandum est collationem vel electionem factam, patienti aliquem ex illis quatuor defectibus, ad alium deuolui: igitur collatio nulla fuit, quia alias non deuolueretur faciendâ, si iam facta teneret. Deinde conducit text. optimus in cap. dudum. de election. quo dispositum est electionem eius, qui tempore quo eligebatur defectum ætatis, vel scientiæ pat. eatur, inutilem esse ipso iure: cuius ratione Abb. ibi. n. 11. not. collationem nescienti factâ ipso iure nullam esse. & vide tex. glo. & Doctores in Clem. de ætate & qualitate. Quæ communis sententia procedit in tantum, vt ea collatio quæ literarum inscio facta fuerit, coloratum titulum possidenti non præstet. Ita colliges ex doctissimo & omnibus numeris consummatissimo Petro Rebuffo in tract. de pacifi. posse. numero. 213. Si iunges ea quæ ipse dixit, ibi. n. 172.

ver. Quarto nõ procedit. Hæc tamen opinio vera est, impenitus illiterato, qui Latini sermonis apud Latinos est ignarus, & Græci apud Græcos, nõ verò procedit, quando quis quidem scientiam habet, licet non idoneam: licet æquidem collatio ei facta firmitatem de iure non obtineat, coloratum titulum præbet. Ita sing. interpretatur Nauar. de excep. 11. versicu. Et ideò fol. 47. quod probat ex his quæ Abb. & Doctores tradiderunt in. d. capit. cum in nostris. de concei. preben. Cosmas in pragmat. tit. de pacific. posse. verb. coloratum, Imò amplius existimat ipsemet Rebuff. in loco nouissimè allegato clericum illiteratum qui beneficium triennio possidet, nõ gaudere beneficio regulæ de trienniali possessore. Sed hoc iure improbat in dicto loco. Ex cuius dictis, limitanda ex autoris nostri & aliorum recepta sententia dupliciter. Primò, vt solum procedat in eo qui nunquam literas didicit: secus verò si eas semel didicisset, & postea ob infirmitatem, vel ob aliam causam, lapsus fuisset memoria: ita vt prorsus literas ignoraret, quia quo ad habilitatem impetrantis, tempus acquisitionis beneficii attendi debet. text. in capit. ei cui. de præbend. in. 6. & in capitulo, cum de beneficio. & in capitulo, is cui. eodem tit. & libr. & in Clemen. si de beneficio. eodem titulo. Secundo singulariter limitata, nam licet collatio beneficii illiterato, facta nulla sit à principio, si ita tamen literas ille addiscat, & is qui contulit, non pœniteat, pristina collatio tacita quædam, collatione reuiuiscit, quod multis confirmari potest maximè ex his, quæ scribit Abbas in capitulo, cum ex officij. de præscriptionibus. vbi Felin. num. 36.

**I** *Contra ius diuinum.* Adde Inno. in capit. dilectus. de tempor. ordi. Cardi. à Turcrema. in cap. si in laicis. 38. dist. vide latissimè circa hoc nec non totius huius capituli argumentum, Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæst. li. 2. Anchar. 5. casu. 425. quæ post hæc scripta legi.

## Neophiti.

### CAPVT, XXIII. QVOD nouè editum est.

- 1 Neophitus, quis propriè nuncupetur.
- 2 Neophitus minimè sacris ordinibus potest insigniri.
- 3 Munera, siue officia secularia, Neophitis sunt interdicta, ibique de interpretatione Toletani Concilij. 3 cap. 14.
- 4 Iudæus Christiani tutor, vel administrator, esse prohibetur, ibi interpretatur. l. Spadonè. §. iam autè. ff. de excusa tutor.
- 5 Neophitus contra Christianum testimonium proferre prohibetur.
- 6 Nouiter conuersi, quos vulgo (moriscos appellamus) non sunt testes idonei.
- 7 Neophitus quando ordinibus Ecclesiasticis possit insigniri.
- 8 Neophitus qui impropiè sic appellatur, an à Sacris ordinibus sit arcendus.
- 9 Iudæi Hispaniam coluerunt, à qua multis iustissimisq; causis fuerunt expulsi.
- 10 Nullus Iudæus, vel alterius seclæ, potest in Hispaniarum regnis incolatum habere.
- 11 Descendentes à Iudæis, vel ex alia infecta familia, à Collegijs & Confraternitatibus, iustissimè possunt repelli, quod multis magnisque rationibus ostenditur.
- 12 Qui ex Iudæica, vel ex alia infecta familia descendunt, solent malis corruptis moribus eorinquinari.
- 13 Apud Hebræos & Ethiopicos nullus ad sacerdotium promouebatur, qui labem generis pateretur.
- 14 Defenduntur constitutiones collegiorum excludentes, ab ipsorum domicilio eos qui generis labem patiuntur.
- 15 A domo amplissima Regum Hispaniarum, sanguine infecti repelluntur.
- 16 Mutanda non sunt, quæ certam interpretationem habuerunt.
- 17 Licet generis labe infecti, virtutibus & literis polleant, minimè ad dicta collegia admittendi sunt, & vtrum his dispensatio indulgeatur.
- 18 Refertur Alphonsi à Montaluo Hispani opinio, quæ postea refutatur.
- 19 Defenditur contra apologiam Henrici Mauroi Franciscani, statutum Sanctissimæ Toletanæ Ecclesie, nec non Genensis.
- 20 Generis macula, siue nota in antiquis, indicijs & fama probatur, & testibus de auditu deponētibus fides adhibenda est.
- 21 Testes qui circa generis qualitatem testimonium protulerunt, pro militari dignitate consequenda, vel pro ingressu collegiorum, vel ad piscendis beneficijs publicandi non sunt.
- 22 Hæreticorum filij an ad sacros ordines possint promoueri.
- 23 Summarie probationes, circa generis quali-

qualitatem, qua fieri solent, ab illis qui ordinibus sunt decorandi, quem effectum contineant.

24 Concilium Tridentinum ses. 23. ca. 7. de reформа interpretatur.

25 Neophitus is dicitur, qui nuper religionem ingressus est, & quo tempore ad dignitates religionis possit aspirare.

**N**eophitæ propriè hi appellantur, qui ex Iudaica lege, aut Mahumetica, vel Ethnica, nuper Christi legem sacrosanctam professi sunt, quasi nouiter in Christiana religione plati: testimonio Diui Gregorij li. 7. Epist. cap. 111. ad Siagrum Episcopum. Habetur in cap. vlt. 48. distin. Non verò proprie Neophitæ dicentur, qui à primis incunabulis Christianam militiam professi fuerunt, etiam si à Iudæis, Ethnicisve originem habuerint. Primos verò (quos proprio vocabulo Neophitos appellamus) à Sacris ordinibus arcendos esse pluribus antiquorum patrum decretis institutum fuit. Primo sanè Apostolica authoritate Diuini Pauli prima ad Timoth. cap. 3. ibi. *Non Neophitum.* Præterea Niceno Concilio his verbis decretum est: *Tempore opus est ut catechumenus quisque fiat, & post Baptismum multa probatione indiget euident: namque est Apostolicum præceptum nõ Neophitum.* Retulit Gratianus in cap. quoniam. 48. distin. Conciliumque Arelatense secundum sub Syluestro Pontifice primo huius nomine celebratum canone primo diffiniuit, eos ad Diaconatus vel Subdiaconatus ministerium promouendos non esse. Hoc item prohibuit Concilium Laodicense celebratum sub Libero Pontifice Romano, cap. 3. apud Laodiceam Phrygiæ vr-

be, & licet Prouinciale fuerit, postea confirmatum fuit sexta Synodo generali. Ideoque qui in ægritudine baptizatus fuit ad Sacrum suscipiendum ordinem non admittitur. tex. in cap. 1. 57. dist. quem singularem esse testatur Roman. sing. 46. & videndus est Euleb. lib. 6. historiæ Ecclesiæ. ca. 33. qui testatur olim minimè licuisse clericum fieri, qui maxima pressus necessitate morboque grauatus baptizatus fuisset. Præterea Summorūq; Pontificum decretis Neophiti à Sacris ordinibus arcentur. Sozimus Summus Ecclesiæ Præsul hoc ita sancit in cap. qui Ecclesiasticis. 59. distin. & Urbanus Papa in capit. si officia. eadem distin. Gregorius in capit. sicut. 48. distin. & in capit. hoc ad nos. 59. dist. & in capit. si sacerdotale. 61. dist. Celestinus in cap. ordinatos. 59. distin. Hormisdas. in cap. in sacerdotibus. 61. distin. & in cap. non negamus. ibi, Leo Papa in cap. miramur. 61. distin. Sicut Pontifex huius nominis primus, hoc ipsum prohibuit in Epistola tertia ad vniuersos orthodoxos, Diuus etiam Ambrosius in cap. Neophitæ. d. distin. 61. Cuius quidem prohibitionis ratio adducitur à Diuo Paulo. d. c. 3. ibi, *Ne forte eleuatus in superbiam, in iudicium incidat, & in laqueum diaboli (hoc est, in arrogantiā) quæ est Diaboli ruina.* Tum quia is alios edocere non potest, quæ nunquam ipse didicit. Tum etiam quia alijs se conformare non poterit, cum nunquam ipse, statum Ecclesiæ regendo, expertus est (vt vtar verbis glo.) in principio. 48. distin. in verbo, *Prohibentur.* De quo argumento vltra ordinarios interpretes, latè legendus est insignis D. Couarru. in Clem. si furiosus. 1. parte, relecti. 6. secundo numero. 7. de homi. Alber. Troti.

libro. 2. de vero & perfect. cleric. cap. 12. Simon Maiolus de irregula. lib. 1. cap. 31.

3 Nec mirum est neophitos ad sacros ordines admittendos non esse, cum officia publica secularia munera eis interdicta sint: vt statutum fuit in Concilio Toletano. 4. c. 63. & habetur in cap. constituit. 17. q. 4. & in Concilio Toletano. 3. c. 14. quod continetur, in cap. nulla. 54. distinct. capit. penult. de iud. Quod idem obseruandum est in his qui ex Iudæis sunt, qui apud Christianos publicis muneribus fungi non possunt. vt in dict. 3. Toletano Concilio continetur. & in .d. cap. constituit. tenet Roman. sing. 672. Ias. in rubr. ff. de iusti. & iure. col. 1. Couar. in loco nouissimè allegato. Montal. in .l. 2. tit. 3. lib. 4. Fori vbi multis probare contendit, Toletanum Concilium non esse intelligendum de his qui ex Iudæorum genti: fidem Catholicam susceperunt, quia à secularibus muneribus isti arcendi non sunt. Hoc idem not. Felin. & Ripa, num. 31. in dict. capit. eam te. de rescrip. idem Felin. in cap. cum sit. de Iudæis. & est egregia. l. 6. tit. 24. par. 7. Sed quòd tantum Concilium procedat in ipsismet Iudæis, qui fidem nostram nunquam professi sunt, qui ad publicos magistratus vel publica munera recipiendi non sunt. l. vlti. C. de iud. l. 3. tit. 24. par. 7. Quibus minimè refragatur. l. generaliter. §. fi. ff. de Decurioni. quæ ad honores admittit eos qui Iudaicam superstitionem sequuntur. Quoniam non de Iudæis intelligitur, sed de Christianis, qui in Iudæa primùm fuerat: ideoque Iudaicam superstitionem sequi dicuntur à iure consulto, vt eruditè, eleganter, & copiosè ostendit Andr. Alciat. libr. dispunctio.

3. capit. 8. & in .l. quidam ignauia. C. de Decurioni. libro decimo. Sequitur Andr. Tiraquel. de iure primogeni. quæstion. 66. num. 40. Qui quidem intellectus minimè placet D. Couarru. in loco nouissimè allegato, num. fin. qui quibusdam rationibus in medium adductis, testatur receptam esse sententiam. d. §. fin. d. l. generaliter. antiquatū & corruptum esse, per. d. l. vlt. de Iudæ.

4 Pariq; ratione Iudæus Christiani tutor, vel administrator esse nullo modo potest, ne cum pravis & iniquis moribus, & Iudaicis superstitionibus erudiat. ita Bart. & Ias. in rub. ff. de iust. & iure. Ana. in rubr. de Iudæis. num. 7. Felin. in cap. cum sit. col. 1. eo. tit. Rom. in .l. pactum. num. 11. C. de colla. Socin. consi. 70. col. vlt. l. b. 1. Imò nec mater Iudæa filiorum suorum tutrix esse potest: vt tenuit Angel. Aretin. in .§. præterea. col. 25. ver. *Ex isto tex. insti. de excep. vbi asseuerat ita tenuisse & contulisse licet* (vt ille inquit) quidam doctor Bononiæ non gustauerit, & fortasse intelligit de Barba. qui contrarium consuluit, consi. 15. in .1. dubio, lib. 1. & Bar. opinionem vltra supra allegatos sequuti sunt Andr. Tiraq. dict. quæst. 66. num. 17. Couar. d. §. 2. nec dubito communem esse, licet contrariam tenuerit Fulg. & Mart. Laud. in .d. rub. ff. de iustitia & iur. authoritate tex. in .l. spadonem. §. iam autem. ff. de excusat. tutor. vbi Modestinus ait. *Iam autem Iudæi quoque non Iudæorum tuores erunt, quemadmodum cætera munera subeunt. Namque eos constitutiones solutos esse volunt solis illis rebus, per quas superstitione eorum pollui videatur.* Nam vel illa lex est correctæ, vel si in viridi obseruatiã, locū obtinebit in municipio, quod Iudæos incolas vel Genti-

Gentiles habet, nō de eo quod Christianorum legem obseruat, & eorum iurisdictioni subditur. ita interpretatur D. Couar. vbi supra.

5 Et non solum Neophitus a sacris ordinibus, publicisque officijs arcendus est, sed ex sententia sapientissimorum virorum, is ad testimonium ferendum contra Christianum, admittendus non est: ita tenet sing. Felin. in dict. cap. cum sit. & in cap. Iudæi. de Iudæis, qui allegat pro hac sententia, tex. in cap. non potest. 2. q. 7. ex Concilio Toletano. 4. capit. 62. qui minimè id probat, nam Concilium solum tractat de eo qui cum Iudæus esset, ad Christi fidem conuersus, eam impiè deseruit: nō autem de eo, qui nouiter fidem nostrā profitetur: & ea ratione Feli. opinio nō placet D. Couar. in dict. §. 2. non tamen prorsus ab ea recedit, prudenterque iudices admonet, vt ea opinione ad praxim recipienda cautissimè vtantur: eam tamen indistinctè sequitur Fran. de Ripa in . d. capit. eam te. num. 30. Tamen ab hinc annis plus mille, antiqua lex de hoc edita seruabatur, vt nullus de Iudæorū progenie, etiā iam baptizatus contra Christianum testis esse poterat. Ita inter alias Gothorum leges sancitū erat in . l. 10. lib. 12. Sed cum lex illa antiquata iam sit, iudicis prudentiæ relinquendum censeo, qui perpensa qualitate rei, ipsorumque testium, ex dicta causa fidem adhibeat vel denegauit.

6 Illud verò ex superioribus certissimum esse censeo, quod nouiter cōuersi, qui ad nos peruenerunt ex Granatensi Rebellionē, anno millesimo quingentesimo, sexagesimo nono, (quos *Moriscos* appellamus) licet baptizati sint, cum tamen contra eos plurimum vrgeat sinistra suspicio,

quod fidem Christi non pio animi candore profiteantur, & multi in ea preuaricati sunt, & malis impiisque moribus sint imbuti testes idonei nō sunt; nec integra fides eis dabitur: pro quo plurimum conducit text. egregius. in dicto capit. nō potest. quod in Forensibus controuersijs vtilissimum est.

Poterit tamē Neophitus (vt ad institutum sermonem redeamus) tunc ad sacros ordines & beneficia Ecclesiastica promoueri, cum Christianis moribus satis fuerit instructus, & grandes iam progressus in fide nostra fecisset: ita vt veteranus Christianus dici possit. text. in capitulo primo. 57. distinct. quem ad hoc notat Roman. sing. 416. Deci. in cap. eam te. de rescrip. colum. 3. Feli. in dict. capit. cum iam sit. de Iudæis. Non æquidem breui transacto tempore antiquos mores mutasse credendum est, vt elegantissimè scribit Seneca, lib. 2. de ira. Propterea Marcus Tullius omniū doctrinarū ne dicam horarum homo & is cōsummatissimus in ea oratione, quā pro Publico Sylla elegantissimè recitauit. *Omnibus inquit in rebus iudices quæ grauiores maioresque sunt quod quisque voluerit, cogitauerit, admisserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur est ponderandum, neque enim potest quispiam nostrum subito fingi: neque cuiusque repente vita mutari, aut natura conuerti, nemo repente fit summus, nemo repente turpissimus.* Quæ posteriora verba suppresso Ciceronis nomine usurpauit Gratianus in . §. charitas hæc, quæ de charitate. & in . §. exordia. de pœni. dist. 2. vbi glo. in eam sententiā citat illud Satyrici Poetæ, Satyra secūda: *Nemo repente fuit turpissimus: accipiet te paulatim, qui longa domi redimicula sumunt.*

testes idonei nō  
Los.  
*Moriscos de granata*

Neq; satis est vt semel quis, aut vni-  
co actu bonus vir probatus sit, sed  
vt sapissimè & in pluribus diuer-  
sisque actibus perispectus explora-  
tusque sit, necesse est. Nam sicut ve-  
teri prouerbio apud Arist. li. Ethic. 1.  
c. 7. vna hirundo ver nò facit: quod  
refert Bal. in iura. conlitu. in prin.  
ff. de legib. quam sententiam Poeti-  
cis numeris eleganter complexus est  
Baptista Mantuanus.

*Ver non vna dies, non vna reducit hi-  
rundo.*

Sic neque vnus actus satis est ad  
probationem consummatè & ab-  
solutè virtutis, vt satis innuit text.  
in proem. Instit. §. cumq; hoc Deo  
propitio. in illis verbis. *tam ex multis  
rerum argumentis accipimus.* Quibus  
mirè concinit, quod doctissimè scri-  
bit Eusebius de præparatione Euan-  
gelica, lib. 4. cap. 1. *Non arcu (inquit)  
aut funda artificioso eum vti dicemus,  
qui cum sepius atque sepius telum proie-  
cerit semel aut ad summum bis vel ter ad  
signum peruenerit, cum penè in fini-  
tes longissimè à signo absuerit: nec ille  
certè medicinam tenet, qui cum multos  
interemerit, vix tandem vnum à morte  
liberauit.*

8 Secundi autem quos in huius ca-  
pitis limina impropie, Neophitos  
appellari, ex communi & recepta sen-  
tentia tradidimus, nec à sacris ordi-  
nibus, nec ab Ecclesiasticis beneficijs  
secularibusque officijs excluduntur,  
si enim à natiuitatis tempore, fidem  
Christi coluerunt, nullum sibi impe-  
dimentum præstat, quòd à Iudæis  
Sarracenisve originem habeant: li-  
cèt apud Hispanos hi ignominie  
causa Conuersi vel Marrani nuncu-  
pentur. ita Sing. tenet D. Couar. d. §.  
2. num. 8. & tradit latissimè Ioann.  
Otalora de nobilitate. 2. part. 3. part.  
principalis. capitulo septimo, per to-

tum. Licet Ioan Staphi. in tractat.  
de liter. gratiæ, & iust. versiculo fina.  
numero. 30. asseueret consuetudine  
receptum esse, vt illis dispensatio in-  
dulgeatur. Sed certè verius est quod  
nulla dispensatio necessaria sit, cum  
nullo canonico impedimento atri-  
cti sint. Quod testimonio D. Pauli  
supra allegato manifestissimè proba-  
tur, qui non appellat Neophi-  
tum, cum qui ex gente Iudæorum  
iam pridem Christi legem fuerit pro-  
fessus.

Si hoc quidè casu canonicū consti-  
tueretur impedimentum propè infi-  
niti essent, qui ad ordines sacros pro-  
moueri non possent, in multis orbis  
prouincijs, atq; in Hispania nostra,  
quæ licèt maximis Illustrissimisque  
famijs explendescat, magnaque no-  
bilitate sit decorata, cum tamen anti-  
quis temporibus Iudæi & Sarraceni  
incolatū in ea habuerint: multi sunt  
qui ex his originem habent. Sed ne  
Iudaicæ prauitatis labes diutius ser-  
peret, vel perfidia sua Christianis no-  
ceret, quia Iudæi eam retributionem  
impendere solent, quam mus in pera  
serpēs in gremio, & ignis in sinu. si-  
cut Innoc. 3. Archiepis. Senensis sci-  
tè admodū scripsit. Iustissimè Iudæi  
à tota Hispania lege lata à Catholicis  
Regibus & sempiterna memoria dig-  
nis Ferdin. & Elisabeth expulsi fue-  
runt, longa sapientissimorum viro-  
rum consultatione præmissa con-  
cessum fuit, tamen quadrimestre  
tempus, quo ad Catholicam fidem  
conuerti possent, quo tempore elap-  
so, qui in sua perfidia contumaci-  
ter persisterunt, bonis suis vendi-  
tis, ab Hispania cum vxoribus li-  
beris familiaribus, rebusque suis  
recedere sunt coacti. Prohibitumq;  
illis fuit, sub pena vltimi supplicij, bo-  
norūq; publicatione, ne vnquā redi-  
rent

*Hispa-  
nia no-  
bilitate ex-  
plādes-  
cit.*

rent: sancitum etiam fuit, vt nullus Iudæus ingrediatur Hispaniam quouis quæsito colore, eadem pœna mortis, & confiscationis bonorū in eos exequenda, ita vt nihil eis proſit, ſi fortè dixerint ſe velle ad fidem conuerti, niſi in limine primi Regni id fuerint publicè proteſtati. Si verò quiſpiam Chriſtianorum temere Iudæos receptare auſus fuerit, in bonorum publicationis pœnam incurrit, ſic ſtatutum fuit pragmatica .5. data Granatæ, anno Domini. 1492. & pragmat. 6. ibidem lata anno Domini. 1499. Cuius legis Catholicæ quæ ſanctionis meminit Ioannes Picus Mirandulæ comes, lib. 5. aduerſus Astrologos, qui de hac eiectiōne his verbis loquitur. *Non minoribus vere poſt ea tempora calamitatibus genus Hebræorum obruta eſt, quam aut ſub Tito, aut ſub Adriano pulſis nuper Iudæis omnibus ex tota Hispania à Chriſtianiſſimo illo Rege nunquàm certè ſatis laudato: vbi & numero, & diuitijs, & autoritate plurimum poterant. Quæ eiectiōne nihil vnquàm ferè vel triſtius, vel acerbius paſſos ipſi ſe non diffiterentur. Ita multi naufragio, peſtilentia quam plurimi fame maxima pars eorum abſumpti: vt nobis etiam Chriſtianiſ in tanta calamitate, in qua diuinæ iuſtitie gloria delectabat, homines tamen extrema adeo patientes commiſerationē facerent.* Haſtenus Ioannes Picus. c. 12. Fuerunt tunc ab Hispania expulſi Iudæi numero quadraginta mille: vt allegans alios teſtatur Dominus Epico pus Iacob. Septim. in Catho. inſtit. tit. 25. nume. 9. Qui ſi in ea vſque ad hæc tempora permaliſſent, dubitandum non eſt quin ferè totam ſua perfidia infeciſſent, & vſuris ſpoliaſſent.

10 Ideoq; in Hispania, quæ inter cæteras prouincias religione & pietate

floret, maximè nunc regnante Philippo II. huius nominis Chriſtianiſſimo, & ſummæ potentie & felicitatis Hispaniarum Rege intueſſiſſimo: nullus Iudæus vel Mahumetanus, vel alterius cuiuslibet ſectæ commorari poteſt. Quod iam pridem in ſexto Toletano Cōcilio Canone. 3. maiores noſtri decreuerant, hoc verborum tenore. *Sanctum Concilium ſimul & cum conſenſu Chriſtianiſſimi Principis ſuorumque optimatum, illuſtriumque virorum hanc promulgauit Deo placituras ſententiam, vt quiſquis ſuccedentium temporum Regni ſortitus fuerit apicem non ante conſcendat Regiam ſedem, quam inter reliqua conditionum Sacramenta pollicitus fuerit, nullum non Catholicum permittere, in ſuo Regno degere. Si verò poſtquam ad regni gubernacula acceſſerit, ipſe temerator huius ſteterit promiſſi, ſit Anathema Maranatha, in conſpectu ſempiterni Dei & pabulum efficiatur ignis æterni: ſimiliter & omnes qui cum eo conſenſerint.* Sic Iuſtinianus in tertio Imperij ſui anno legem promulgauit, vt in iurisdictione ſua non eſſent pagani, neque hæretici, niſi ſoli orthodoxi Chriſtiani, datis illis indiſijs vſque ad tres meſes ad conuerſionem. Autor eſt Paul. Diaconus lib. 16. rerum Romanarum.

Et licet qui originè à Iudæis Saraceniſve ab ordinibus ſacris, publicisque functionibus minimè repellantur: licitum tamen eſt legitima auctoritate interueniente, eos expellere ab aliquibus congregationibus, literarumque collegijs, aliſque muneribus vel officijs. Quia licitū & permiſſum eſt quilibet cōmunitati honorē & vtilitatem quærere, quæ ſitam modis omnibus tueri, & oppoſita incommoda euitare, eoſque eiicere, ex quibus vel ignominia vel aliud



incommodum iustè timeatur: non obstante eorum dedecore vel incommodo, per accidens ex hoc illis proveniente, quia cæteris paribus plus nobis communitatæque nostræ tenemur, & licitè possumus providere. pro quo conducit tex. elegãs in. l. 1. §. denique. ff. de aqua pluui. haren. vnde eleganter scribit Caietan. in quodlib. 5. in resp. ad. 4. dub. quod non solum propter honorem Societatis tuendum, sed etiã quia tales, vel de tali genere non benè in moribus, vel cõsuetudine cum alijs conueniunt, possunt à Societatibus repelli, vel non admitti. Tum quia tales homines, qui hac nota laborant maximè qui sunt in gradibus propinquis vel notis, vt in plurimum in cõstantes sunt in fide & iniquis corrupti moribus tardi & rudes ad diuina munera exercenda. Sunt æquidè inquieti, ambitiosi, seditiosi, & propter parentum suorum infamiam dignitatibus & honoribus indigni, & collegijs honestioribus minus idonei. Nec negari potest istorum maiores perfidos fuisse Iudæos, & ore Saluatoris nostri vocatos fuisse, progeniem viperarum generationem prauam & adulteram. Matth. cap. 12. Et maximè hoc verum est in illis qui ex progenie Mahometanorum originè habent, quia eorum secta nihil habet præclarum vel sublime, nihil de puritate cordis attingit, sed tota in terrenis delitijs & in obscœnis corporis voluntatibus constituta est, cuius vestigia in eis liquido apparent, vt experientia docemur in nuper conuersis Sarracenis ex Regno Grana-  
tæ, Valentia, Aragonia. Nõ igitur idonei sunt ad consortium cum alijs probis vel integerrimis habendum, nec ad officia honorifica, & Ecclesiasticas administrationes: tum quia

descendentes ex Iudæis vel Sarracenis, non vulgarem ignominia notã saltim de facto patiuntur: ita vt apud Hispanos nullum magis conuitium excogitari potest, quam dicere alicui: tu es Iudæus, Maranus, Conuersus, vel Mahumetanus, & ideò dignitatis portæ eis patere non debent, sed propter infamiam dignitatibus & honoribus priuari debet. text. in. l. 1. C. vbi senato. vel clarif. l. si qua. C. de secund. nup. l. 2. l. quoties. l. iudices. C. de dign. lib. 2. reg. infamibus. de reg. iur. in. 6. c. nobilis. 2. q. 5. c. 1. vbi glo. & Docto. de purg. cano. cum alijs. Tum quia isti ad malum sunt procliuēs, & natura est, vt ramus, id est, proles frequentissimè suam originem sapiat, eamq; sequatur, quod Diuinus Paulus ad Roman. 11. insinuare videtur, cum dicit: *Si radix sancta & rami.* & infra, *Si tu ex naturali excissus oleastro, & contra naturam insertus in bonam oliuam.* Quod eleganter ille cecinit:

*Qui viuet in folijs venit à radicibus humor.*

*Et patrum in filios abeunt cum semine mores.*

Quo fit vt sæpenumero oblata occasione ad generis infecti vitia redãt, tex. in. c. Iudæi. 4. distin. vbi scriptũ est quod Iudæorum perfidia multoties ad vomitum redit. Nullus ferè ad Iudæorum ritus transit, nisi qui à Iudæis parentibus descendit, & ab eis Iudaicam superstitionem didicerit, quod ante multa sæcula Iuuenalis Satir. 14. his versibus prodidit:

*Quidam sortiti metuentè Sabbata patrè  
Nihil præter nubes & celi numè adorãt,  
Nec distare putãt humana carne suillã,  
Qua pater abstinuit: mox & præputia  
ponunt,*

*Romanas aut soliti contemnerè leges  
Iudaicũ ediscũt, et seruãt, ac metuũt ius.*

*Tradidit Arcano quodcumque volumine  
Moses.*

Non æquidem in prædictis statutis vel priuatis legibus condendis, sola ratio generis perpenditur, sed delictum relapsus dedecus, & plura alia quæ his hominibus contingere solent, iustè timentur: & ideò iustum est eos expellere ne mundos & candidos contaminent. Et quamuis sæpenumero hæc præsumptio & timor deficiat, quia multi qui hanc generis labem patiuntur, probi sunt & integerrimi: statutum verò vel lex quæ in commune fertur quæ frequentiora sunt prudenter attendit. l. nam ad ea, ff. de legib. Tū suffragatur D. Thomæ sententia in. 1. 2. q. 105. artic. 3. in respon. ad secundum arg. artic. 1. ad quartum, ubi scribit, quod spurij propter generis vilitatem excluderentur à collegijs populi Hebræorū vique ad decimam generationem. Deut. cap. 23. Nec sacerdotes de quolibet familia vel tribu creabantur, vt maiori honore & fastigio dignitatis haberentur. Hebræi namque antiquissimi diligenter prouiderunt, vt genus sacerdotum sine permixtione purum immaculatumque cōsisteret. Oportebat fanè vt is qui ad sacerdotalis dignitatis fastigium erat promo uendus, ex eiusdem gentis muliere nasci, & genus per antiquam lineam multis testibus probare, vt autor est Iosephus libro. 1. contra Apionem. Plato etiam sexto dialogo de legibus constituit, vt in sacerdotum creatione illa comprobetur, qui integer sit atque legitimus: deinde à domo quā maximè munda expers quoque cædis omniumque huiusmodi, quæ aduersus diuinam rem committuntur, cuius & pater & mater quæ similiter vixerint. Thesæus quoque vt Plutarchus in Thesæo refert nobilibus tan-

tum rem diuinam tractandi magistratus ex suo ordine creandi, administrandi que leges, tum pia religio- saque interpretandi, definiendi que potestatem tribuit.

Sic & propter eandem rationem isti de quibus loquimur in casu supra cōstituto excludi possunt. Tum quia proprii patrimonij quilibet est moderator & arbiter. l. in re madata. C. mand. l. etiam. §. licet. ff. solu. matr. Si ergo potest quis cum collegiū Societatemque ex proprijs bonis instituit. eam legem in fundatione statuere, vt tantum admittantur, qui ex familia sua originem habuerint, vel de tali genere, siue patria vel natione nullus fanè id increpauit. Imò in Cōplutensi Academia nostra, bonorum sanctorumque studiorum parente, receptum esse vidimus: potissimū in celeberrimo & illustri collegio (quod sub titulo Diui Iacobi Hispaniarum patroni) Apostolica autoritate erexit, atque fundauit Illustris vir & omni laude dignissimus D. Gaspar Mārique, & inter alias leges, quas inuolabiliter obseruari præcepit, ea potissimum id continet: vt tantum in suo collegio admittantur, qui ex familia sua originem habuerint, insignique nobilitate fuerint condecorati, non vulgares pœnas transgressoribus impones, prout in fundatione ipsa, & in literis Apostolicis latius continetur, quas multoties legi ab ipso fundatore rogatus, vt debite executioni traderentur. Ergo similiter eademque causa generis ratione excludi possunt, qui ab Hebræis & ab alijs infidelibus originem trahunt: imò à fortiori cum ex alijs rationibus iam dictis repellantur.

Quare iustissimè in nostra Hispa 14  
nia collegiorum constitutionibus,  
qui notam generis patiuntur, ab ipsis

excluduntur. Quæ constitutiones Regia autoritate sunt confirmatæ, nempe. l. 22. tit. 7. lib. 1. ordina. noui his verbis: *Porque en algunos collegios de las vniuersidades de estos nuestrros reynos ay constituciones, en que los dichos collegios no reciban por collegiales Christianos nueuos, mandamos que sobre ello se guarden las constituciones sobre ello fechas por los fundadores de los dichos collegios, quod non sine summa publica vtilitate constitutum est.* Sunt equidem collegia mundissimi fontes, ex quibus ad rempublicam gubernandam scatent flumina & diriuantur riui personarum sanctitate, virtutibus, & omnigena doctrina insignes, quorum prudentia diuina & publica munera iustè administrantur, inter quos tam difficile est aliquè à virtute deficere, quam facile est inter Iudaicæ sectæ & originis successores, de quibus cecinisse illud Naso Poeta videtur.

*Nec facile inuenies, multis in millibus vnum*

*Virtutem prætium qui putet esse sui.*

*Ipsæ decor recti facti si præmia desint*

*Non mouet & gratis pœnitet esse probum.*

*Nil nisi quod prodest charum est, hinc detrahe menti*

*Spem fructus auide nemo petendus erit.*

De his diuina veritas loquitur à fructibus eorū (inquit) cognoscetis eos. Et rursus non potest arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala bonos. Matth. c. 7.

15 Tum quia vidimus quòd in amplissima Hispaniarum Regum domo minime admittuntur, qui huiusmodi labe infecti sunt, & hac ratione ferè in omnibus legibus. ti. 9. par. 2. quæ loquuntur de officijs & muneribus obtinendis illud in primis exposcunt, vt qui ea munera obtine-

re debent sint sanguine mundi & nobiles, quos *Hijosdalgo* vulgo appellamus. vt in .l. 24. 6. 11. & in alijs solum æquidem in medicis, & in illis qui ea tempestate appellabantur *Almojarifes* non requirebatur quod nobilitate essent condecorati, sed quod essent sapientes acuti à longa experientia exercitati. vt in .l. 10. & 25. dicto tit. 9. Hodie verò minime admittuntur in Regia domo medici qui generis macula notentur, quod in cæteris muneribus obtentum est, quod si quando alij sunt admissi, vel admittantur id maximo fit cõsilio ob insignem prudentiam, & singularem viriutem, vel propter aliquod bonum publicum, quod inde successurum est. Ita scribit Otalora de nobil. 2. parte, 3. part.

Tum quia opinio ista antiquissima consuetudine est recepta, à qua non licet recedere, quia in opinionum conflictis tenenda ea est, quam vsus comprobauit. l. minime. l. si de interpretatione. ff. de legib. & vera interpretatio à practica sumitur teste Bal. in cap. 1. in prin. de fœud. sine culp. non amit. Sic Iurisconsulti nostri in eorum responsis illud crebrò inculcant, hoc iure vtimur: quasi in populo, & multitudinis consensu magna interpretandi vis resideat. l. est receptum, eoque iure vtimur. ff. de iurisd. omn. iud. l. hoc iure vtimur. ff. de dona. l. hoc iure vtimur. ff. de aqua quotid. & æsti. l. hoc iure vtimur. ff. de verbo. oblig. & alibi sæpè, & conducit tex. in .l. illud vsitatissimum. ff. de excusa. tutor. Sunt sanè in Hispania instituta sancta collegia militarum ordinum, aliaque bonarum literarum collegia, & diuersæ aliæ societates in quibus minime recipiuntur spurij, seu illegitimi, vel innobiles: sed qui generis nobilitate polleant, alijsque animi

animi dotibus sint insigniti, prout in suis pijs institutis sancitum est, quæ instituta reprehendere, temerarium impij & insani hominis esset. Quia cū Sūmi Præsidis Regumque Catholicorum autoritate cōfirmata sint, iusta iudicanda sunt: nec credendum est tantos Monarchas circa hoc errare, eaque iusta esse censet Sima. in cha. in lit. tit. 47. num. 82.

17 Imò quamuis quis morum sanctitate, insignique eruditione decoratus sit, si tamen generis labe infectus sit, admitti non debet. Quamuis in hoc casu contrarium professus fuerit vir alioquin doctissimus & religiosissimus F. Antonius à Cordoua minoris classis sodalis in libro primo quaestionarij. q. 54. conclus. 3. folio. 438. Non quidem decet ut quotidie hoc quaesito colore iustissimæ sanctiones violētur, nec propter probos mores alicuius iura sunt violanda, vt eleganter inquit Bal. vlti. nota. per illum tex. in cap. 1. vt lite pende. quod sequitur & sing. esse testatur Barba. consil. 18 col. 10. lib. 2. Iaf. in l. qui iurisdictioni. col. vlt. ff. de iurisd. dict. omn. iud. Dec. in capit. postremo. in fine, de appella. Et vbi quaerimus de simplici iustitia non curamus merita personarum. vt egregiè ab eodem Bal. proditum est in capit. sedes. paulò ante fin. de rescrip. per. l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. & concludit bonus tex. in capit. mulier. in verbo, sancta. 23. dist. & plura pro ytraque parte tradit And. Tiraquel. in tract. de penis causa. 51. Si illud tamen fateor quod tanta potest esse morum integritas, & alia quæ præclara opera: vt dispensatio à superiore re indulgeri possit. Ita expressè notat Cardi. à Turrecrem. in cap. 1. 48. distin. quem sequitur Cordoua in loco iam allegato, quod multis potest

comprobari, quæ congerit And. Tiraquel. d. tract. cau. supra dicta. nume. 150. & hoc rarissimè & cū magna causa faciendum est, & talis causa in dispensatione exprimenda est, ita scribit Ioan. Otalora in tracta. de nobilitate. 2. par. 3. par. capit. 7. nu. 23. his verbis. *Y ansi las vezes que a personas deste linage se hã dado encomiendas o privilegios de hidalguias, se han expressado las causas, y puesto en la escriptura la dispensacion de la falta.* Quo quidem casu isti qui talia privilegia consequuntur, non possunt verè nobiles appellari & nobilitas, quã consequuntur, dativa est nuncupanda, cū non habeat materiam præexistentem, ex qua oriatur, vt aliàs de actionibus, inquit Bar. & doctores in l. iurisdictionum. ff. de pact. & in l. 1. ff. de cond. in de. quia non potest ius istud sanguinis privilegio dari, vt allegato loco tradit Otalora. Et hæc dispensatio circa generis maculam in specie facienda est. Nec sufficeret quem privilegio nobilem ferri, vt ad collegia admitti possit, vt in terminis proprijs scribit Pelaez in tracta. de maiora. 1. part. quaest. 51. numer. 30.

Sed cū ferè præsertim in iure no 18  
stro nihil sit quod controuersia careat, opinionem contrariam: nempe non valere huiusmodi statuta, multis rationibus defendere conatur Alphonsus à Montaluo (vir prout sua ferebant tempora doctus, & bene eruditus) in l. 2. in verbo, *Tornadizo*. tit. 2. libr. 4. for. leg. vbi audacter nimis scribit ea hæreticam prauitatem continere, inuchitque contra Toletantum statutum privilegio Alphonsi Regis munitum, quo continetur, quod nullo modo Iudæi, nec illi qui ob eis originem habuerint, publicis muneribus fungi possint, & contra  
cui-

Ciuitatē Toletanum, his verbis prorumpit. *O gloriosa Ciuitas Toletana, propter ciuium tuorum malitiam, tua gloria redditur, sine gloria tua stabilitas vocatur instabilis, tuæque constantiæ antiqua soliditas linguis hominum vocatur infirma.* Quem refert D. Perez. in. l. 8. tit. 1. lib. 1. ordin. in verbo, *en offensa.* lapsus tamen fuit Monta. Non æquidem ciuitas illa Regia dicti statuti vel priuilegij ratione antiquam gloriam & maiestatem perdidit: sed potius diutius conseruauit incolumem (Dixi Toletanam urbem Regiam ciuitatem) quia Gothi sic eam appellabant, quòd ibi esset sedes regni perpetua, prout euidenter ex Concilijs Toletanis Diuo Isidoro Roderico, & Luca Tudensi compræhenditur. Adducit etiam pro hac opinione contraria aliquas rationes F. Anto. Cordoua in loco iam allegato, primam tamen ipse amplectitur, & dicit eam procedere in his qui in gradibus propinquis & notis originem habent à Iudæorum vel Sarracenorum gentibus, non verò in eis qui in remotissimis gradibus & ignotis sunt constituti. Ego verò rationibus iam adductis ea statuta potissimumque superioris autoritate confirmata sunt ad vnguem seruanda esse censeo.

19 Et post hæc scripta incidi in apologiam quandam cuiusdam Henrici Mauroy Franciscani, qua licentiosè nimis inuehitur in Archiepiscopum Toletanum, & eius affectas, multisque fucatis, fallacibus & importunis argumentis, temerè conatur euertere Sanctissimæ Toletanæ Ecclesiæ statutum, magno consilio decretum, quo cautum est, vt qui ex Iudæorum, Sarracenorumque progenie ex infectaque familia procedunt, & originem habent ad illius præbendas non reci-

piantur, sed illi dumtaxat, qui ultra virtutum & morum integritatē, sint genere candidi. Sed iustissimū esse ex superioribus apparet: & ita non sine maxima illius Ecclesiæ (quæ Hispaniarum est prima) vtilitate seruatur. Longe itaque repellenda est Mauroy apologia, non tamen me præterit nonnullos (quos fortè vehementer tangit iste dolor) perperam de huiusmodi statutis & decretis sentire. Fuit æquidem statutum illud Toletanum ab Illustrissimo & Reuerendissimo D. Ioan. Martinez de Silioco Toletano Archiepiscopo conditum quod iustissimū visum fuit Pontifici Maximo, gratissimumque Regi & Domino nostro, & ab vtroque libentissimè perpetua firmitate fuit confirmatum, & ad ipsius exemplum in sanctissima Genensi Ecclesia, aliàs Mentefana simile statutum in lucem promulgatum fuit opera & diligentia Illustrissimi, pariterque Reuerendissimi D. Petri Pachequi Cardinalis ipsiusque Ecclesiæ meritissimi Præsidis: & quod in cæteris Hispaniæ Ecclesijs Cathedralibus & collegialibus id fieret vehementer in maximam Christianæ Reipublicæ vtilitatē desiderabat vir doctissimus, Ioan. Otalora in tract. de nobilitate. 2. part. 3. part. cap. 7. num. 26.

20 Circa quæ statuta non est omit- tendum, quòd dicta labes & generis macula, vt qui eam patiuntur, longe repellantur per indicia & famam probari potest, quia in antiquis fama pro plena probatione habetur, & testes de auditu, si aliter veritas probare non possit fidem faciant. l. si arbiter. ff. de proba. l. 1. §. fin. l. in summa. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arce. & in hoc proprio casu tenet Petr. Auéd. in suo dictionario, in verbo, *Iudic.*

21 Nec illorum testium depositiones, quæ fieri solent in inquisitionibus de qualitatibus generis & nobilitate pro militari dignitate, vel collegiorum ingressu, vel pro adipiscendis beneficijs Ecclesiasticis publicandæ sunt. ita scribit D. Redin. de Maestate Principis, in verbo, sed etiam per legitimos. num. 199. Olan. Anti. litera T. num. 26. & inueterata Hispaniæ consuetudo iam pridem istam opinionem recepit, à qua recedendum non est.

22 Dubitari etiam solet circa huius capituli propositum argumentum, an hæreticorum filij Catholici ad sacros ordines possint promoueri, & licet nonnulli illis permissum esse crediderint: quia (vt aiunt) non reperitur in iure prohibitum. Sed contrariam sententiam sequuti sunt patres in 3. instructione Hispalen. cap. 11. quod sane verius est, quia hi minimè admittuntur ad Ecclesiastica beneficia, nec ad publica officia adipiscenda. text. in cap. 2. §. hæretici. de hæreti. lib. 6. & Regia l. 3. & 4. tit. 3. lib. 8. ordin. noui ordines autem sacri ad maxima officia ministranda instituti sunt. Tum quia filij hæreticorum infamia notantur, & alijs etiam inferioribus honoribus priuantur. tex. in dict. §. hæretici. c. clericos. 21. dist. c. felices. §. nulli. de pœnis. lib. 6.

Id tamen benignissima interpretatione legumlatoribus placuit, vt illi tantum hæreticorum filij ab honoribus & publicis muneribus repellantur, quorum parentes Ecclesiæ vnitati non fuerunt restituti, & vsque ad secundum gradum per generationem masculinam, per lineam verò femininam vsque ad primum gradum, dicta infamiæ nota extendatur. Cuius discriminis ratio ea potissima esse potest, quia deterior est infectio vi-

ri, quam fœminæ, maiori enim bono maius malum opponitur. Sicuti Aristot. docet libro. 8. Ethicorum. Præstantior equidem est mas quam fœmina, & primæ causæ efficienti propinquior. vt ait Philo. lib. de victimis. Nam quidquid fœmineum est censetur esse imperfectum, vt quod patiat magis quam agat, vel potest esse non incongrua ratio: nam sicut nobilitas, dignitas & familiæ honores descendunt in posteros à sexu virili: sic ex contrario maiorem iacturam ex paterno crimine soboles iustissimum est, quod patiat, ita rectè perpendit D. Iacob. Septim. in Catho. instit. tit. 29. num. 15.

Et licet in hoc Archiepiscopatu 23 Toletano, & frequentissimè in alijs diocesisibus, qui ad sacros ordines promouentur iustissimo quidè instituto summaria saltem informatione probare teneantur, quod nec generis notam, nec maculam potiuntur: non tamen repellendi sunt, nisi qui secundum Iuris Pontificij sanctiones iuxta ea quæ prædiximus à sacrorum ordinum perceptione arcentur.

Sicque censeo interpretandum esse 24 se Sacrosanctum Tridentini Concilij decretum, sess. 23. cap. 7. de reformatione, quo Episcopis iniungitur, vt antequam ad sacrorum ordinum ministerium accedant summa diligentia inter alia inquirent, eaque ad genus ordinandorum expectant, non tamen Concilium Catholicum nouum ordinis impedimentum induxit, sed dumtaxat quæ antiquo iure statuta erant seruari ad vnguem præcepit, quod non vulgariter notandum censeo, quia multi circa hoc allucinantur.

Sed vt iam huic capiti finem imponam 25 notandum est, illum etiã Neophitum

phitum dici, qui nuper religionē ingressus est, qui in anno probationis ad dignitates aspirare non valet, nec etiam ad ordines minores. cap. monasterijs. 19. q. 3. abbatiam igitur vel quamcunque præfecturam in religionē obtinere nō potest, nisi post professionem. tex. in cap. nullus. de elect. li. 6. tradit ultra ordinarios interpretes Siluest. in sua sum. in verb. Abbas. Quod in monialibus nouitijs eodem iure & ratione procedere debet. tex. in ca. indēnitatibus. de electione. li. 6. Et ideo Abbatisa vel præfecta p̄fessa eligi debet nō minor annis quadraginta, & quæ octo annis post professionē laudabiliter uerit. Concil. Trid. ses. 25. cap. 7. de reforma. Benè tamen potest nouiter religionem ingressus in Episcopū eligi, ut in d. capit. nullus. & ratio est, quia ad Episcopatum fortē instructus iam erat, at ad regularium prælaturas non sic, quia recens ad claustrū accesserat.

## Post peractam pœnitentiam solennem.

### CAP V T, XXIII.

- 1 Qui solennem egerit pœnitentiam irregularis est, & ideo minimè ordinibus Ecclesiasticis donari potest.
- 2 Episcopus illum, qui solennem pœnitentiam fecerit, sciens ordinauerit, quæ pœna puniatur.
- 3 Episcopus an in irregularitate proposita, possit dispensare.

**S**olennis pœnitentia<sup>a</sup> ab antiquis patribus inducta est, ut grauia & scandalosa in populis crimina cui-  
carentur, quæ quidem ætate nostra

in usu non est, b non peccatorū defectu, sed prælatorum incuria. Quia tamen futuris sæculis Ecclesia ad pristinum decorem restituta, & ipsa pœnitentia solennis restituenda erit, placuit effectum, quem operatur in nostra materia, in præsentī describere, qui talis est: ut qui sic solennem pœnitentiam egerunt, non admittantur ad clerum, ut disponit Siricius Papa in cap. illud. l. distinct. & statutū fuit in Concilio Toletano, primò in Canone. 2. de quo in cap. placuit. ea distinct. Si tamen necessitas aut utilitas Ecclesiæ exegerit, tunc deputari possunt inter ostiarios vel lectores, ita quòd Epistolam vel Euangelium non legant, ut in dict. capit. placuit. Quod ideo sancitū est propter quatuor rationes. c Primò, propter dignitatem sacrorum ordinum. Secundo, propter timorem, recidiui. Tertio, ob scandalum vitandum, quod posset oriri ex memoria præcedentium peccatorum. Quarto, quia ille, qui sic solennem pœnitentiam egerit, non haberet frontem alios corrigendi, cum peccatum eius fuerit publicum, quas scripsit Archid. in dict. ca. Placuit. Si quis autem ordinatus fuerit, Episcopo ignorante, à clero deponendus est, quia ordinationis tempore non prodidit se fecisse pœnitentiam, ut in Concilio Carthagin. 4. Canone. 68. de quo in cap. ex pœnitentibus. eadem dist. Episcopus autem qui sciens ordinauerit, non manebit impunitus, quia etiam ipse in Episcopatu suo ordinandi dumtaxat potestate priuatur, ut ibi. Quod intellige, quando ordinauit scienter absque dispensatione, vel cum indiscretè dispensauit secundum Archid. in dicto cap. placuit. Poterit tamen Episcopus dispensare cum prædictis ad minores, non autem ad sacros: ut  
notat

notat Syluest. in sum. in verbo, pœnitentia. vers. Tertiò quæritur. per text. in dict. cap. Placuit. qui text. de Episcopo nihil d. cit. Videtur tamè probare opinionem Syluest. dum dicit, quòd propter necessitatem, vel utilitatem possunt inter lectores vel ostiarios deputari. Ex quibus verbis possit etiã dici, quòd Episcopus prohibito volùtatis suæ non poterit dispensare extra dict. duos casus. Et quòd in tali casu possit dispensare, notat Archi. in dict. cap. Placuit. referendo Laurè. & Rai. licet ipse hoc simpliciter dicat, non distinguendo inter maiores vel minores ordines. In materia insuper huius capituli, vt melius appareat, quantum impedi- bat antiquis illis & sanctis temporibus, quenquam promoueri ad clericatum, quòd publicam receperit pœnitentiam, consideranda sunt verba notanda Concilij Toletani. 4. in Can. 53. Quæ sunt tenoris sequētis: Si qui in discrimine cōstituti pœnitentiam accipiunt, nullã manifesta scelera confitentes, sed tantum se peccatores esse prædicantes, huiusmodi si reuelauerint, possunt etiã per morum probitatem ad gradus Ecclesiasticos peruenire. Qui verò ita pœnitentiam accipiunt, vt aliquod mortale peccatum perpetrasse publicè fateantur, ad clerum vel honores Ecclesiasticos peruenire, nullatenus poterunt: quia se cōfessione propria nō tauerunt.

**A** **S**olennis pœnitentia. De qua solenni pœnitentia, vide latè Host. in summ. tit. de pœni. & rem. §. S. Thom. in. 4. sent. dist. in. 14. q. 1. artic. 5. & ibi Palud. 6. quest. Floren. in. 3. part. tit. 14. cap. 17. §. Ultim. D. Episc. Conuar. in Clem. si furiosus. de homicid.

in initio. 1. par. num. 10. Albertum Trot. de vero & perfect. cleri. libr. 2. cap. 14. & benè & eleganter Simon Maiol. de irregu. libr. 3. cap. 2. Quæ quidem solennis pœnitentia, antiquitus in quadragesimæ principio certis statutis solennitatibus fieri solebat, text. in cap. in capite. 50. dist. Nec ab alio quam ab Episcopo imponi poterat. glo. not. ibi. & in cap. conquærente. vbi Abb. col. 3. de offic. ordin. Quæ non pro quibuscun- que criminibus, sed pro illis quæ grauisima & atrocissima forent, poterat iniungi. Clerici verò propter maximam eorum dignitatem, etiam ab Episcopo, hac solenni pœnitentia cum in usu erat, puniri non poterat, vt manifestè patet in dict. cap. in capite. & in capit. confirmandum. & in cap. illud. & in capit. alia. 50. dist.

*In usu non est.* Adde quòd huius solennis pœnitentiæ vestigia quædam apud Saxones reperiuntur: in vrbe nãque Alberstadiensi in eo templo quòd virgini matri sacrum est is homo ex plebe eligitur, qui hominum opinione nequissimus sit hunc velato capite, pulla veste, cinerum die sacris admouent, & sacris iam peractis, templo ei, citur: eiectus toto ieiuniorum tempore, nudis calcibus perer- rat, & diuinas eedes ingredi ei fas non est, sacerdotesque ei victum suggerunt, neminem alloquitur, non indulget sono, nisi post concubiam noctem, mox in Dominica cœna, iterum in templum inductus post olei consecrationem, à sacerdote quibusdam solennibus ceremonijs de more absoluitur, oblataque illi pecunia, quæ piè templo offert, & hunc Adamum vocant, quem omni scelere mundatum existimant, ac per eum creditur expiata ciuitas, ita testatur Ioan. Bohemus Aubanus lib. 3. de moribus

**b** Solennis vel publica pœnitentia, an moribus recepta sit.



omnium gentium. cap. 13. quem retulit insignis Nauarrus in cap. si quis. num. 2. de poenit. dist. 5. D. Couarr. lib. 2. varia. resolu. cap. 10. numer. 3. idem recenset Aeneas Siluius, postmodum Summus Ecclesie p̄sul. Pius huius nominis secundus in Europæ descriptione. c. 31. Rapha. Volaterranus Geographiæ, lib. 7. And. Alciat. lib. 9. parerg. cap. 22.

Publica verò poenitentia moribus apud nos recepta est, quæ ad reipublicæ tranquillitatem mirum in modum necessaria est, cum Apostolus 1. ad Timot. c. 5. moneat publicè peccantes palam corripiendos esse, cap. sed illud. 45. dist. cap. si peccauerit. versi. ergo. 2. q. 1. Quæ quando imponenda sit, diffinitum est hodie Sacro Concilio Tridentino, sess. 24. c. 8. de reforma. his verbis: *Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos commotosq; fuisse, non sit dubitandum huic contignam pro modo culpæ poenitentiam publicè iungi oportet, ut quos exemplo suo ad malos mores prouocauit suæ emendationis testimonio ad rectam reuocet vitam, Episcopus tamen publicè hoc poenitentia genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis iudicauerit expedire.* Hactenus Sacrum Concilium.

**C** *Rationes.* Adde quod huius irregularitatis germana ratio est, quæ Hormisda Papa in Epistola ad vniuersos Episcopos Hispaniæ exponit, & retulit Gratianus in ca. non negamus. 61. dist. & multas alias rationes congerit Alber. Troti. d. c. 14. & quatuor rationes constituit Regia Part. l. 19. tit. 6. part. 1.

## Per saltum.

### CAPV T, XXIIII.


- 1 Clericus per saltum non potest ordinari.
- 2 Clericus per saltum ordinatus, ordinis executione caret.
- 3 Episcopus an possit cum clerico per saltum promotio dispensare.



Clericis prohibitum est per saltum ordines recipere, vt in capi. Sollicit. 52. dist. & in .c. vno. de cle. per saltum promo. tenet tamen collatio ordinum præposterè facta, licet fieri non debeat, vt notat Abb. in dict. cap. vno. ex tex. ibi. in. 1. nota. & vide Host. in summi. eiusd. tit. in. §. 1. afferentem, quod qualiscunque ordo conferatur siue gradatim, siue per saltum character confertur, nõ tamen executio. Quod tamen ommissum fuit est cautè supplendum, vt probatur in dict. iuribus. Poena autem, quam patitur recipiens ordines per saltum est, quod interdicitur sibi executio ordinis, quæ suscepit, donec ommissum suppleatur: probat tex. in dict. cap. Sollicitudo, & ibi notant Domi. & Præpo. in. 1. nota. Imò plus dicit Domi. ibi, in ultimo nota. quod est ibi arg. quod recipiens ordinem per saltum videtur esse inhabilis, vt non possit ad maiores ordines promoueri, etiã post supplementationem ordinis ommissi, nisi secum dispensetur, etiam vt maiores possit suscipere. Et vide postea eundem Domi. ibi, in. 1. q. vbi concludit post Archi. quod talis non est ipso iure suspensus ab ordine sic recepto, sed per sententiã suspendendus, quod ibi etiam sequitur Præpo. vide tamen eosdem Domi. & Præpo. ibi, qui post Hugo. & Archi. tenent, quod si quis se faceret ordinare scienter per saltum, vel ambitionem, vel superbiam, debet omnino deponi, nec secum dispensaretur, vel saltem non de facili. Nec potest

potest insuper per saltum promotus in ordine sic suscepto ministrare sine dispensatione, vt probat tex. in. d. c. V no. & ibi not. Abb. in vlt. nota.

3 Quæ dispensatio potest fieri per Episcopum, quando scienter fuit promotus per saltum, & non ministravit, iniuncta sibi poenitentia, & facta cautâ suppletionem eius, quod omissum est, vt not. Host. vbi supra. in. 4. fin. & sequitur Domi. vbi supra post Arch. Domi. tamē refert ibi eundē Hosti. in. d. c. V no. tenentem in hoc contrarium, imò quod scienter recipiens ordinem per saltum, quia dolose offendit mentem tituli, de cleri. non ordi. minis. & de eo qui fur. ordi. rece. dato quod in illo non administrat, cum tali solus Papa dispensat. Et vide Præpo. ibi, qui eadem verba Hostien. refert, & addit quod non potest administrare in ordine sic suscepto, & est deponendus. Sed si ministraverit, credens se promotum fore gradatim, licet vicini contrarium asserant, cum talis fuerit promotus in minori ætate dispensat Episcopus secundum Host. in. d. summa. Si tamen scienter promotus per saltum ministraverit in ordine non gradatim recepto non potest, cum eo nisi per sedē Apostolicā dispensari, d vt per eundem Hostiē. ibi: quia incidit in poenam tituli de cleric. non ord. minis. quod sequitur Domi. vbi supra. Et vide Syluest. in summa, in verbo, irregularitas. in. 4. Undecimo queritur vbi facit bonā distinctionem, sequendo Hostien. Bonauen. Raymun. & supplement. & tenent contra summas Angelicam, & Rosellam.

A  *Ordines recipere.* Vide egregiam. l. 18. tit. 6. par. 1. & ibi Grego. Lopez. Et not. quod is etiam promotus

per saltum censendus est, qui sine Baptismo Sacris ordinibus initiat: ita vt hoc casu nullus character imprimi potest, cum Baptismus omnium Sacramentorum sit ianua. tex. in cap. veniens. de presby. non bap. cum alijs. At si quis non suscepto Sacramento Confirmationis, ad ordines promoueat, nullam censuram incurrit, quia iure expressum non reperitur: Nec Sacrosanctū Tridenti. Concil. ses. 23. c. 4. de refor. poenam aliquam imponit, quā quod ante confirmationē nullus ad primam tonsuram admittatur. Quin & Dom. Soto in. 4. sen. dist. 24. q. 1. ar. 4. ad finem, in ea est sententia, vt existimet, mortalem culpam non incurere, qui suscepit ordines Sacros, vel in eisdem ministravit, ante confirmationem, quem sequitur insignis Nauar. in manuali confes. c. 12. nu. 9. Sed opinio hæc hodie defendi non potest, nam cum dictum concilium præceptum contineat, & in materia graui Sacramentorum Ecclesie, eius transgressores ad peccatum mortale obligat. vt latè colligitur ex Dño Tho. 1. 2. q. 69. ar. 4. & 2. 2. q. 60. art. 5. ad. 1. Archiep. Flo. in. 1. par. tit. 18. c. vni. 4. 2. Sylue. in verb. lex. q. 8. Baptista Tro uamala in verbo, lex: q. 17. F. Alpho. à Cast. in lib. 1. de potest. leg. poena. c. 4. Ioan. à Methi. de rest. q. 36. ver. Quo præmisso. tex. in. l. 16. tit. 1. par. ti. 1. ibi, *Y meter se hian en la carrera de la muerte.* Et ita ipse Nauar. sibi aduersatur pal. nodiamque recantat, in eodem manuali. capit. 25. num. 69. in princip. tantum eum exculari censeo, qui legitima ignorantia ductus id fecerit.

Inter promotos autem per saltum is annumerari potest, qui omissio subdiaconatu, vel diaconatu, sacerdos & Episcopus consecratur: suscipit ta

*Nullus ad ordines, nõ suscepto Sacramento confirmatio- nis, absq; mortali crimine potest promoueri*

*Marti. Naua. recantat palinodiam.*

men caracterem ordinis, sed nō eius executionem, quia ordines illos conferre non poterit, quos non accepit, ex Diui Thom. sententia, in 4. sentent. dist. 25. & est glo. not. in capi. 1. de cleri. per sal. promo. Fundamentū sanē potissimum Episcopalis potestatis sacerdotium est. Syluest. in sum. in verbo, ordo. 2. q. 1. Ray. in tit. de form. consecra. versic. Quid si clericus. quam sententiam communem esse Theologorū, fatetur Pisa. in sum. in verbo, ordinatus. 2. in prin. & ibi supplementum. & Simo. Maiolus de irreg. lib. 4. c. 12. n. 3. Nec nostrorum opinio recipienda est, qui absque sacerdotio Episcopalis consecratio firmitatem habere censebāt: nempē Hosti. & Abb. in dict. cap. 1.

Dicitur etiam is per saltum promotus, qui necessarios ordines ad dignitatem consequendam nondum obtinuit, puta, si ad Cathedralē Ecclesiā assumatur, nondum Sacro ordine insignitus. Nam sicut quando antiquitus subdiaconatus non annumerabatur inter Sacros ordines, scilicet ante Beatum Gregor. in c. nullū. 28. dist. vel ante Siritij tēpora, vt in c. quicūque. 77. dist. c. à multis. de ætate, & quali. nullus subdiaconus poterat ad Episcopatū promoueri, absq; Summi Pontificis indulgētia. c. nullus Episcopum. 60. dist. & ita quādo subdiaconatus inter Sacros haberi cēpit, Episcopus creari non poterit nisi subdiaconus. vt in d. c. multis. Quod in nouatū est in Sac. Cōc. Trid. sess. 22. c. 2. de refor. scilicet, vt subdiaconatus præcedere debeat in obtinendis Episcopatibus, & quia illius decreti verba, cū dicit: *Quicumq; post hac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus, &c.* generalia sunt. Idē videtur dicendū esse, in Archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus.

Illud verò circa capitis huius propositum argumentum notandū censeo, quod si quis ostendit titulū quo constat in sacerdotio esse constitutum, præsumitur præcedentibus ordinibus fuisse insignitū, & non per saltum: sicut si titulum & doctoratus ostendo, iam ex eo probo bacchalarium & designatum esse, nec credendum est, quod nō ostensis his titulis fuerim laurea doctorali condecoratus. Ita optimē tenet D. Dida. Perez, in l. 1. ti. 5. lib. 8. ord. fol. 177. Et licet ipse nō alleget, vide Inn. & Ant. in c. 1. de cleri. peregr. vbi scribūt, quod si quis fuerit Sacris ordinibus insignitus, à persona prouida, & honesta (vt illorū verbis vtar) non tenetur ostendere literas aliorū ordinum. Abb. in c. nisi in. 1. not. de præbend. Pet. Rebuf. in concord. tit. de colla. 4. Præfati. litera A. de quo legēdus est ipse in pract. benef. de forma literarū tonsuræ. n. 28. quo loco scribit temporis antiquitatē plurimū in hoc operari. & Feli. conf. 2. n. 29. & 32. Quia posito subsequenti supponitur antecedens. Ita scribit Baldus in l. 2. C. de dot. promissi. per tex. illum, vbi ex solutione vsurarum debitum principale fortis probatur. Et ita tenendum censeo, licet opinionem contrariam tenuerit Corra. in tracta. de sacerdotio. 3. part. capitulo primo, numero. 6. quo loco censet, non esse satis sacerdotij seu presbyteratus literas producere, nisi testimoniales literæ cæterorū ordinum simul producantur: cuius non meminit D. Perez.

*Character confertur.* Et ea sanē causa B si merè laicus, nō susceptis alijs ordinibus, de facto ad sacerdotium promouetur, verè ordinis character ei confertur. glo. not. in cap. sollicitudo. 52. dist. & in cap. 1. de cleri. per sal.

sal. promo. tradit D. Thom. & omnes Theologi, in. 4. sent. distin. 24. Abb. & Doctores in. d. c. 1. Syluest. in verbo, ordo. 5. q. 5.

**C** *Suspendendus.* Adde quod in contrarium plurimum vrget Regia. l. 28. tit. 6. par. 1. cum dicitur *Que despues no deue vsar de aquella orden que ansí recibio.* Et ibi eam ad hoc notat insignis Grego. in verbo, *No deue!*: quo loco cenlet Archid. Domi. & Przeposi. & auctoris nostri opinionem procedere quando per negligentiam, siue incuriam, quis fuit per saltum ordinatus, tunc non sit ipso iure suspensus: si verò scienter fuit promotus, per ambitionem, vel superbiam: tunc quia dolosè offendit mentem tituli de clerico non ordinato ministrandi, quia idem videtur non esse ordinatum, vel non debito modo, tunc ipso iure suspensus est, & celebrans efficitur irregularis, siue celebret in ordine suscepto, siue in ordine prætermisso, & ita procedat, quod voluit Syluest. in summa, in verbo, irregularitas. ver. Vndecimo quæritur.

**D** *Dispensari.* Adde Marti. Nauarr. in manuali confess. c. 25. num. 71. Gregor. Lup. in. l. 63. in verbo, *Otras en medio.* tit. 5. part. 1. vbi dicit auctorem nostrum nimis confusè hoc capite fuisse loquutū. At hodie omnis quæstio circa istam irregularitatem sublata est ex Concilio Triden. sessio. 23. capitulo. 14. de reforma. his verbis: *Cum promotis per saltum, si non ministrauerint, Episcopus ex legitima causa possit dispensare.* Ex quibus manifestè constat, non licere Episcopo dispensare, quando per saltum promotus ministrauerit, nec ibi vlla distinctio constituitur, de administrante scienter, vel ignoranter. Et ita hodie iure defendi potest, quod indistinctè promotus, per saltum,

de factò celebrans: semper dispensatione Summi Pótificis egeat, quod est notandum.

## Furtiuè.

## CAPVT, XXV.

- 1 *Furtiuè ordinari quis dicatur.*
- 2 *Furtiuè ordinatus non potest in suscepto ordine ministrare, nec ad superiorem ascendere.*



**F**urtiuè dicitur quis ordinem recipere, quando sine ordinatione & sententia superioris, & sine examinatione<sup>a</sup> quis ingerit se cum multitudinem ordinandorum, ignorante ordinatore, & sic ordines recipit, vt per glos. in capitulo primo, in verbo, furtiuè, eiusdem tit. & per Hostiens. in summ. §. 1. & latius per Abba. in rubr. eiusdem tit. Qui autem tali modo receperit, si erat lata excommunicatio<sup>b</sup> contra illud facientes, non potest in ordine sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere sine dispensatione Papæ. Si tamen excommunicatio lata non erat, Episcopus & Abb. poterunt dispensare, vt patet in capitulo primo cum duobus sequentibus eiusdem tit. de quo per Ang. in summa, in verbo, irregularitas. in. §. 23. & per Syluest. in summa, in eodem verbo, in. §. Tertiò queritur. Item nota quod dicitur quis furtiuè ordinem recipere, quando recipit quatuor minores ordines, & subdiaconatum in vna eadem die, <sup>c</sup> vel quando recipit duos ordines sacros simul, <sup>d</sup> vt probatur in capit. 2. & fin. de eo. qui ordi. furtiu. suscepit: & notat Hostien. in dict. §. 1.

**A** *In examinatione.* Adde  
*De examine, si* **S** quod examen & scruti-  
*ue scruti-* **nium:** ideo in promouen-  
*tinio fa-* **dis** ad Sacros ordines de-  
*ciendo* siderantur, ut virtus morum hone-  
*in pro-* **stas** & illorum scientia apparere pos-  
*mouen-* **sint,** nec aliter sint admittendi: ita in  
*dis ad* Carthaginensi Concilio his verbis  
*Eccle-* **fuit** statutum. *Nullus ordinetur clericus*  
*siasti-* **nisi** probatus, *vel examine Episcoporum,*  
*cos or-* **aut** populari testimonio. *Et si quis presby-*  
*dines.* **ter,** *aut diaconus, sine aliquo examine*  
*fuerint ordinati, à clero sunt repellendi.*  
 Tex. in cap. fin. 24. distinct. & in ca-  
 pit. si quando. ibi tradit latè Gofred.  
 in summ. tit. de temp. ordina. 4. rest.  
 videre Petrus Rebuff. in pract. be-  
 nef. tit. de clericis, ad Sacros ordi-  
 nes malè promo. glos. quarta, nu-  
 mero . 11.

Nec solum hoc necessarium est in  
 clericis secularibus, sed etiam in re-  
 gularibus, quos ab Episcopo exami-  
 nari & approbari iussit Concilium  
 Tridentinum, sess. 23. cap. 12. de re-  
 forma. Nec sufficeret suorum supe-  
 riorum fides, aut attestatio merito-  
 rum privilegijs quibuscunque, quo  
 ad hoc penitus exclusis. At si ad  
 Episcopatum promouerentur Præla-  
 torum suorum attestatio, perinde va-  
 leret, ac si alicuius Academiae publi-  
 cum adduceretur testimonium, ut in  
 dicto Tridentino Concilio, sess. 22.  
 cap. 2. de refor.

Hoc autem examen, seu scrutiniū  
 circa multa versatur, nam per men-  
 sem ante ordinationem nomina or-  
 dinandorum scribenda & publican-  
 da sunt, ut constare possit de natali-  
 bus moribus, ætate, & genere: ut in  
 Concilio Tridentino, sess. 23. c. 5.  
 de reforma. Aliud verò scrutiniū ha-  
 betur feria quarta ante ipsam ordi-  
 nationem, vel quando Episcopo vi-  
 debitur, & in eo agitur de approban-

dis vel reprobandis ijs, qui ad mini-  
 sterium sacrum accedere voluerint,  
 ad id vocatis peritis, & probis viris,  
 & in Ecclesiasticis sanctionibus exer-  
 citatis, qui summa diligentia ordi-  
 nandorum genus, personas ætatem  
 institutionem, mores, doctrinam, &  
 fidem inuestigare, & examinare de-  
 bent. Qui quidem examinatores ad  
 vnguem seruare debent egregiam il-  
 lam sanctionem, Conci. Naonaten.  
 quod habetur in dict. ca. quando.  
 24. dist. quæ his verbis decreta fuit.  
*Ipsi autem quibus cura committitur ca-*  
*uere debent, ne aut fauoris gratia, aut cu-*  
*iuscunque inueneris cupiditate illecti, à*  
*vero deuiant, ut indignum & minus ido-*  
*neum ad sacros gradus suscipiendos Epif-*  
*copi manibus applicent. Quod si aliter*  
*fecerint, & ille qui indigne accesserit,*  
*ab altari remouebitur, & illi qui donum*  
*Sancti Spiritus vendere conati sunt coram*  
*Deo iam condēnati, Ecclesiastica digni-*  
*tate carebunt.* Quod quidem examen  
 in clericis secularibus faciendum  
 est ab Episcopo, qui dimissorias li-  
 teras concedit, si ordinandus sit  
 præsens: si verò absens, ab Epif-  
 copo, qui Sacros ordines confert:  
 ut colligitur ex Concilio Tridenti-  
 no, sess. 10. 23. ca. 3. & 7. de reform.  
 & ex cap. si Episcopus. de præbendis  
 lib. 6. Tertium autem scrutinium est,  
 quod fit ipsa hora qua ordines con-  
 feruntur, quando Episcopus Archi-  
 diaconum interrogat, an assintat pro-  
 mouēdi, & utrū sint idonei. De qua  
 formula peculiare decretū habetur in  
 lib. Pótific. ibi videndū erit à lectore.

Possent æquidem quæ dicta sunt,  
 aliquādo ab ipso rigore laxari, quan-  
 do promouēdus, adeò spectatē virtu-  
 tis & probitatis est, ut notus ab om-  
 nibus habeatur, & populari testimo-  
 nio dignus habeatur, nā tunc examē  
 omitti posse, sine peccato. Sentit  
 Concil.

Concil. Carthag. 3. c. 22. habetur in cap. nullus ordinetur. & ibi glōf. 24. dist. cap. de Petro. 48. dist. c. valde. 94. dist. not. Sylu. in summa, in ver. ordo. 2. q. 2. Pet. Rebu. in dict. pra. tit. de clericis. ad Sacros ordina. male promo. glo. 4. num. 11. Quia notorie doctus examinari nō debet. glo. in Clemen. vna. de iureiuran. vbi Barb. not.

Et non solum in promouendis ad clericatum, examen & scrutiniū modo & forma, vt iam scripsimus necessarium est, sed in illis qui Episcopali dignitate sunt condecorandi prius examinari debent, iure veteri, vt in Concilio Carthaginensi. 4. cap. 1. & retulit Gratianus in cap. qui Episcopus. 23. distin. & iure nouissimo diligenti examine inquiri debet, an ea nouerint, quę ad munus suum spectent, & an eligendus sit in vniuersitate studiorum Magister, siue Doctor, aut Licentiatus, in Sacra Theologia, vel Iure Canonico: vel Testimonio alicuius publicę Academię idoneus iudicetur, vel si regularis ipse sit publico prælati sui testimonio idoneus iudicetur. Deinde discutiendum est quibus natalibus, quibus honoribus, qua ætate quis sit: & an sit in Sacris saltem per sex menses. antequam eligatur, vt decretum est in Sacro Concilio Triden. sess. 22. cap. 2. de reforma. & pro ratione & opportunitate Prouinciarum examina hæc fient, & de his publica conficiuntur instrumenta, seruatis omnibus alijs sancitis ab eodē Cōc. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. Quo loco in Cardinalibus eligēdis idem fieri statuit, quo ad vitam, ætatem, ac doctrinam illorum inuestigandam, sicut in ipsis Episcopis promouendis.

**B** *Lata excommunicatio.* Adde quod iam de more consueuerant Episcopi

in ordinibus conferendis sub excommunicationis latę sententię pœna prohibere, ne quis audeat seingere, qui non fuerit approbatus, & tunc is ordinatus, non poterit in suscepto ordine ministrare, nec ad superiore ascendere, sine Romani Pōtificis dispensatione. Et vide de hoc ultra ordinarios interpretes summam cōfessio. tit. de ætate ordinan. q. 13. & sequēt. Symo. Maiolum. de irregula. li. 4. capit. 8. & vide Regiam. l. 18. tit. 6. parti. 1. & ibi Grego. Lopez. Hodie verò si crimen hoc occultum sit, & nō deductum ad forum contentiosum, Episcopus potest indulgere dispensationem, autoritate Concilij Trid. sessio. 24. capit. 7. Si tamen Episcopus eo tempore quo confert ordines, his verbis vtatur. *Non intendimus ordinare non examinatos & approbatos.* Tunc qui se ingerit, non erit ordinatus, ideò oporteret denuo ordinari, iniungēdaq; prius illi erit pœnitentia, quia valde delinquit se ingerēdo susceptioni ordinum, ante approbationem. ita tenet Petrus Rebuff. in dicta glōsa quarta, nu. 18.

*Vna eadem die.* Adde quod opinio ista procedit etiam hodie stante Sacrosancto Concilio Triden. sessio. 23. cap. 11. de reforma. vbi decretum est minores ordines non vna die, sed diuersis conferendos, nisi aliud Episcopo expedire videatur, & quod susceptis minoribus annus interponendus sit, priusquam ad primum sacrum, qui subdiaconatus est, quis ascendat nisi necessitas, aut Ecclesię utilitas, iudicio Episcopi aliud exposcat. Quod quidē arbitriū, vt ex mēte concilij dignoscitur Episcopo cōcessum est, ad hoc vt hæc interstitia abbreviari possint, nō autē vt eadē die sacros ordines duos cōferre possit, vel vltimū minorē cū primo ex sacris. quod

**C**  
Declaratur  
Concilij  
Tridē.  
sess. 23.  
c. 11. de  
refor.

adeò verum est, quòd si sabbatho vnum sacrum ordinem conferat alicui, & continuato ieiunio, alterum eidem conferat in Dominica, suspensus esset Episcopus à collatione ordinum, & ordinatus ab executione, donec Apostolica sedes dispensatione indulgeat. text. in cap. literas. de temp. ord. In locis autè, in quibus consuetudine obtentum est, vt minores ordines cum subdiaconatu conferantur, id seruari debet: nam talem consuetudinem validam esse scribit. Anto. in 3. par. tit. 4. c. 16. §. 16. quem sequitur insignis Nauar. in manuali confess. c. 25. n. 71. dicens eam à dicto concilio minimè derogari. Sed verius contrarium esse censeo quod ex Tridentini Concilij decreto omnis contraria consuetudo circa ordines conferendos derogetur, cum omnes tam minores, quam maiores, seruatim certis temporum interstitijs conferri præcipiat. consulitur sanè hoc modo ipsorum ordinum maiestati, & Ecclesie vtilitati, & eorum qui ordinandi sunt comodo, vt in his cum ætate vitæ meritum, & doctrina maior accrescat. Vnde contraria consuetudo, si qua erat ante concilium tanquã bono publico cõtraria firmitatè nõ obtinebit. Et opinionè istã sequi videtur Symon Maiol. de irreg. lib. 4. c. 11.

Opportune tamen hoc loco quæri potest, an Episcopus qui facultatè habet dispensandi in istis temporum interstitijs, autoritate dicti Concilij Tridentini, si tacitè eum promoueat qui non expectauit tempora annua, quæ de vno ordine ad alium desiderantur, censeatur dispensare, & cum in facti contingencia essem interrogatus, cõsului quod si Episcopus ignorans fecerit, nullo modo dispensare censeatur. At si sciens ordines cõtulit, credendum est dispensare voluisse. glos.

notabilis, in cap. qui aliquando. in verbo, qui concubinas. 51. dist. Abbas not. in. c. veniens. de filiis presb. Felin. in cap. præterea. num. 7. 8. & 9. de testib. cogend. Symon Maiol. de irreg. lib. 3. capit. 24. numero. 14. Idemque iudicandum est, si ipse non conferat ordinem, sed dimissorias litteras concedat, quia hæc à pari procedunt Syluest. in verbo, irregularitas, in fine, quod ad dictum Tridentini. Cõc. decretum summè notandum est.

*Duos ordines sacros simul.* Vide Cõcil. Trident. ses. 23. cap. 13. vbi decretum est, ne eodem die duo sacri ordines conferantur etiam regularibus non obstantibus eorum priuilegijs, vel indultis.

## Extra tempora, & ante ætatem legitimã, & ab alieno Episcopo.

### CAPV T, XXVI.

- 1 *Ordinatus extra tempora, vel ante legitimam ætatem, vel ab alieno Episcopo, ordinis executione est suspendendus.*
- 2 *Hodie autem ex nouissima Pij. II. constitutione, ordinatus aliquo de predictis tribus modis, ipso iure suspensus est: & celebrans irregularis efficitur.*
- 3 *Suspensus propter crimen, si de facto celebrat, irregularitatis nota afficitur.*
- 4 *Promotus ad sacros ordines ante 14. annum, si postquam peruenerit ad ætatem legitimam cogatur contineri.*



**O**rdinatus extra tempora <sup>a</sup> suspenditur, donec cum eo dispensetur, vt in cap. cum quidam, de tempo. ordi. Item ordinatus ante legitimam ætatem <sup>b</sup> suspenditur vsque ad

D

1  
2

b

ad

ad eius aduentum, vt in ca. Vel non est compos. eodem tit. Non tamē est ipso iure suspensus, vt not Bernard. Rai. Guliel. Archidia. Anto. Paul. de Eleazar, & Zabel. in varijs locis relatis per Archiepiscopum Florent. in. 3. part. tit. 28. cap. 1. in fin. Ordinato in super sine licentia sui præsulis <sup>c</sup> ab alieno Episcopo, interdicitur <sup>d</sup> ordinis executio, <sup>d</sup> vt in cap. Quod translationem. eod. tit. Hodiē verò <sup>a</sup> ordinatus aliquo de prædictis tribus modis est suspensus ipso iure, & celebrans efficitur irregularis, à solo Papa absolendus, & beneficijs potest iure priuari: vt habetur in extrauag. Pij. I. I. <sup>e</sup> quæ incip. Cū ad sacrorū ordin. de qua ad istud propositū meminuit celebris memoriæ Doctor Hispanus Didacus de Villadiego in tractat. de irregular. in capit. de suspensione, in secunda col. & refert etiā eam ad hoc Syluest. in sua summa, in verbo, irregularitas. in. 6. Decimò quæritur. qui allegat regulas Innocen. 8. & Alexand. 6. Roman. Pontificum, quam etiam extrauagantem feruari præcepit Leo. 10. in suis regulis Cancellariæ, in regula. 22. incip. Item de clericis extra tempora. Et Paulus Papa 3. in suis regulis, in regula, quæ etiam incipit: Item de clericis, quæ est. 24. in ordine. Vt autem illius extrauagantis plena notitia habeatur, libuit illam inserere: maximē cū soleat ab aliquibus referri additis quibusdam verbis, quæ in ea non sunt: cuius tenor talis est: Pius. &c. Ad futuram rei memoriā. Cū ex Sacrorum ordinum collatione character inuisibilis animæ imprimatur, sacra mysteria dispensantur, vt ipsarum cura tribuatur animarum in eorum susceptione excessus, grauius tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in men-

tibus fideiū scandala generantur. Cū itaq; sicut fide dignorum relatione non nisi moleste accipimus, nonnulli clerici extra tempora à iure statuta quidam ante ætatem legitimam: aliqui verò sine dimissorijs literis, contra sanctiones canonicas, se faciant ad Sacros ordines promoueri. Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt alij in posterū committendi similia aditus præcludatur, aut Aposto. præsentis constitutione perpetuò valitura statuimus, & ordinamus, quòd omnes & singuli, qui absque dispensatione canonica aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissorijs literis, etiam citramontani à citramontanis, præterquàm si in hoc ultimo casu per cameram Apostolicam, iuxta ipsius stilum ordinati fuerint ad aliquam ex sacris ordinibus se fecerint promoueri à suorum ordinum executione ipso iure suspensi sint: & si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumperint, eo ipso irregularitatem incurrant, propter quam vltra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas, beneficijs Ecclesiasticis, quæ obtinent, possunt iure priuari. Volumus autem quòd præsens nostra constitutio in Romana curia existentes post quindecim dies: Absentes verò Italicos post duos, alios autem etiam vltimontanos post sex menses ab ipsius in audientia cōtracti & cancellaria Apostolica publicatione ac affixione, ligare incipiat. Nulli ergo si quis. &c. Datū Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ. 1461. quinto-decimo kal. Decēbris Anno quarto. Aduertendū præterea est, quòd cū nouissimē in Cōcilio Tridētino (cui



ego & si indignus Episcopus Calaguritanus interfui) fuerit inhibitu capitulis Cathedralium Ecclesiarum, ne sede vacante licentiam recipiendi ordines concedant infra annu aliquibus, sub pena inibi, contrafacientibus imposita, vt habetur in septima sessione illius concilij, in Can. 10. tenoris sequentis. Non liceat capitulis Ecclesiarum sede vacante infra annum a die vacationis ordinandi licentiam, aut literas dimiss. seu reuerendas (vt aliqui vocant) tam ex iuris communis dispositione, quam etiam cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis vigore, alicui qui beneficij Ecclesiastici recepti siue recipiendi occasione arctatus non fuerit concedere: si secus fiat, capitulum contraveniens Ecclesiastico subiaceat interdicto: & sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio, clericali praesertim, in criminalibus gaudeant: in maioribus autem ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Praelati sint ipso iure suspensi. Si quis esset promotus ad aliquem Sacrum ordinem contra dispositionem concilij, cum ex hoc fuerit ipso iure suspensus ad beneplacitum futuri praelati, si postea celebraret ante obtentum illius beneplacitum, esset irregularis: quamuis suspensionis poena fuerit ad beneplacitum eligendi Episcopi, & ab illo posset relaxari. Cum enim suspensio haec sit imposita propter delictu (propter inobedientiam videlicet factam decreto concilij) tunc conclusio communis, quod celebrans, est irregularis secundum Pañor. in cap. si celebrat. de cleric. excommunic. in col. final. per text. in cap. 1. de senten. excommuni. in 6. & in cap. cum aeterni. de re iudic. eod. lib. licet quidam contra tenuerint secundum eum. Fa-

cit quod notat Felin. in capit. Apostolicæ. de excep. col. 3. & melius in colum. 7. num. 17. vbi scripsit quod suspensus ab officio celebrans est irregularis, siue suspensus sit a canone, siue ab homine: allegat glo. 2. & 3. & ibi Paul. col. 4. in. c. is cui. de senten. excommuni. lib. 6. & decis. Rotæ. 3. in antiquis. eod. tit. An autem promotus ad Sacros ordines ante 14. annum cogatur continere, si postquam peruenerit ad ætatem legitimam vult contrahere matrimoniũ, vide Hostien. in summa, de cle. per sal. promo. in .6. 1. in fin. qui mouet questionem, refert opiniones contrarias, & in ea, quam ultimo loco scripsit, videtur tenere quod talis nõ cogitur continere. Contrarium tamẽ videtur tenere glos. in capit. V no. de cle. per sal. promo. in verbo, discretionis, quæ mouet istam questionẽ, vbi tamen Abb. refert Archi. post Hugo. in cap. pueri. 1. quæst. 1. tenentem, quod si ordinatus ante pubertatem illa adueniente vult tenere clericatum, & gaudere priuilegio clericali, tunc tenetur continere, alias secus: quam opinionem approbat, & dicit hoc fuisse de mente Inno. & Hosti. & vide Praepo. in cap. Subdiaconus. 77. distinct. tenentem quod Docto. communiter in dict. capit. 1. notant, quod si factus maior contradicit nõ acceptas ordinem, non tenetur continere, ex quo dicit ipse quod resultat monstrum, videlicet quod minor recipit characterem ordinis Sacri, & tamen si contradicat maior factus non tenetur continere, licet Cardin. in Clemen. fin. de ætate, & qualitate. in. 1. q. teneat, quod si talis erat doli capax, tenetur continere, per glos. in dict. cap. Pueri. 1. q. 1. Et idem dicit, si quamprimum peruenerit ac doli capacitatem non reclamauit, quia tunc incipit

incipit obligari. Et vide in hoc proposito, quod notat Nicolaus de Millis in suo repertorio, in verbo, Clericus promotus, vbi referendo Hosti. & Inno. in cap. vel non est compos. de tempo. ordi. Et Compostella. & Ioan. Andr. in capit. vnico. de cler. per sal. promo. Et in dict. cap. vel non est compos. & Archi. in cap. pueri. 1. quæst. 1. dicit quod promotus infra pubertatem inuitus & coactus potest contrahere matrimoniū, per glos. in dict. cap. vnico. & quod idē est. si non fuerit coactus, dum tamen infra pubertatem contradicat, & per seuerat in contradictione vsq; ad pubertatem, vel si infra pubertatem non contradicit, & statim dum ceperit peruenire ad pubertatē contradicat: & quod illud statim intelligitur intra triduum, & quod aliās non auditur, licet glo. in dict. cap. vnico. & in dict. cap. vel non est compos. aliter teneat secundum eundem.

**A** *Ordines Ecclesiastici quibus diebus sunt conferendi.*  
**E** *Xtra tempora.* Adde quod prima tonsura quolibet die conferri potest, cū iura certum diem ad eam conferendam non præfigant, & sic de consuetudine generali seruari testantur. Hostien. Ioan. Andr. & Cardina. in cap. pen. de tempo. ordi. per cap. cū contingat. de ætate & qualitat. Et tam in diocesi, quam extra potest Episcopus subditis suis tonsurā conferre. Barba. in capit. nouit. de offic. delega. quem sequitur Petrus Rebuf. in pract. benefi. tit. de clericis. ad sacros ordines male promo. glo. 1. nu. 4. idem in tract. nominationum. q. 14. num. 29 & 65. Hodie tamen ex Sacro Concilio Tridentino, sessio. 6. cap. 5. de reformatione non licet Episcopo extra suam diocesim cuiusuis priuilegij prætextu pontifica-

lia exercere, sine ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem ordinario subiectas tantum, quod si aliter factum fuerit, Episcopus ipse ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione, ordinum ipso iure suspensi sunt.

Minores verò ordines, quando Episcopo, & vbi sibi videbitur, dari possunt: licet Dominicis & alijs festiuis diebus conferri debeant. capi. de eo. de tempo. ordin. Sacri verò ordines, nunquam nisi in publica ordinatione conferuntur. c. quando. 75. dist. & in maiori Ecclesia. gl. not. in c. ordinationes. d. dist. Concil. Tridē. sess. 23. c. 8. de refor. vbi decretum est, Sacros ordines in cathedrali Ecclesia conferendos esse, presentibusque ad id Ecclesiæ canonicis: si autem in alio diocesis loco celebrentur, semper in Ecclesia & clero præsentē fieri debet. Vnde non erit valida ea cōsuetudo, cuius ratione, Episcopi hos ordines, vbi eis placebat, conferebant. Quam validam esse scripsit Floren. in tertia parte, capit. 14. §. 17.

Item Sacri ordines, nempe subdiaconatus, & diaconatus, & presbyteratus, non nisi in Sabbathis quatuor temporum, aut Sabbatho sancto, vel Sabbatho ante Dominicam de Passione sunt ministrandi. text. in ca. 3. de tempo. ordin. cap. fin. 75. distin.

Hos æquidem Sacros ordines & alios nominat D. Ignatius Epistola ad Antiochenes, ibi, *saluo sanctū Ignat. presbyterium vestrum saluo sanctos Apostolorū diaconos, saluo subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, atque confessores.* Vt non dubium sit hos ordines Apostolorum tempore quo vixit D. Ignatius fuisse.

Ratio verò propter quam his temporibus

*Constituitur ratio, propter quã statuis tẽporibus & non in alijs sacris ordinibus ministratur* poribus statutis, potiùs quã alijs ordinibus Sacri ministrantur, ea adducitur à Præpo. in cap. quoniam. §. cæterum. 75. dist. nempe, quia sacerdotes & alij clerici cum in Sacrosancta Ecclesia locum obtinent, quem olim Levitæ apud Israeliticum populum obtinuerunt: quos vel legitur, libro Numer. Dominus pro primogenitis recepit eos, & in Aegypto, dum primogenita Aegyptiorum interficerentur custodiuit, cum quasi primitiæ sint, æquidem quasi primitiæ Deo summe gratas offerimus, cum aliquos Sacris ordinibus donamus, vnde consentaneum est, vt pro primitijs temporum scilicet quatuor temporibus, hominum primitias afferamus. Item hoc ita stabilitum fuit, vt ordinati sub quatuor Euangelijs, Deo & Ecclesiæ seruire firmis animis concipiãt, Vere vt virtutibus floreat, in estate, vt fructus afferant, in Autumno, vt fructus operum metant, in Hyeme, vt iam collectos fructus in horreo conferuent, vt eis in Domino fruatur. Hanc rationem tradit Petrus Rebuff. in dict. glos. 1. num. 9. Nouissime autem Cathicismus ad Parochos Pij huius nominis V. Põtificis Maximi, iussu editus in titulo de Sacramento ordinis vers. Sequitur nũc egregiam rationem his verbis scribit. *Ex quo factum esse intelligimus, vt statutis tantummodo diebus, quibus & iam solennia ieiunia ex vetustissimo Catholica Ecclesiæ more inducuntur, ordinationes fiant: vt scilicet, fidelis populus eiusmodi Sacrarum verum ministros, pijs & sanctis precationibus à Deo impetrent, qui ad tanti ministerij potestatem, recte & cum Ecclesiæ vtilitate gerendam aptiores esse videantur*

Nec ea consuetudo firmitatem obtinebit, qua introductũ fuerit, quod Sacri ordines extra tempora nuni-

strentur. cap. 2. de tempore ordi. Imò tam ordinans quàm ordinatus grauissimè peccat, tanquàm Sacrorum Canonum violator ab Spiritu sancto, cuius instinctu conditi sunt condemnatur. cap. violatores. 25. q. 1. Floren. in. 3. parte. tit. 14. capitulo 16. §. 16.

In Sabbatho sanè potiùs quã alijs diebus ordines cõferri debent, quia dies illa Spiritui sancto consecrata est, cuius bona in ordinibus longa manu recipiuntur. cap. quod à patribus. 75. dist. notat Rebuff. dict. glo. 1. num. 9.

Ista autem Sabbathorum tempora duobus casibus transferri possunt, in sequentes dies Dominicos. Primò si ab ordinãtis & ordinãdis ieiuniũ feruetur, vsq; ad sequentem diem Dominicum: tunc æquidem ipso Dominico die ministrari ordines possunt. tex. in dict. ca. quod à patribus. Sed quia tale ieiunium indiscretum, & maximè periculosum esse censetur, vt benè not. Innoc. Hostien. & omnes in cap. literas. de tempo. ordina. minimè decet, vt tanta dicti ieiunij productio fiat. Secundò, si die Sabbathi tanta esset ordinandorum multitudo, vt non possent omnes ordinibus insigniri: tunc æquidẽ in diem Dominicam ordinum collatio differri potest. Ex Inno. sententia in dict. c. literas. quem sequitur Syluest. in summ. in verbo, ordo. 2. q. 6.

Episcoporum verò consecratio, solis Dominicis & festiuis diebus faciendã est, à summo mane, à ieiunijs factum circa horam tertiam. cap. ordinationes. 1. 75. dist. not. Syluest. in summa, in verbo, consecratio. 1. q. 3. Quæ sanè consecratio Episcoporum, aliud tempus à iure statutum habet, intra quod fieri debet: nam quis Episcopus fuerit pronuntiatus

intra

*Consecratio Episcoporum, quibus diebus faciendã sit.*

Intra trium mensium spacium consecrari debet, sub pena amissionis perceptorum fructuum, quod si per aliud trimestre distulerit, ipso iure ipsa Ecclesia Episcopali priuatur. Cōci. Trident. ses. 23. c. 2. de refor. Quando vero trimestre currere incipiat, an à die electionis vel à die confirmationis tradunt doctores in capit. quoniam quidam. 75. distinct. Syluest. in. d. q. 3.

Virginum etiam consecratio solis festis facienda est. cap. 1. de tempor. ordin. vbi glos. & Doctores late de hoc differunt. Ecclesiarum autem consecratio quibuslibet etiã feriatis diebus fieri iure potest, quia sic suadet necessitas, & cultus diuini augendi causa. cap. 2. cum glos. de consecrat. Ecclesie, vel alta.

Et licet ad ordines conferendos præfixa & diffinita certa tempora sint ut iam ostendimus: summus tamen Romanæ Ecclesie præsul quolibet tempore ordines etiam sacros conferre potest. c. 1. de tempo. ordi. Quia prohibitio hæc à iure positivo originem habuit, à quo ipse solutus est. c. proposuit. de concess. præben. Imò scribit Ang. in. l. 1. C. de sent. pass. posse Antistitem Romanum solo verbo Episcopum vel prælatum creare licet hoc facere non sit solitus, sed formam debitam seruat, ut alij ita seruent. Et hanc ipsam gratiam ordinandi extra tempora concedere potest Episcopis in ordinandorum fauorem. Tradunt Doctores in dict. cap. 1. Rebuff. in d. pract. d. glo. 1. num. 12. & hoc Romanæ curiæ Stillus obseruat: prout testatur Simon Maiolus in tract. de irreg. lib. 3. cap. 14. num. 9. Is verò qui extra tempora absque Romani Pontificis indulgentia temerè fuit ordinatus, caracterem recipit: non verò ordinis executionem. cap. cū qui-

dam. de temp. ordin. Imò sic promotus inter irregulares ascribitur à Specula. in tit. de dispensat. s. iuxta. versic. Item ordinatus extra tempora, de quo latius infra agendum erit. Quinimò Episcopus qui ordines contulit, graui poena plectendus est. cap. cum quidam. cap. 2. de tempo. ordin. & ordinandi potestate priuatur. cap. Subdiaconus. 77. dist. Hodie verò ex sacro Concilio Trident. sessione. 23. cap. 8. de reform. ab ordinum collatione per annum suspensus est.

Dispensatio autem cum eo, qui extra tempora ordinibus fuit initiatus ab Episcopo qui in nulla fuit culpa obtineri potest, ut post condignam poenitentiam susceptos ordines possit exercere. cap. consultationi. de temp. ordin. Sed ut ad altiores promoueatur, à solo Romano Antistite impetrari potest. not. Syluest. in summa in verbo, irregularitas. q. 10. Tabi in verbo, irregularitas. 4. num. 6. Summa confessor. de ætate ordin. q. 35.

*Ante legitimam ætatem.* Adde quod **B** natura (ut libro de Senectute, scribit **Cicero-** Cicero) *Vnicuique suam tempestiuitatem dedit, infantium puerorum & adolescentium infirmitas est, ferocitas iuuenum, grauitas iam constantis ætatis, maturitas Senectutis, Senij autem labor & dolor: atque inter illas ætatis quedam consiliorum expertæ sunt, ut infantia, pueritia decrepita ætas. Quaedam consilia habent, sed ea fragilia & infirma, ut adolescentēs: quedam firma quidem, sed nec dum usu & experientia corroborata, ut iuuenus: quedam matura & solida, multaque rerum cognitione, usu & exercitatione confirmata, ut mediæ ætatis & senectus.* **Cicero-** nis ele-  
gāt: ssi-  
ma ver-  
ba à hu-  
mana  
ætate.  
tes

*Qua- arate  
singuli  
ordi-  
nes sint  
cōferē-  
di.*

tes, quamuis pro varietate temporum diuersis mensuris statutz. Tonsura etenim ferè semper in septenio obseruata est. tex. cum glo. in. c. nullus. de tempor. ordin. in. 6. qui annus debet esse compl. tus. ca. in singulis. 77. dist. Regia. l. 27. tit. 6. par. 1. Reliquorum verò ordinum varij fuerunt termini, vt constat in dict. cap. in singulis. & in cap. placuit. ead. distin. 77. Postea autem in Concilio Vienenſi, Sacris ordinibus certus statutus est terminus, nempe subdiaconatui annus decimus oetauus, diaconatui vigesimus, sacerdotio vigesimus quintus. vt in Clem. generalem. de etate, & qualitate. Episcopatui semper annus trigessimus necessarius fuit. cap. cum in cunctis. de elect. At Concilium Tridenti. sess. 23. cap. 12. summa consideratione huic rei prouidit, nam subdiaconatum permittit existēti in vigesimo secundo anno, diaconatum vigesimo tertio, presbyteratū vigesimo quinto. Reliquis verò minoribus ordinibus nullum tempus præfixit, quasi plus momenti habendum sit in literis & moribus, quam in etate: ad quod mirè congruit sententiæ Diui Thom. in. 4. senten. distin. 25. Hi autem anni omnes, in ordinibus recipiendis necessarij non exacti, sed cepti sufficiunt, vt in dict. Clem. generalem. vbi glo. & Doctores. & notat noster Grego. in dict. l. 27. part. \*

*Ordi-  
natus  
ante le-  
gitimā  
etate  
ea sup-  
uenien-  
te, an  
impedi-  
mentū  
delea-  
tur.*

Is verò, qui ante legitimam etatē Sacris ordinibus fuit insignitus, nō potest eosdem ordines exercere, donec legitima etas accesserit: qua quidem accedente, cessat omne impedimentum, & ea ratione liberè poterit in susceptis ministrare. cap. non est compos. de tempo. ordin. not. Arch. & Præposi. in cap. placuit. 77. dist. Henri. in cap. consultationi. de tēp.

ordi. & hanc opinionem comunē esse fatetur insignis D. Couar. in Clem. si furiosus. de homi. 1. parte. §. 1. num. 4. Nec ante legitimam etatē, ordinatus est ipso iure suspensus, sed suspendendus. vt in dict. ca. non est compos. Quem ita interpretantur Archi. Præpo. Cardi. à Turrecrema. in dict. cap. placuit. Florent. in. 3. parte, tit. 14. capit. 16. §. 15. Alber. Trot. de vero & perfectō cleri. lib. 2. c. 17. quam opinionem comunem esse testantur Card. in dict. cap. vel nō est compos. ad finem. Præpo. in dict. capit. placuit Gonal. à Villadiego de irregular. cap. de suspen. col. 2. Mart. Nauar. in manuali confess. capit. 25. num. 70. & eam sequitur Maior. in 4. senten. dist. 24. q. 5. Fuerunt tamen multi (maximæ autoritatis viri) qui expressim tenuerunt, ante legitimam etatem ad ordines promotum, ipso iure suspensum esse. At si comunem sententiam amplectimur omni prorsus difficultate caret in ordinibus ministrāte ante etatē à iure definitam minimè irregularitatem contrahere, cum nec à iure vel ab homine suspensio imposita fuerit. Quod si quis contrariam sequi maluerit, idē asseuerare necesse erit, cum suspensio hæc non ob crimen, sed ob defectū à iure fuerit statuta. Ita tenuerūt Card. in dict. Clem. generalem. 5. & 6. q. Domini. in cap. eos de tempo. ordi. in. 6. Cardi. in cap. si celebrat. de cleri. excom. Villadiego in dict. cap. de suspensione. col. 2. quam opinionem comunem esse fatentur eam sequuti. Floren. in. 3. par. tit. 28. cap. 1. §. 1. col. 2. D. Couar. d. §. 1. num. 4. hoc de iure veteri, quid autem de iure nouo in hoc decretum sit infra dicebimus.

*Sine licentia sui Præsulis.* Adde quod C  
facultas hæc per literas (quas dimisso Tradū  
rias appellamus) concedi solet, illa- tur mul  
rumque ea lectu

non in digna de literis dimisso-  
*rumque vsus etiam S. Augustini tē-*  
*poribus seruari consueuerat: vt ipse*  
*tellatur in Epist. ad Clerum Hyp.*  
*Epist. 137. vers. Cum enim ista mea*  
*causa. Et aliquando literæ istæ sunt*  
*speciales, n. mpe vt possit quis à tali*  
*Episcopo ordinibus insigniri, & tūc*  
*si ab alio ordinatur ordinibus col-*  
*latis minimè iuuabitur, cum nullam*  
*ad hoc facultatem habuerit, & vnus*  
*concessio alterius censetur exclusio.*  
*l. cum prætor. ff. de iudi. cap. nonne*  
*de præsump. Solent etiam literæ ge-*  
*nerales concedi, vt possit quis ordi-*  
*nari à quocunque Antistite gratiam*  
*& communionem Sedis Apostoli-*  
*cæ habente. cap. pen. de præscrip. no-*  
*tat Petrus Rebuff. in pract. benefi. de*  
*literis dimissoris. nu. 3. Quibus qui-*  
*dem literis oportet vt exprimatur,*  
*qui ordines illarum ratione sunt mi-*  
*nistrandi, quia concedendo solum*  
*recepti minores, vel ordines tantum,*  
*maiores ordines minimè compræhe-*  
*duntur. cap. 1. de temp. ord. Oportet*  
*etiam quod dictæ literæ contineant*  
*excusationis causam, ob quam ipse*  
*propius Episcopus non potest ordi-*  
*nes conferre. cap. 1. de temp. ordin.*  
*lib. 6. ibi. Per eius Episcopi patentes lite-*  
*ras causam rationabilem continentes,*  
*quare ipsum nolit, aut nequeat ordinare.*  
 Consuetudine tamen in multis Pro-  
 uincijs receptum est, vt nulla causa  
 assignetur, quam consuetudinem va-  
 lidam esse scribit Petrus Rebuff. in lo-  
 co iam allegato. num. 28. Nec dimis-  
 soriarum literæ concedi debent, ante le-  
 gitimum examē, & approbationem,  
 vt in Concilio Trident. sess. 23. c. 3.  
 Has autem dimissorias ab Episcopo  
 originis, dummodò sit electus & cõ-  
 firmatus, licet non consecratus con-  
 cedi oportet. c. nullus. de temp. ordi.  
 lib. 6. vbi decretum est etiam conce-  
 di ab Episcopo domicilij, vel benefi-

cij, & à Vicario Generali Episcopi,  
 ac capitulo sede vacante, inferiores  
 nullo modo eas concedere possunt,  
 vt ibi nisi hoc faceret ex legitima cõ-  
 suetudine, vt glos. & Doctores ibi  
 not. & Aufre. in Capella. Tolosa. de-  
 cisione. 450. Hodie verò secundū  
 Concilij Tridentini decretum, sess.  
 23. cap. 10. solus Episcopus eas con-  
 cedit. Et ideò nec Abbatibus, nec  
 alijs Prælatibus exemptis prætextu pri-  
 uilegiorum, aut immemorialis cõsue-  
 tudinis, nec capitulo sede vacante  
 id iam licebit, nec illis permittitur,  
 qui in Episcopi iurisdictione succe-  
 dunt, qui verò sanctissimam illā san-  
 ctionem violauerint ab officio & be-  
 neficio per annum ipso iure suspensi  
 sunt. Capitulum autem ipso facto  
 subiacet Ecclesiastico interdicto Cõ-  
 cil. Trident. sess. 7. cap. 10. de reforma-  
 tione. Ordinati autem prætextu di-  
 ctarum literarum (quas capitulum mi-  
 sit) si in minoribus constituti fue-  
 rint nullo clericali priuilegio, præfer-  
 tim in criminalibus gaudent maiori-  
 bus, etenim insigniti eorum execu-  
 tione ad beneplacitum futurum, Præ-  
 lati sunt ipso iure suspensi, vt ibi.

Poterit tamen capitulum has dimis-  
 sorias literas tribuere, quādo Episco-  
 palis sedis ultra annum vocauerit, ita  
 colligitur manifestè ex dicto Sacro-  
 sancto Tridentino Concilio. d. cap.  
 10. sessione. 7. cum tantum capitulo,  
 vacante sede, prohibeat dimissorias  
 literas indulgere infra annum, à die  
 vacationis lapsò: vero anno ius anti-  
 quum non mutatur: & ideò in viridi  
 obseruantia manet. l. præcipimus. C.  
 de appella. cum alijs. Alter & secun-  
 dus casus est, quando quis ratione  
 obtenti, vel obtinēdi benefici, arcta-  
 tus sit ad Sacros ordines suscipien-  
 dos, tunc capitulum vacante sede, di-  
 missorias literas poterit concedere.

Con-

Concil. Tridenti. allegato. c. 10. ibi. *Alicui qui beneficij eccle. iustici recepti, sine recipiendi occasione arctatus non fuerit.* Tertius casus erit, Sede Apostolica vacante, tunc sacro Collegio eas literas dare prohibitum non videtur, quia illius vacantis sedis iurisdictionem, non apparet in hoc, à Tridentino Concilio fuisse limitatam, & ideo ea vti permissum esse censetur. ita tenet Simon Maiolus de irregulari. lib. 4. c. 5. nu. 5.

Non tamen poterit Episcopi superior, nempe Archiepiscopus iure Metropolitanano, subditis suffraganeorum suorum, vt prima initiuntur tonsura, vel ad ordines promoueantur, dimissorias literas tribuere. ita tenet Perus. & est communis sententia scribentium in dict. ca. nullus. de temp. ordi. in. 6. At Summus Ecclesie Præsul Christianis omnibus eas potest indulgere. cap. 1. de tempo. ord. quia est generalis Episcopus totius mundi. cap. fraternitatem. § 1. dist. capit. cum Æra per mundum. 9. q. 3.

Postquam verò dimissoriæ literæ ab Episcopo fuerint concessæ minime spirant concedentis morte. Ita singulariter tenet Cardin. in Cleme. fin. quæst. 5. de elect. & suffragatur casus notabilis in extrauag. inter cunctas. §. duos de priuileg. & hanc opinionem sequi videtur Petrus Rebuff. in præct. benefi. de formula dimissariarum. num. 40. & eam fatetur communem insignis Marti. Nauar. in. c. placuit. num. 35. & num. 161. de pœnit. distinet. 6. Pari ratione idem videtur asseuerandum in dimissorijs literis, à capitulo concessis sede vacante, in casibus sup. expressis, & à Sacro Concilio permisis. & hoc docet expressè Ioan. Imo. in capit. 2. in fine sede vacante. Nam concessa à capitulo, effectum sortiuntur finita ca-

pituli potestate. cap. his quæ. de maiori. & obi. capit. vni. co. tit. lib. 6. Anchar. in capit. 1. in fin. ne sede vacan. Federi. de ten. consil. 16. Quibus plurimum conducit, quia licet mandatum de aliquid faciendo, morte mandantis spiret: non tamen gratia. text. in cap. si cui. de præben. in. 6. & in cap. si super gratia. de offi. de lega. co. lib. v. de dixit glo. celeberrima. in. c. cum ex ep. de elect. lib. 6. in verbo, septennium: quod dispensatio Parocho ab Episcopo concessa, de non residendo, vt literis vacare possit, non solum morte eius non finiri, sed & quod plus est, nec ab eo possit reuocari, quam dicit esse Sing. Roman. sing. 517. His etiam consonum est, quod facultas cuiuspiam concessa de celebrando in domo sua, morte concedentis non extinguitur. Ita Rota in antiquis decis. 580. incip. Cameraarius. Nec ab hoc alienum est, quod pulchrè scribit Innocen. in ca. quod translationem. de offi. de lega. nempe indulgentias à Legato concessas, eius legatione finita durare: cuius opinionem communem esse testatur Nauar. in dict. cap. placuit. d. num. 164. quo loco ipse iure conionum esse censet facultatem eligendi confessorium minime concedentis morte finiri.

Tribus tamen casibus singularibus potest quis ab alieno Episcopo absque literis dimissorijs ordinibus insigniri. Primus est, Si Episcopus proprius fuerit suspensus, eo quod alienos ordinauerit, tunc alienos suos ordinare poterit. text. not. in ca. 2. de temporibus ordin. libro sexto. Sed ordinati probare tenentur Episcopi suspensionem, per Metropolitanani declarationem, alioquin non crederetur ordinario: vt optimè scribit Petrus Rebuff. vbi supra. n. 19.

Secun-

*Elegant* *ter in-* *terpre-* *ratur* *tex. in* *c. Lug-* *dunē-* *sis. 9.* *q. 2.*

Secundus, quando Episcopus sibi non subdito ordines confert, cum spe ratihabitionis proprii Episcopi; quæ postea sequuta est, tunc sanè nullæ dimissoriæ literæ necessariæ sunt, & absque pœnæ metu id fieri potest. *text. not. in cap. Lugdunensis. 9. q. 2.* Sic tenent Raymund. qui fuit opinionis huius antesignatus in *sum. tit. de form. consecra. versicu. In summa. Nota quod ordinati. & sentit glos. in capit. nullus alterius. in fine. glo. mag. 9. q. 2.* Sequitur Maiolus de irregularitate. *lib. 4. cap. 2. numer. 7.* & à sensu contrario probari opinio hæc videtur in Concilio Tridentino, *sess. 14. cap. 3. de reforma.* Contrarium tamen innuit *glos. in. c. eos. de tempo. ord. in. 6. & opinionē istam sequitur Rebuf. vbi paulò ante allegauit. n. 11. Paris. cons. 136. col. 1. volum. 4. sum. confess. tit. de ætate ordin. quæst. 38.* Quæ opinio ea ratione fulcitur, quia propius Episcopus eam ordinum collationem ratâ habere non potest, cum suo nomine celebrata non sit. *vt in reg. ratum. de regul. iur. lib. 6. cap. cum quis. de senten. excom. lib. 6.* Et cum talis ordinatio Sacris canonum decretis irrita sit, rata haberi minimè potest. I. quod ab initio. *ff. de reg. iur. quæ sententia mihi verior videtur contraria, namque ansam præstaret Episcopis, vt hoc quæsito colore alienos ad ordines promouerent, inde innumera-bilia damna orirentur. Fateor tamen quod plurimum refragatur. text. in dict. capi. Lugdunensis. de cuius intellectu nimis inter Doctores contro- uersum: & ea ratione patitur diuer- sos intellectus. Primò, quod illius text. decisio iuribus nouioribus sit antiquata. vt sentire videtur Archid. ibi. ad finem. vers. Sed contra. qui al- legat plura iura contrariū disponen-*

tia, quorum pleraq; emanarunt, post illius sanctionem. Secundò, inter- pretari potest, vt tantum procedat, in collatione primæ tonsuræ, seu mi- norum ordinum, non verò in sacris maioribus ordinibus: quem intelle- ctum scribit Quinti. Mando. *vir sa- nè doctissimus in regu. Cancel. reg. 24. quæst. 4. num. 12.* Tertiò, potest asseuerari, quod ideo admissa fuit ra- tificatio, quia ille ordinatus notus erat. prout ibi ponderat Arch. *nu. 3.* erat æquidem, saltim secundum anti- qua iura, maxima differentia inter ordinatum cognitum vel incogni- tum. Quarto, ex eo quidem proce- dere, *tex. ille videtur, quod ordina- tio facta fuit idoneo & habili, & nõ in contemptum proprii Episcopi, sed quia crediderit ei placere, non verò liceret alias. ita sentit glo. ibi. & glo. mag. in cap. nullus alterius. ead. causa & quæst. & in cap. Episcopus. in diocesi. 7. q. 1. sequitur Mando. d. quæst. 4. sed mihi primus intelle- ctus magis arridet. Nec quinto dis- plicet intellectus assignatus à Petro Rebuffo in *pract. benefi. 1. parte. de formula dimissoriarum literarū. nu. 14. qui asseuerat eo. tex. non proba- ri, qd per ratihabitionē Episcopi cõ- firmetur ordinatio, sed Episcopus re- laxat iniuriam, sibi ab ordinato illa- tam. ibi, miserationis intuitu in suo quoque honore recipias.**

Tertius casus est, quando quis triennio commoratus fuerit cum ali- quo Episcopo, tunc ab eo potest or- dinibus insigniri, si statim cum ordi- nibus illi beneficium Ecclesiasticum conferat, ita definitum est in Con- cilio Tridentino, *sess. 23. cap. 9. de re- forma. quod tantum locum obtinet, vt ex eius verbis deducitur in illis fa- miliaribus, qui cum Episcopo com- morantur, & præsentibus suis obse- quijs*



quibus assistant, alioqui, si absentes fuerint, in regione remota, etiam si illorum iuribus viuant, sine dimissorijs literis ordinari non possunt, nam Episcopus hoc casu minimè potuit, illius mores nosse: quandoquidem hoc triennium ad hoc præfixum est. Et conducit etiam eiusdem Concilij Tridentini decretum, *sess. 14. capit. 2. de reforma. ibi, Etiam pretextu familiaritatis continua commensalitatissua.* Et cum potestas hæc limitata sit, non debet excedere limites. *l. diligenter. ff. mand. tradunt latissimè Moderni in cap. cum ordinem. & in ca. si quando. de rescrip. Quæ qualitas necessario probanda erit. not. Lap. alleg. 59. Bellamera decis. 747. Nec verbis narratiuis Episcopi hoc asseuerantis fides adhibenda est. vt multis adductis probat doctissimus Petrus Paul. Pari. consi. 137. nume. 31. volum. 4. Episcopi tamen titulares familiares suos nullo modo ordinibus consecrare possunt, nec primam tonsuram conferre, absque sui proprii prælati expresso consensu, vel literis dimissorijs: contra facientes ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promoti ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo prælato visum fuerit ipso iure suspensi sunt. vt in dicto concilij decreto.*

**D** *Ordinis executio.* Adde quod de iure antiquo ad Sacros ordines sine literis dimissorijs promoti ab alieno Episcopo suspensi sunt ab ordinum executione: quo ad se tamen, non quo ad alios: & ideo si in susceptis ordinibus ministrauerint, nullam irregularitatis labem contrahebant. ita *glos. Domi. & Doctores in cap. eos. de tempor. ordin. lib. 6. Ioan. Andr. in cap. quod translatus. eo. tit. in volumine.* Et ea ratione in dispensatione obtinenda contractæ suspensionis

sat erat, quod exprimeretur quod non obstante tali suspensione possent vti clericali charactere, & in susceptis ministrare. ita *Angel. in summ. in verbo, irregularis. §. 32.* Sed hodie aliter statutum est, vt infra latius describimus.

Et non solum minores, vel alij Sacri ordines ministrari non possunt ab Episcopo alieno, absque dicta suspensionis poena: sed si prima tantum conferatur tonsura, talis ordinatio nulla est: quia Episcopus Sacrorum Canonum statuta violat, quia nititur huiusmodi initiatum, ab aliena plebe usurpare. *cap. primatus. 71. distin. & ibi not. Card. a Turrecrema. text. not. in dict. cap. eos. de tempor. ordi. in. 6. & ibi not. glo. in verbo, ordinare. & Doctores ibi communiter sequuntur. text. in ca. fin. & ibi glo. fin. eo. tit. & libro.* Et ea ratione, gaudere non potest, qui tonsura sic initiatus est, priuilegio clericali: put se ita vidisse iudicatum, testatur *Bartho. Cassa. in consuetu. Burg. Rubr. Des iustices. §. glo. sont creux. in fine.* Quod sequitur *Petrus Rebuf. in tract. nominati. q. 14. numer. 42. & hoc verius censeo, licet contrarium tenuerit Guid. in decis. 449. incip. laicus.*

Ex quo manifestè sequitur, quod sic promotus non poterit Ecclesiastica obtinere beneficia, sicuti si tonsura non esset initiatus. *cap. fin. de clerico excom. ministran. paria nanque sunt, nullam obtinere tonsuram, & habere inutilem, quoties vitiosè cautum est, pro non cauto haberi debet. l. quoties. ff. qui satisd. cogan.* Et ideo impetrans à Summo Romano Præsi de aliquod beneficium, si non exprimit se ab alieno Episcopo fuisse promotum, illius impetratio subreptitia est iudicanda: quia si Pontifex com-

pertum

pertum habuisset, tonsuram nullam esse, ei non contulisset: vel saltem non ita de leui. cap. postulasti. in fine, de rescrip. tradit Oldral. consil. 215. col. pen. Nam cum iste quo ad se suspensus sit: priuatus est omni actu spirituali, tendente ad sui commodum: vt scribit Anton. in dict. cap. fina. & ob eam causam redditur inhabilis ad obtinenda beneficia. c. cum bonæ. de ætate & qualitat. Ita singulariter multis adductis rationibus & fundamentis consuluit Ioan. Cepha. consil. 682. per totum. vol. 5. quem vide.

Et ea ratione optimum erit consilium, vt is à Pontifice Summo literas impetret (*quas perinde valere vocant*) vt impetrantis ordinatio perinde valeat, si à proprio Episcopo collata fuisset, & sufficeret sola signatura, & tunc nihil ei opponi poterit, quod fieri poterit, antequam beneficium acceptet: postea verò in præiudiciu alterius nõ valeret. Ita scribit Petrus Rebuff. in tractat. nominationum, q. 14. nu. 42.

E  
Extra-  
uagans  
constitu-  
tio Pij  
II. Põ.  
Maxi.  
quæ in  
cipit:  
Cũ ad  
Sacro-  
rũ ord.  
latissi-  
mè in-  
terpre-  
tatur.

*Extravagans Pij secundi.* De qua extrauaganti constitutione, vltra Doctores hoc capite ab autore allegatos meminerunt Petrus Rebuff. qui ad literam eam refert in pract. benefic. in titulo, de clericis ad Sacros ordines male promot. glos. 4. Didac. Couarru. in Clemen. si furiosus. 1. parte. relecti. §. 1. numero. 4. de homi. Domin. Soto in quarta distinction. 25. quæst. 1. art. 3. Gregor. Lopez in l. 28. tit. 6. part. 1. in verbo, *El beneficio.* Mart. Nauar. in c. accepta. oppositione. 8. num. 34. de resti. spoli. & in manua. confess. c. 25. nu. 70. Quæ hodie confirmata est nouissima Pij V. Pontificis Maximi cõstitutione, vt habetur inter suas Apostolicas sanctiones (quas motus proprios appellamus) sanctione inquam .22.

fol. 14. Circa quam constitutionem, aliqua sunt consideratione dignissima, & vñ frequentia à candidis lectoribus notanda.

Primò, quòd eius dispositio minime eum comprehendit, quo ad foru enim conscientie, qui bona fide, & probabili ductus ignorantia (puta ætatis) ordinibus fuit insignitus. Ita optimè scribit Mart. Nauar. in d. c. accepta. opposi. 8. num. 32. Quia illa Pontificia constitutio his verbis vtitur, *Presumpserit, &c.* quæ dolum significant, ex Cardin. sententia in Clem. 1. quæst. 38. de priuileg. Idem sequitur ipse Nauar. in manua. confessor. c. 27. num. 155.

Secundò, quòd is qui temerariè suspensionem illam cõtraxit, postea verò peccato iam per pœnitentiam purgato, bona & candida fide, existimans sibi licere celebrauit, irregularis non est. Ita Nauar. in dicto capi. accepta. numero. 34. hoc ipsum intelligens, quo ad forum interius & exterius modo probabilis ignorantia interuenerit. Idem Nauar. in dict. capit. 27. quod ipse probat ex his quæ in simili voluit glo. in capit. solent. de sentent. excommu. in. 6. in glos. pen. Quæ probat frequenter bonam fidem ab irregularitate excusare, quæ glo. Doctores ibi communiter amplectuntur, & eam nonnullis rationibus confirmat Nauar. in c. cū contingat. remedio. 3. de rescrip. fol. 161. vers. Secunda decisio. Pro quo etiam iteru sunt ponderanda verba dictæ constitutionis. *Presumpserit, &c.* quæ, vt dixi, dolum significant: vt tenet glo. insignis. in extrauaganiu. de elect. in verbo, *presumat.* ita etiam dictam extrauagantem interpretatur D. Couar. in d. §. 1. num. 4.

Tertiò, erit egregia illa constitutio interpretanda, quãdo quis Sacris

ordinibus fuerit insignitus, secus si ad minores tantum ordines fuerit promotus, tunc æquidem pœnam illam suspensionis ipso iure minimè incurrit. Ita scribit Nauarr. in manu. confess. c. 25. nu. 70. & vltra cù idem scribit Petrus Rebuf. in benefi. pract. tit. de clericis, ad Sacros ordines male promot. glos. 3. nu. 1. Quod ex dicta extrauag. manifestissimè deducitur, quæ tantum loquitur de Sacris ordinibus, & non de alijs, & vnum exprimendò, alterum negare videtur. capit. nonne. de præsun. l. cum prætor. ff. de iudi. & si voluisset intelligere de omnibus ordinibus dixisset. cap. ad audientiam. de decim. Maximè quia decretum illud odiosum & pœnale, est & ea ratione restringendum. reg. odia. de regul. iur. in. 6. cum alijs. Nec refragatur text. in cap. 1. de temp. ordin. lib. 6. Siquidem in suo casu intelligitur, vt ibi Doctores not. & ita tenendum est, licet contrarium tenuerit Syluester, in summa, in verbo, irregularitas. quæst. 9.

Quartò, nec illud est præmittendum, quod suspensio illa quæ inducitur ex collatione Sacrorum ordinum si fieri cõtingerit ab alieno Episcopo, vel extra tempora ordinarij proprij arbitrio relicta est: ipse æquidem eam tollere potest, cum expedire iudicauerit. Ita sancitum est in Cõcilio Tridentino, sessione. 23. cap. 8. de reforma. Ex quo etiam colliges, suspensionem hanc ipso iure impostam esse, cum per verba præsentis temporis inflingatur. glo. not. in. l. si quis maior. in verbo, infamia. iuncto text. ibi in verbo, notatur. C. de transact. vbi Bar. Bal. Salicet. & Paulus de Castro, & alij recentiores notant glos. in. l. si quis in tantam. in glo. magna. versiculo, Quarto quæro. C. vnde

vi. vbi Bart. & Angel. colum. final. & in. l. sicut. in verbo, minimè. C. de testamen. mili. & in. l. 1. §. afficerentur. C. ne liceat poten. Anton. in capitulo, accedentibus. colum. penul. C. de priuileg. Dom. in capitulo. 1. in fine, de iniur. libro sexto. Abbas in capitulo cæteru. col. 1. de rescrip. Deci. in authen. Cassa. colum. 1. C. de Sacro Ecclesi. quam fatetur communem & receptam sententiã And. Tiraquel. in repet. l. si vnquam. in verbo, reuertatur. num. 21. C. de reuocan. dona. cui suffragatur text. in cap. excommunicamus. de hæret. & tradit etiam Feli. in cap. Rodolphus. num. 28. & 30. de rescrip. & sentit glo. in regula, in pœnis. de regul. iur. lib. 6. quam esse communem testatur Nauar. in manu. c. 27. nu. 249.

Quintò, non incongruè controverti potest, an is iudicandus sit irregularis, qui contracta iam suspensione, de qua in dicta constitutione, si in eodem ordinis ministerio, in quo eam contraxit simul cum Episcopo (prout est de more) celebret: & verius esse prima facie ex eo videtur, eum ab irregularitate esse immunem. Tù quia actus ille non est diuersus, nec distinctus, ab ipsis Sacris ordinibus, & ex vno eodemq; actu non debet suspensionem & irregularitatem incurtere. Tum quia ille non tam celebrat, quàm cõcelebrat eum Episcopo, nec Ecclesia ministerium hoc Sacrosanctum ordinati, missam cõsuevit iudicare: sed eam quàm ipse solus debita solenitate celebrat. Tum conducit, nam si iste postquam fuerit presbyteratus ordine consecratus, inde recederet, absq; eo quod tunc concelebraret, nõ vulgare scandalum generaretur, & maximam notam contraheret, & eum ad hoc sub irregularitatis pœna compellere, nimis durum, ne dicam inhumanum

num foret, & ideò censendum est legem cum tanta sui honoris iactura noluisse obligare. Tum hoc corroborat, quia extrauagans illa noua est decisio & pœnalis, vt supra dictum est, meritò igitur restringenda. Tum ne grauisimorum virorum testimonio & autoritate careamus, ita Pontificiam illam sanctionem interpretatur F. Bartholomœus à Medina, in summa. §. septimo. fo. 49. non tamen superioribus nostris rationibus innixus, sed vna vel altera ratione, frigidè tacta.

Sed verius contrarium ex eo censeo, quia cum is simul cum Episcopo cõcelebret, atq; ideò actum exequatur certo conuenientem ordini, id est, Eucharistiæ consecrationi non est ab irregularitatis labe immunis, sicuti notat S. Thom. in. 4. distinct. 13. quæst. 1. ar. 2. & in. 3. par. q. 82. ar. 2. Palud. d. dist. 13. q. 4. ar. 2. D. Cou. in. c. Alma mater. 2. par. §. 3. nu. fi. de sent. excom. lib. 6. & opinionè istam in proposita quæst. tenuerunt viri grauisissimi, cum de disputatione hac inter nos sermo esset, nempe religiosissimus, pariterq; doctissimus Magister Deça, Sacræ Theologiæ possessor insignis, & sanctissimæ Societatis Iesu decus & ornamentum: nec non Pater Gabriel Vazquez ipsius Societatis Sodalis Sanctimonia, & literis præclarus & pro ætate nemini secundus, qui nunc Romæ Sacratissimam Theologiam magno cum nomine publicè docet.

Sextò, prædictæ cõstitutioni, adaptari potest alia interpretatio, vtrum irregularitas quæ ibi iniungitur deleri possit à sacerdote, qui autoritate literarum Apostolicarum facultatem habet absoluendi, à qualicumque censura, & iuris esse certissimi existimo ei prohibitum esse, quod ex

eo ostenditur, quia irregularitas nõ est censura, neque eius dispensatio necessaria est ad peccatorum absolutionem, & facultas illa absoluendi à censuris & pœnis, quæ imponi consuevit in Apostolicis Bullis & Iubileis: solum quidem comprehendere videtur illas censuras, & pœnas quæ peccatorum absolutionem impediunt, quia in illum finem datur, vt ex Bullarum manifestissimis verbis apparet. Nunquam sanè potestas absoluendi à peccatis extendi debet, ad irregularitatis dispensationem. Ita scribit Dom. & Alex. per illu text. in capit. miror. 50. distinct. Martin. Nauarr. in manual. confessor. capitul. 27. numero. 194. & latius num. 250. vbi fatetur ita in Romana curia seruari: & hoc tenendum est, licet contrariam opinionem tenuerit Dom. Soto de iust. & iure, libro. 5. quæst. 1. articulo quarto. & in. 4. sentent. distinctione. 22. quæst. tertia, articulo primo. Quem sequitur Anton. Cordoua, in suis quæstionibus quæstion. 144.

Septimò, illud est animaduertendum, quòd stãte hodie Sacrosancto Concil. Trid. sess. irregularitatè contractam in casibus dictæ cõstitutionis, si occulta sit ab Episcopo obtenta dispensatione modo ad forum exterius deducta non sit, deleri potest, ita sancitum est in sess. 24. ca. 6. de reforma.

Octauò, nec illud prætermittam, quod si in actionibus forensibus, & publicis Ecclesiasticis Tribunalibus obijciatur aduersus eum, qui Sacris fuit ordinibus insignitus, crimen aliquod ex eis quæ dicta extrauaganti cõstitutione continetur per temporis antiquitatem, vel per integritatem ordinantis, vel ordinari omnia rectè & legitime facta,

esse præsumuntur, & onus probandi contrarium transit in opponentem: ita Inno. & Host. in cap. innotuit. de eo qui furti. ord. suscep. vbi Antoni. col. 3. Petrus Fol. in pract. crimi. ca. no 2. par. cap. 7. num. 10.

**F** *Cogatur continere.* Vide Calderi. cõsi. vni. incip. quidam presbyter. tit. qui clerici, vel vouen. Domi. Soto in 4. sent. distin. 25. quæst. 1. artic. 2. Petrum Rebuff. in Pract. benefi. tit. de clericis, ad Sacros ordin. malè prom. glos. 2. num. 10.

## Ac simoniaco.

### CAPVT. XXVII.

1 *Ordinatus à simoniaco, non recipit ordinis executionem.*

1 **R**ecipiens ordines ab eo, qui sit simoniacus, non recipit executionem, cum ordinator non habeat, nec etiam si ignoranter, nisi dispensetur cum eo. ita dicit glos. in capitulo. Per tuas, lo secundo. de simo. in glos. fin. in fine. Et notat Hostien. in summa, de tempo. ordin. §. A quo, versiculo, Quid si Episcopum. Et tenent etiam Angelus & Syluester in suis summis in verbo, irregularitas, in versiculo, Septimò quæritur. Tu verò vide notabilem distinctionem, quam facit Præpo. in capit. statutus. lo. 1. in si. prima quæst. prima, vbi secundum eum multum refert, an quis ordinetur à simoniaco tolerato, quia tunc nõ est quod imputetur illi, licet sciat eum simoniacum, debet Sacramenta ab eo recipere, nisi esset notorium, vel testibus hoc posset probari. An à simoniaco præciso, quia si ignoranter, ex pietate Ecclesiæ habetur

rata. Si scienter & spontaneè, irrita est eius ordinatio. Si coactè, reus erit vsurpatæ dignitatis: si intra mensem cum poterit, ad Ecclesiam non redierit. Et vide Hostienf. in dicto. §. A quo. tenentem, quod si credo, vel scio Episcopum simoniacum, non in suo ordine, sed in collatione ordinis, seu beneficiorum, si possum obtinere quod ab alio ordiner, hoc debeo facere, alioquin quamdiu toleratur ab Ecclesia, & est occultus, securè recipio, si compellat me, non obstante conscientia repugnante.

**E**xecutionem. Nota tamen **A** vtiliter, quod si Episcopus non sit publicus simoniacus, si aliquis in scio illo qui Sacris ordinibus est initiandus, vel scienter & contradicente aliquid illi dedit, vel promisit, non solum is qui ordinatur, recipit ordinis characterem, sed eius executionem. Ita tenet Bella. quem refert & sequitur Cardin. Alexander in capitulo, si quis. 1. quæstion. 1. & in capitulo, statuimus. ibi, quidquid reclamet. glos. in dicto capitulo, si quis. Imò nec soluendo postea illud quod se in scio promissum est, suspensionem aut excommunicationem incurrit. Ita Syluest. in summa, in verbo, Simonia. quæstio. 8. §. 5. quem sequitur vir perpetua memoria dignus Martin. Nauar. in manu. cõfess. capit. 25. num. 68.

Et vide hodie egregiam decisionem Sacrosancti Concil. Trid. sess. 21. c. 1. de reformati. vbi prohibitum est aliquid pro collatione quorumcunque ordinum recipi, nec etiã pro prima tonsura, vel literis dimissoriis aut testimonialibus, nec pro sigillo etiam si sponte detur, recipi potest ab

*Declaratur concil. Trid. sess. 21. c. 1. de reformati.*

ab Episcopis, vel ab alijs ordinum collatoribus, vel eorum ministris qui verò sanctionem illam violauerint, tam dantes quam accipientes, ultra diuinam ultionem pœnas à iure impositas incurrunt. Notari verò in illis tantum locis, in quibus laudabilis consuetudo non viget, nihil accipiendi: pro singulis tantum literis dimissorijs, aut testimonialibus, decimam tantum vnius aurei partem accipere possunt, hac lege, vt nullum salarium pro suo munere exercendo, sit constitutum: tunc operam suam gratis præstare tenentur, quod si aliter fecerint supradictas iuris pœnas, ipso iure incurrunt.

Poterit tamen Notarius, siue Tabellio post instrumenta confecta, & post ordinum collationem ab ordinato, nulla promissione præcedente sponte oblata recipere: quia talis oblatio ex ambientis petitione nõ processit. cap. sicut Episcoporum. 1. q. 2. & vbi causa non adest, vitium non imputatur. cap. Neophitus. 61. dist. nam vbi cessat causa prohibitionis cessat prohibitio l. 1. C. si rector pro uin. tex. in cap. non debet. de cõsan. & affini. Ita nouissimè tenet Balta. Altamira. in tract. de visitatione, in verbis concilij qualitercunque. numer. 26.

Idem iure sancitum est in medico, qui publicum stipedium constitutum habet, ne quid ab egrotis recipiat, potest ab eis, post sanitatem restitutam sponte oblata recipere: vt singulariter scribit Ripa in tract. de pest. par. vlt. de remedijs, ad curandam pestem. §. medicorum. num. 114.

Iudex verò an post sententiam possit aliquid à litigatoribus recipere. Vide Petrum de Anchar. consilio. 271. numero quarto, vbi in facti contingentia interrogatus con-

suluit, non vitari ex hoc eius iudicium, nec crimen repetundarum contraxisse, sequitur Gem. in capit. statutum. §. insuper. de rescrip. lib. 6. Felin. in capit. tua nos. in fin. vers. limita. de Simoni.

## Excommunicato.


### CAPVT, XXVIII.

1. *Excommunicati vera conferunt Sacramenta.*
2. *Ordinatus ab excommunicato recipit characterem ordinis, non verò executionem.*
3. *Cum ordinato ignoranter ab excommunicato, dispensat Episcopus: si verò scienter, solus Papa.*



**E**xcommunicati vera conferunt Sacramenta, dum modo in forma Ecclesie gerant quod agunt, notat Hostien. in summa, de tempor. ordinamentis. §. A quo, versiculo. Hæc igitur. & ordinationes factæ ab eis, si in forma Ecclesie fiant, ratæ sunt quo ad characterem irritæ verò, quo ad executionem, secundum eum. Et vide eundem, in summa, de ordinamentis, ab Episcopo. qui renun. §. finali, vbi notat, quod si scienter quis recipit ordines ab Episcopo excommunicato, indignus est dispensatione. Vide glossam in capitulo finali, de ordinamentis, ab Episcopo, qui renunc. Episcop. Si ignoranter, potest cum eo per proprium Episcopum dispensari quo ad executionem, quam in eum non transtulit Episcopus excommunicatus. Et vide Angel. in sua summa, in verbo, irregularitas, versiculo. 30. incipi. Septimò

queritur. & Syluest. in sua summa, in eodem verbo, in. 5. Septimò queritur, ubi tenent, quòd ordinatus ab excommunicato incurrit irregularitatem, & quòd si fuerit ordinatus ignoranter, dispensat Episcopus b tã in susceptis, quam in suscipiendis. Si verò scienter, solus Papa: & idem dicunt de ordinatis a schismaticis. Adverte tamen, quòd si proprius Episcopus fuit ordinator, tunc videtur quòd etiam cum ignorante non posset ipse dispensare, quia dispensaret super defectu proprio, & ideo etiam tunc videtur esse recurrendum ad Papam, vel ad Metropolitanum.

**A**  *Sacramenta.* Vide Fra. Do. mi. Soto in. 4. sent. dist. 25. q. 1. ar. 1. Simo. Maiol. de irregulari. lib. 4. cap. 25.

**B** *Executionem.* Adde tex. in ca. præter hoc. 9. verum. 32. dist. & in cap. 1. & 2. de schismat. & in cap. cum illorum. de senten. excom. & in cap. 1. & vl. de eo qui furti. ord. rece. & in cap. 1. & 2. de ord. ab Episc. qui renun. Episc. quam esse communè sententiam fateatur D. Couar. in cap. Alma mater. 1. par. relecti. 9. 6. num. 6. de sen. excom. lib. 6.

**C** *Dispensat Episcopus.* Vide Hostien. in sum. tit. de ordina. ab Episc. qui renun. Episc. in fine. Doctores in. c. 1. de schisma. præsertim Henri. & in dict. cap. cum illorum. Vbi Doctores commu. tradiderunt, qui eos excipiunt, qui post ordinem ita susceptum, religionem profitentur: his sanè, etiam scienter ordinationi & ordinum susceptioni operam dantibus, à proprijs Prælati dispensatio potest indulgeri. Idemque est, si post religionis ingressum id contingat. Quamvis Innocen. in dicto capitulo primo, de schisma scribit,

collationem ordinum factam ab excommunicato vel excommunicato, probabili ignorantia excommunicationis, ita firmam esse, vt absque vlla dispensatione, eius sit executio permessa, quæ opinio communi Doctorum suffragio reprobata est, vt dixi supra.

## Hæretico.

### CAPVT, XXIX.

**1** *Ordinatus ab hæretico Episcopo, Ecclesiæ forma seruata, characterem ordinis recipit, non verò executionem.*

**O**rdinatus ab Episcopo hæretico, forma Ecclesiæ seruata, licet recipiat ordinis characterem, non tamen executionem, neque Sacramenti gratiam recipit. Vnde tales non sunt ordinandi de nouo, sed habita dispensatione possunt in ordinibus ministrare, nisi quis ignoranter ordinetur. Si verò forma Ecclesiæ non seruatur, neque ipsum characterem recipit. Probantur ista ex tex. & glo. quæ ibi notat Præpo. in capit. Qui perfectione. 1. quæst. 1. Et vide Hostien. in. 5. A quo. supra allegato, in capit. proximo. ex quo etiam idè poteris colligere. Et vide Inno. in ca. 1. de schismat. & in cap. fraternitatis. de hæret. num. 2. & 4.

**C** *Characterem.* Vide sing. Hostien. in sum. tit. de schismaticis. 9. quid iuris. n. 4. Dom. Soto in. 4. senten. distinction. 25. quæst. 1. artic. 1. Maiolum de irregulari. lib. 4. ca. 22. per totum.

Et à collatione ordinū  
suspensio.

CAPVT. XXX.

1 *Ordinatus à suspensio non recipit executionem ordinis, licet vere Sacramentum conferatur, Ecclesie forma seruata.*

**O**rdinatus à suspensio non recipit executionem ordinis, licet vere ille det ordines, si seruat formam Ecclesie. ita voluit Host. in sum. de tēp. ordi. in. d. §. A quo. in. d. versi. Hæc igitur. & Inno. in. c. fraternitatis. nu. 4. de hæret. & Angel. in sua summ. in verbo, irregularitas. in. §. 30. inci. Septimò quæritur. quod transcripsit Syluest. in sua summa, in cod. verbo. in. §. 7. quæritur.

**A** **E**xecutionem ordinis. Vide quæ in præcedentibus tribus capitibus dicta sunt. Et latissimè Domin. Soto in. 4. sententiarum, dist. 25. q. 1. ar. 1. Maiolum de irregula. lib. 4. c. 24.

Et qui Episcopatu re-  
nuntiauerat.

CAPVT, XXXI.

- 1 *Ordinatus ab Episcopo, qui loco simul & dignitati renuntiauit, non recipit ordinis executionem.*
- 2 *Cum quo tamen Episcopus poterit dispēsare, nisi crasa & supina præcesserit ignorantia, quia hoc casu Papa solus dispensat.*
- 3 *Ignorantia probabilis quæ sit, vt Episcopus in hac suspensione possit dispensare*



**S**ciens scienter Sacros ordines ab eo, qui loco simul & dignitati Episcopali renuntiauit, executione officij non habet, vt in cap. 1. de ordi. ab Episcopo, qui renuntia. Ep. f. Quando verò non scienter id fecerit, discretus Pontifex poterit dispēsare, nisi crasa & supina fuerit ignorantia, vt ibi: quia tunc si talis ignorantia præcesserit, vel scientia, solus Papa dispensat, secundū Abb. ibi. Si verò ignorātia est pbabilis, inferior potest dispēsare, secundū eum. Est autem probabilis ignorātia in ordinato, quādo Episcopus renuntiauit in curia, & veniens dixit, quod non renuntiauit dignitati, vel omnino tacuit renuntiationē, vt not. Hosti. in sum. de ordi. ab Episc. qui renunti. in §. 1. vers. Quid si à tali. per quem etiā vide, quid iudicabitur in dubio, quādo simpliciter renūtiauit, de quo etiā per Abb. in. d. c. 1. prope fin. qui referendo Philip. & Host. cōcludit, quod tunc in dubio præsumitur renuntiasse loco tantū, & non dignitati. Et vide Angel. & Syluest. in suis summis, in verbo, irregularitas. in versi. Octauò quæritur.



**N**on habet Vide Hosti. in sum. tit. de schisma. §. quid iuris. n. 4. & Regiam. l. 22. tit. 6. par. 1.

Interdictique tempore  
ad ordines sunt  
promoti.

CAPVT, XXXII. QVOD  
nouè editum est.

1 *Sacramentum ordinis interdicti tempore ministrare potest:*

G 4 2. Episco-



- 2 *Episcopus conferens ordines tempore interdicti, praesertim maiores irregularis efficitur.*
- 3 *Quid si minores ordines conferat.*
- 4 *Diaconi & Subdiaconi assistentes ordinum celebrationi dicto tempore an irregularitatem contrahant.*
- 5 *Episcopus qui interdictum decreuit, si non seruat, sed eo ordines conferret, irregularis efficitur.*
- 6 *Qui ad sacerdotium promouetur tempore interdicti irregularitatis labe afficitur.*

1 **S**acramentum sanè ordinis nullo modo interdicti tempore ministrari permittitur: quod tenuerunt Inno. & Doctores in. c. non est. de sponsali. Anchar. in. c. Alma mater. col. antepen. de sent. excomm. lib. 6. Calderi. de Eccles. interdi. fol. 12. col. 3. & tenuerunt ex Theologis Floren. in. 3. par. tit. 26. c. 4. Palud. in. 4. sent. dist. 18. q. 8. artic. 2. conclus. 6. Syluest. in verb. interdictum. 5. q. 7. quam opinionem communem esse fatetur D. Couar. in dicto capit. Alma mater. 2. par. relecti. §. 2. num. 4. eamque sequitur latissimè Mart. Nauar. in manuali confess. cap. 27. nu. 17. Quæ communis sententia procedit, etiam si immineat necessitas ordinandi Presbyteros, Diaconos, aut Subdiaconos, aliosve Ecclesiasticos ministros: vt scribit Syluest. in loco præcitato contra Abb. in dict. capit. non est vobis. col. fin.

- 2 Ex qua iuris prohibitione procedit, Episcopum interdicti tempore ordines conferentem, saltem maiores & sacros irregularem esse. Tum quia celebrat missarum solennia. vt cap. sequenti post autorem diseruimus. Tum quia actum exercet, ordini Ecclesiastico competentem tempo-

re prohibito, vt in eodem cap. trademus, cum ad Episcopalem ordinem ministerium Sacrorum ordinum pertineat, praesertim propter Episcopalem potestatem, necessarius est in ipso Episcopo sacer ordo, vt verè Episcopus sit, & potestatem indelebilem acquirat. glo. not. in cap. 1. de cleri. per sal. promot. & in capit. ex literis. de excessibus Præla. vbi Abb. Quamuis opinio contraria verior multis videatur ex eo, quod Episcopalis potestas indelebilis sit, & ab alijs officijs distincta, tametsi eam exercere non possit, qui presbyter non sit. secundum Ioan. Andr. & Doctores in dict. capi. 1. Sequitur Iacob. de concilio, lib. 10. artic. 7. & esse hanc communem opinionem fatetur Abbas in dict. cap. 1. Couar. lib. 1. vari. resolu. capit. 10. num. 15. Quo ad irregularitatem tamen incurendam, in specie proposita nulli dubium esse potest.

3 Imò eandem irregularitatis labem Episcopus contraheret, si tantum tempore interdicti, minores ordines, aut primam tonsuram conferret, vt egregiè probat D. Episcopus Couar. in dict. cap. Alma mater. 2. par. relecti. §. 3. num. 4.

4 Et non tantum Episcopus irregularitate afficitur ordines interdicti tempore conferens, sed etiã Diaconi vel Subdiaconi, qui vestibus sacris induti huic ordinum celebrationi coadiutores existunt, & ea munera ministrant, quæ in libro Põtificali continentur. Exercent equidem isti tempore prohibito, quæ certo ordini Ecclesiastico conueniunt, & ideò manifestissimum est, irregularitatem effugere non posse.

5 Erit æquidem Episcopus irregularis, qui interdicti tempore ordines confert, etiam si ipse interdictum decreuerit,

creuerit, nam illud seruare debet, vel tollere, aut suspendere, vt in cap. vlt. de priuilegi. libro sexto. notat expressè Calderi. de Ecclesiasti. interdicti. memb. 5.

Nec etiam ab irregularitate immunis erit Episcopus, qui Sacros aut alios Ecclesiasticos ordines contulerit in illis diebus festiuis, qui speciali iure ad diuina munera celebranda excipiuntur in cap. Alma mater. §. in festiuitatibus. de senten. excom. lib. 6. ita scribit Palud. in 4. sent. d. 18. q. 8. artic. 2. in prin. conclus. 6. quæ multi sequuntur, quos refert insignis D. Episcopus Couar. vbi paulò ante allegauit.

6 Qua sanè irregularitatis labe is etiam afficitur, qui interdicti tempore ad sacerdotij ordinem fuerit promotus, ea quidem ratione potissima, quia simul cum Episcopo concelebrat: exequitur æquidem is actû certo ordini Ecclesiastico competetem, nempe Sacratissimæ Eucharistiæ cõsecrationem, vt scribit S. Thom. in 4. senten. distin. 13. quæst. 1. artic. 2. quæst. 2. idem in 3. par. quæst. 82. artic. 2. Palud. in 4. senten. distin. 13. q. 4. artic. 2. Quibus placet permiffum esse ordinatis cum Episcopo ordinante corpus Christi conficere, & ita apud quasdam Ecclesias vsu obtentum est. Nec hoc alicui mirum esse debet. nam Inno. Tertius de officio missæ, parte. 3. cap. 9. scribit consueuisse Presbyteros, Cardinales Romanum Pontificem circumstare, & cum eo simul celebrare, & corpus Sacrosanctum Saluatoris nostri conficere, & postea Eucharistiam à Summo Præsidente accipere, Apostolos Domini referentes, qui cum eo pariter discumbentes ab ipso Eucharistiam receperunt.

Suspensionis, excommunicationis, ac interdicti censura notati.

## CAPVT, XXXIII.

- 1 Excommunicatus maiori excommunicatione, vel interdictus, aut suspensus ab homine, celebrans est degradandus.
- 2 Crimen omne irregularitatem inducens meretur depositionem.
- 3 Excommunicatus minori excommunicatione, vel à beneficijs suspensus, si celebrant, irregularis non est.
- 4 Irregularitas licet contrahatur in casibus ipso iure, pœna tamen depositionis, qua irregulares puniuntur, imponitur per sententiam.

**E**Xcommunicatus maiori excommunicatione, <sup>a</sup> vel interdictus, <sup>b</sup> aut suspensus <sup>c</sup> ab homine, diuina officia celebrans, in ordine suo degradandus est. Hanc conclusionem ponit Host. in sua summ. in tit. de cleri. excom. minist. in col. 1. alleg. text. in cap. Latores. eod. tit. ex quo tex. ibi <sup>2</sup> Abb. in 2. nota. colligit argumentû, quòd omne crimen inducens irregularitatem est depositione dignum, de quo se remittit ad notata in ca. Dum non ab homine. & in cap. At si clerci. de iudi. Suspensi vero à canone, <sup>3</sup> puta minori excommunicatione notati, vel suspensi à beneficijs, & non ab officijs celebrantes non incurrunt irregularitatem, <sup>d</sup> & si grauius delinquant. <sup>e</sup> Idem Hostien. vbi supra, col. 2. Et quia suspensio se habet multipliciter, vide bonam distinctionem. Abb. in cap. fin. de cleri. excommu.

depo. minist. Ex qua colliges, quando iuspenfus celebrans sit irregularis, vel non. Et vide etiam Archi. Floren. in. 3. parte. tit. 28. cap. 1. §. 1. vbi hoc bene examinat. Et nota, quod licet irregularitas contrahatur in casibus ipso iure, tamen poena depositio nis, qua punitur irregularis, infligitur per sententiam, vt not. Ioan. Andre. in cap. 3. de cleric. excommunic. minist. quem sequitur Turrecrema. in cap. Si quis Episcop. 11. q. 3.

**A** **M** *Maiori excommunicatione.* Ad de veram huius rei rationem esse, quia excommunicatus maiori excommunicatione ligatus, ordine Sacro preeditus, quo ad se & quo ad alios ipso iure suspensus est. Et ideo si de facto celebrauerit, ex vulgatissima iuris regula, irregularitatis vitio notatur. text. in cap. 1. de sent. & re iudi. li. 6. cap. 1. c. is cui. de sent. excom. eo. lib. cap. illud. c. fraternitati. c. vlt. de cleri. excom. minist.

Et non solum, quando excommunicatus maiori excommunicatione affectus celebrat, irregularis est: verum etiam si celebrationi autoritate prestat, quia Episcopus est, & audit missarum solennia. text. optimus. in. c. illud. de cleri. excommu. minist. glo. in Clem. 2. in verbo, celebrari. de priuileg. quam commendat Abb. in dict. c. illud. Fran. in dict. cap. 1. de re iud. lib. 6. Cardi. Imo. & Doctores. in. d. Clem. 2. Gonsa. a Villadiego, de irregular. cap. 2. col. 3. D. Couar. in capit. Alma mater. 1. par. rela. §. 6. num. 9. Quam opinionem communem esse fatetur egregius vir Marti. Nauarr. in manu. confesso. cap. 27. nu. 244. Dicetur æquidem hoc casu autoritas preestari, quando Episcopus excommunicatus facit, & iubet, coram

se ipso Missam celebrari, idem notauit Host. & Doctores in cap. tanta. de excelsib. Prælato. Socin. in cap. ad audientiam. num. 25. de homi.

Quibus illud addendum est excommunicatum celebrantem irregularem esse, etiam si nondum fuerit denunciatus ea potissima ratione, quia constitutio Pontificia incip. ad euitanda scandala, nullam vtilitatem vel commodum affert ipsis excommunicantibus, & ideo ipsius sanctione iuari non possunt, vt scribit egregie D. Couar. in dict. cap. Alma mater. d. §. 6. num. 9. & §. 2. num. 11.

Clericus vero, qui nulla affectus excommunicatione, coram excommunicatis sciens celebrauerit, irregularis non est quamuis grauer delinquat. text. in dict. c. is cui. de sent. excomm. in. 6. quod longa manu pertractauit D. Couar. dict. §. 6.

Vno tamen casu singulari, clericus efficeretur irregularis, quando coram Episcopo nominatim excommunicato celebraret, & in benedictionibus illi annuat, vt de more fieri solet, ex glo. in cap. ecce. 95. dist. Vnde talis Episcopus & Sacerdos, irregularitatis nota afficiuntur, cum eiusdem criminis participes sint. vide glos. not. in Clem. in Archiepiscopatu. in verbo, celebrari. de priuileg. Abb. in capit. fin. de excels. pre. Maiolum de irregu. lib. 3. cap. 21. num. 20.

Procedit etiam præcedens sententia in tantum, quod etsi excommunicatio iniusta sit, si is in quem prolata fuerit, celebrauerit, irregularitatis labem contrahit. glo. not. in cap. postulat. in verbo, spoliandi. vbi Abb. & Doct. de cleri. excomm. Abb. in cap. 1. not. 1. de Simo. S. Thom. & alij Theolog. in. 4. sent. distinct. 18. q. 2. artic. 1. ad quar. quæst. Syluest. in sum. in verb. correctio. §. 9. si tamen iniuste

*Coram excommunicato celebras non efficitur irregularis, nisi in casu notabili.*

iniuste excommunicatus absque scaldalo celebrauerit, in animæ iudicio pœnam nullam incurrit. Ita tenet Caiet. in. 2. 2. quæst. 70. artic. 4. Adri. in quodlib. 6. artic. 1. colum. 1. & in 4. sent. 4. quæst. de confess. Ioann. Drod. de lib. Christi. pag. 235. D. Couar. d. 5. 7. Domin. Soto in. 4. dist. 22. q. 1. artic. 1.

Est tamen circa hoc mirum in modum aduertendum, quod tunc is innodatus est excommunicatione, & celebrat, vel alium actum exercet, irregularitatem contrahit: quando talis actus, alicui ordini Ecclesiastico competit, quem is qui exercet, habet, à cuius usus exercitio, suspensus est. Sic tradiderunt Inno. & Doctores in cap. vlt. de excels. prælat. glos. in verbo, præsumpserit. in cap. 2. de cleri. excommu. minis. vbi Ioan. Andre. Card. Anchar. & Abb. in capit. illud. vbi glo. in verbo, officia. eo. tit. Henri. in capit. vlt. eodem etiam tit. Nicol. Plou. in tract. de interdict. regu. 29. & in tract. de irregu. 45. & sequen. Syluest. in verbo, interdictum. 5. q. 4. Ioan. in summa confess. 3. lib. tit. 33. Calderi. de Eccles. interdict. memb. 6. Gonfa. à Villadiego de irreg. cap. 2. idem etiam scripsit Inno. in cap. 1. de senten. excom. lib. 6. quâ opinionem communem esse fatetur D. Couar. in dict. cap. Alma mater. 2. par. relecti. 5. 2. num. 3. cui suffragatur text. in capit. is cui. ibi, in suo officio. & in .c. is qui. 5. vlt. ibi, *Celebrat.* de sent. excom. lib. 6. ex qua quidem verissima & communi regula, aliqua pro eius ornatu animaduerti possunt.

Primò non esse irregulares eos, qui maiori excommunicatione innodati, recitant aliquas horas etiam canonicas & responsoria ad mortuorum sepulchra, aut Psalmos in choro ean-

tant, eo modo quò laici facere consueuerunt. Ita post. S. Thom. & Anton. tenet insignis Martin. Nauar. in manu. confesso. cap. 27. nu. 244.

Secundò non sufficere ad irregularitatis labem incurrendam quod actus Ecclesiastico ordini competens, ab excommunicato, qui eo ordine prædictus est celebretur, sed necessarium esse, talem actum solenniter fieri, & ea ratione qui Epistolam, aut Euangelium dicit, sine apparatu solito, nõ est iudicandus irregularis. Ita bene asseuerat Martin. Nauar. in loco nõ uisimè allegato.

Tertiò, nõ esse laicū vel foeminā irregularem, si post excommunicationis sententiam, alicuius Ecclesiastici officij munus exercuerint, laicus æquidem Ecclesiastico ordine caret, foemina verò ordinis incapax est, & ideo verè irregularitas hoc casu constitui nullo modo potest. Ita not. insignis Couar. in Clem. si furiosus. 1. par. relecti. 5. 1. nu. 1. licet ipse in suspensione loquatur, eadem tamen ratione in excommunicatione hoc erit asseuerandum.

Quartò, clericum excommunicatum, & ob eam causam à Sacramentorum collatione suspensum, irregularem non esse, si ea contulerit, ea solennitate & forma qua laici conferre potuissent, nempe si aliquem baptizent, secundum ritum quo laici quandoque solent Baptismi Sacramentum conferre, secundum Inno. in dict. c. 1. de sent. excomm. lib. 6. secus tamen erit, si solenniter eo modo, quo clerici solent, baptizent. Ita Henri. in ca. vlt. Nicola. plou. de irregu. regu. 48.

Quintò, non esse irregularem eum qui maiori excommunicatione affectus, iudicat, visitat, castigat, presentat, eligit, & confirmat: quemadmodum ex prænotata conclusione dedu-

deducitur, hæc æquidem ad diuina munera non spectant, & nullibi cauetur quod ex his actionibus irregularitatis labes incurratur, & non est ideo dicendum, capit. legatur. 24. q. 2. cap. is cui. de sent. excom. lib. 6. Nauar. d. c. 27. num. 244.

Sexto, ex præscripta regula, & ex eius ratione deducitur clericum excommunicatum, suspensum, aut interdictum, irregularem non esse, etiã si Sacramenta percipiat. Nam ipsa Sacramentorum perceptio, non pertinet speciali iure, ad aliquem ordinis Ecclesiastici actum, quando quidem laicis competit. Hæc est omnium communis sententia, vt testatur Couar. d. 1. num. 1. Fateor tamẽ clericum istum, grauissime arbitraria pœna ab Ecclesiastico iudice puniendum esse.

Excusabitur tamẽ clericus excommunicatus celebrans, ab irregularitatis pœna, quando legitima ignorantia excommunicationis id fecerit. text. not. in cap. Apostolicæ. de cler. excomm. minist. Regia. l. 21. ti. 9. par. 1. Collatio tamen Ecclesiastici beneficij excommunicato facta, etiam ignaro excommunicationis, nulla est. gl. not. & ibi Abb. & Card. in cap. pen. de cler. excomm. minist. Doctores. in cap. pastoralis. §. verum. de appella. quam opinionem communem esse fatentur Martin. Nauar. in manuali confess. cap. 27. num. 271. D. Couar. in dict. cap. Alma mater. 2. part. relecti. §. 7. num. 3. Nam licet ignorantia excuset à pœnis à iure statutis, aduersus excommunicatos aliquid prohibitum facientes, non tamen efficit, eos acquisitionis capaces, contra iuris prohibitionem, de qua in cap. Postulastis. de cler. excomm. minist. cum alijs. Nec sufficeret probari, ad beneficium obtinendum, testimonio con-

fessoris absolutionem ab excommunicatione fuisse impartitam. Ita sing. tenet Calderi. consi. 2. incip. an si opponatur. tit. de test. Sequitur Petrus Rebuff. in concordia. in forma munda. Aposto. verbo, absoluentes. fol. 551. Quod nota quia vidi hoc controuersum in causa maximi ponderis. Ad fugiendas tamen controuersias quæ circa hoc solent contingere in Romana curia, moribus receptum est, vt quoties fit alicuius beneficij collatio, aut dantur literæ ad beneficia: datur etiam absolutio impetrati, ab excommunicatione, ad illum tantum effectum. vt testantur Ioan. Staphileus de literis gratiæ & iusti. fol. 82. Felin. in cap. Aposto. stolicæ. col. 1. de excep. Hierony. Gig. de pensio. ni. q. 14. Petrus Rebuff. in concord. tit. de excomm. non euitandis. Nauar. d. cap. 27. num. 271.

Est etiam ab irregularitate immunis, qui post excommunicationem, quæ nulla est celebrat, text. not. in c. non debet. 11. q. 3. *Non debet (inquit) is pœnam sustinere canonicam, in cuius damnationem, non est canonica prælata sententia.* Excommunicatio sanè quæ nulla est, non debet timeri. capit. cui. 11. q. 3. Nec debet ea sententia appellari, quæ nulla est, quia sententiæ effectus non parit. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & sicut caret iuris effectum, sic autoritate & nomine rei iudicatae carere debet. Clem. Pastoralis. §. vt igitur. de re iudic. ea ratione, iudex qui sententiam nullam protulit, litem suam non facit. glo. sing. in l. fin. in glo. 1. ff. de vari. & extraordi. cogni. & hanc sententiam tenuerunt in specie proposita. gl. Hugo. Domi. & vterque Cardi. in c. 1. 11. q. 3. Hosti. in summa, tit. de sent. excommuni. §. quis sit effectus. versi. hæc vera. & in tit. de clerico excom. §. qualiter.

munici-  
catio-  
ne, sola  
testi-  
monio  
cōfesso-  
ris, mi-  
nimè  
proba-  
tur.

Cele-  
brans  
post ex-  
commu-  
nicatio-  
nẽ, quæ  
nulla  
est, nõ  
contra-  
hit irre-  
gulari-  
tatem.

Absol-  
utio ab  
excom

excusetur. Abb. in cap. per tuas. de senten. excomm. S. Thom. & Theolog. in. 4. sent. dist. 18. q. 2. artic. 4. quæst. 4. Diuus Anton. 3. par. ti. 24. cap. 73. ad finem. Et hanc opinionem communem esse assueat. Martin. Nauar. in dict. capit. cum contingat. remed. 3. D. Couar. in dict. cap. Alma mater. 1. par. 6. 7. num. 7. Et plures casus in quibus sententia excommunicationis nulla est ipso iure, congesit glo. in capit. præsent. de senten. excommun. lib. 6. & in capit. reprehensibilis de appella. Nauarr. in manu. confess. cap. 27. num. 4.

Illud verò certissimum esse censeo: clericum contra quem lata fuit excommunicatio, quæ nulla est: cum maximo populi scandalo celebrantem, mortalem culpam ob scandalum contrahere, & ab ordinario arbitria pœna puniendum esse. Ita tenet Palud. in dict. dist. 18. q. 1. col. 3. vbi Gab. q. 2. col. 11. quod sæpenuero in controuersis forensibus receptum vidi.

Nec etiam clericus irregularis est censendus, qui post appellationem etiam illegitimam, ab excommunicationis sententia, contra se latam existimans validam esse eius appellationem, ante absolutionem celebrauerit, etiam si postea pronuntiatum fuerit, eam appellationem firmitatem non habuisse. glo. sing. in cap. solet. in verbo, in offic. s. de senten. excomm. li. 6. vbi Perus. & Probus, & communiter omnes sequuntur eam, & valde commendat in sig. Nauar. in dict. ca. cum contingat. d. remed. 3. col. 2. Couarr. d. 6. 7. & merito ab omnibus Doctores approbata & recepta est. Quæuis in animæ iudicio si quis nosset, vel nosse deberet, eius appellationem minus iustam esse coram Deo, non esset immunis. teste Nauar. ibi.

Erit similiter ab irregularitatis labe

liber pensionarius, contra quem excommunicatio lata est ipso iure, in casu, quo certo tempore, pensionem constitutam non solueret. Nam si lapsus termino, ante solutionem celebret, irregularis non est, antequam illi cui debetur declaret, se velle illam esse incursum: illo verò lapsus mense, vel anno, declarante, incursum censetur excommunicatio à termino elapso, quæuis si antequam declaret, pensionem recipiat, vel moriatur, vel concordia fiat, vel pensionarius extremum die clauerit, non censetur incursum. Ita tene: Cassado. decis. 2. num. 3. tit. de locato. vbi fatetur seruari in Romana curiæ Summo Prætorio. Idem tenet ipse decis. 3. eo. tit. num. 4. & decis. 4. num. 1. & 9. ibi sequitur Martin. Nauar. in manu c. 27. nu. 103.

Excusabitur etiam ab irregularitate clericus, qui excommunicatione maiori innodatus, constitutum in mortis articulo absoluerit, maxime hodie auctoritate Concilij Tridentini, sessio. 14. cap. 7. in hæc verba: *In articulo mortis, minus sacerdos quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & censuris, absolvere potest.* Probabiliter æquidem credi potest, piam matrem Ecclesiam non auferre illi, nec suspendere iurisdictionem à peccatis absoluedi, quo ad talis articuli tempus. Fateor tamen, quod ante concilium contraria opinio recepta erat: quam tenuerat glo. not. in cap. prætere. 5. per manus. 32. distinction. ibi communiter Doctores sequuntur Abb. & Præpo. in cap. non est. de sponsal. & communem esse testatur Nauarr. in manu. confess. cap. 26. numer. 27. & in cap. 1. num. 87. de pœni. dist. 6. ipse verò in dict. manuali. c. 27. num. 271. nostram amplectitur opinionem dicens contrariam tenuisse d. capit. 26. immemor decisionis dicti Sa-

*Nota casum singu. ad liberandum pensionarium, ab excommunicatione, quæ do statuta die nõ soluit.*

*Clericus maiori excommunicatione innodatus in mortis articulo potest absolutionem indulgere.*

*Celebrans post appellationem irregularis in dicandus nõ est.*

crofancti Concilij, quæ singularis est, & interpretatio, & summe notanda.

*Casus notandus.*

Sed vtrum Parochus excommunicatus, occulte tamen, possit paræcis suis Sacramenta conferre. Vide Domi. Sot. in. 4. sent. n. distin. 22. art. c. 4. col. 4. tenentem ei licere, ea ratione innixus, quod creditor potest ab excommunicato debitum iuum petere: & hic illi sine peccato soluere. cap. intelligimus. de iudi. c. si verò. de sent. excom. m. sicut non peccat celebrando ille qui homicidium occultissimum perpetravit, præmissa iusta contritione & confessione, ante irregularitatis dispensationem: vt optimè scribit Martin. Nauar. in manu. confessio. cap. 27. num. 239. Et licet multis viris doctissimis periculosa opinio hæc videatur, quia noua & à nullo Theologo, nec Sacræ Canonice legis perito asserta: eam tamen verissimam esse censeo, de qua latius legendus est. Idem Nauar. in tractat. de oratione & horis cano. c. 22. n. 7.

**B** *Interdictus.* Interdictum æquidem Ecclesiasticum, non tantum in locum, sed in personam, quo ad certum actum, aut quo ad certam & particularem actionem ordinis imponi posse, manifesti iuris est, vt si quis à celebratione missarum, Ecclesiæ ingressu, aut à Sacramenti poenitentiae collatione interdicatur. tex. & ibi traditur in capit. significauit. de corp. vici. not. late Calderi. in tracta. de Ecclesiastico interdi. fol. 5. col. 2. Deci. in cap. fanè. num. 4. de offi. delega. Marti. Nauarr. in manu. confessio. cap. 27. num. 164. Domi. Soto in. 4. sent. dist. 22. q. 3. art. 1. Vnde dubium non est, quod is qui à Missarum celebratione interdicatur, si de facto celebrauerit irregularitatis nota afficitur: vt cum alijs hoc loco tenet autor, idem est si Ec-

clesiæ ingressus alicui fuerit interdictus: nam si intra illam diuina solennia celebrauerit, irregularis est. Nec potest in Ecclesia sepeliri, nisi poenituerit, & cum signis contritionis & poenitentiae decesserit. text. not. in cap. is cui. de sent. excom. lib. 6. vbi Ioann. And. Fran. & Doctores not. Potent tamen is absque irregularitatis metu extra Ecclesiam diuina officia celebrare. glo. not. in dict. capit. is cui. & in capit. vlt. de offici. ordi. lib. 6. Inno. Henri. Abb. Felin. num. 8. in cap. sacro. de sent. excommuni. eamque sequitur (vir etate inferior, literis tamen & eruditione antiquis adequandus) Martin. Nauar. in manu. confessio. cap. 27. num. 170. D. Couar. in cap. Alma mater. 2. par. relecti. s. 1. num. 3. de senten. excom. lib. 6. quæ communis & verissima opinio probatur in cap. presenti. s. q. 2. Est etiam ei permissum Ecclesiasticam iurisdictionem exercere, siquidem ea suspensus non est. glo. in verbo, interdictum, in dict. cap. sacro. quam Doctores ibi communi consensu sequuntur Abb. in. c. ab excommunicato. col. 4. de rescrip. Ioan. Miles in repertorio, in verbo, Suspensus. Est ei licitum Ecclesiam introire & orare, quando diuina munera non celebrantur. glo. sing. quæ loquitur in excommunicato. in capitulo, qui studet. 1. quæstion. 1. Inno. in capit. nuper. de sent. excommunicat. non tamen potest sacra audire. ita Domi. in dict. cap. is cui. quam opinionem communem esse testatur eam, sequutus Nauarr. vbi supra allegauit.

Notabis etiam circa hoc, quod generaliter per quodcumque interdictum prohibita sunt diuina solennia, Sacramenta, nec non Ecclesiastica sepultura (his exceptis) quæ iure permittuntur. Ita colligitur ex cap. fin. de excess. lib.

lib. prala. c. non est. de sponsali. capit. quod in te. de pœnitent. & remis. cap. responso. de sent. excommun. c. quoniam. cap. fin. de sent. excommu. lib. 6.

Ex quo manifestè sequitur, violantem Ecclesiasticum interdictum irregularem esse. tex. not. in cap. i. de re iudi. lib. 5. cap. i. cap. Is cui. §. vltim. de senten. excom. eo. li. Regia lex. 18. tit. 9. par. 1. & ibi noster Gregori. in glo. *Irregular.* Non tamen irregularitas contrahitur, per quemcunq; actû nisi per alicui ordini competentem, quem is qui exercet habet. Ita sing. tenet Inno. in cap. vlt. de excels. pralato. quam supra multis comprobauius.

*Celebrâs tē pore cessatio nis à diuinis, an sit irregularis.* Sed quæstionis est, vtrum qui tempore cessationis à diuinis celebrauerit, irregularis iudicari debet in qua glo. not. & communiter à Doctores recepta in cap. si canonici. de officio ordi. in. 6. in ea est opinio, vt existimet, cum irregularem non esse. Idem in cessatione generali respondendum est, etiam si ab eo decreta sit, qui interdicti sententiam iure poterat pronuntiare. Inno. nu. 3. vbi Abbas, Anton. Præpo. Fran. & communiter omnes in cap. dilectis. de appellati. Idem Inno. num. 4. in capit. irrefragabili. de officio ordi. Syluest. in summa, in verbo, cessatio. §. vltim. & in verbo, interdictum. l. §. 1. Cardin. & Imol. in Clem. 1. §. cessationis. de sent. excom. vbi Boni. num. 9. Mart. Nauart. in manu. confess. cap. 27. num. 188. Contrariam tamen opinionem in cessatione generali ab eo imposita, qui poterat interdiceret: tenet Ioann. And. in capitulo, si canonici. de officio ordi. in. 6. Idem vbi Inno. in capit. non est vobis. de sponsali. vbi Præpo. col. 4. Felin. in cap. irrefragabilis. §. ceterum. de officio ordi.

Ang. in summa, in verbo, cessatio. Florenti. in. 3. parte, tit. 26. cap. 3. colum. 2. Primam tamen sententiam magis communem & benigniorem esse profitetur D. Couar. in dict. cap. Alma mater. 2. par. relection. §. 2. nu. 3. Licet asseueret fortalsi s posteriorem esse veriore considerata, & perpenfamente Sacrorum canonum prohibentium Ecclesiasticæ censuræ violationem. Ipse verò non àderem à prima opinione recedere, quæ vt cõmunior ita & verior est, cui suffragatur tex. in dict. cap. is cui. de sent. excomm. lib. 6. quo sancitum est, nõ esse quenquam irregularem censendum, nisi in casibus iure Pontificio diffinitis: nullus tamen locus Sacrorum canonum expressus reperitur, quo irregularitas in hoc casu infligatur, igitur statuenda non erit. Nam licet in Clem. 1. de senten. excommun. cessatio generalis Ecclesiastico interdicto. quo ad eius obseruationem & violationem comparetur, illud in vniuersum non est, sed quo ad illam excommunicationem tantum.

*Suspensus.* Vide autorem nostrum infra cap. 122. num. 4. & quæ post eum scripsi.

*Irregularitatem.* Vide tex. in cap. si celebrat. de cleri. excom. minist. l. 5. tit. 9. par. 1. & l. pen. eo. tit. Et ratio huius decisionis est, quia excommunicatus minori excommunicatione, non est ab aliquo actu ordinis Ecclesiastici suspensus; quia Sacramento rum perceptio, non pertinet ad aliquem actum ordinis, & hac ratione prohibitus Sacramenta percipere, minime ab aliquo actu ordinis suspensus est. Et ea potissima ratione irregularis non est iudicandus: tametsi Sacramenta percipiat: est æquidem necessarium, vt quis efficiatur irregularis, quod sit suspensus ab aliquo actu ordinis;



ordinis, quem is qui illum exercet, habet. Quæ opinio communis est, vt supra ostendimus.

**E** *Delinquat.* Vide text. in d. c. si celebrat. ex quo cum vtatur dictione. *Graviter.* manifestè colligitur clericū minori excommunicationis vinculo innodatum, ante obtentam absolutionem, diuina celebrantem solēnia: mortalem culpam contrahere, quod ibi Doctores communi consensu notant, & probat Regia lex. 6. tit. 9. partit. 1. Caietan. in summa, in verb. excommunicatio minor. Syluest. in verbo, excommunicatio. 4. in prin. not. 3. Cuius ratio manifesta est, quia excommunicatus qui sic celebrat contrahit speciali præcepto, quo prohibetur Sacramentum percipere: si verò talis excommunicatus Sacramenta non percipiat, sed solum conferat: veniali tantum peccato afficitur, quod insinuare videtur text. in 2. sui parte. in dict. ca. si celebrat qui omitta dictione, *Graviter.* Simpliciter hunc peccare asserit, sentire videtur: hoc veniale peccatum esse, non mortale. & ita illum text. ad hoc perpendunt Anchar. ibi. & Caietan. in dicto verbo, excommunicatio minor. Syluest. d. not. 3. D. Couar. in d. cap. Alma mater. 1. parte. §. 8. num. 2. Domin. Soto in. 4. senten. distinct. 22. quæst. 1. arti. 1. Quamuis Syluest. in dict. summa, in verbo, Excommunicatio. 4. in prin. asseueret mortale crimen hoc casu committi. & d. Regia lex. 6. & opinionem istam sequi videtur Doctis. Couar. in dicto numer. 2. Tamen egregius Martin. Nauar. in manua. confess. cap. 27. num. 24. Cæteris melius hanc controuersiam resoluit existimans, nullum peccatum committi, quod ea neruosa ratione probat: nam cum Sacris Canonibus excommunicatus, minori ex-

communicationis vinculo ligatus, tantum separatus sit à Sacramentorū participatione passiva. Manifestè sequitur, posse absque alicuius criminis reatu, Sacramenta ministrare, si dando non suscipiat. Et ea ratione à peccatis potest absolueri, quia id dare est, non verò accipere, & poterit infirmis Sacramentum conferre, absque Missæ celebratione, nec non ab excommunicatione absolueri.

Nec his refragatur text. in dict. c. si celebrat. in dict. secūda parte, quia quatenus dicit, excommunicatū minori excommunicatione conferentem Sacramenta peccare, intelligi debet: de illa collatione quæ fit vna cū participatione, nam alias text. ille esset sibi contrarius, cum expressè ibi diffinitum sit talem excommunicatum, à sola Sacramentorum participatione esse separatum. Et iste est germanus intellectus illius text. qui ex mente Hosti. & Anchar. colligitur. Qua ratione clericum minoris excommunicationis vinculo ligatum, qui Sacramenta contulerit, si ea minimè susceperit, nullum crimen commississe iudicandum est. Et ideò in publicis Ecclesiasticis tribunalibus accusari non potest, & ita non semel obtinuisse in publicis causarum actionibus sum memor.

## Non ieiuni.

### CAPVT, XXXIII.

- 1 Sacramenta altaris non debent, nisi à ieiunis hominibus celebrari.
- 2 Clericus non ieiunus celebrans, cui pœna sit obnoxius.
- 3 Somnus non est de substantia digestionis.

Sacra-

1 **S**acramenta altaris non ni-  
 2 si à ieiunis hominibus cele-  
 brari à Carthaginensi Cō-  
 cilio prohibitum est, quod  
 fuit transcriptum à Gratiano in cap.  
 Sacramenta. de consec. distin. 1. Con-  
 tra facienti autem nulla ibi poena sta-  
 tuta fuit. Qui autem post cibum &  
 potum etiam minimum diuina cele-  
 brauerit, excommunicationi subiac-  
 cebit: vt in Concilio Toletano. 7. in  
 canone. 2. quem retulit Gratia. in ca-  
 nihil. 7. quæst. 1. in. 5. nullus post ci-  
 bum. Concilium tamen Bracharense  
 secundum in canon. 10. seuerius ani-  
 maduertit, disponens quòd presby-  
 ter in hoc delinquens continuo ab  
 officio suo priuatus à proprio depo-  
 2 natur Episcopo. Item talis celebrans  
 nisi præmissa dormitione, priuandus  
 est beneficio suo, vt in cap. Si consti-  
 terit. de accusa. secundum Hostien.  
 in summa, in tit. de consec. Eccles. vel  
 alta. in. 5. Et qualiter ieiuno. Vide ta-  
 men Card. in. c. ex parte. de celebra.  
 Mis. in. 4. q. vbi dicit quòd celebrans  
 post cibum vel potum potest depo-  
 ni. allegat. d. c. si constiterit. Et quia  
 in illo tex. nulla fit mentio de deposi-  
 tione, intelligenda sunt verba Card.  
 iuxta id, quòd notat Aret. in dict. ca.  
 si constiterit. in. 3. nota. dum dicit:  
 Tertiò tene menti hunc tex. quòd si  
 presbyter celebrat post cibum sump-  
 tum ante dormitionem, istud dicitur  
 crimen graue, & dignum depositione  
 à beneficio. Sed aduerte quòd  
 ego credo quòd per illum text. non  
 posset dari poena priuationis benefi-  
 cij clerico non ieiuno celebranti,  
 quia secundum Abba. ibi, post Ho-  
 stien. vera causa priuationis fuit,  
 quia ebriosus celebrauit, quòd præ-  
 sumitur, quia per totam noctem ste-  
 tit in potatione, & mane inconti-  
 nenti celebrauit. Iudex ergo atten-

ta personæ & excessus qualitate, ac  
 facti publicitate, poena carceris aut  
 suspensionis in delinquentem circa  
 hoc poterit animaduertere: Quia ho-  
 die seruari Concilium illud Bracha-  
 ranse, esset nimis rigidum. Vnum ta-  
 3 men nota in isto proposito, quòd  
 somnus non est de substantia dige-  
 stionis, vt quis dicatur ieiunus <sup>b</sup>, sed  
 satis est quòd sit perfecta digestio, vt  
 notat Abbas in dicto capitulo, si cō-  
 stiterit. circa finem. Vide Cardinal.  
 in dicto capitulo. Ex parte, qui di-  
 cit sufficere digestionem secundum  
 qualitatem cibi sumpti: & quòd di-  
 cunt Physici, quòd digestio perfici-  
 tur in septem horis. Credo tamen,  
 quòd istæ septem horæ computan-  
 dæ sunt ab hora duodecima mediæ  
 noctis, alias autem qui cœnasset ho-  
 ra prima, vel secunda post duode-  
 cimam, non posset celebrare, etiam  
 in vndecima ante meridiem, quia li-  
 cet cibus sit digestus, ille tamen non  
 dicitur illo die ieiunus. <sup>c</sup> Et vide glos-  
 sam in dicto capitulo. Nihil in glos-  
 finali, volentem, quòd licet aliquis  
 comederet ante mediam noctem, &  
 sentiret adhuc eructationes, quia  
 nondum est cibus digestus, & quā-  
 diu sentit cibum, abstinebit.

**C**elebrari. Vide text in cap. **A**  
 ex parte. de celebrat. Mis.  
 vbi Doctores Bertach. in  
 tract. de Episco. 2. p. r. lib.  
 4. quæst. 42. & latissimè Card. à Tur-  
 recrema. in cap. Sacramenta. de con-  
 secrat. distin. 1. Nicola. Boeri. decis.  
 4. per totum. Sed quid teneatur fa-  
 cere Sacerdos, qui post rem diuinam  
 inceptam memoriæ illius subuenit,  
 non esse ieiunum. Lege Domin. So-  
 to in. 4. dist. 13. q. 2. artic. 6. qui post  
 S. Th. censet, quòd si id post conse-  
 crationē cōtigerit debet Sacramentū  
 H sume-

funerē, si verò ante inceptam Missam relinquere tenetur, nisi grande scandalum timeretur. Idem sequitur Ang. in sum. na, in verbo, Eucharistia. 2. §. 6. Syluest. in verbo, Eucharistia. 2. §. 7.

Notabis tamen vtiliter circa cap. hoc quod si post cōsecrationem Sacerdos morte, vel alia graui infirmitate praeoccupetur, cum hoc casu Missa celebritas per alium supplere debeat, si non reperiat clericus, nisi qui nō sit ieiunus, is iure poterit diuinam rem perficere, & Sacramentū fumere, absque alicuius poenę metu: nam cum duo praecepta hoc constituto casu contraria sint, in eam partem est declinandum, quæ magis referat, at præstantius præceptum est, quod Sacramentum perficiatur (quod diuinum est) aut diuino proximum. cap. comperimus. c. relatum. de consecratione. dist. 2. quam prohibitio ne sumatur nisi à ieiuno, quæ humana est: c. liquido. ea. dist. Ita tenet Domi. Soto in. 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 8.

**B** *Animaduertere.* Adde quod licet autor non meminerit, opinionē istā amplectitur, Ioan. de Ana. in capit. si constituterit. de accusati. Sequitur Petrus Foll. in pract. crim. canoni. in vltimis verbis.

**C** *Ieiunus.* Vide D. Soto. d. art. 8. vbi autoris nostri opinionē amplectitur.

## Ac in die sæpius.

### C A P V T. XXXV.


<sup>1</sup> *Clericus in die non debet nisi vnam celebrare missam.*

<sup>2</sup> *Quod si plures in die Missas celebraverit, cum poena in re expressa non sit, iudicis arbitrio est puniendus.*



Clericis in die sæpius celebrantibus nulla poena in sacris sanctionibus constituta est, sed nec illis hoc expressè probibetur: imò potius in concilio celebrato per Archiepiscopum Maguntinum & aliquos Episcopos, anno Domini, millesimo vigesimo tertio, in loco Salegunstat. in canone quinto, decretū fuit, vt vnusquisque presbyter in die non amplius quam tres Missas celebrare præsumat: vnde vsque ad illum numerum licitum erat illo tempore in partibus illis. Quod conciliū habes in fine libri Decretorum diui Burcardi Episcopi Vuormaciensis, qui interfuit in illo. Iura nanque Canonica suffice re Sacerdoti vnam Missam celebrare<sup>1</sup> solum affirmant, vt in cap. Sufficit. de conse. dist. 1. & in cap. Consulisti. & in cap. te referente. de celebr. Missar. non tamen plures dicentibus, poenam aliquam comminantur, licet text. in dict. cap. sufficit. in fin. versi. dicat quod pro pecunijs, aut secularium adulationibus pluries celebrans vna die non exillimat eandem damnationem, quod magis æternam, quam temporalem poenam videtur respicere. Sed quia tale facinus in conspectu populi graue solet iudicari, idque aliquando auaritię causa à pauperibus, & parū doctis Sacerdotibus perpetratur, nō debent Ecclesiastici iudices illud leue reputare, sed attenda facti notorietate, populique scandalo, personæq; perpetrantis moribus & qualitatibus consideratis sic in hoc errantes corrigere, vt cæteri poena, metu, à similibus cohibeantur. Adeo enim amor viuendi in ocio, clericorum bonam partem inuasit, vt hac tempestate, vt laborem fugere possint, Sacri ordines suscipiantur: euenit insuper

insuper ut iam pauperculi Sacerdotes, eo solo tempore, quo sacrificio Missæ vacant, totius diei sumptus necessarios promereri, ac deberi sibi contendunt, atque ob id vna sola celebratione, pluribus, qui plures elemosynas præstiterunt, satisfacisse arbitrantur: quod mihi semper iniquum visum<sup>b</sup> est. Nullo enim iure, nullaque ratione astrictus est, qui sacerdotem occupat per spatium vnius Missæ ad eum in ocio alendum per totam illam diem, quin potius hoc aduersari videtur antiquis illis sanctorum patrum decretis, quibus statuerunt clericos quantumuis verbo Dei eruditos artificio sibi victum & vestitum quærere, artificioque præter offensam suæ professionis debere sibi parare vestimentum. Ut notanter inuenies in Concilio Carthaginensi. 4. in capitulis. 51. 52. 53. & in capit. Clericus victum, cum cap. seq. 91 dist.

**A** elebrare. Vide vndecim casus, quibus eodem die clerico iterum celebrare licet, quos refert Syluest. in summa, in verbo, Missa. 1. 6. 7. & septem scribit Marti. Nauarr. in manu. confess. c. 25. nu. 87. & alios commemorat Domi. Soto in. 4. sent. dist. 13. q. 2. arti. 2. & Regia. l. 50. tit. 4. par. 1. Qui quidem casus antiquitus cum Ecclesia Sacerdotum inopia laborabat, erant frequentissimi: hodie verè rarissime contingunt, præter diem natiuitatis, & cum clericus ob inopiam duarum Ecclesiarum curam habet. Id verò notandum censeo, quod in dictis casibus, quibus clericis iterum celebrare permittitur procedit, si ieiuni fuerint: vnde si in prima celebratione lotionem sumpserint, amplius celebrare non licet. capit. ex parte. de celebra. Missar. d. Regia. l. 50. not. Abb. & Do-

ctores in c. consulisti. de celebrati. Miss. tradunt Doctores in d. c. ex parte quo loco dicit Host. magnos viros vidisse in hoc errare.

*Visum est.* Adde latissimè Scotum **B** quodlib. 20. Palud. in. 4. sen. dist. 45. q. 2. Dom. Soto lib. 9. de iust. & iur. q. 2. art. 2. & in. 4. dist. 13. q. 2. artic. 2. Quibus in locis egregiè pro eius singulari eruditione rem hanc explicat, & autoris nostri opinio, sequitur à Nauar. in manu. conf. c. 25. n. 92. vbi dicit, quod Ecclesiæ vsu recepta est.

Et sine aqua et igne, vel in pane fermentato & calice ligneo.

CAPVT, XXXVI.

**1** Clericus istorum criminum reus, ab officio & beneficio est deponendus.

**P**œna sic celebrantis est, **1** quod deponatur ab officio & beneficio, ut in cap. fin. de celebrat. Missa. vbi Abb. dicit quod Doctores non exprimunt, an debeant concurrere omnia supradicta ad hoc, ut presbyter deponatur, & quod credit ipse procedendum secundum qualitatem loci, & contemptum presbyteri considerandum, an habuerit illud in consuetudine.

**C**elebrantis Vide Regiam. l. **A** 52. tit. 4. par. 1. & l. 56. ibi. & circa huius capituli argumentum de forma & debito more ministrandi eucharistiæ Sacramentum, vide latissimè Mag. senten. & Theologos. in. 4. senten. dist. 9. vbi Dom. Soto. artic. 1. cum multis sequentibus.

H 2 Et super

## Et super altari non consecrato.

### CAPVT, XXXVII.

- 1 *Clericus super altari non consecrato celebrans, arbitrio iudicis qualiter puniendus sit.*
- 2 *Sacerdos erigens aliud altare nisi quod ab Episcopo sanctificatum fuerit degradandus est.*

**R**IE quidē ab Ecclesia constitutum est, quod eucharistiæ Sacramentum non nisi super consecratum altare celebraretur, <sup>a</sup> non autē contra facienti sacerdoti pœna descripta reperitur: vnde Card. in dict. cap. fin. de celebra. Missa. meritò quæstionē mouet: Si quis celebrat super altari non consecrato, qua pœna sit puniendus? & dicit quod si ex malitia, vel nimia desipiētia, punitur pœna illius text. quam in capitulo præcedenti descripsimus, & hoc propter identitatem rationis, & vltius procedendo dicit, quod idem videtur in omnibus alijs excessibus commissis circa cultum Sacramentorum. Postremo tamen dicit quod quia pœnæ sunt restringendæ, locus erit pœnæ arbitrariæ, & hoc credit verius, nisi tanta esset identitas rationis, quod posset esse locus pœnæ illius text, & in proposito huius capituli vide text. in capitu. Nullus presbyter. lo. 2. de consecrat. distinct. 1. qui dicit, quod nullus presbyter in Ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab Episcopo loci fuerit sanctificatum vel permissum: & si clericus contrarium fecerit, degradetur: quod ego intelligerem, quando clericus erigeret, illud tanquam conse-

cratum, & vt in eo celebraretur sinē aliqua ara consecrata.

**C**elebraretur. Vide latē Do. A. min. Soto. in. 4. senten. distinction. 13. quæstio. 2. artic. 3.


## Sine orario, seu stola, & alijs vestibus Sacris.

### CAPVT, XXXVIII.

- 1 *Sacerdos ad Missarum solennia, non aliter accedere debet, quam orario vtroque humero circumceptus: quod si aliter fecerit, excommunicandus est.*
- 2 *Sacerdos sine casula & alijs vestibus Sacris celebrans, arbitrio iudicis est puniendus.*

**S**acerdos cum ad solennia missarū accedit, nō aliter accedere debet, quā orario vtroq; humero circumceptus, <sup>a</sup> sicut tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus, ita vt de vno eodemq; orario ceruice pariter & vtrunque humerū premens, signū in suo appareat pectore crucis, ita deponit Concil. Bracharense tertiu, in Can. 3. quod transcriptū est in. c. Ecclesiastica. 23. dist. Si quis autē aliter egerit, excommunicationi debite subiacebit, <sup>b</sup> vt ibi, de quo tex. meminit Duran. in rationali diuinorū officiorū. c. de stola, vbi dicit qd fortē quis diceret illud decretū esse abrogatum per contrariā generalis Ecclesiæ consuetudinē: nā non vbique partes stolæ reducuntur ante pectus in modū crucis. In his tamen regnis consuetudo seruat decretum illius concilij, & licet ille text. solum de orario, siue

2 siue de stola disponat. Si clericus sine casula, aut alijs vestibus sacris celebraret, nihilominus puniendum credo superioris arbitrio. Et aduerte quod dum tex. in dict. cap. Ecclesiastica, dicit quod clericus ppter hoc excommunicationi subiaceat, exponit ibi Archidia. dupliciter. Primò, si admonitus non vult cessare. Secundò, excommunicationis, id est, suspensionis ad tēpus pro arbitrio iudicis, cum ibi nō determinetur tempus: & hanc secundam expositionem credo veriorē.

A  *Incumceptus.* Nota circa huius capitis argumentum, quod ad diuini muneris maiestatem maximē expedit Sacris vestibus in Sacris ministris uti. Sunt æquidem vestes sacre sacris ministris designatæ diuersæ siue plures aut pauciores pro diuersitate graduum & ministeriorum, quarum vsus antiquissimus est in Dei Ecclesia tam in ipsorum ministrorū vestibus, quam in altaris ornatu. Meminit æquidem horum Clemens in suis Epistolis: meminerunt etiam alij venerandæ antiquitatis patres. Quāquē non est dubitandum paulatim aliqua esse addita aut mutata: & ita refertur Dalmaticarum vsum incepisse à Syluestro, quarum frequenter Gregorius in Epistolis meminit. Oraria verò quæ frequentissime stola nuncupantur in antiquioribus concilijs tanquā Presbyterorum, & Diaconorū propria ornāmēta constituuntur, vtcunque fit illum est asserendum, hanc esse Apostolorū vel vniuersalium conciliorum antiquissimorum traditionem. Et vide multa lectu non indigna, quæ de Sacerdotalibus indumentis (huic loco accommodatissimis) vltra alios diligenter

scripsit Domin. Soto, in. 4. sent. dist. 13. q. 2. art. 4. Et de singulorum ornamentorum significatione, ratione ac comparatione illorum ad veteris legis ornamenta, de quibus vltra alios differit eleganter Rabanus lib. 1. de inst. cleri. cap. 14. & sequētib. Et Hugo de Sancto Victore, lib. 2. de mysterijs Christianæ fidei, 4. par. & li. de mysterijs Ecclesiæ. c. 6. Et vide Onuffrium Pan. virum sanē doctissimum, & variæ & indefessæ lectionis in tractat. interpreta. vocum obscura. Ecclesiasti. Concil. Tridentin. sessione. 22. capit. 5. & Can. 7. eadē sel. *Si quis (inquit) dixerit ceremonias vestes, & externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica vtitur irritabilia impietatis esse magis, quā officia pietatis anathema sit.*

Ex quo merito exterminanda & releganda est impij Caroli Molinci opinio in .2. parte extricati. Laberen. numero .53. ad finem asseuerantis Pontificios ritus, non ab Apostolis emanasse: sed postea partim ab Ethnicis, partim à Iudæis processisse, & miror sanē locum illum non fuisse castigatum in nouissimo libro expurgatorio, edito hoc anno .1584. Cognantur sanē impij homines has sanctissimas ceremonias increpare, & de medio tollere, vt ijs adiumentis destituti peccatis nostris depressi, perpetuo somno sepulti Dei nostri obliuiscamur, si hæc nobis adempta essent, fortē peiores essemus Sodomis & Gomorrhæis.

*Subiaceat.* Ex qua sanē excommunicationis poena manifestē sequitur Clericum siue Sacris vestibus celebrantem, mortalem culpam contrahere, nam aliter excommunicationis poena non imponeretur, cap. nemo. cap. nullus. 11. q. 2. tradiderunt Theologi, præsertim. Thom. in. 4.

Onuffri  
Pan.

Cōtra  
Impiū  
Caro-  
lū Mo-  
lincum  
& a-  
lios Ha-  
reticos

B

dist. 18. q. 2. ad. 3. quæst. Felin. & Doctor. in rub. de sent. excomm. quam esse communem sententiam testatur Domin. Soto. in. 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 2. D. Couar. in cap. Alma mater. 1. par. relecti. §. 9. num. 1. de sent. excom. lib. 6. cui suffragatur Concilium Triden. sessione. 25. cap. 3. & hanc sententiam tenet in specie Antoni. 3. par. tit. 13. cap. 6. §. 6. Nec à tali crimine excusaretur clericus, sine factis vestibus celebrās, si aliter mortem vitare nequeat: secundum Caicatan. 1. secundæ quæst. 69. articu. 4. Quæ opinio nimis dura videtur egratio Nauarro in manuali confesso. cap. 25. num. 84.

### Ac in priuatis locis sine Episcopi licentia celebrarunt.

#### CAPVT, XXXIX.

- 1 *Missarum solennia non nisi in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda sunt.*
- 2 *Clericus qui flagitium hoc commiserit, qua pœna puniatur.*
- 3 *Episcopis in domibus nullo modo celebrare licet.*

#### ANNOTATIO.

**S**icut non alij quam sacriati Deo Sacerdotes debet Missas celebrare, nec sacrificia super altare offerre, sic nõ in alijs, quàm in Domino consecratis locis, id est, in tabernaculis, diuinis precibus à Pontificibus delibatis, Missas cantare, aut sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas. Verba sunt singularia, tex. in. c. sicut. de consec. dist. 1. Et in Concil. Triburiensi, de quo in. c. seq. disponitur, quod Missarum solennia non

nisi in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit celebranda sunt: idem etiam disponitur in cap. hic ergo. ead. distinct. quæ iura Sacerdotibus contrarium facientibus pœnam non statuunt. tex. autem in. c. nullus presbyter. el. 1. ead. dist. idem prohibet illis, qui de cætero participes voluerint esse Sacerdotij. Per quæ verba videtur comminata talibus pœna amittendi participationem Sacerdotij. Facit etiam Concilium Carthagi. secundum in Cano. 9. vbi ita disponit: Quisquis presbyter inconsulto Episcopo, agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo sibi contrarius existit. Sexta autem synodus, de qua in cap. clericos. ea. distinct. dicit: clericos, qui ministrant in oratorijs, quæ intra donum sunt cum consensu Episcopi loci hoc facere præcipimus. Si quis verò hoc non obseruauerit, deponatur. Vnde fortè sumpta occasione acerrimã pœnam talibus imponendam scripsit lex nostri regni, videlicet quod clerici, qui taliter celebrant, deponantur, & in perpetuum carcerem damnentur. Ita disponit lex. 4. tit. 10. partita. 1. De qua nempe grauitate pœnæ summè mirandum est, cum hoc iure canonico non sit expressum, parque per hoc fiat delictu hoc pluribus alijs grauissimis, pro quibus pœna similis imponitur. At ne quisquam sibi suadeat hoc nõ esse tam graue iudicandum, ex eo quod piũ & Christianum videatur, vbi libet velle videre corpus Redemptoris nostri. & quia plures propter hoc sepius audiunt Missam, qui alias non audirent: nam contrarium apertè dicit tex. in. d. cap. sicut. per hæc verba: Satius est enim Missam nõ cãtare, vel audire, quàm in his locis vbi fieri non oportet, nisi pro summa necessitate

fitate contingat. Quis enim dubitat antiquos illos sanctissimos Ecclesiae patres plus dilexisse quam nos Redemptorem nostrum, eiusque aspectu delectari magis, & flagrare desiderio, & tamen non nisi in Ecclesijs illum videre, seu si sacerdotes erant in eis tantummodo de caelo illum ad manus proprias admirandis illis consecrationis verbis, aduocare audebant. Nos vero ad cubacula seu coenacula nostra, illum, quotidie trahimus nulla necessitate urgente, sed aut desidia quadam ad Ecclesiam eundi, aut superbo quodam fastu, quasi iam parum sit solis hominum obsequijs coram hominibus venerari, nisi etiam inter nostram mundi pompam connumerare liceat, quod adhuc ipse filius Dei ad domus nostras nobis ministraturus accedit. Ad domus inquam, ludis, blasphemijs, ebrietatibus, ac luxuria actibus obscenis saepissime violatas, cum Ecclesias sanctas Dei sola vnus coniugalis actus pollutio sine peccato facta contaminet, vt per Syluest. in summa, in verbo, Consecratio, lo. 2. §. Quinto quaritur. versu. Tertius casus. Si honorabilior nobis aliquis ad nos accedere vult, summum dedecus arbitramur, si non preueniamus eundem ad eius hospitium euntes. Ad quem credimus Deum, quem confitemur Redemptorem, quem tremendum iudicem expectamus, angelicis constipatum choris ad sordida nostra receptacula non modo venire permittimus, sed si fas est dicere, compellimus. Aduertant quaeſo vniuersi Christiani, & tempestatis huius calamitatem considerent, & aliqua Germaniae oppida tam caelesti hoc munere, corpore, videlicet, filij Dei, orbata cognoscant, cum in omnibus retro actis saeculis nusquam id contigisse legamus, quamuis Deus

ipse summus plures haereses in sui offensam praedicari & recipi permiserit, & quod hoc miserima nostra aetate successerit, ad irreuerentiam erga Dominicum corpus referamus. Constat enim nusquam Sacerdotes maiori habitos contemptui, & Eucharistiae donum maiori ingratitude susceptum, & irreuerentia tractatum fuisse. Timeantque qui talia contemnunt, tam graue Dei subire iudicium, tanti que muneris priuationem sibi & posteris promereri. Satis enim securi vivebant, paucis elapsis annis, qui talem nunc patiuntur animae morbum, & salutis aeternae dispendium. Vt autem magis pudeat Christianos hanc Redemptori suo irreuerentiam facere, legant obsecro Aemilium probum in vita Alcibiadis scribentem, aspersum fuisse infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur, quod nefas erat more Atheniensium. Etsi inter Ethnicos, qui lapidibus & demonibus immolabant pecudes, nefas esse hoc domi agere perpenderit quam sit indecens intelligant omnipotenti Deo Patri, & Creatori omnium unigeniti Filij sui Saluatoris nostri corpus & sanguinem virginis visceribus compactum, cum ipsa diuinitate unitum in impuris domibus offerre. Ad tantae igitur irreuerentiae damnum minuendum, oporteret Episcopos omnes deprecati summum Pontificem, vt altaris potestatis facultates nullatenus concederet, & concessas reuocaret: ac interim in suis dioecesibus prohiberent, ne quisquam Sacerdos in priuata domo celebraret, nisi prius decentia loci per eos, aut suos vicarios examinata fuerit, dum tamen hoc in iudicium seu notariorum lucrum non cedat. Prohibere insuper, ne orna-



3 mēta Ecclesiarum alicui extra illas  
 3 cōmodetur. Deceret insuper ipsoq;  
 Præsules ad aliorum exemplum nun-  
 quam nisi in Ecclesijs celebrare, aut  
 Missam audire: nam ipsis etiam Episcopis in domibus nullatenus licere celebrare, disponit text. prædictus, in cap. sicut. quod ante disposuerat Concilium Laodicense. Can. 8. in hæc verba, videlicet, non oportet in domibus oblationes ab Episcopis siue presbyteris fieri.

A



*Consecratis locis.* Est æquidē animæ nostræ natura rationalis insita, à cuius lumine ea quæ faciēda, quæ ve sequēda sunt, doceamur: & ut singulari notione discamus ea quæ ad diuini numinis cultum, & sacrificium pertinent: nam ut Regius Vates præclare cecinit, Psalm. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Omnibus namq; innatum est esse Deum, ut scribit Cicero. 2. de natura deorum. Nec vlla gens tam immanis, tam ferrea vnquam fuit, quæ Deum esse neget, licet qualem habere deceat ignoret, teste eodē Cicero, lib. 1. de legibus iuris nature, quippe est ergo Deum religio, ut in l. veluti. ff. de iust. & iur. Et Dei cultus à natura inductus est, quamuis colendi modus à lege institutus sit, autor est Aristot. 5. Ethico. Et ea ratione primum firmissimè credendum est, Deum esse eumque omnipotentem, bonorum largitorem, malorum auerforem, & sacrificia ab hominibus, quamuis diuerso modo, tamen aliquo omni sæculo exhibita fuisse dubitandum non erit. Vide late Vbalensem tomo. 5. de Sacramentalibus. tit. 4. cap. 26. & latius tit. 17. c. 143. Domi. Soto in. 4. senten. distin. 13. quæst. 2. art. 3. Quibus in locis multa

doctè ac piè circa locum istum aduersus Luterum & V Vitteff, & impiorum hæreticorum dogmata scribunt. Est etiam religio & Catholica veritas credere, destinandum esse locum, in quo Deum optimum Maximum sacrificijs & orationibus propitium nobis faciamus. Semper quidem mortalium animis insitum fuit, Deum in certis locis colendum esse, ut falsissimæ religiones id crediderint. Quamobrem pro diuinarum rerum veneratione operæ precium semper fuit, ut essent qui eas curaret, qui templa construerent, & sacrificia ex regula facerent, ut scribit Aristot. 6. Poli. cap. fin. & 3. Poli. cap. 10. Sed ut Ethicos taceamus, Sacra historia tradit ante legem scriptam, in lege nature iustos viros, altaria quibus Deo sacrificarent dedicasse: ut Geneleos 8. legitur de Noe, & 13. de Abram, & 28. de Iacob: qui cum à somno, quo visionem viderat, euigilans cognouisset verè Dominum esse in eo loco, lapidē in titulum erexit. Vnde Deutero. 12. sic sancitum est. *Cane ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in eo quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum offerēs hostias.* Nec in peregrinatione deserti, voluit Dominus populum sacrificia, nisi in tabernaculo facere: ut legitur Exodi cap. 26. & vltā innumera Iuris Pontificij decreta, quibus hæc veritas probatur, quorum aliqua autor hic allegat. Idem fuit diffinitū in Sacro Concilio Tridentino, sessio. 22. in decreto de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ. Vnde post doctum Concilium, nec Summus Pontifex facultatem concedit celebrandi, extra locum sacrum etiam, Episcopis in vrbe morantibus, sed tantū Cardinalibus: ut testatur Mar. Nauar. in manua. confess. capit. 25. num.

*Decretum Car. di. qui presunt Conci. Trid. interpretationi.* num. 80. licet singulari beneficio sibi datam fuisse dicat. Casu verò quo datur facultas celebrandi rem Sacram in aliquo oratorio seu Ecclesia de nouo ædificata concedenda est cū clausula saluo iure & sine præiudicio parochialis Ecclesiæ, vt à Sacra Cardinalium congregatione statutum est: nec semel data sine causa reuocari debet. Ita peculiari decreto dictæ Sacræ congregationis definitum vidi.

**B** *Contamnet.* Adde glo. not. dictam opinionem tenentem in cap. vni. de consecrati. Ecclesiæ vel altar. libro. 6. quam sequitur Specul. lib. rationa. diuin. offic. tit. de dedica. Ecclesiæ. Ioan. à Selua in tracta. de benefici. 1. par. q. 5. requisi. 7. quam esse communem testatur D. Epif. Couar. in. 4. decretal. 2. par. cap. 7. §. 2. num. 3. Aug. in sum. in verbo, consecratio. 2. q. 7. Et grauissimus & maturi iudicij vir Gregor. Lup. qui in glossandis, eliminandisque Partitarum legibus, singularis & incredibilis eruditionis amplissimum testimonium præstitit, quem certo scio, proximum venturū sæculum apud nos Hispanos Bar. non inferiorem iudicauit. Is, inquã, in l. 20. tit. 10. par. 1. in verbo, Fornicio. Quamuis glos. in cap. in Ecclesijs. de consecratio, dis. 1. teneat Ecclesiam minimè pollui, ex cõiugali concubitu. Quam sequitur Henri. in. c. si. de consecrat. Ecclesiæ vel alta. Mar. Nauar. in manu. confess. c. 27. num. 252. Domi. Soto in. 4. sent. dist. 13. q. 2. artic. 3. Alphonfus à Castro Zamorensis subtilis & acuti ingenij, & verbi. Domini orator celeberrimus, lib. 1. de potest. legis. poena. c. 7. docum. 2. idem disponit Regia. l. 20. tit. 10. par. 1. Quæ opinio procedere potest, quando coniuges longo tempore in Ecclesia habitarent. Ita censet Syluest. in summa, in verbo, Consec-

ratio. 2. q. 5. & in verbo, debitum. quæst. 3. D. Couar. & Greg. in locis nouissime allegatis.

Non tamen coniuges à mortali crimine excusarentur, si carnale commercium habuerint in loco Sacro: siue cõsecrato vel benedicto, siue eam habuerint, vt voluntate fruantur, siue vt fornicationem euitet, siue multo, siue paruo tempore in Ecclesia stiterint. Ita Palud. in. 4. distinct. 32. quæst. 2. artic. 3. Antonin. in. 3. parte, tit. 1. cap. 20. §. 2. Cardi. à Turrecrema. in. §. sed cùm naturale. arg. 4. distinctione. 5. Martin. Nauarr. in manuali confessor. cap. 16. num. 33. Caietan. in summa, in verbo, matrimonialis vsus peccata. §. 6. Licet contrarium tenuerit Ang. in summa, in verbo, debitum. §. 32. & alij per eum relati. & Cast. dict. docum. 2.

**C** *Commodentur.* Adde quod iam hodie in hoc amplissimo Toletano Archiepiscopatu, nouissimo Sinodali decreto prohibitum est, ne ornamenta & alia Ecclesiarum bona, ad earum decorem & ornatum necessaria, alicui commodentur: nisi tantum alteri Ecclesiæ annexæ. Clericus verò Economist vel Sacrista, illius constitutionis transgressores, poena duorum aureorum sunt multandi. Ita sancitum fuit lib. 3. dictarum consti. sub tit. de rebus Ecclesiæ non alienan. c. 4. Antiquius sanè seuerior poena infligebatur. Nã in Concil. Tolet. sub Flavio Egica Rege celebrato, anno eiusdem regni. 7. Idibus Nouemb. Aera, 732. c. 4. decretum fuit, cum qui vasa Sacra, aut ornamenta Ecclesiæ in vsum proprium prophanauerit, honoris propriij ordinem amittere, & Sacræ cõmunionis perceptione perpetuo (nisi in mortis articulo) priuatum remanere: nec non dictorum bonorum restitutioni esse obnoxium.

Missamque pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrarunt hominibus, vt illi mortis incurrerent periculum.

## CAPVT, XL.

1 *Sacerdos, qui hoc crimen commiserit à proprio ordine depositus, in perpetuum exilium mittitur.*

1 **P**oenam huius criminis est, vt talia perpetrantes a proprio ordinis gradu deponantur, & exilij perpetui ergastulo relegentur, vt cautum est in Concilio Toletano, quod refertur in cap. Quicumque sacerdotum. 26. q. 5. de quo tex. meminit Hostien. in cap. fin. de sortile. & ibi Ioann. de Ana. in fin. meminit etiam Paul. Grillan. in tract. de sortilegijs, in 14. q. & in 17. & habetur ille tractatus & alij sui in 4. vol. tractatum huius nouæ impressiois, in qua fuerunt redacti plures tractatus ad volumina decem. & quia Gratianus refert breuiter verba illius Concilij Toletani: Si quis cupiat illud originaliter legere, inueniet in synodo. 17. Toletana celebrata. Aera. 732. in cap. 6. sub rubri. de his, qui missam defunctorum audent pro viuis maleuolè celebrare. Quæ synodus hucusque non est impressa. <sup>b</sup>

A **R**elegentur. Vide doctissimum, & nostra ætate celeberrimum iureconsultum Iacob. Menoch. in lib. illoriarum & indefessæ lectionis, de arbi.

iudi. quæstio. lib. inquam: 2. cent. 4. casu. 388. nu. 15.

*Non est impressa.* Adde quod decretum dicti Toletani Concilij nouissimè refert Frater Bartholomæus Carrança de Miranda Archiepiscopus Toletanus in epitome conciliorum Concil. Toleta. 17. cap. 5. cuius verba hæc sunt. *Qui fallaci voto missam pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis student celebrare hominibus, non ab aliud nisi vt is qui pro quo offertur sacrificium ipsius Sacrosancti libaminis interuentu mortis ac perditionis incurrat periculum, tam ipse Sacerdos qui celebrauerit, modo dicto, quam ille, qui ad talia peragenda incitauerit exilij perpetui ergastulo relegatur, & (nisi mortis articulo) Sacrae communionis perceptio denegetur, & Sacerdos insuper à proprijs deponatur ordinis gradu. Hactenus concilium.*

Eucharistiam ob ebrietatem ac voracitatem euomuerunt.

## CAPVT, XLI.

1 *Sacerdos, qui delictum hoc commiserit, quadraginta diebus debet poenitere.*  
2 *Species Sacramentales quamdiu in suo vero esse remanent, sub eis consistit inseparabiliter corpus Christi.*  
3 *Si Sacramenti species, quæ discerni possunt euomita fuerint, quid faciendum est.*



1 **C**lerici vel Monachi, seu Diaconi, presbyteri, quibus tale contigerit. 70. diebus debent poenitere, vt in cap. si quis per ebrietatem. de confessione. distinct. 2. vbi vide Card. de Turrecrem.

recrēm. qui dicit, quod considerata causa vomitus, quę ponitur in text. scilicet, ebrietate, & voracitate, & circumstantijs, non videtur quod pœna taxata excedat, & ideo securè iniungenda est. Cùm autem text. non aperiat qualitatem pœnitentię, quę debet fieri in illis diebus, videtur relicta arbitrio iudicis. Ratio huius pœnæ est, quia secundum veriore[m] & securiorem opinionem quamdiu species Sacramentales remanent in suo vero esse, sub eis consistit inseparabiliter corpus Christi, & sic si prædictæ species eijciuntur per vomitum, ipsum corpus similiter eijcitur: quem sequitur Card. vbi supra, quem etiam vide in. §. fina. dicentem quod tunc si species euomitæ discerni possunt, & sunt sumptibiles, debent exsiccare & sumi per se: si potest fieri, vel cum vino, vel alio licore. Si nõ sunt sumptibiles, tunc reponantur in aliquo honesto loco iuxta altare. Si species nõ possunt discerni, præsumuntur digestæ, nisi statim sint euomitæ, quo casu reponuntur in aliquo honesto loco, De quo etiam vi. per Syluest. in summa verbo, Eucharistia. lo. 2. §. Nono quæritur. versic. Quartum.

**A** **P**œnitere. Nota quod Episcopus, cui hoc contingerit, nonaginta diebus pœnitere tenetur, si autem infirmitatis causa euenerit, septem diebus tantum: vt in ca. si quis per ebrietatem. hic allegato, de quo vide Hostien. in sum. in tit. de custodia Eucharist. §. quę pœna. n. 4. Steph. Auf. in addi. ad Capel. Tolosa. q. 218.

Ac ob negligentiam ipso  
rum aliquid sanguinis  
stillauit in terra,  
& in altari.

## CAPVT, XLII.

**I** Pœna huius criminis quę sit.

**P**œna huius excessus ponitur in cap. si per negligentiam. de cõs. dist. 2. per hæc verba: Si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in terram lingua lambatur, tabula radatur, si non fuerit tabula, vt non conculcetur, locus, conradetur, & igne consumetur, & cinis intra altare condatur, & Sacerdos .40. diebus pœniteat: si super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat: Si super linteam altaris, & ad aliud stilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat, si vsque ad tertium. 9. diebus, si vsque ad quartum 20. diebus pœniteat, & linteamina, quę tetigerit stilla tribus vicibus minister abluat calice supposito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur. Quę pœna cum sit canonis antiqui, & quę magis videtur pœnitentię foro, quam iudiciali prouidere, si casus occurrerit, & in iudicium deducatur, tunc iudex attendenda facti qualitate, & astantis populi notitia vel scandalo, & Sacerdotis culpa vel negligentia pœnam moderabitur vel augebitur, prout æquius sibi visum fuerit.

**A** **D**e circa huius capitis materiam Capel. Tolosa. & ibi Steph. Auf. in addi. decis. 218. incip. Item fuit quæsitum qua pœna.

Aliquotiens insuper celebrando corpus & sanguinẽ Domini nõ percipiebant.

1 *Sacerdos, qui crimen hoc commiserit, qua poena puniendus est.*

**H**OC enim licet temporibus nostris raro accidat, quia semper qui celebrat saltem publice, sumit corpus & sanguinem Domini, Concilio tamen Toletano. 12. quod habetur de conse. distin. 2. cap. relatum. cautum est, quod quicumque Sacerdos diuino altari sacrificium oblaturus accesserit, & se a communione suspenderit, ab ipsa, qua se indecenter priuauit gratia communionis, anno vno repulsum se nouerit.

Super rebus aptis ad faciendum sortilegia, & ad illum effectum vnam vel plures Missas scienter celebrarunt, adhibitis nefarijs precibus & verbis superstitiosis.

#### CAPVT, XLIII.

1 *Sacerdos, qui hoc immane scelus commiserit est deponendus.*

2 *Pœna huius sceleris, aliquando iudicis arbitrio est infligenda.*

**Q**UAM graue sit rebus sacris uti ad committenda scelera, nemo non nouit: & si hoc in quocumque grauiter puniendum est, quanto magis id faciendum erit, si talia perpetrans, cultus ac ministerio sacrarum rerum est ordinatus? Vnde Sacerdos, qui in hoc deliquerit, deponi debet ex sententia Pauli Grillan. in tracta. de

fortilegijs, quod est volum. 5. tracta. diuersor. doct. in quest. 14. qui etiam describit aliquas res, super quibus solent predictæ Missæ celebrari ad dictum effectum, mouetur per text. in cap. si quis Episcopus. 26. quest. 5. qui hoc non probat, quia nihil de hoc delicto dicit, nec imponit poenam depositionis. Mouetur etiam argumento tex. in capit. Quicumque, eadem cau. & quest. qui leuius crimen graui poena castigat. Et dicit tandem quod quidem dixerunt esse poenam arbitriam: quod dicit tolerari posse, quando factum non esset valde turpe, vel persona Sacerdotis simplex. Et vide Abb. in cap. quidam. ad finem. De celebra. Missar. vbi dicit quod Sacerdos Missam celebrans, ut Deus perdat aliquem, licet conficiat, debet hoc comperto deponi: quia abutitur tanto Sacramento: Superstitiosum autem clericum deponendum, & in monasterio detrudendum dicit Syluest. post Hostien. in locis per cum relatis in sua summa, in verbo, Superstitio. §. Vndecimo quaritur.

#### ANNOTATIO.



De Paul. Grillan. ultra locum, quem hic autor allegat in tract. de fortileg. q. 16. & 17. Jacob. Menoch. de arbit. iud. quest. lib. 2. cent. 4. casu 388. num. 14.

In custodia Eucharistiæ desides.

#### CAPVT, XLIIII.

1 *Clericus istius criminis proceptor, qua sit poena animaduertendus.*

2 *Sacramentum Eucharistiæ summa decentia custodiendum est.*

Huius

**H**uius desidia poena ex dispositione concilij Arlanten. de quo in cap. Qui bene. de consec. distinct. 2. talis est, quod qui bene non custodierit sacrificium, & mus, vel aliquod aliud animal illud comederit, quadraginta diebus poeniteat. Qui autem perdiderit illud in Ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta diebus poeniteat. Nouissime autem taliter delinquentes ab officio tribus mensibus suspenduntur, vt. c. 1. de cust. eucharist. Grauiori poena puniendi, si aliquod nefandum inde contigerit, quæ videtur relicta iudicis arbitrio, argumento text. in capi. de caus. de offici. deleg. Quali autem decentia seruari debeat eucharistia, bene ordinauit Honorius. 3. in cap. sane. de celebra. Missa. sub talibus & notandis verbis. Ne propter incuriam Sacerdotum diuina indignatio grauius exardescat, distincte precipiendo: Mandamus quatenus à Sacerdotibus Eucharistia in loco singulari, mundo, & signato semper honorifice collocata, deuotè ac fideliter conseruetur.

## ANNOTATIO.

**V**ide Circa huius capituli argumentum Capellam Tolosanam, decisio. 218. vbi Auf. in addi. & vide in hoc Archiepiscopo Toleta. capit. 1. sub tit. de custod. eucharist. lib. 3. Sinod. constituti.

Illud verò notabis, quod propter negligentiam in sacrificijs admissam vindictam Dei Optimi Maximi proximam esse exempla Nadabi. & Abiu. fidem faciunt, vt habetur Leui. c. 10. cum alijs. 1. Reg. cap. 2. 3. & 4. Atq; Herodotus lib. 2. piaculum fuisse apud Aegyptios: tradit immolasse hostiam

non notam à Sacerdote, qui prius, quam immolaret explorabat diligentissime an munda esset: deinde allegato Canauo cornibus applicataq; terra sigillari annulo impressa mundam esse notabat:

Hinc procedit parochium, cuius desidia vel negligentia infirmus absque Sacramentali confessione, & Sacra communionem moritur à suo officio remouendum esse, cum reus sit animæ illius, vt dicit glos. in cap. officium. in verbo, sine confessione. de offic. Archipresbyt. pro qua mirè adducit. text. in cap. presbyter. 16. q. 6. Idem esset asseuerandum de alio quocunque Sacerdote qui puerum in necessitate noluerit baptizare: nam si absque Baptismi Sacramento decedat Sacerdos huius criminis reus deponitur. cap. quicumque. de consecr. dist. 4. Ego quidem semper vidi pro his criminibus suspensionis poenam cum reclusionem ad tempus imponi.

*Pœna Parochi, cuius negligentia infirmus non receptis Sacramentis decedit.*

## Missamque Sacram inceptam reliquerunt.

## CAPVT, XLV. QVOD nouè editum est.

- 1 Clericus qui Missæ sacrificium ceptum relinquit, qua poena puniatur.
- 2 Clericus qui rem Sacram ceptam relinquit, grauissimè peccat.
- 3 Cause aliqua traduntur, quibus excusatur clericus qui Missam sacræ non perfecit.
- 4 Clericus qui rem Sacram propter impedimentum non perfecit, impedimento cessante potest finire.



**C**lericus qui absque rationabili & urgentissima causa Sacram Missam inceptam relinquit, à Sacro corpore & fan

& sanguinē Domini nostri suspensus est: iuxta Macarij Summi Pontificis decretum, in capit. nullus. de cōsecrat. distin. 1. cuius text. autoritate Archid. in cap. nullus. 7. q. 1. scribit eum minoris excommunicationis sententiam incurrere. Imò sunt qui putant, eum maioris excommunicationis sententiam incurrere: quibus suffragari videtur Toletanum Concil. in dict. cap. nihil. quo sancitum est, quòd huiusmodi desertor, excommunicationis sententiam obtinebit. Sed verius est in nullam excommunicationem incidere, non maiorem, quia nullibi cautum reperitur, iuxta glos. sing. in capit. fin. de iure patro. Nec verba Concilij Toletani aliquid urgent, ibi, *Sententiam excommunicationis obtinebit.* Quia sunt verba futuri temporis, quæ non inducunt poenā ipso iure impositam, nisi alia verba id significantia iniungantur. glo. not. in reg. in poenis. de regul. iuris. lib. 6. glo. Bar. & Bal. in l. iubemus nulli. C. de Sacrosan. Eccles. glo. in l. 1. C. ne liceat potentior. cum prope infinitis allegatis ab Andr. Tiraquel. in elegantissima illa relectione. l. si vnquam. in verbo, *Reuertantur.* nume. 39. C. de reuocand. donation. Non minorem, quia illud Macharij responsum quòd ansam præbuit Archidia. vt hoc asseueraret, nullam de excommunicatione mentionem facit, sed tantum de suspensione à corpore & sanguine Domini. Ita nouissimè tenet Marti. Nauar. in Miscelaneis de oratione Miscela. 42.

2 Peccat sanè grauissimè clericus, qui inceptam Missam non perficit. Tum quia iure prohibitum est, vt dixi, tum etiam quia præstat ansam audientium distractioni, vt in suscepta deuotione frigescent, quod ipsum dicendum censeo, de omnibus alijs ho-

ris canonicis, vt insinuat dictū Concilium Toletanum in dict. cap. nihil. quatenus loquitur, de omni officio, in quo Domino psallitur, vt ponderat egregius Nauar. in tracta. de oratione. c. 16. num. 45.

Si tamen legitima interfuerit causa 3  
permissum est diuina munera incepta relinquere: vt tenet S. Thom. in 3. part. quæst. 53. arti. 6. Paludan. in 4. distin. 11. quæstio. 1. conclus. 2. Iusta causa illa iudicanda est, quæ prouenit ex impotentia facti: quia clericus qui Missam inceptit, repentino morbo afficitur, ita vt eam perficere non possit. Alia est iuris impotentia, quia forte ea incepta meminit comedisse, vel quod erat suspensus, vel excommunicatus, irregularis, vel in peccato mortali. Ita tenet Diuus Thom. in dict. 3. par. q. 58. arti. 6. ad secundū. Quam doctrinam communiter receptam esse asseuerat Martin. Nauar. in dict. capit. 16. num. 57. Ex quorum tamen sententia liceret, cui hoc contingerit, condigna facta poenitentia, Sacram rem finire, etiam si ante consecrationem illius memoriæ hoc superueniat. Si alias scandalum oriretur quidquid reclamet Palud. in 4. sent. dist. 11. quæst. 2. col. 2. Si tamè absque vilo scandalo posset à Sacra re incepta desistere, id omninò facere tenetur, in tribus casibus suprà enumeratis, nempe comestionis, irregularitatis, vel excommunicationis, sed in quarto si meminit se in mortali peccato esse constitutum, perficere potest, modò cōdignè poeniteat. Sed illud memoria dignissimum est, clericum Missam dictis tribus casibus finiēdo non affici irregularitate. Ita tenet Ang. in summa, in verbo, Eucharistia. 2. §. 2. & sequen. Syluest. in eodem verbo. q. 7. col. fin. Quam opinionē amplectitur Nauar. in. d. c. 16. dices

dicēs eam iustiore effo licet ab ea recedat Palud. in. 4. dist. 11. quæst. 1. col. 2. Ego verò in animæ iudicio libenter Ange. Syluest. & Nauar. opinionem quæ summa nititur æquitate sequor, sed in iustiori foro clericū iustum à iuris Pontificij pœnis immunem nō iudicarem. Tertia causa erit ingressus excommunicati & denunciati, qui pertinaci impioque animo ab Ecclesia exire nolit, si antequam Sacrum Canon incipiatur id contingat Missa incepta relinqui potest, vt in Clem. grauis, iuncta glo. de senten. excommun. Si verò canone incepto eueniat finienda est, ex dictæ glossæ sententia, quæ communis est teste Nauarro in. d. cap. 16. qui singulariter eam declarat, vt procedat, quando peruentum est ad verba consecratoria: nā si canone incepto antequam ad dicta verba fuerit peruentum, medio illo tempore, excommunicatus denunciatus Ecclesiam fuerit ingressus, nolitque recedere Missa finienda non est. Quarta causa erit, si incepta Missa, interdictum superueniat speciale, vel huiusmodi cessatio, vt neque valuis apertis, vel clausis celebrari possit, vel interdictum generale, & non permitteretur valua occludi: in his sanè casibus Missa finienda non est: intelligendo tamen, vt supra scripsimus, an deuentū fuerit ad verba consecratoria vel ne.

- 4 Nec illud est omittendum, quod sicut iusta subsistente causa diuina solennia finienda non sunt, fortiori ratione: tali interueniente legitima causa, qui Missam inchoauit, potest iterato eam inchoare, licitum nempe est, imò laudabile nimis verbum Domini eadem oratione repetere, vt Sacris Euangelijs passim legitimus. Ioanr. 6. ibi, *Amen amen dico vobis.* Et in Psalmis, *Fiat fiat.* vt habetur Psalmi. 40. &

105. & apud Diuum Paul. ad Roma. 8. & ad Gala. 4. Et iusta causa ea iudicabitur, si magnus Princeps magna comitatus familia Ecclesiam ingrediatur, eo tempore quo verisimile nō sit, quod aliam Missam audire possit. Ita se pie fecisse fatetur Mart. Nauarr. cum iam ad Epistolam Missam celebrando peruenisset, regressumque fuisse ad introitum (is inquam) in. d. cap. 16. num. 56. qui etiam legendus est in dictis Miscelaneis de oratione Miscelan. 43. numero. 219. quo loco scribit hoc licere, etiam dicta Epistola, & aliquando Sacro Euangelio, consuetque esse iustam hoc faciendi causam, si multi superuenierint operarij, sollicitatores, & causarum actores, quibus roganibus, vt Sacerdos Missam denuo inchoaret, posset morem gerere, ne operarum suarum iacturam facerent, vel illorum deuotio alterius Missæ tarditate frigeret. At cum hodie tanta sit Sacerdotū copia rarissime hoc eueniet. Et vt liberè dicam quod sentio, casus iste vltimo loco adductus ab egregio Nauarro mihi nullo modo placet, imputandū quidē est his hominibus, qui suis secularibus negotijs inuoluti, congruo tēpore ad sacrā rem audiendam minime accesserit. Nec iustum, nec decēs est, diuinā munera ita pertractari, vt istorum voluntate repetatur, inde sanè scandalum generaretur, & qui à principio his audiendis interfuerūt, molestè feret. Et ideo clericus qui in hoc delinquerit, pro modo culpæ arbitraria pœna ab ordinario erit plectendus.

*Mart. Nauar. opinio confutatur.*

Horis prohibitis celebrare sunt ausi.

CAPVT, XLVI. QVOD nouè adiuuam est.

*Cleri-*



1 Clericus qui horis prohibitis celebrauit qua pœna plectendus sit.

2 Clericus qui noctu celebrat, à peccato non excusatur.

3 Episcopus an possit dicto casu facultatem indulgere.

4 Clericus vtrum possit post meridiem celebrare.

5 Privilegia magnatibus concessa, vt post meridiem res sacra possit eis ministrari, an sit iuri cõmuni consentanea.

**S**acri Tridentini Concilij decreto stabilitum est, vt Episcopi (ne impiæ superstitioni detur locus) edictis pœnis quæ impositis caueât, ne Sacerdotes alijs quam debitis horis celebrent: vt habetur sessione. 22. in decreto de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ. Erunt igitur puniendi si in hoc delinquerint, illis pœnis quæ synodalibus constitutionibus, vel edictis fuerint decretæ, & si nullæ fuerint statutæ arbitraria pœna, pro modo culpæ sunt plectendi, cum iure definita non sit. ca. de causis. §. de illis. de offi. delega. l. 1. ff. de iure deliberan.

Vnde post dictum concilium antiquata est ea consuetudo, quæ in aliquibus locis vigeat, vt longè ante lucem Missa celebraretur, ea ratione, vt operarij famuli & domestici eam audirent, vt operibus suis meliùs potestà vacare possent. Similiter ea consuetudo censetur sublata, quæ recepta erat, vt Missæ nuptiarum (præsertim nobilium) eo tempore dicerentur. Caueant igitur clerici, ne pretextu talis consuetudinis, decretum illud transgrediantur, quia à pœnis debitis non excusarentur.

2 Peccat æquidem clericus, qui noctu & ante diem celebrat, vt est commune omnium Doctorum placitum,

teste Nauarro in manuali confessat. cap. 25. num. 85. Episcopis autè hoc interdictum non est. ex glo. sententia in capit. fin. in verbo, *Indulgemus.* de privileg. lib. 6. tenet Palud. in. 4. sent. dist. 13. q. 2. conclusionem. 2. arti. 2. & licet nullo iure fulciatur, cū eam consuetudo receperit amplectenda est.

Poterit verò clericus, absque alicuius pœnæ metu ante diem celebrare, si Episcopi vel sui superioris facultas interuenierit, quæ tribuenda est propter necessitatem communicandi infirmum morti proximum, & defectū eucharistiæ: vt tenet Archiepiscopus Florenti. in. 3. parte tit. 13. cap. 6. §. 4. quem sequuntur Ang. Syluester & recentiores quos allegat Marti. Nauar. d. cap. 25. qui censet propria autoritate id fieri posse, si superior sit absens. Is sane qui in culpa fuit, nõ seruandi sacratissimam eucharistiam in Ecclesia infirmis: ministrandam, grauissimè puniatur.

Delinquit etiam Clericus, quo ad huius capituli punitionem (prout nõ nulli arbitratur) qui post præteritam maximam partem horæ sextæ (quæ meridie finiur) celebrare audeat, vt scribit Ioan. And. in cap. 1. de celebrat. Missar. cuius opinionem communem esse fatetur Nauar. in tracta. de oratione. cap. 21. num. 31. & in. d. cap. 25. à qua ipse iure optimo recedit, asseuerans non esse prohibitum (scandalo cessante) post meridiem, vsque ad nonam horam celebrare: quia nullo iure nec congrua ratione prohibitum est, imò permissum: si rectè perpendamus, quod sacrificium incruentum à Sacerdote in persona Christi oblatum, idem est quod ea hora ab ipsomet Christo oblatum fuit cruentum, quod quædam Missa fuit, quod ipse scèpissimè fecisse & consuluisse testatur.

5 Ex quibus colligēs, quod ea priuilegia, quæ magnatibus cōcessa sunt, vt eis possit res sacra post meridiem vsque ad nonam horam celebrari, iuri communi esse consona, & id tantum operari, vt aliquorum scandalū sedetur. Quibus non refragatur Tridentinum Concilium quatenus prohibet, ne Sacerdotes alijs quam debitis horis celebrent, quia intelligendū est de horis ante lucē vel post nonā.

### Commēdatumque sibi infirmum baptizare noluerunt.

#### CAPVT, LVII.

1 Clericus qui crimen hoc perpetraverit, depositionem meretur.

1 **R**esbyter qui in prouincia propria, vel alia, vel vbiūque inuentus fuerit, commēdatum sibi infirmū baptizare noluerit pro intentione itineris, vel aliqua excusatione, si sine baptismo moritur, deponendus est, ex decreto Martini Papæ, in cap. Quicumque. de conse. distinct. 4.

### Beneficia plura possident.

#### CAPVT, LVIII.

1 Plura habere beneficia, rationi naturali aduersum esse eleganter ostenditur.

2 Pluralitas etiam beneficiorum canonicis sanctionibus obiat.

3 Beneficiorum pluralitas multis magnisque sanctorum virorum testimonijs damnatur.

4 Habens multa beneficia etiam cum

dispensatione sine causa tamē concessa in animæ iudicio securus nō est. & ibi traditur an Papa possit in pluralitate beneficiorum dispensare.

5 Plura habens beneficia etiam simplicia, quorum alterum ad commode viuendum sufficiens est, altero priuari potest.

6 Recipiens beneficium aliquod, curā habens animarum annexam, si prius tale beneficium habeat, eo ipso iure priuatus est, & si illud habere contendit, alio etiam priuandus est.

7 Si duo simul & semel alicui curata beneficia conferantur, tunc datur optio.

8 Beneficij secundi acceptatio facta vi iracundiæ, non facit primum vacare, si incontinenti acceptas poenitent.

9 Pœna vacationis primi beneficij, sibi non vendicat locum nisi adeptus secundi beneficij pacifica possessione.

10 Pœna. cap. de multa. per extrauagantem constitutionem incipit excrebialis. Ioann. vigesimi secundi aucta est.

**H**abere plura beneficia in a ter crimina referre voluit: quia licet in nostris temporibus, non modo non iudicetur criminolum, verumetiam is sapientior habeatur, maioriq; dignus honore qui plura beneficia aggregare, & acquirere sciuerit, hoc perniciosissimum Christianæ reipublicæ, Ecclesiæque vniuersalis statui, animarumque saluti fore censeo. Idque rationi naturali obuiare, ac sanctis Ecclesiæ constitutionibus, plurimumq; sanctorū Doctorū opinionibus contradicere. Quid enim rationi naturali aduersum magis, quā quod vnus

vnus & idē homo varia Ecclesiæ stipendia in varijs & distantibus sæpè locis, & quibus varia incumbūt onera in seipso suscipiat? Quæ est enim humana respublica, quæ suos iudices, rectores, tabelliones, & alios officarios stipendijs in absentia frui & vagari permittat? Quis in sua quãtūuis ampla & ditissima domo, vni ministro absentī salaria plurium ministrorum persoluit, ac ab eo quoscunque suo nomine subrogatos admittit? Sola domus Dei Ecclesia sancta tali inordinatione suo priuatur ministerio, ac debitis fraudatur obsequijs. Vnde verissima sunt beati Bernardi verba in declamatione super Euangelio: Dixit Simon Petrus ad Iesum. in colum. 51. dum dicit quod sola bona Domini ex omnibus hodie inueniuntur exposita. Quid debet Ecclesia Dei plurimum nobili in vanitati, vt patrimonio Iesu Christi dilectissimi sponi sui, quod flagellis, alapis, sanguinis effusione quæsiuit, eorum alas accipitres, educat canes, saginet æquos, nutriat leones ac seditiosos homines qui passim reipublicam turbent? Quid nempe debere potest pluribus alijs rusticorum filijs, ac suis parentibus indoctoribus, à quibus solum (Imo vix) aratra & boues in successionem habere potuerunt, qui illicitis medijs plura occupant beneficia, vt cum illis amplam sibi parent suppellectilem, varios aptent cibos, ac pro pluribus illicitis sumptibus pecuniam habeant? Quid denique Ecclesia eadem, quantumuis peritissimis ac literatissimis viris debere iudicabimus, vt beneficiorum congerie suæ ambitionis insatiabilem sitim extinguere debeat, præcipuè his qui doctrina sua nunquam in Ecclesiæ catholice profuerunt, nec prodesse

curant? Dic mihi quicumque es, quantacunque polleas eruditione, an eo solo quod vigilias sustinueris, studio vacaueris, tibi astricta est Ecclesia Dei, vt te in statu grandi, ac pompa magna sustineat. Vidistine aliquando artificem aliquem eo solo quod artem didicerit optime à Reipublici. alimenta suscipere. An ex eo quod arte sua Reipublici. utilis est. Quid igitur tibi suades, eo que studueris licet tibi plura Ecclesiæ beneficia retinere, cum nec vnus eorum onera subeas? Aduerte quæso, quod literatis viris non plura beneficia, sed maiora concedi sanxerunt Canonica iura. Si quando vero vt plura habeant beneficia cum peritis dispentare conceditur, ob Ecclesiarum vtilitatem, non eorum, id effici debet. Quid enim potest studium tuum Ecclesiæ sanctæ, si id solum operatur, vt plura occupes loca, in quibus plures possent eidem deservire, qui sufficienti peritia, & maiori charitate seu virtute iniuncta onera subirent? Quid prodest illi doctrina tua, si oues Christi tibi commissas, imperito mercenario contemni salario pascendas committis. Quis ergo inficiabitur hoc aduersari naturali rationi, si eadem ratione non caret. Quod nempe apertissimè comprobant leges antiquæ gentilium, qui solo naturali lumine regerantur, in quibus prohibitum erat expressè, vt apud eos non esset vir duplex, aut multiplex, sed quod singuli singula facerent, vt in Socraticis legibus cauebatur. Confirmant hoc etiam notanda verba Iustiniani, in l. Nemo C. de assesso. dum dicit, Neque enim facile credendum est duabus necessarijs rebus vnū sufficere: Quodque id sanctis obueniet canonicis institutis, apertè mostra-

mōstratur. Primò quidem contrariū dispositū est in. 7. Synodo: vt refert Gratianus in cap. 1. 21. quest. 1. vbi dicitur, Clericus ab instanti tempore nō connumeretur in duabus Ecclesijs, negociationis enim hoc est & turpis lucri proprium commodum. Statuit etiam hoc sancta vniuersalis Ecclesia, Spiritu sancto congregata in Concilio illo Calcedonen. celeberrimo à sexcentis & triginta Episcopis celebrato. in cap. 10. illius concilij, vbi definitum est non licere clericis in Ecclesijs duarum ciuitatum ordinari. Si quis verò iam translatus est ab alia in aliam Ecclesiā, nihil habeat commune cum priore. Illos vero qui ausi fuerint post ordinationē illius vniuersalis synodi agere cōtrarium, statuit sancta synodus cadere à proprio gradu. De qua decisione concilij breuiter meminit Gratianus, non referendo dictā pœnæ appositionem, in ca. clericum. 21. quest. 1. Hoc præterea aduersatur dissitioni Cōcilij Placentini per Urbanum Papam celebrati, de quo in cap. Sanctorum. 70. distinct. vbi hæc pluralitas beneficiorū prohibita est, per hæc verba. *Omnino autem in duabus Ecclesijs aliquem intitulari non liceat.* Hoc etiam improbat Toletanum Concilium, de quo meminit Gratianus in capi. vno. 10. quest. 3. in versic. Sed & hoc. per hæc verba, videlicet, Sed & hoc necessarium instituere duximus, vt plures Ecclesiæ vni nequaquam committantur presbytero, quia solus per totas Ecclesias nec officium valet persolvere, nec rebus earum necessariam curam impendere. Cuius concilij verba originaliter legere desiderans inueniet in Concilio Toletano. 16. celebrato sub principe Flauio Egicano anno. 6. sui regni a sexaginta & vno Episcopis, in

capitu. de reparatio. Eccle. præcipuè quia paucula etiam verba & vtilia in hoc proposito transcribere neglexit Gratianus, quod tamen conciliū huiusq; non habetur impressum. Celebre etiam illud Lateranense Conciliū cui Alex. tertius interfuit, de quo in c. Qua in tantū, de præb. Præbendarum multitudinē Canonibus inimicam, materini diuolutionis & euagationis inducere, ac certū periculū animarum cōtinere expresse attestatur: Prohibuit hoc etiam Alex. secundus, qui disposuit quod nullus presbyter habeat duas Ecclesias, vt in ca. per laicos. 16. q. 7. Vnde dicit Abba. in c. Conquerente. de cler. non resid. in. 3. nota. allegādo glo. in ca. Dudū. el. 2. de elect. in verbo intitulatam, quod sine peccato mortali non potest quis habere plura beneficia, quādo alterum per se sufficit. Et vide etiam Ioan. de Lignano in tractatu de pluralitate beneficiorum, maxime in colum. 2. vbi concludit quod de iure communi vnus non potest habere duos titulos beneficiales Ecclesiasticos extra casus in iure expressos, & adducit optima fundamenta in proposito. Extant insuper sanctorum ac grauium virorū commentaria, quibus hanc pluralitatem beneficiorū dānant, eamq; animabus periculosissimam esse demonstrant optimis ac vrgentibus rationibus, quas hic transcribere nolo: patent enim volentibus legere eas in tract. contra pluralitatem beneficiorum, quem edidit singularis vitæ, ac magnæ doctrinæ vir Dio. Cartusi. præ maxime in. 7. arb. postquam ad totū

Dion.  
Cartu.

Bernar. in epist. 271. ad Commitem Theobaldum vbi tradit honores & dignitates Ecclesiasticas debere dari  
 4 ijs qui eas digne ac secundum Deum administrare velint & possint. Nequē licere cuiquam habere plures in pluribus Ecclesijs, nisi dispensatione ob magnam vel Ecclesiæ necessitatem, vel personarum utilitatem. Et vide in proposito Beatū Thomam, in quolibet. 11. in artic. 15. 10. Maioris in. 4. distinct. 24. in quaest. 6. & 7. vbi inter alia concludit quod tenens plura beneficia cum dispensatione, in qua non est rationabilis causa dispensandi, non est in statu salutis. Et vide Felin. in capi. 1. nume. 30. de constit. vbi dicit, quod licet Papa habeat potestatem dispensandi in omnibus statutis Ecclesiæ, sola voluntate tamē illud intelligitur, nisi lex positua habeat in se quandam rationem diuinam vel naturalem, vt est lex prohibens pluralitatem beneficiorum, illic Abb. & alios. Scripsit etiam aliqua Gabriel in expositione canonis, in lectione. 28. in duabus vltim. col. vbi etiam ostendit quomodo dispensatio Papæ in hoc non suffragetur, b nisi fiat ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ. Et vltra opiniones grauium & singularium Doctorum in ista materia miracula quædam referuntur per suprascriptos Doctores Cartusien. per quæ periculum habentium plura beneficia dignoscitur, quæ quidem à Christiano viro contemnenda non sunt. Nec enim æterna salus propter delicatiorē victum, & ornatiorem vestitum, seu ampliorem familiam, in dubio ponenda est, essetque consentaneum, vt sicut patimur ob solam opinionem eorum qui medicinam scripserunt, sanguinem minui, pluraque alia nobis insipida & satis fastidiosa propi-

nari, ne salus corporis periclitetur (cum scēpius eueniat ipsis medicis scriptoribus, aut alijs viuis qui ipsorum opinionem in nobis experiantur, errantibus, non solū nō liberari à morbo, sed eadē phlebotomia, qua sanari credebant, mori ac periclitari infirmos) sic sequēdo opinionem sanctorum vel insigniū doctorū ob salutem animæ pecunias minui, aliquaque & si corpori molesta, tolerare. Cum ex hoc nullā nobis corpori nec animæ timeri possit periculū, sed animæ post obitū, & corpori post resurrectionem certior & securior salus æterna promittatur. Relicta igitur animæ poena supremo illi mortuorū ac viuorum iudici, qui solus intelligit delicta cunctorū: prima poenarū que se offert in huius sæculi contentioso foro est, quod habens plura beneficia, quamuis simplicia, c quorū alterum sufficit per se ad vitā beneficiati, 5 potest legitimē altero priuari. Hoc probat tex. in. c. Cōquerente. de cle. nō resi. secundū Abb. ibi, in. 3. no. quod dicit valde notabile, & nūquam obliuioni tradendū, & dicit esse casum solennē priuandi aliquem beneficio suo, licet velit in eo residere. Iustissima quidem est poena ista. licet his temporibus infelibus inusitata, non quia vires amiserit, sed ex negligentia aut auaritia superiorū, quorū aliqui in Sacrorū Canonū executione torpescunt, reliqui verò cū plures Ecclesias Episcopales simul aliquando, aut cū vna Episcopali plura alia beneficia retineant, sui que officiales, aut habeant aut ambiāt plures dignitates siue beneficia, auaritia cęci aliorum cupidinem (& si Ecclesijs, clero ac diuino cultui perniciosam) re- 6 frenare non satagunt. Secunda est, quæ in Concilio generali statuta fuit, vt habeatur in cap. de multa, de prob.

præb. cuius verba sunt: Quicumque  
repperit aliquod beneficium curam  
habens animarum annexam, si prius  
tale beneficium habebat, eo sit ipso iu-  
re priuatus: <sup>d</sup> & si fortè illud retinere  
contenderit, etiam alio spoliatur: is  
quoque ad quem prioris spectat do-  
natio, illud post receptionem alte-  
rius liberè conferat, cui meritò vi-  
derit conferendum. Et vltius de-  
cernit text. idem esse obseruandum  
in personalibus. Fuit etiam extensa  
pœna ista per iura Sexti & Clemen-  
tin. primò ad regulares dignitates, vt  
in capitulo, Cum singula, de præb. li-  
bro. 6. Secundò ad prioratus, vt in  
Clementin. 1. de supplenda neglig.  
præla. Tertiò ad vicarias perpetuas  
Ecclesiarum parochialium, vt in Cle-  
men. vnic. de offic. vicar. Aduerte ta-  
men quod si alicui conferantur duo  
curata simul & semel, tunc datur sibi  
optio secundum Abb. ibi, colum. 3.  
versic. In ea glo. licet alij secundum  
eum tenuerint quod non valet colla-  
tio. Quando verò aliquis calore ira-  
cundiæ reciperet secundum benefi-  
cium curatum, non vacaret primò,  
si incontinenti pœnituit eum, secun-  
dum eundem, ibi. dict. col. 3. versic.  
9 Extra casum. Pœna verò ista vacatio-  
nis primi beneficij, non vendicat si-  
bi locum, nisi post habitam posses-  
sionem pacificam secundi beneficij,  
ita credit Abb. indistinctè, vbi sup.  
10 colum. 4. ver. in ea glo. Sed hæc qui-  
dem pœna, de qua in. d. c. de multa,  
nouissimè & singulari zelo adauçta  
est per Ioann. 22. in sua extrauagati  
execrabilis: <sup>e</sup> quæ sub titul. de præb.  
collocata est, in. 9. qui verò. vbi ca-  
uetur, quod qui receperint deinceps  
dignitatem, vel personatum, seu  
officium, aut aliud beneficium ani-  
marum curam habens annexam, si  
antea habebat aliud simile beneficiũ

si illud primum quo noscitur esse  
priuatus ipso iure, postquam habue-  
rit possessionem secundi, vel per eum  
fiterit quominus habeat omni frau-  
de & dolo cessantibus, non dimi-  
ferit in manibus ordinarij absque  
more, dispendio, verbo & facto si-  
ne fraude, & sub publico testimo-  
nio, ipso iure & ex tunc est priuatus  
dicto secundo beneficio, quod rece-  
pit, & quod durius est, reputatur in-  
habilis ad sacros ordines suscipiendos  
& ad habendum quodcunq; benefi-  
ciũ Ecclesiasticum, quas duas pœnas  
inhabilitatis ad ordines sacros & be-  
neficiũ incurrit etiã ipso facto: vt  
voluit ibi glos. Zenze. in verbo ipso  
iure. in fin. verbis. Et vide quatuor re-  
quisita vt procedant pœnæ dicto-  
rum iurium, videlicet c. De multa. &  
extrauagatis execrabilis, per Staphi-  
leum in tract. de gratijs expectatiuis  
in tit. de qualitate & statu benefici.  
in. 9. quarto requiritur. vsq; ad. 9. 4.  
& vltim. & habes nunc illum tracta-  
tum in tomo quarto sexdecim volu-  
minum impressorum Venetijs.



**P**ura beneficia. Adde quod <sup>A</sup>  
cum huius capitis argu-  
mentum latius pateat quã  
vt breuibus possim illud  
concludere, satis erit si legentibus  
veluti manibus dixerim, ea loca, in  
quibus pingui minerua tractatum re-  
perient. Legant igitur Ioan. de Lign.  
in tractat. de pluralit. benefi. nume-  
ro primo. Curi. in eodem tractat. per  
totum. Ioann. Nicol. Simon. in ipso  
met tractatu, numero primo, vsque  
ad numer. 22. Lamb. in tractat. iuris  
patrona. 1. part. 2. libr. 7. quæst. pri.  
articulo quinto Paul. Parisi. in cap.  
cum Ecclesiastica. nume. 5. de exces.  
pralato. August. quæst. suis. q. 8.  
numer. 1. Aluar. Pelagi. de planctu

Ecclesiæ, artic. 9. in fine Domi. Soto lib. 3. de iusti. & iure. q. 6. articulo. 3. Petrum Rebu. in pract. benefi. ti. de dispensati. ad plura beneficia, pagin. 366. vbi decem rationes congeisit, propter quas prohibita est beneficiorum pluralitas. Et videt egregiam. l. 3. titulo. 16. par. 1. vbi latè Gregori. in verbo, *Otro.* & nouissimè concil. Tridenti. sess. 7. cap. 4. & sess. 24. c. 7.

**B** *Non suffragetur.* Vide latissimè Domi. Soto, & Petrum Rebuff. in locis nouissimè allegatis & Martin. Nauar. in manu. confess. cap. 25. nume. 129. & in tract. de oratione. cap. 22. num. 75.

**C** *Quamuis simplicia.* Adde glo. sing. in capit. dudum. in. 2. de elect. quæ scribit etiam simplicium beneficiorum pluralitatem esse prohibitam, quam Abb. & Scribentes ibi sequuntur, & communem esse fatetur Martin. Nauar. in manu. confess. cap. 25. nu. 125. & probatur in cap. conquerete. de cleri. non residen. tradit. S. Tho. quodlibet. 8. artic. 19. & quodlibet. 9. artic. 19. quæ opinio canonizata est hodie in Concil. Tridenti. sess. 24. c. 17. de reform. Et Cardinalium Sacræ cõgregationis fulcra testimonio his verbis asseuerantes. *Plura beneficia non possunt obtineri, licet sint simplicia sine dispensatione Papæ.* Circa quod admonendi sunt impetrantes, qui aduersus Sacrorum Canonum iniuncta plura beneficia etiam simplicia cõsequi affectant, non æquidem securi sunt, etiã si in supplicationibus suis Pontifici Maximo oblatis, alia beneficia habere fateantur, & ipse petita beneficia conferat, minimè æquidem cum ipsis dispensare censetur. Nam aliorum beneficiorum expressio, solum operatur, quod gratia subreptitia non censetur. text. insignis in capit. non potest.

Decretum  
Car  
dina  
lium.

de præbend. in sexto, quod multis rationibus probat. Martin. Nauarr. in tractat. de oratione, capitulo. 22. numero. 64. vbi numero. 67. latè disputat, quod beneficium dicatur sufficiens, ne aliud habenti illud cõferatur.

*Ipsa iure priuatus.* Vide Concilium Tridentinum, sessione. 24. cap. 17. cuius verba ponderans Martin. Nauarr. in manuali confessor. cap. 25. numero. 129. *Quatenus dicit cogatur omnino.* & c. dicit neutram Ecclesiam ipso iure vacare. Sed fallitur in hoc vir egregius, cum à iure antiquo sine nouo expresso recedere non liceat. l. præcipimus. C. de appellat. & loquitur expressè contra aliud decretum eiusdem concilij, sessione. 7. capitulo quarto. *Quicumque (inquit) de cetero pura curata, aut alia incompa tibilita beneficia Ecclesiastica, siue per viam vniõis ad vitam, siue commenda perpetua, aut alio quocunque nomine, & titulo, contra formam Sacrorum Canonum, & præsertim Innocentij Tertij, quæ incipit de multa recipere, aut simul retinere præsumpserit, beneficijs ipsis, iuxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso iure, citam præsentis canonis vigore priuatus existat.* Nec verba d. c. Nauarro his suffragantur, quia Concilium Sacrum ibi loquitur, ante lapsum sex mensium, de ea coactione, quæ intra tempus illud à iudice facienda est, quo elapso, locus est dictæ pœnæ, vt ibi etiam diffinitur.

*Non vacaret primum.* Vide Cardinalem in Clementin. 1. oppositio. 1. de offici. Vicarij. Felinus in capitulo, sicut ex literis. numero quarto. de iure iurando. Decret. in l. quidquid calore. ff. de regul. iur. Andr. Tiracquel. in tractat. de pœnis. caus. 1. numero. 29.

D  
Cõ. Tri  
de. sess.  
24. c.  
17. de  
reform.  
contra  
Mart.  
Nauar.  
opinio  
ne in  
terpre  
tatur.

E

**E** *Extraneus execrabilis.* De qua constitutione meminit Petrus Rebuff. in d. pract. de forma signature simp. prouisi. versi. aut per constitutionem. pag. 144. vbi dicit, quod si dicta extraneus constitutio ad vnguem seruetur non essent tot in veneficijs plurales.

**Quorum aliqua patres eorum nullo mediantate possederunt.**

**CAPVT, XLVIII.**

- 1 *Beneficia Ecclesiastica hereditario iure non deferuntur.*
- 2 *Si Sacerdos instituatur in Ecclesia, in qua pater eius ministravit, ab ea est amouendus.*
- 3 *Filius etiam legitimus non potest in beneficio patris succedere.*
- 4 *Differentia egregia, inter filium legitimum, & illegitimum circa istius cap. materiam constituitur.*

**I** Deo enim sacrorum canonum conditores successiorem seu hereditarium ius in Ecclesijs Dei abhoruerunt, vt Innocentius Papa 11. Apostolica autoritate prohibuerit, ne quis Ecclesias prebendas, preposituras, capellanas, aut reliqua officia hereditario iure valeat vendicare, aut exoptulare presumat, statuens quod si quis improbus aut ambitionis reus hoc attentare presumpserit, debita poena mulctaretur, & postulatis careret, vt habetur in capit. Apostolica. 8. q. 1. si vero aliquis ista contemnens adhuc in Ecclesia, in qua pater eius ministravit, instituatur, poena eius est vt ab ea amoueat: <sup>a</sup> vt statuit Alex. Tertius in cap. ad pra-

sentiam. cum duobus sequent. & in cap. quoniam. & in cap. ad extirpandas de fil. presbyt. nisi media intercesserit persona, vt in dict. cap. Ad extirpandas. & in cap. ex transmissa. eo. tit. Aduertendum praeterea est, quod licet isti clerici, contra quos haec denuntiatio facta est, dicantur esse illegitimi, tamen quo ad nostrum propositum, etiam si quis sit legitimus non potest succedere patri in beneficio, quod ipse possedit nulla persona mediante, vt per glo. Archi. Domi. & Praepo. in dict. cap. Apostolica. Et probat etiam text. quem ibi dicit ad hoc casum expressum Anton. in. 5. not. in dict. cap. extirpandas. & not. Anton. post Host. in cap. ad haec. eo. tit. & Deci. in cap. inter caeteras. col. 2. num. 4. de rescrip. vbi in hac materia bene loquitur. Differunt tamen in hoc proposito quo ad alium articulum: quod illegitimus filius non potest praefici in Ecclesia, in qua praest pater de presenti, vt habeat alium canonicatum vel praebendam, licet possit eo mortuo habere, dum non succedat in beneficio paterno: legitimus vero potest institui in Ecclesia, in qua pater praest, etiam eo viuo, in diuerso beneficio, <sup>b</sup> vt not. in dict. glo. & per Domi. & Praepo. ibi. Si autem isti immediate succederent in beneficijs filiorum suorum, non priuarentur eis, cum non reperiatur prohibitum, patrem filio succedere, <sup>c</sup> in hoc casu, prout communiter in hoc resident Docto. in dict. capit. ex transmissa. vt Praepo. asserit in dict. cap. Apostolica. licet contrarium teneant Hostien. & Archid.



*Bea amoueat. Adde Con A Decla pit. 15. cuius singularia ver ratur ba haec sunt. Vt paterna m- Conci.*



*Tridē. continentie memoria, à locis Deo conse-*  
*ses. 25 cratis, quos maxime puritas, sanctitasq;*  
*ca. 15. decet longissime arceatur, non liceat fi-*  
*de re- lijs clericorum, qui non ex legitimo nati*  
*form. sunt matrimonio, in Ecclesijs, vbi eorum*  
*parentes beneficium habent, aut habue-*  
*runt, quodcunque etiam dissimile benefi-*  
*cium obtinere, neque in dictis Ecclesijs,*  
*quoque modo ministrare, nec pensiones*  
*super fructibus beneficiorum, quæ pater*  
*res eorum obtinet, vel alias obtinuerunt*  
*habere. Quod si in presenti pater & filius*  
*in eadem Ecclesia beneficia obtinere re-*  
*periuntur, cogatur filius suum beneficiū*  
*resignare, aut cum alio permutare intra*  
*Ecclesiam intra trium mēsiū spatium,*  
*alias ipso iure eo priuatus existat: & su-*  
*per ijs quæcunque dispensatio subreptitia*  
*censeatur. Ad hæc reciprocè resignatio-*  
*nes, si quæ post hæc à parentibus clericis,*  
*in fauorem filiorum, vt alter alterius be-*  
*neficium consequatur, in fraudem huius*  
*decreti & canonicarum sanctionum fa-*  
*cta omnino censeantur: nec collationes*  
*secutæ vigore huiusmodi resignationum*  
*seu aliarum quarumcunque, quæ in frau-*  
*dem factæ fuerint, ipsis clericorum filijs*  
*suffragentur. Hactenus sacrosancti*  
*concilij decretum.*

Circa quod & huius capituli pœnas, illud animaduerti oportet, quod non tantum filius clerici, sed nec nepos obtinere potest beneficium, in quo auus fuit præfectus, siue (vt cum nostris loquar) ministravit. glo. not. in cap. ad extirpandas. de filijs presbyteri, & in capit. presbyterorum. 86. dist. Abb. & Doctor. in c. 2. de arbit. & in capit. accedens de accusa. Guil. Benedi. in c. Raynuntius. in verbo, Et uxorem. nu. 693. de testam. Fieret æquidem manifesta fraus Concilio, alijsque canonicis decretis, nam qui non posset filio dare, minimo negotio nepoti concederet. Quod procedit in nepote legitimo nato ex spu-

rio vel spuria: quia is etiam excluditur: vt in d. cap. ad extirpandas. quod ita interpretatur Petrus Rebuff. in pract. benefi. de dispensa. super defect. nata. num. 27. dicens Tolosanū Senatū ita iudicasse. Si verò pater in Ecclesia de facto ministravit, huic prohibitioni locus non est.

Est tamen singulariter notandum, Sacrosanctum Concilium non procedere, quando pater decelsit, ante eius publicationem, vt declaratū fuit ab Cardinalibus, qui Tridentini interpretationi præsumunt his verbis, *Filijs presbyteri, decreto Concilij Tridentini c. 15. sess. 25. nõ prohibentur, retinere beneficium legitime obtentum, in eadem Ecclesia, in qua fuit Beneficiatus eorum pater, qui ante publicationem eiusdem Concilij Tridentini è vita migravit.*

*Diuerso beneficio.* Adde quod opinio ista in practica seruatur, vt testatur Rebuff. in loco nouissime allegato. num. 39. pag. 411. quo loco scribit, nunquam vidisse peti dispensationem ad obtinendum canonicatū à filio legitimo, in ea Ecclesia, in qua pater aliud habet. Et ideo filij legitimi Canonici esse possunt, in ea Ecclesia, in qua pater Episcopus est vel Canonicus. Quæ opinio verissima est die stante dicto decreto Trid. Concil. quia illud tantū loquitur, de illis clericorum filijs, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, circa legitimos verò, nihil ex iuris communis sanctionibus immutatum est. Et ideo ab eo iure recedendum non est. l. precipimus. in fine. C. de appel.

*Filio succedere.* Vide Petrum Rebuff. in dict. tit. de dispensa. super defect. natali. num. 29.

**In pluribus eorum intrusi.**

*Intrusus*

CAPVT, XLIX.

- 1 *Intrusus in beneficio, quis dicatur.*
- 2 *Clericus, qui scienter se in beneficio curato intrudit, qua poena puniatur.*

**I** Ntrusus in beneficio ille dicitur, qui obtinet illud sine autoritate eius, ad quæ de iure spectat collatio, notat Abb. ex tex. ibi, in cap. Quia diuersitatem. in. 2. not. de concess. præben. Et allegat tex. ad idem, in capit. ex frequentibus. de insti. & ponit Felin. in cap. in nostra. in. 2. corollario, de rescrip. qui idem dicit in eo, qui intrat cum titulo habito à superiore excommunicato vel interdicto, vel publicè suspensio, allegat tex. in cap. Tanta. de excessi. prælat. Et allegat Dominic. in cap. propter. vlt. col. 19. distinct. ponentem sex modos, <sup>a</sup> quibus quis dicitur intrusus in beneficio. & vide eundem Felin. ponentem septem, in capit. Veniens. numer. 3. de accusa. Clericus autem, qui scienter, iniuste intrudit se in beneficio habente curam animarum, ipso iure priuatus est beneficio <sup>b</sup> simili cum cura, quod habebat, vt in capit. eū qui. præben. in. 6.

**A** **S**EX modos. Adde Felin. qui octo modos narrat, in cap. veniens. in. 2. not. de accusa. quos refert. Ioan. à Selua in tract. de benefi. 11. q. 3. par. Ludo. Gome. in regal. Cæcel. de subrog. collitigan. glo. 4. pag. 330.

**B** *Priuatus est beneficio.* Adde quod si is illud impetrauit, non facta mentione intrusionis, non valebit impetratio, vt firmat Felin. in capit. postulasti. in fine, de rescrip. Sequitur Ioan. à Selua in dict. tract. de benefi. d. q.

11. & Malc. in tract. de elect. in fine. Et nota, quod in poenam & huius criminis detestationem, intrusus nõ subrogatur in ius alterius habentis in beneficio ius legitimum. cap. cum iam dudum. & ibi Doct. de præbed. Sed poenam hanc effugiet qui possessionem beneficii dimittit antequam petat, se in alterius ius subrogari, vt benè scribit Rebuff. in dict. reg. de subrog. collitig. num. 25.

Viuis possessoribus eorum.

CAPVT, L.

- 1 *Impetrans beneficium viuentis est ab Ecclesiastica communione pellendus.*
- 2 *Deponitur qui viuentis beneficium impetrat.*
- 3 *Impetrans viuentis beneficium est infamis.*
- 4 *Cum impetrante beneficium viuētis, solus Papa dispensat.*
- 5 *Occupans beneficium viuentis, si postea vacante beneficio impetrat illud à Papa, non facta mentione de inuasiōe præterita non valet collatio.*

**Q**UI viuorum Sacerdotū loco ponuntur, hoc ipso sunt Ecclesiastica communione pellendi, <sup>a</sup> qui se passim sunt successores viuus Sacerdotibus adhiberi. verba sunt tex. in cap. 1. de concess. præben. Vbi vide glos. <sup>2</sup> tenentes, quod ultra hoc debet deponi, allegat tex. in capit. in primis. 2. quæst. 1. sequitur Abb. ibi per eundem tex. qui tamen loquitur in eo, qui in locum viuētis Episcopi procurauit subrogari, vnde non videtur gene-

raliter inducendus contra quemlibet clericum, qui viuentis obtinuit beneficium. Longe enim gravior delinquit, qui Episcopatum, quàm qui beneficium viuentis ambit & usurpat. Allegat præterea glos. in dict. capit. 1. ad hoc, text. in cap. non furem. & in cap. Eum qui. 7. quæst. sed text. in dict. cap. Non furem, nihil probat de depositione. Et text. in capit. Eum qui. solum dicit, quod qui recipit archidiaconatum viuentis, eiusdem Archidiaconatus honore deponitur, & si ulterius in loco eodem ministrare præsumit, priuatus est participatione sacre communionis. Vnde non probat quod deponatur nisi à beneficio b quod recipit: non ergo intelligat iudex, dum glos. & Abb. simpliciter dicunt, quod est deponendus, quod deponatur ab officio, quia hoc nullibi probatur iudicio meo.

3 Patitur præterea & aliam pœnam occupans viuentis beneficium, quod efficitur infamis. Ita Abb. vbi supra, per text. in cap. Audiuius. 3. q. 2. Sed salua eius autoritate, ille etiam tex. loquitur in eo, qui inuasit Episcopatum viuentis, non verò in casu nostro. Et subdit præterea Abb. ibi, quod talis clericus non potest amplius illud beneficium obtinere, &

5 quod credit quod solus Papa potest cum eo dispensare: Imò plus dicit notandum, quod taliter occupans beneficium viuentis, scienter faciendo se institui, si postea vacante tali beneficio impetrat illud à Papa, non facta mentione de inuasionem præterita, nõ valet collatio c tanquàm subreptitia, ad quod etiam facit quod dicit Feli. in cap. in nostra. 2. corollario. n. 26. de rescrip. Et vide tu Hispanæ legem 13. tit. 16. par. 1. quæ disponit quod recipiens beneficium viuentis perdit illud, & nunquam debet aliud habe-

re, & iudex qui priuat eum beneficio, & restituit viuenti, potest pronuntiare illum infamem. Et postea ponit duos casus, in quibus impunè recipit quis beneficium viuentis.



**C**ommunione pellendi. Adde **A** quod ratio huius prohibitionis ea est potissima; quia Ecclesiastica beneficia perpetua esse debent apud possessorem. cap. satis. 56. dist. nec quis sine causa beneficijs priuari debet. capit. inuentum. 16. quæst. 7. vnde illa possessore viuentis impetranda nõ sunt. Alioquin apud possessorem minimè essent perpetua. Et ea ratione collatio beneficij viuentis ab ordinario facta non tenet. tex. in cap. post electionem. de concessi. præbend. vbi Abb. not. 3. nec acceptatio talis beneficij. cap. nec captandæ. de concessi. præben. libro. 6. Clem. vni. eo. tit. tradit Guid. Pap. consi. 107. Nec firmitatè obtinet præsentatio talis beneficij. capit. illud. de iure patrona. glo. in cap. fin. de elect. lib. 6. tradit Petrus, Paul. Pari. consi. 112. colum. 1. volum. 4. Rochus de Cur. in tract. iuris patronat. in verbo. Honorificum. q. 53. Paul. de Citodi. eodem tract. 6. part. arti. 3. quæst. 41. Petrus Rebuff. in pract. beneficij. de reproba. beneficij. viuentis. impetra. glo. 7. num. 26. vbi differit, quid iudicandum erit, quando præsentationis tempore beneficium non vacat, sed tempore prouisionis: an ea prouisio valida sit iudicanda. Et huiusmodi prohibitio extenditur ad commendam, nempe vt beneficium viuentis non possit alteri commendari, quando commenda à Summo Præsule facta est: vt scribit Cassador. de cis. 3. sub tit. de præbend. & ratio est, quia talis commenda quæ fit ad vitã, pro legitimo titulo habetur. glo. in pragma.

pragm. Sæcti. rub. de pacifi. possess. in verbo, titul. facit text. in capit. dudum. in. 2. de elect. Petrus Rebuf. in tract. de pacifi. possess. in cõcord. 5. Amplia. num. 35. secus verò si commenda ab ordinario facta esset, ad sex menses, quia ordinarius bene potest conferre beneficium illud, cum lapsò illo tempore, commendatarius nullũ ius in eo habeat. cap. nemo. deinceps de elect. lib. 6. Nec beneficij viuentis collatio conualescit, si postea is cuius beneficium collatũ est moriatur. Quia temporis tractatu minimẽ firmatur, quod nullũ est ab initio reg. non firmatur. de regul. iur. lib. 6. reg. quod in initio. ff. eo. Sic not. Barba. in cap. consultationibus. 1. not. per illum tex. de donationi. Nec firmatur talis collatio, etiam si consuetudo sit in contrarium, quia talis consuetudo non valeret cum bonis moribus sit contraria. Ita tenet Ioan. Imo. in cap. 2. de concess. præben. Gome. in regu. Cancellariæ. 20. q. 3. in fine. Rebuff. in dict. glos. 7. num. 42. & ea ratione mirandum esse dicit, tot homines (maximẽ curiales) viuentium beneficia ambire.

**B** *Ab beneficio.* Adde Petrum Rebuf. in loco nouissimè allegato. num. 12. vbi autorem nostrum allegat & sequitur. Nec ab huiusmodi pœna excusabitur, ignorantie prætextu is qui tale beneficium viuentis impetrauit. Nam licet ob ignorantiam excusetur ab alijs pœnis, nempe Ecclesiasticæ excommunicationis incursum, infamie nota, & cæteris iure statutis, quo ad firmitatem tamen impetrationis, & noue provisionis nunquam ignorans excusatur. Ita sing. tenet Deci. in l. fin. num. 17. C. de pact. qui allegat Abb. in cap. 1. de concess. præben. Ponderando verbum maximè appositum ab eo, quo loco fatetur

Deci. ita fuisse iudicatum in consilio Delphinatus Franciæ, cum ipse ibi adesset. Et ita in facti contingentiã interrogatus consuluit. cons. 398. num. 2. Sequitur Ludo. Gome. in regu. Cancellariæ, de impetra. benefi. viuen. q. 3. in prin. Grego. Lup. in l. 13. tit. 16. in verbo, *Orro*. par. 1. & ita tenendum est quidquid inuoluat Rebuff. vbi supra. n. 51.

Erit etiam dictæ pœnæ obnoxius, qui non viuentis, sed potius mortui beneficium impetrauit, quando tantum tempus non effluxerit, intra quod potuerit veritabilis notitia motus haberi, vt expressè definitũ est in Reg. Cancell. 28. condicta primum à Ioann. 23. deinde à successoribus eius confirmata. Sed quid si eadem die qua quis moritur beneficium impetratur, an præsumatur, vt nõ sit locus pœnæ huius capitis post mortem impetratum fuisse. Qui quidem casus Bonifacij Octauo Põtificis Maximi extrauaganti constitutione decisus est, quæ habetur in libro Bullarum Rothæ. c. 152. & ea est definitũ, quod omnes impetrationes facte vel in posterum faciende, etiam motu proprio, quarum data sit eiusdem diei obitus, nullius sint momenti, & omnes effectus, qui ex eis sequuntur. Quod tamen Bonifacius limitat in beneficijs extra curiam vacantibus: secus verò in beneficijs, quæ in Romana curia, vel in locis vltra duas legales dietas à dicta curia non stantibus vacauerint, in quibus tales impetrationes valere voluit: quam constitutionem refert Gomezi. vbi paulò ante allegauit. q. 7.

Is verò qui scienter viuentis beneficium contulerit, a pœna minimè est immunis, quia amplius illud conferre minimè poterit, cum delinquat, & delinquens priuatur collatione. cap.

cum in cunctis. cap. super eo. de electio. & conducit text. in. l. quidam. in fine, cum lege sequen. ff. de dona. vbi donans bona proximi viuentis, priuatur illis bonis, tanquam indignus. Sed cum pœna hæc in iure expressa minimè reperiatur, quæ cum priuationis sit, nunquam imponenda est. glo. & Doct. in cap. fin. de iure patrona. opinio contraria verior videtur, quam tenuerunt Innoc. & Panor. in cap. bone. in. 2. in fine, de elect.

*Impe-  
tras vi  
uentis  
benefi-  
cium  
multis  
casi-  
bus ex  
cusa-  
tur.*

Excusabitur æquidem multis casibus, à dicta pœna, qui viuentis beneficium impetrauit, nempe si beneficium vacat per non promotionem, vt in casu tex. in cap. licet canon. de electi. lib. 6. vel per hæresim. vt in ca. ad abolendam, de hæreti. cap. excommunicamus. §. credentes. ibidè. Aut per simoniæ labem, cum beneficium ipso iure vacet. vt in extrauag. cum de testabile. de simo. in communi. vel si beneficium post professionem impetretur. cap. beneficium. de regula. lib. 6. vel in alijs. Non sanè in his videtur viuentis beneficium conferri, cum is qui illud obtinebat, sit ipso iure priuatus, licet ex aliqua causa ius habeat illud retinendi: valet tamen illius collatio. cap. licet Episcopus. de præben. lib. 6. capti. 1. de homi. ibi Abb. & alias excusationis causas cõgerit Rebuf. in. d. gl. 7. & Fran. Mar. decis. 481. par. 1.

**C** Collatio. Adde Reg. Cancell. 20. idè quæ peculiari alia Cancellariæ regula sancitum fuit à Pio Quinto Pontifice Maximo, in hæc verba. *Item si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunq; tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuentis vacante prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouisio & quæuis alia dispositio dicto supplicanti, per obitum huiusmodi denuo facienda,*

*nullius sit roboris vel momenti.* Idem scribit Deci. in. l. fin. nume. 17. C. de pact. & consil. 398. num. 2. Insignis Gregor. Lopez in. d. l. parti.

**Et occasione laicæ recognitionis, non requisita Episcopi audientia, beneficia Ecclesiastica sibi præsumpserunt vèdicare.**

### CAPVT, LI.

- 1 *Clericus huius criminis reus ab officio & beneficio est remouendus.*
- 2 *Hodie autem ex Lateranensi Concilio, quæ pœna in hoc crimine imponatur.*

**C** Clerici taliter habentes beneficia, si commoniti illa non resignauerint, ab officio & beneficio reddendi sunt alieni, vt sancitum est in capit. Relatum. de iure patronatus. Olim præterea, erat hoc per antiquos canones inhibitum, vt patet ex text. in cap. per laicos. 16. quæst. 7. vbi Alexander Secundus disposuit, quòd per laicos nullo modo quilibet clericus vel presbyter obtineat Ecclesiã. Gregorius præterea Septimus, & Paschalis Romani Pontifices hoc ipsum etiam damnauerunt, disponentes, quòd qui cõtrarium faceret, excommunicationi subiaceret, præter id, quòd talis inuestitura irrita esset, vt Gregorius idem decreuit, & habetur in cap. quoniam. & in capit. si quis clericus. eadè causa. & quæst. Hodie verò in Concilio Lateranensi sub Leone Decimo celebrato, in sessione

sione. 10. in bulla, contra exemptos edita. in. 9. Et quia sepius dispositum est, quod collationes beneficiorum factæ à domicellis, principibus, & nobilibus sub colore iuris patronatus, quod habere consingunt in beneficijs Ecclesiasticis nullo privilegio Apostolico suffulti, sine ordinorum collationibus, & literis, & absq; aliquo saltem colorato titulo, nullæ & irritæ esse decernuntur: & quod illis vtentes reddantur inhabiles, ad alia beneficia Ecclesiastica obtinenda, donec cum eis super hoc per sedem Apostolicam fuerit dispensatum.

**A** **S**unt alieni. Adde Abb. in cap. præterea. in. 2. de iure patrona. quo loco scribit, quod si quis beneficiū aliquod impetrauit, si in supplicatione non exprimit, se prius à laico habuisse, non tenet impetratio, quia si Summus Ecclesiæ Præsul hoc compertum haberet, non ita concessisset, cum propter crimen ab eo commissum, condignis pœnis esset plectendus, quod circa caput hoc summè notandum est.


## In nullo beneficio resident.

### CAPVT, LII.

- 1 Beneficia omnia personalem residentiam requirunt.
- 2 Consuetudo an valeat excusare, quæ à residentia.
- 3 Clericus in beneficio non residens, qua pœna puniatur.
- 4 Beneficium Clerici vagabundi alteri conferri potest.

**B**eneficia omnia tam ratione naturali (quæ dicitur homines illis obsequia præstare, à quibus ob id stipendia recipiunt) quam communis iuris dispositione residentiam requirunt, de his enim quæ animarum curam exigunt, planum est. De beneficijs verò simplicibus idem esse firmat Panormi. in capitulo, quia nonnulli. de cleri. non residentibus, per text. in cap. super inordinata. de præben. Consuetudo autem, quæ ferè semper bona opera minuit, & misericordiam ac inertiam in hominibus alit (cum à maiori parte eorum quæ non semper iustior est oriri, ac foveri soleat, iam inualuit, vt hæc simplicia beneficia residentiam nõ requirant, quam in his Doctores admittendam scribunt, ab illaq; excusari beneficiatos tradunt, cum per alios Ecclesijs debita præstentur obsequia. Generaliter autem vide quinque casus, in quibus nulla consuetudo excusat non residentem per Felin. in cap. Cum omnes. colum. 17. & 18 de consti. num. 54. Pœna autem clerici non residentis in beneficio (etiam modicæ æstimationis) est, quod illo priuetur, vt in cap. Conquerente, de clericis non residentibus. Et ibi Innocent. & Abba. notant ex eo, Quod procedit etiam in casu quo abesset clericus ex iusta causa, quia posset priuari, si monitus pro necessitatibus vel utilitatibus Ecclesiæ, suæ venire recusaret. Notat Inno. in cap. Ex tuæ. de cleri. non resi. argumento tex. in cap. Sicut autem, Et in cap. Absit. 11. q. 3. Quando verò beneficia non requirunt residentiam, si clerici vagantur, sufficit delictum vagationis ad priuationem, notat Inno. in d. ca. Ex tuæ. allegat tex. in ca. Non oportet. cum sequenti. 7. q. 1.

q. 1. Pro quo facit gloss. in cap. Non oportet. de cōse. dist. vlt. quam dicit singularem & alibi nō repertā Corf. in sing. in verbo vagabūndus, ad hoc quōd si beneficiatus est vagabundus & tādū abfit, & dubitetur an viuat, an mortuus sit, poterit beneficiū eius conferri alteri, quod corroborat pluribus notandis conclusionibus, quę procedunt in vagabundis. Modum autem procedendi ad priuationem<sup>d</sup> in hoc casu breuitatis affectu hic tradere prætermisī, facillē erit requirentibus inuenire.

**A**  *Vae animarum curam exigūt.*  
Vide de hac personali residentia multa lectu nō indigna per Caieta. 2. 2. q. 185. artic. 5. Ioan. à Driod. de libe. Christi. pag. 204. Bart. Carran. de Miranda Archiepiscopum Toletanum in controuer. de necessar. residen. Episcop. aliorumque inferiorum pastorum, quam apud Tridentinū Concilium habuit Domi. Soto in calce eius operis, cui titulum fecit de natura & gratia, & latissimē lib. 10. de iusti. & iure. quęst. 3. artic. 1. cū multis sequentibus, qui magnis rationibus probat hanc personalem residentiam diuino iure institutā esse. Quod verissimum censeo, quia diuinis legibus Prælati nec non alij inferiores pastores tenentur pascere commissum sibi gregē: nam decimæ ideo illis dantur, vt spiritalia ministrēt, & sint in hac Domini vinea, operarij digni mercede, vt probatur Matth. & Lucę ca. 10. quod eis minimē conueniet, si per vicarios eas operas exhibuerint. Quod hodie manifestissimē probatum est in Sacro sancto Concilio Tridentino, sessi. 23. cap. 1. de reforma. & sess. 6. capit. 1. ita vt iam nullæ controuersię locus sit.

*Admittendam scribunt.* Vide text. **B**  
cum glo. in cap. cum omnes. de confi. glo. in cap. dudum. in. 2. in verbo, *Retinere.* de electione; & in capit. gratia. in verbo, *De iure.* de rescrip. lib. 6. & in capit. conquerente. in verbo, *Seruat.* de cleri. non residen. & in capit. vlt. in verbo, *Fruētus.* de rescrip. lib. 6. tradit Abb. in cap. extirpandę, § quia verō. num. 15. & num. 31. de præbend. & consil. 96. num. 2. volu. 2. Ioann. Imo. in cap. quia nonnulli. num. 6. de cleri. non residen. Rochus de Cur. in cap. vlt. num. 500. de consuet. Felin. in cap. dilectus. in. 2. col. 1. de rescrip. Alex. consil. 1. num. 2. lib. 7. Nicola. Mil. in reper. in verbo, beneficium. quęst. 33. Petr. Paul. Paris. consil. 32 lib. 4. Ioan. de Selua in tractat. de bene. 4. par. q. 2. numer. 1. qui amplissimē materiam istam disserunt, & examinat.

*Illo priuetur.* Vide egregiam. l. 16. **C**  
& 17. tit. 6. par. 1. Hodie autem in Concilio Tridentino nouissimæ pœnæ contra non residentes statuta sunt: nam sessio. 6. cap. 1. de reform. sancitum est, quod Patriarchæ Primates, Archiepiscopi Episcopi, siue *Cōcil. Tridē. sess. 6. c. 1. de refor.* qui, quocunque titulo vel causa cathedralibus Ecclesijs fuerit præfēcti, quacunque præfulgeant præminētia, legitimo impedimento, seu iustis & rationabilibus causis cessantibus, si sex continuis mensibus extra suam diocesim morando abfuerint, quartæ partis fructuum vnus anni, frabricę Ecclesię pauperibusq; loci per superiorem Ecclesiasticum applicandorum, pœnam ipso iure incurrūt. Si tamen per alios sex menses in absentia perseuerauerint, aliam quartam fructuum similiter applicandorum amittunt. Quod si vltērius pertinaci animo in eadem absentia perseuerauerint, vt seuerioribus pœnis

nis coercerentur, & puniantur Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum verò absentem Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ ipso iure incurrenda; infra tres menses per literas, seu nuntium, Romano Præsuli Sanctissimo nuntiare tenetur.

Illi verò qui beneficia inferiora, siue de iure vel consuetudine residentiam requirentia obtinuerint, siue in titulum, siue commendam, opportunis iuris remedijs, ab ordinarijs, vt resideant, sunt compellendi: neq; eis priuilegium, vel indultum, perpetuū de non residendo, suffragari debet. Ita Conci. Trid. d. sess. 6. c. 2. de re-  
for. sub Paulo Tertio Pont. Max.

*Conci. Tridē. sessio. 23. c. 1. de re-  
forma. enu-  
cleatur* Sed cum summe salutis Dominici gregis, pastoris residētia conueniat, dictum Sacrum Concilium, sub sanctissimo Pio Quinto celebrato, sess. 23. c. 1. de reforma. seueriori constitutione, grauiores pœnas aduersus non residentes infligit. Nam Sacrorum Canonum & Conciliorum decretis inhærendo declarat, præfatos omnes Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, etiam si Cardinalatus dignitate sint condecorati, obligari ad personalem residentiam, in suis Ecclesijs, vel diœcesibus, vt iniuncto sibi munere fungi teneantur: neque posse abesse, nisi ex causis & modis ibi diffinitis. Si verò tā Sacrosanctam, tam salutarem constitutionem violauerint (quam nec transuerso quod aiunt vnge transgredi licet) mortalem culpam contrahunt, & pro rata temporis, fructus suos non faciunt, nec tuta conscientia, etiam absque aliqua declaratione, eos sibi ipsis possunt detinere, quod si indurato animo, eos retinuerint, superior Ecclesiasticus debet Ecclesiarum fa-

ericis, aut pauperibus loci erogare, omni cōuentione vel expositione phibita. Quæ quidem pœnæ omnes, aduersus curatos inferioresq; pastores, beneficia Ecclesiastica curam animarum obtinentia habentes, similiter dicto decreto statuuntur. Ita tamen, vt si quando ex iusta causa, ab ordinario cognita & probata, abesse contingeret, Vicarium idoneum, ab ipso ordinario approbatum, cum debita mercedis assignatione relinquunt. Discedendi autem facultas, in scriptis gratisque concedenda sit, nec ultra bimestre tempus, nisi grauis & vrgentissima causa cōtigerit. Quod si absentes per edictum citati, minimè comparuerint, liberum est & permissum ordinarijs (imò tenentur) seuerè per Ecclesiasticas censuras, & sequestrationem fructuum, & illorum subtractionem, alijsque iuris remedijs, vsque ad priuationem cōtra eos procedere. Ita vt minimè à dicta residentia, & ab illius canonis executione, priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuscunque beneficij, pactione, statuto, etiā iuramento, vel alia autoritate confirmato, consuetudine etiam immemoriali excusantur. Quæ quidem Concilij decreta, duabus nouissimis constitutionibus Apostolicis seruari præceptum est: altera sub data Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ. 1564. sept mo Kal. Decembris. Altera verò imprefa est vna cum Tridentino Concilio quæ publicè circumfertur.

Illud verò circa dictum decretum notandum censeo, nempè parochū impunè abesse posse, absque aliqua licentia duos menses, ex causa quæ sibi iusta videatur, quia antiquo iure licebat, à quo non est recedendū, siue nouo iure expresso. l. præcipimus.

*Paro-  
chusex  
causa  
iusta  
abesse  
potest à  
benefi-  
in*



*cio abs que or dinarij licētia.* in fine. ca. de appella. Tum qui Episcopo, qui fortiori vinculo residere tenetur, permittitur, & concilio cautum est: vt in curatis & inferioribus eadem omnino seruētur quæ in Episcopis. Ita tenet insignis Mart. Naua. in manuali confessor. cap. 25. nume. 221. & ita non semel consului & obtinui, licet quidam imperitus iudex, ex capite quidem (prout illi de more erat) contrarium iudicauit. Is autem qui residere tenetur, viginti & quatuor casibus à residentia excusatur, quos plenissima manu congerit Ioā. à Selua, in tract. de benefi. 4. par. q. 6. qui ferè omnes his comprehenduntur.

*Aresi dentia in bene ficij ec clesia sticis 24. ca sibus quis excusabi tur.*

Primus, si quis sacratissimā Theologiam publicè profiteatur, vel ei operam det, ad quinquēniū. text. in ca. fin. de magist. Nec Episcopi licentia necessaria est, quia ius eam concedit. Ita scribit Petrus Rebuff. in pract. benefi. titu. de dispensa. de non residen. num. 25. Marti. Nauarr. in manu. cōfess. cap. 25. num. 120. quibus suffragatur tex. in ca. relatum. de cler. non resid. vbi alternatiuè loquitur, de licētia suorum prælatorum, vel studio literarum. Nec ultra dictum tempus, licentia potest concedi, nec aliquid operari, sic sancitum est ab Cardinalibus sacre congregationis his verbis asseuerantes. *Licentia, vt quis abesse possit, causa studij, à seruitio sua Ecclesie, vel sui canonicatus, non suffragatur, vltra quinquēniū impetrata à die quo cepit studere.* Idemque cēsendum est in prælectione vel professione sacrorum canonum: ita sing. tenet Archidi. in cap. 2. de priuileg. libr. 6. sequitur Abb. in d. cap. fin. si verò alias scientias profiteatur, Episcopi facultas necessaria est: in locis vbi consuetudo non est in contrarium: vt traditur à Doctoribus in d. cap. turæ.

*Decretū Car. sacre congregatio nis.*

Sēcundus casus, qui legitimum absentię impedimentum præstat est, Episcopi obsequium, quo ad duos canonicos & etiam alios, si id intendant quod in suę cathedralis Ecclesie vtilitatem conuertatur. cap. ad audientiam. vbi Abb. num. 8. de cleric. non resid. Excusabitur etiam is qui est in seruitio legati vel Archiepiscopi vt in d. cap. ad audientiam. capit. cum dilectus. cap. de cætero. vbi Doctor. de cler. non resi. Id tamē quod de Archiepiscopo dicitur, intelligendum est, quo ad clericos suę diocesis, non autem suffraganeorum. arg. tex. in cap. pastoralis. de offi. ord. ca. vni. de foro comp. lib. 6.

Tertius casus, in quo à fortiori quis à residentia excusatur, si contingeret aliquem à summo Potifice vocari, tunc is optimo iure, per Vicariū poterit seruire. cap. cum dilectus. de cler. non resid. Quod quidem verū est, quando principaliter absens est ad seruiendum, non verò ad beneficia consequenda: ita tenet Angel. in summa, in verbo, clericus. 7. §. 2. minus tamen principalis intētio minime nocet. vt fatetur sing. Nauarr. vbi sup: à. Ex quo sequitur quod scriptor bullarum, aut procurator in Romanę curię summo prætorio residēs, minime à residentia excusatur, cum ea absentia lucris sui causa cōtingat. tex. in l. scriniarios. vbi Alexander & Ias. C. de test. mi. Reipublicę enim causa eos abesse solum intelligimus, qui non sui commodi causa, sed coacti absunt. l. Reipublicę. l. non verè. ff. ex quibus caus. maior.

Quartus casus, quando absentia contingit generalis concilij gratia, nam qui concilio interfuerint omnes fructus suos faciunt, atque quotidianas distributiones quæ præsentibus dantur, quia præsentibus censentur &

tur, & pro residentibus iudican-  
tur. Etiam si Ecclesiarum statuta sint  
in contrarium. Ita decisum fuit in  
Concilio. Constan. Sessio. 19.  
Idemque pari ratione defendi po-  
test, si interfuerint Concilio provin-  
ciali, vel Sinodali, Sinodo eadem  
æquidem publica Ecclesiæ utilitas  
versatur, necnon necessitas paren-  
di, Sacrorum Canonum Decre-  
tis, maximi nouissimi Triden-  
tini Concilij Sessio. 24. capitulo.  
2. de reformatione, non æquidem  
qui interesse tenentur proprium mu-  
nus debet eis esse damnosum. l. vi-  
delicet. ff. ex quibus caus. maiorib.  
l. si seruus communis. §. idemque  
euidenti. ff. de tur. Quod nota.  
pro prælatis, alijsque interestibus  
in Concilio provinciali. quod  
celebratur Toleti decreto Reueren-  
dissimi Gaspar. à Quiroga Cardi-  
nalis, & Toletani Archiepiscopi.  
Sunt æquidem ad id congregati  
Episcopi omnes huius amplissimæ,  
provinciæ hac die sanctissimæ Na-  
tiuitatis beatissimæ Virginis Ma-  
riæ ( quæ octaua est mensis Se-  
ptembris ) ann. Domini. 1582.  
qua hæc scribimus opus hoc ad se-  
cundam editionem parantes.

Quintus casus est, ob necessitatē  
maximā personæ, vt pote si valetudi-  
ne afficiatur curatus, nam tūc per sub-  
stitutum poterit deseruire capit. ad  
audientiam. de cleri. non residen.  
capitul. 1. & per totum de clerico.  
egro. capit. vni. illo tit. in. 6. facit  
l. si cui. §. final. ff. ex quib. caus. ma-  
ior. l. aut si valitudine. ff. de pro-  
cura.

Sextus propter necessitatem Ec-  
clesiæ, nam clericus, qui propter  
necessitatem Ecclesiæ absens est, po-  
terit vicarium constituere: Etiam si

residere iurauit. capit. ex parte. in. 2.  
de cleri. non residen.

Septimus si interuenit licentia  
legitima gloss. not. in cap. inter qua-  
tuor. de cleri. non residenti. & le-  
gitima causa ea dicitur, quæ datur  
ab eo, ad quem de iure competit,  
ex causa, boni viri abitrio. Ita scri-  
bit Nauarr. vbi paulo ante allegauit,  
Alij autem casus iure cōstituuntur,  
sed quos supra scripsi sunt potis-  
simi, & frequentius contingunt.

Octauus casus est, quando gra-  
ues superueniunt inimiciæ, ita vt  
sine vitæ discrimine, parochus non  
potest, in suo beneficio residere, ha-  
bita Episcopi, licentia, abesse pote-  
rit, pro eo tempore quo inimiciæ  
permanerint, sed idoneus Vica-  
rius interim Ecclesiæ prouidendus  
erit, sic decretum est, à Sacra con-  
gregatione Cardinalium his verbis.

*Habens canonicatum, & parochia-  
lem in qua non potest sine discrimine  
vitæ propter inimicitias residere non  
est cogendus, donec subest causa ini-  
micitarum in ea residere, sed ei est per-  
mittendum, vt in canonicatu resideat.*  
Et alio decreto sic dicitur. *Habens  
graues inimicitias in sua parochia, du-  
rantibus his, potest de licentia Episco-  
pi ab ea, per annum abesse, & interim  
debet ordinarius constituere Vicarium  
mercede congruenti, ex eius fructibus  
ei assignata qui inserviat dictæ paro-  
chiali Ecclesiæ.*

*Ad priuationem.* Not. sing. quod ad  
procedendū contra clericū ratione  
absentiæ à beneficio, nō est necessa-  
ria solēnis citatio, neq; solēnis priua-  
uatio sed sufficit requisitio & spolia-  
tio de facto, tex. in c. ex parte in pri-  
mo. vbi not. Abb. de cleri. non re-  
siden. sequitur Gregor. in. l. 16. ti-  
tulo.

Conciliū  
Provin-  
ciale To-  
letan. sub  
Reueren-  
diss. Gas-  
par. Qui-  
roga. Car.  
Archiep.  
Toletan.

Decre-  
tū Car-  
dinal.  
Sacra  
Congr.

tulo. 16. in verbo, *Toller la eglefia.* partit. 1. Et quæ forma debet seruari, circa hanc priuationem: vide text. & doctores in dict. capit. ex tunc de cleri. non residen. & l. 17. titul. 16. par. 1. & Concilium Tridentinum. supra alleg.

**Cum parochiales ecclesias habeant intra annum non fuerunt promoti.**

CAPVT, LIII.

- 1 *Habens Ecclesiam Parochialem intra annum promoueri tenetur, alias ipso iure ea priuatus erit.*
- 2 *Annus, de quo in præsentibus agit, quando currere incipiat.*
- 3 *Clericus, qui legitima causa substinere, non potuit intra annum promoueri, istius Capituli poenam non patitur.*
- 4 *Episcopus monere potest promotum ut ordines intra annum suscipiat.*
- 5 *Capellaniam obtinens intra annum promoueri non tenetur.*



**T**ALES sunt privati ipso iure, nullam præmissa monitione, ecclesia vel beneficio parochiali, ut in capit. licet canon. de elect. in. 6. quod adeo procedit, quod non potest mora purgari anno elapso: quia poena

infligitur ipso iure, ut notat gloss. an tepen. ibi, quam dicit notabilem Ancharra. 1. column. & postea in column. final. versicul. quarto quero, & voluit ante eum Ioann. Mo. ibi. versu. Sed nunquid, & idem tenet ibi Philip. colum. 2. Annus præterea, de quo in præsentibus incipit ab eo tempore quo ipsius ecclesie regimen commissum extitit, & possessionem eius pacificam habuit prouisus, vel per eum stetit quò minus habuisset, probat text. in capitu. Commissa, eodem titul. Si autem iusto impedimento non potuit clericus intra annum promoueri, non patitur istam poenam, ut ibi, per text. Et vide Ioann. Mona. in dict. capit. licet canon. versu. Sed quid. ubi notat esse legitima impedimenta ad excusandam poenam priuationis, quòd Episcopus fuerit impeditus, vel non fuerit qui ordinaret eum, vel si Episcopus noluit eum ordinare. Crederem tamen, quòd si episcopus proprius qui non potuit vel noluit ipsum ordinare daret ei facultatem ut ordinaretur ab alieno episcopo, quòd esset in culpa si non promoueretur. Consulere præterea clericis in casibus huiusmodi, quando impedimenta proueniunt ex persona episcopi, quod protestarentur se esse paratos ad ordines suscipiendos, ut euitemus doctrinas & opiniones doctorum in similibus traditas, de quibus per Felin. in capit. Ex transmissa. de præscrip. in column. 1. & 3. Alexandr. & Ias. in lib. 2. §. quod diximus. ff. Si quis cautio. Et vide etiam notabiliter per Ioann. Mona. ubi supra qui distinguit quando quis incurrit irregularitatem, propter quam non potest promoueri, an debeat priuari, quia si hoc est sine culpa sua non

non priuatur, vt potè si amittat oculum vel manum. Si autem culpa sua, debet beneficium amittere, allegat text. in capit. r. de æta. & quali.

4 Aduerte præterea quod Anchar. in dict. capit. licet canon. column. fina. versic. quinto quæro, notat post gl. antep. ibi, quòd etiam stante dispositione dicti text. potest episcopus monere promotum vt ordines suscipiat etiam intra annum: quia illa cõstitutio venit ad corroborationem iuris antiqui, non ad diminutionem: vnde si voluntate sola tenuit clericus ordinari nihil prætendens, nisi quia non vult, debet compelli appellatio ne remota per subtractionem beneficij & officij, secundum gloss. ibi.

5 Nota tamen, quia si quis habeat capellaniam requirentem ordinem sacerdotalem, non est priuatus illa, si non fuit monitus vt promoueretur, ita firmanunt Domi. de Rota in deci. antiquis. Dxx. incip. Nota quòd tenens capellaniam, ex ratione, quia dispositio illius capiti. Licet canon. tanquam pœnalis non debet extendi.

motis intra annum pagin. 443. vbi multis ampliacionibus & limitacionibus huius capitis materiam declarat. Et vltra illum notandum esse cenico, quod is qui parochialem ecclesiam, habet si intra annum non fuit promotus ad presbyterium cù ipso iure, sit beneficio priuatus, tenetur in animæ iudicio vniuersos fructus restituere, quos elapso anno percepit, vt optimè censet Martin. Nauarr. in manu. confessor. capit. 25. numer. 117. idem in tractat. de oratione capit. 22. numero. 49. Nec refragatur quod pœna temporalis ipso iure incurfa in dicto foro non debeat, quia id non procedit cum ex legislatoris mente contrarium constat, vel cum non imponitur propriè vt pœna, sed vt quædam conditio vel medus rei traditæ, quod hoc casu ex Pontificis mente verificatur, & ex hoc sequitur grauitè peccare, qui prædictum beneficium retinet, & illius fructus non restituit.

Deinde animaduerte, quod licet antiquis temporibus dicta priuationis pœna locum non obtinebat in Episcopatibus, & abbatijs, quia in his non erat hoc statutum, quorum quidem expressa mentio erat necessaria. Ex gloss. not. & singul. in capit. 2. de præbend. in. 6. vnde colliges allucinatum fuisse R. P. Fratrem Dominici Soto libr. 10. de iustit. & iure quæstio. 5. articu. 6. column. 1. existimantem, decretum Bonifa. octau. Pontifi. Maxim. in capit. commissa de electione libr. 6. quo ad fructuum restitutionem, comprehendere Episcopos, quod equidem antè eius tempora nemo dixit, nec dicere potuit cum legem illà pœnalem, repugnantibus omnibus iuribus extendat contra. c. pœne de pen.

K 2 dist.

a  
Decretum  
Cardinalium,  
qui  
Concilij  
Tridentini  
presunt  
interpretationi.



**P**riuati ipso iure. Erit sanè parochus à dicta pœna immunis in casu diffinito à Cardinalibus sacre congregationis, his verbis. *Pœna canonis præscripta eis, qui intra annum sacerdotium non susceperunt, non habet locum in rectore, qui intra annum à die adeptæ possessionis, pacificæ vel infra tempus comparauit, & se promoueri petijt effrens quantum in eo separatum ad suscipiendum sacerdotium sed ordinarius noluit, eum propter illiteraturam vel aliam causam promouere.* Et vide latissimè, Petrum Rebuffum, in excellentissima illa beneficiorum practi. titul. de non pro-

F. Dom.  
Soto opi  
nio reu  
tatur.

distinct. i. l. si de interpretatione. l. præfens. ff. de pœnis. Maximè quod ipsemet sibi aduersatur, cum approbet glos. dicti canonis, quæ censet non esse locum eius pœnæ in Ecclesia collegiata. Nec sanè mirandum est, quod vir Theologus doctissimus, & in his quæ pertinent ad forum interius versatissimus, in illis autem quæ ad exterius, & ad iudicium ordinem cum mittat falcè in alienam mesem, sapissimè labitur. Hodie vero Sacri Concilij Tridentini decreto Sessione. 23. c. 2. de ref. diffinitum est, quod Episcopi nec non illorum superiores, etiam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui cathedralibus seu superioribus Ecclesijs præferti fuerint, si intra tres menses consecrationis munus nõ susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem tenentur, & si intra totidem menses postea id non fecerint, ipso iure suis Ecclesijs iunt priuati.

Prædicta vera priuationis pœna, quæ hoc capite infligitur, minimè incurritur, donec annus elapsus sit, & ea ratione si clericus in vltima anni die extremum diem clauerit, beneficium vacauit per mortem. Ita tenuit eleganter Petrus Paul. Parisi. consil. 119. numer. 28. volumin. 4. poteritque eadem vltimi anni die beneficium permutare, vel resignare, cum adhuc ius in beneficio habeat, Vt scribit Petrus Rebuff. in practi. beneficii. titul. de non promot. intra annum numer. 48.

**B** *Possessionem eius pacificam.* Vide Bella. decisio. 153. & decisio. 83. quo loco scribit, probari deberi à non promot. litem habuisse, vel habere, aliter vero securum non esse, quod etiam fatetur Domi. consil. 82. colum. 3. Et cum annus hic mi-

nimè competetur nisi à diè pacificæ possessionis & in regno Franciæ, non dicitur quis eam habere ante annum, ob eam causam, in illo regno iustissimè mea sententia post annum pacificæ possessionis promotus integrum annum habebit. Cuius rei meminit Petrus Rebuff. vbi paulo antè allegauit, num. 45.

*Pœnam.* Sed vtrum sufficiat, quod impedimentum in fine anni superueniat. Vide Bella. decisio. 83. quo loco censet, tale impedimentum minimè excusare quando intra tempus illud, non poterat promoveri sed contrarium verius credo cum Petro Rebuff. vbi supra numer. 48.

*Quod protestetur.* Not. quod licet protestatio vtilissima sit, non tamen est necessaria, quia iustitia excusandi, non in verbis protestantis, sed in causa impedimenti consistit, quia verba non addunt nec minuunt rei veritatem. l. sicut. C. ad leg. Corne. de fal. quam opinionem & iuribus & grauissimorum autorum testimonijs tanquam firmissimam regulam constitui superioribus annis, in annotationibus ad regulas & fallètijs istius, Domini Episcopi regula. 615. incip. protestationem.

*Extendi.* Vide Roma. consil. 325. incip. quo ad primum. Hoc tamen minimè procedit si in capellaniæ institutione contrarium ab institutore fuerit dispositum, quia iure potest instituere quod in tali capellania locum habeat dispositio text. in dict. capit. licet canon. vt scribit Petrus Rebuff. in dict. titulo de non promotis intra annum. n. 17. & quod ita disponatur semper mihi visum fuit optimum consilium.

Cum

Cum Alienigenæ sint, in his Castellæ & Legionis, Regnis, vel in alijs, quibus legibus, moribus, vel consuetudine, prohibitum est: dignitates Ecclesiasticas, beneficia, præstimonias, vel pensiones, impetrare sunt ausi.

CAPVT, LIIII. QVOD nouè æditum est.

- 1 IN Hispaniarum Regnis, Sixti Pontificis Maximi cōcessione, nullus exterus, beneficium Ecclesiasticum impetrare potest.
- 2 Francia regno nec non in multis orbis Prouincijs, idem receptum est.
- 3 Gratia illa, subreptitia est iudicanda, si beneficium ab alienigena fuerit impetratum, originis mentione minime facta.
- 4 Iuri communi consonum est, exterum: vel alienigenam non posse Ecclesiasticum beneficium obtinere.
- 5 Seditiones illæ grauissimæ (quas vulgo, Comunidades, appellant) quæ regna ista ab anno Domini. 1464. sunt perturbatæ, inde processerunt, quia exteris beneficia conferebantur.
- 6 Glossa in regu. Cancel. Romana decima nona reprobatur.
- 7 Consuleretur nimis Christianæ Reipublicæ, si beneficia, præsertim curam animarum habentia, patrimonialia efficerentur.
- 8 Regula Cancellariæ Romana decima nona, iuri cōmuni cōsentanea est.
- 9 In beneficiorum impetratione, oriundus non oriundo, præferendus est.
- 10 Diocesani & non alienigenæ, sunt in beneficijs à patronis præsentandi.
- 11 Iustissimè in diocesis Burgenfi, Palentina, & Calagurritana filijs patrimonialibus, tantum, beneficia Ecclesiastica conferuntur.
- 12 Præstimonias neque pensiones, ab exteris in his regnis possunt obtineri.
- 13 Litera naturalitatis (quas appellant)

Regijs cōstitutionibus sūt reuocatæ.

- 14 Is cui litera naturalitatis conceduntur licet possit regnorum privilegijs vti, non tamè obtinere poterit beneficium Ecclesiasticum, nisi specialiter, dictis literis cōtineatur.
- 15 Literis naturalitatis concessis, seruata forma regiarum cōstitutionum, exterus apud nos, Ecclesiasticum beneficium potest obtinere.
- 16 Extero si beneficium conferatur, an illud possit permulare.
- 17 Litera quibus, extero beneficium confertur, minime executioni tradenda sunt.
- 18 Pœna amissionis naturalitatis, & bonorum tēporaliū, contra clericos & Ecclesiasticas personas, apud Hispanos legibus, & moribus recepta est.
- 19 Litera legatorum Apostolica Sedis, ante illarum executionem, à summis senatoribus Regis & domini nostri, examinantur.
- 20 Litera Apostolica, in derogationem regij iuris patronatus, vel laycorum, exequenda non sunt: quousq; Pœtifex Summus consulatur, seruata in hoc forma præscripta, in regijs cōstitutionibus.
- 21 Regias leges 26. tit. 3. lib. 1. ord. noui. & lex. 5. tit. 6. eo libr. iustissimas esse ostenditur.
- 22 Non solum, Christianissimi Hispaniarum Reges, dicto iure regijs legibus diffinito vtuntur, sed alij Christiani orbis Principes: referunturq; verba singularia Ioann. Dried.
- 23 Regni exterus quis dicatur, & ibi de intellectu regie cōstitutionis, 19. titulo. 3. libr. 1. ordi. noui.
- 24 Nati in Regno Aragonia, vel Nauarra, an dicantur exteri horum Regnorum.
- 25 Exterus an is iudicandus sit, qui nascitur ex matre alienigena, si pater fuit naturalis.

- 26 Latè interpretatur, quædam Henri  
ci huius nominis tertij, Hispania-  
rum Regis constitutio.
- 27 Qui extra Regnum in transitu nas-  
citur, à parentibus horum Regno-  
rum naturalibus, an sit naturalis  
iudicandus.
- 28 Natus alibi in transitu, natus cense-  
tur in eo loco, ubi mater incolatum  
habet, & ideo non repellitur à col-  
legijs, quorum statutis, naturales  
tantum in illis cooptandi sunt.
- 29 Declaratur constitutio septima con-  
stitutionum Academia Cõplutensis.
- 20 Interpretatur Regia .l. 25 .tit. 7 .lib.  
1 .ordi. noui.
- 31 Animalia ciuium alicuius parochiæ,  
si propter bellum, vel tempestatẽ,  
vel aliam causam, fugiant ad alie-  
nam parochiam, ibique pariant: de-  
cima soluẽda sunt in illa parochia  
à qua recesserunt.
- 32 Absens, qui ex legitima causa recessit,  
cito reuersurus: quoad iuris ef-  
fectus, non est absens iudicandus.
- 33 Per decennij habitationem, quis na-  
turalis censetur.
- 34 Proxenetæ, seu cambiorum interuen-  
tor, non potest esse horum regnorũ  
alienigena.
- 35 Quæ desiderantur, vt quis dicatur  
naturalis, quo ad obtinenda benefi-  
cia in his regnis, qui admissus est  
tanquã naturalis, ad beneficium in  
ijs regnis, & postea ad aliud regnũ  
confugiat, ibique larẽ constituat,  
naturalitatis priuilegijs priuatur.
- 36 L. pen. ff. de senato. interpretatur.
- 37 Vt filius sit naturalis istorũ regnorũ,  
an requiratur, quod natiuitatis tẽ-  
pore, pater domicilium contraxe-  
rit, & per decennium vixerit.

Principum constitutionibus, nec  
non immemoriali laudatissimæ con-  
suetudini cõtrariũ alienigenas in his  
regnis Ecclesiastica beneficia impe-  
trare, & cũ sepius in cõtrouersijs  
forensibus hoc contingat, huius pra-  
cticæ argumento dignum iudicabi-  
mus ad illius rei cognitionem tantis  
per de hoc differere.

Et vt rem hanc à principio peti-  
mus præfari oportet, q̃ Sixtus Sum-  
mus Ecclesiæ Præsul potētissimis &  
Catholicissimis Hispaniarũ Regibus  
iustissimis causis ductus motu pro-  
prio peculiarem gratiam indulxit, vt  
nullus exterus in dictis regnis absq̃  
ipsius consensu possit beneficiũ Ec-  
clesiasticum obtinere, præsertim dig-  
nitates electiuas Pontificales & Ca-  
thedrales, qua constitutione cassan-  
tur gratiæ, & expectantur impetra-  
tiones in contrarium obtentæ, vt testa-  
tur glo. in reg. Cance. 19. refert Guil.  
Benedict. in repet. c. Raymun. de te-  
stam. in verbo: Et vxorem, nomine  
Adelasiæ. num. 482. de testam. cu-  
ius constitutionis meminit Regia  
lex. 16. tit. 3. lib. 1. ordin. noui. ibi,  
*Mandamos que acerca desto se guarde  
la Bula del Papa Sixto concedida a los  
naturales destos Reynos.* Et sunt circa  
hoc multæ leges illo tit.

Idem in Regno Franciæ, & Sum-  
morum Pontificum diplomatis & re-  
gijs legibus obtentũ est, si credimus  
glossæ Cosmæ in pragma. Sancti. s.  
nam Ecclesiarum in verbo: Extero-  
rum, de quo stat Ludo. Duodeci-  
mi constitutio. Rub. *De letres de na-  
turalite.* Tradit Guillelm. Benedict.  
vbi supra allegauit. Petrus Rebuff.  
in tractat. de litera. natur. glõs. secun-  
da, numero secundo. Thom. 2. conf.  
Fran. & in practic. benefici. de  
rescriptis mixtis, glossa prima: &  
in tracta. de pacifi. posse. nume. 216.

Nicol.

**I**ST æquidẽ Romanorum  
Pontificum decretis iu-  
stissimisque Catholicorum

Nicol. Boeri. decis. 31. numero. 18.  
 Quod etiam stilo parlamenti cautum  
 est sub rub. de præbend. ordinat. 3.  
 Et apud Venetos seruari affirmat Ad  
 di. ad Abb. in cap. si proponente. de  
 rescrip. Et Bononię de hoc est pecu-  
 liare statutum, vt refert Barb. consi-  
 lio. 23. numero primo. volum. 1. In  
 Regno Aragoniæ, perpetuo foro  
 hoc stabilitum est, nempe quod alic-  
 nigenæ in dicto Regno beneficia  
 minimè possint obtinere, vt cautum  
 est, libro. 1. foro Aragon. titulo de  
 prælaturis, & alijs beneficijs ab alic-  
 nigenis non possidendis. Et in Reg-  
 no Nauarræ idem est diffinitum per  
 Regias pragmatic. 2. & 3. libr. 1. or-  
 dinamen illius Regni. Et in Britan-  
 nia hoc idem cautum est his verbis:  
 Sacerdos Gallicus, Sacerdotium in  
 Britannia, ne occupato, vt refert Pe-  
 trus Grego. 2. parte Synta. iuris, lib.  
 27. capitulo sexto, numer. 42. Et in  
 Hungaria, seu Pannonia seruatur,  
 vt in capit. bonæ. 5. fina. de postula.  
 præla. Et Veronensi statuto decretum  
 est, si credimus Bald. consil. 46. volu.  
 1. & multis alijs Prouincijs seruari  
 audio.

3 Quod si exterus beneficium impè-  
 trauit, non facta originis mentione  
 gratia subreptitia est iudicanda, te-  
 net glos. celeberrima in cap. si propo-  
 nente. de rescrip. cuius meminit Cor-  
 se. in sing. in verbo, subreptitio. Feli.  
 in capitulo, sicut tuis. colum. 2. de si-  
 moni. Roman. in. l. si viro. fallen. 14.  
 ff. solut. matrimonial. Barba. consil.  
 colum. 5. volum. 1. & consil. 57. eo.  
 volum. Selua. de benefi. 3. par. quæst.  
 26. D. Couar. in prætic. quæstion.  
 cap. 35. numer. 5. Petrus Rebuff. in  
 dict. tract. de pacifi. posses. dict. nu.  
 216. dicens ita consuluisse in fauorẽ  
 cuiusdam Scholastici.

4 Et quod exterus in aliena patria

beneficium Ecclesiasticum minimè  
 possit obtinere iuri communi, con-  
 sentaneum est, vt colligitur ex text.  
 in capit. bone. in. 2. de post. prælato.  
 & in capitulo, neminem. 70. & in. c.  
 Aphros. 98. distin. & in capit. vltim.  
 de cler. peregrini. De iure Cæsarum. l.  
 in Ecclesijs. C. de Episcop. & cleric.  
 l. vni. C. non licere habita. Metro-  
 poli. libr. 11. lex. 2. C. de anno. ciuita. eo.  
 lib. tradunt latè Guil. & Rebuff. in lo-  
 cis nouissimè allegatis Ludo. Gome.  
 in reg. cancel. de idiomate. quæsti. 1.  
 Ioan. Daim. in præmi. Pragma. San-  
 cti. incipien. Frãciscus, in verbo, vin-  
 dicabant. fol. 60. Selua. de benefi. 2.  
 parte, quæstion. vltim. & in. 3. parte,  
 quæstio. 26. Carol. de Grassal. lib. 2.  
 Regali. Fran. iure. 8. Couar. dict. cap.  
 35. Vnde Sacri Canones iustissimè  
 decreuerunt, vt electio facienda non  
 sit, nisi de personis eiusdem Eccle-  
 siæ, dummodò digni ibi inuenian-  
 tur, etiam si alibi foris digniores re-  
 periantur. capit. nullus. 61. distin. c.  
 capit. Metropolitanano. 73. distin. c.  
 Quin verò glos. in capit. cum inter  
 Canonicos de electione, asserit non  
 valere postulationem ex aliena Eccle-  
 sia, nisi duabus partibus consentien-  
 tibus, & facienda est à Pontifice Ma-  
 ximo, vt latè patet in toto titulo, de  
 postula. Prælat.

Quibus suffragatur Deuterono.  
 capit. 18. *Prophetam (inquit) de gen-  
 te tua, & de fratribus tuis suscita-  
 uit Dominus Deus tuus, ipsum au-  
 dies.* Tum fulcitur, quia in Ecclesia-  
 rum fundatione exteri, nec ipsorum  
 maiores nihil præstiterint merito  
 regnicolæ præferendi eis sunt, argu-  
 text in capitu. cum in officio. de testa-  
 mentis. Tum ne exteri beneficijs  
 apud nos fruente Regni secreta,  
 in maximam perniciem eius reue-  
 lent. Tum quia regnicolæ qui tot,



tantisque animi dotibus ingenuis disciplinis splendescunt, maxima afficerentur iniuria, si exteri fortè omnibus numeris inferiores ad hos Ecclesiasticos honores admitterentur, virtus equidè & honestè disciplinæ sine premio quâdoque languescunt. Tum quia propter idiomatis diuersitatem nequeunt (quod tamen maxime interest) commissum sibi populū docere, vt in capitulo, quoniam de officio ordinari. Et inter Dei Optimi Maximi maledictiones illa non inferior est, hominem ex aliena natione habere, qui non intelligatur, vt habetur in Deuteronom. capitulo. 28. ibi, *Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem Aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis.* & Hiere. capitulo quinto, idem scribitur. Nec voluit Deus seuerius punire superbiam ædificantium turrin Babelis, quam per linguæ confusionem, vt quid vellent mutuo, non intelligerēt, vt habetur Genesios. 11. Tum quia hæc potissima erit causa, propter quam homines facilius inuitentur ad residendum, non enim paruo æstimandus est ingenuus, amor què quis ad natium solum habet. Est enim cuiuslibet dulcissima patria. l. qui habeat. in principio. ff. de legatis, tertio. & hac ratione impius iudicandus est, qui nulla causa cogente patriam suam relinquit. glos. in. l. vnica. C. si curialis, relicta ciuitate, rus habitare maluerit, libro decimo. & ibi nota. Rebuff. & Petrus Rebuff. in concordia. tit. de colla. §. volumus. pagin. 457. asseuerans hanc esse potissimam rationem, vt beneficium in propria patria magis optetur, quam in aliena, Tum quia is diligentissimè ad munus suum

expectant, præstabit cum melius patriæ mores, quam exteris cognoscit, iudicat æquidem quis facile de his quæ nouit, vt habetur primo Ethicorum, & plures alias rationes congegit Regia. l. 14. titulo tertio, libr. 1. ordinamen. noui.

Quæ inter alia dicit maximos tumultos excitatos fuisse in Hispania, ob eam causam, quod beneficia Ecclesiastica exteris conferebantur, ibi, *Especialmente del año de sesenta y quatro a esta parte que se començaron los mouimientos y turbaciones en nuestrs reynos.* Circa quod legendus est Doctor Illefcas Hispanus Historiographus diligentissimus & non vulgaris eruditiones in sua Historia Pontificali, Enel capitulo de la guerra final del Rey de Francia, para cobrar el ducado de Milan. §. 10. fol. 225. & libro sexto eiusdem Historiæ. capit. 27. §. 17. folio. 228. & folio. 338. vbi testatur Paulum Tertium Pontificem Maximum statuisse, vt beneficia & pensiones alienigenis non conferantur.

Quæ non temerè adduximus, sed vt conuincamus maximum errorem, glo. in dicta reg. Cancel. asseuerantis in quadam causa Toletana in tertia instantia productam fuisse dictam Sixti Romani Præsidis constitutionem, quam dicit non nocere Episcopo Vintomiliensi aëtori cū moribus recepta nõ fuerit, nec (vt ille inquit) Toleti regnū, cū à Castellæ & Legionis Regnis separatū sit eo priuilegio vti potest, & alia refert temeraria, & postquā animi sui votū expressit tacere, oportere inquit, cū lis pendeat, insani profectò hominis, manifestissimum testimonium. Fuit æquidem Apostolica illa concessio cum maxima regiminis spiritualis Ecclesiastici utilitate,

ita

ita vt ex contrario vsu plures contin-  
gerent incalamitates & innumerabi-  
lia mala, quæ veluti præ oculis habes  
summus Christi Vicarius pro illius  
amplissima dignitate, quam vt sum-  
mus catholicæ Romanæ Ecclesiæ pa-  
stor & rector obtinebat sua integri-  
tate & iustitiæ amore incensus nec  
non diuini cultus zelo tantis & tot  
malis medelam adhibuit.

7 Ideoq; censeo quod Christianæ  
Reipublicæ cõsultissimũ foret quod  
summus Ecclesiæ Pontifex aut œcu-  
menica synodus, vniuersali lege san-  
ciret, vt omnia sacerdotia præsertim  
curam animarum habentia, patrimo-  
nialia efficerentur, ita vt ad ea mini-  
mè admitterentur, nisi ciues vel qui  
inde essent oriundi quod in sacro  
Concilio Tridentino summo omniũ  
patrum consensu consultatum fuis-  
se testatur, testis integerrimus Dom.  
Soto de iusti. & iur. lib. 3. artic. 2. fo.  
237. versi. enascitur.

8 Ex quibus iustificatur nimis Re-  
gula Cancel. Apostolicæ. 19. qua cau-  
tum est, quod prouisio de parochiali  
Ecclesia facta alicui qui nesciat idio-  
ma loci vbi Ecclesia cõstituta est, nul-  
lus roboris & momenti iudicari de-  
bet: habet equidem Pontificia illa san-  
ctio symbolum & affinitatem cum  
diuino & positivo iure. Nam rector  
Ecclesiæ prædicandi officium in ea  
habere dignoscitur. 2. Eccle. 95. dist.  
cap. inter cætera. de offic. ordina. &  
est glo. not. in Clem. 2. de sepultur. &  
in cap. cum ex cuncto. de hære. & in  
cap. addicimus. 16. q. 2. Debet sane  
confessiones audire & cætera Sacra-  
mèta ministrare. cap. omnis. vtriusq;  
sexus. de pœn. & remissi. Item debet  
visitare & vultum gregis sui agnos-  
cere, vt legitur Prouer. 27. & Ecclesi.  
32. de quo est egregia extrauagans  
constitutio Ioann. 22. constituta in

tit. de præben. incip. Sedes Apostoli-  
ca. Sed ista omnia & alia quæ ad hoc  
munus expectant, præstare non po-  
test rector alienigena, qui non intel-  
ligit, nec loquitur idioma. Quia vt  
Diuus Paul. 1. ad Corint. capitu. 14.  
inquit: *Data est nobis lingua ad in-  
terpretandum & distinguendum ea quæ  
loquimur. Nam si nesciero virtutem  
vociis ero ei cui loquor barbarus, & qui  
loquitur mihi barbarus.*

Hinc etiam emanat alterius regu-  
læ cancel. nempe. 15. egregia cõstitu-  
tio, qua decretum est, quod in benefi-  
ciorum collationibus oriundus, nõ  
oriũdo præferatur: est certe supradi-  
ctis iuribus & rationibus consenta-  
nea.

Nec ab hoc instituto alienum est  
quod elegantissimè multis addu-  
ctis in medium probat Cæsar Lamb.  
in locupletissimo illo de iuris pa-  
tronatus tract. 1. par. 2. lib. questio. 7.  
arti. 24. asserens, quod diœcesani, &  
non alienigenæ sunt in beneficijs à  
patronis præsentandi.

Ex dicto etiam fonte emanat iustif-  
simè Apostolicis concessionibus de-  
cretum esse, vt beneficia patrimonia-  
lia in diœcesibus Palentina, Burgen-  
si, ac Calagurritana, solum conferan-  
tur filijs patrimonialibus, secũdũ eo-  
rum mores doctrinam & eruditio-  
nem, de quibus constitutionibus me-  
minit Regia. l. 21. tit. 3. li. 1. ordi. noui  
si verò Apostolica literæ in contra-  
rium fuerint obtentæ eis nullo mo-  
do vti licet, sed ad Regis nostri sum-  
mum iustitiæ Senatũ mitti debent  
vt quid circa hoc faciendum sit, ma-  
iori consilio consulatur: quod si for-  
ma illa lege præscripta fuerit præter-  
missa grauissimis pœnis ibi decretis  
transgressores plectendi sunt, idẽq;  
seruari debet in omnibus alijs pro-  
uincijs, in quibus beneficia Eccle-

fistica patrimonialibus filijs conferri consueuerunt, vt iuste diffiniuit lex 23. illo tit. & lib. Quod vtinam vbiq; obseruaretur, vt sanctius ac diligentius diuinum munus illustraretur.

Idem obseruandum est quotiescunque Apollolica literę impetrantur in derogationē illius iuris, quod ex concessione Romanę Ecclesię obtinent, collegia & capitula Cathedralium Ecclesiarum ad promouendos, in canonicos, in Theologia, vel iure Pontificio: vt decreuit Carolus huius nominis Quintus Summę potētis & fœlicitatis Imperator, & Primus Hispani. Rex Madritij anno. 1543. de quo videnda est Regia lex. 25. dicto titulo. 3. lib. 1. ordi. noui.

Carol.  
Quin-  
tus.

12 Et nõ solum exteri apud nos prohibentur habere dignitates Ecclesiasticas & beneficia, sed etiam præstimonnia, vt in l. 14. tit. 3. dicto lib. 3. ordi. noui. atque etiam pensiones l. 25. ibi. quod si regnicolę consensum præstiterint pensionis constitutioni aut semel constitutam redemerint vel aliquod emolumentum præstiterint, vt ab exteris beneficia consequantur omnibus priuilegijs naturalitatis priuantur: nec non fructibus beneficiorum in quibus dicta pensio fuit constituta: qui quidem fructus expensis belli contra Christianę religionis hostes initi applicantur, vt probat Regia l. 18. dicto titulo & libro.

13 Habet æquidem locum in tantum dicta prohibitio, vt exteri beneficia Ecclesiastica minimè obtineant: quod iustissimè Regijs constitutionibus reuocata sunt literę (quas naturalitatis appellant) quibus obtentis alienigenę beneficia iuste impetrabant. Imo deinceps concedendę non sunt nisi vrgente magna & legitima causa quę publicam Regis nostri vel suorũ regnorum vtilitatem concernant: quod

si ob aliã causam impetrentur, minimè sunt obseruandę: vt in l. 14. 15. & 16. dicto tit. 3. lib. 1. ordina. noui. de quibus sanè literis meminit Bal. consi. 223. vol. 3. appellans eas ciuitatis literas: idem asseuerat And. Alcia. lib. 2. dispu. capit. 22. Nicol. Boeri. de cissi. 13. num. 20.

14 Circa quod illud consideratione dignissimum esse censeo, quod licet is qui naturalitatis literas impetrauit horum Regnorũ priuilegijs & immunitatibus fruatur, quibus ipsi ciues originarij, ita scribit Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsu cap. 3. prin. q. & in l. si maritus. §. Julia. ff. de adult. & est bonus tex. in l. sed si accepto. ff. de iure fil. tradit Roman. consi. 62. col. 2. vers. quod autem cessat. Cuma. consi. 178. col. 3. vers. Quinto probatur. Deci. consi. 183. nu. 10. Hypo. de Marli. consi. 127. num. 2. vol. 2. Ruy. cõsi. 200. nume. 19. & 20. li. 2. Boer. decis. 260. nu. 17. Jacob. Menoch. consi. 166. vol. 2. nu. 15. Cateli. Cotta, in memor. iuris in memori. incip. Ciuium. Quia ex priuilegio potest quis consequi ius naturalitatis regni, vt habetur in d. l. ciues. C. de incolis. lib. 10. vbi glo. & Ioan. de Platea. & Lucas de Penna. & tales sunt veri ciues vt in l. 1. ff. ad muni. not. Bald. in l. pen. §. quæ in filio. ff. de adop. & in l. in vrbe. ff. de sta. homi. Hinc deducitur, quod licet exteri, qui apud nos negociandi causa versantur, non possint habere eos annuos redditus, quos vulgo, *turos*, appellamus: obtinere tamè possunt, si habuerint Principis rescriptum, quod Hispani. *Cartas de naturaliza.* nūcupamus. Ex hoc quoque emanat, quod cum Hispani non possint esse iudices forenses, sed tantum illius ciuitatis originarij. Illud verò iudicandi munus habere poterit, qui principis concessione factus est

est originarius ciuis. Nec ab hoc alienum est, quod si in literarum Collegis eorum statutis cautum sit, ut nullus exterius admittatur, ut cautum est in Collegio celeberrimo D. Iaco. Zebedei Salmanticensis, qui dictum rescriptum habet excludi non debet, sic tenet Ferd. Mench. de testa. lib. 3. primę par. 3. num. 295. Ex simplici tamen concessione naturalitatis alienigena non poterit beneficium consequi, nisi expressè hoc sibi fuerit indultum: ita scribit Gregor. Lup. in l. 2. in verbo, *Muger sea natural de otra.* tit. 24. par. 4. Nam cum in hoc casu peculiari grauissima & publica causa desideratur & dictæ literæ nullius sunt momenti nisi forma Regijs legibus præscripta fuerit obseruata, quæ si non interuenerit obseruandę literę non sunt: non igitur debet generalis Principis concessio ad specialissimum casum extendi. Pro quo mirè facit, quod elegantissimè de more scribit Bal. in d. l. in vrbe. ff. de statu homi. scribens ad optium ciuem (nèpe qui ex priuilegio receptus fuit) ad mittendum non esse ad honores, ad quos non consueuere admitti nisi ciues naturales. Quamuis hæc Bal. opinio difficultate non careat ex his quę prædixi.

15 Quibus quidem literis naturalitatis seruata forma Regiarum legum alienigenæ impetrare & obtinere possunt in ijs Regnis dignitates Ecclesiasticas, & alia beneficia, hac lege, ut intra octo mensium tempus dictis beneficijs resideant alias literarum cõmodo ipso iure priuãtur, nec eas dignitates aut beneficia obtinere possunt, ut disponit. l. 20. tit. 3. lib. 1. ordi.

16 Dubitauit tamen circa hoc non semel, si quando exterius cum Principis indulgentia dignitatem aliquam Ecclesiasticam vel beneficium fuit cõ-

sequitur, an possit illud cum alio permutare: & verissimum credo ei non licere, quod aliquibus rationibus innixus probat Did. Perez in l. 3. in verbo, *Saluo el Rey.* tit. 7. lib. 1. ordi.

17 Quod si exterius aduersus horum regnorum iura & leges beneficium etiam à Romano Pontifice impetrauerit, Apostolicę literę minimè executioni tradendę sunt, sed ad Summum Regis Senatum mitti debent, ut ab integerrimis & prudentissimis eius Senatoribus pro illorum prudentia examinentur: & quid faciendum sit ipsi decernat. Habet equidẽ Summus Senatus formam & modum præscriptum, quo uti debet in his negotijs examinandis & expediendis. Quod si iudices Ecclesiastici eas literas Regio Senatu in consulto & legis forma prætermissa executioni traderint, eo ipso omnibus priuilegijs naturalitatis horum regnorum priuãtur, ut tanquam alienigenæ nullum beneficium possint obtinere, imò ab istis regnis expellendi sunt. Laici uerò istius criminis rei, si tanquam tabelliones, vel notarij, aut procuratores auxilium & opem perstiterint in impetratione, vel executione, vel alio quocunquemodo pœna capitis cõ bonorum omnium amissione plectuntur, Alij uerò confiscationis pœnam bonorum suorum fisco applicandam incurrunt, ut in l. 26. tit. 3. lib. 1. Regij noui ordinamen. circa quam aliqua notata digna à nobis erunt annotanda.

18 Primo æquidem, quod in his Hispaniarum Regnis vsitatissima est cõminatio dictæ pœnæ aduersus clericos & Ecclesiasticos iudices, quæ fit ad amissionem rerum temporalium, quas in his regnis obtinent: deinde quod tanquam extranei habeantur, de qua dicta Regia constitutio loquitur:

tur: cuius meminit Guill. Benedi. in cap. Raynuntius. de testamen. in verbo. Et uxorem nomine Adelasiam. 2. decis. num. 460. Caro. de Grassa. lib. 2. Regali. Fran. iure. 7. col. penul. D. Dida. Couar. in practi. quæstion. cap. 35. num. 3.

19

Secundò, quod non solum in casu dicta lege Regia expresso sed in alijs multis Apostolicæ literæ ad summum senatum deferuntur, sic apud Hispanos potestas seu facultas legatorum à summis senatoribus ante earum usum pro negocij magnitudine examinantur, ut Pontifex summus consulatur, quibus facultatibus in his regnis uti conveniat. quæ autem sint relegandæ cum etiam Nuntij ipsi exteri sint, oportet ut intelligant quæ ab illis sint præcauenda. ne falsis aut importunis precibus decipiantur ut testatur D. Couar. in practi. quæst. cap. 35. num. 4. quod in Gallia, & Flandria frequentissimum esse refert Carol. Moli. in regul. Cancel. de infirmis resig. num. 139.

20

Tertiò, idem ad vnguem obseruandum est sub eisdem pennis & comminationibus quotiescunque Apostolicæ literæ impetrantur in derogationem Regij iuris patronatus vel ceterorum Laycorum horum Regnorum ut dicta Regia lex diffiniuit, & lex. 5. tit. 6. libr. primo noui regij ordina. circa quas Regias constitutiones multa lectu nõ indigna pro eius singulari eruditione congerit. D. Couar. in practi. quæstion. cap. 36. Est sane remedium hoc vtilissimũ, ne dicam necessarium, ut regia auctoritate summi senatores literas Apostolicas quibus iuri patronatus Laycorum derogatur diligenter examinent earum executionem suspendentes quousque Pontifex summus consulatur, certiorque fiat quam graue scanda-

lum ex his derogationibus oriatur quantaque mala inde sequatur: quoru illũ potissimũ videtur quod Layci à pietatis operibus, nepe donatione, constructione & dotatione Ecclesiarum cum maximo Reipublice Christianæ dano abstinebunt. Sunt equidem apud nos quam plurima sacerdotia siue beneficia ad ius patronatus expectantia, quorum vestigia apud antiquos idolis seruientes fuerunt, dicta gentilitia, idest generis seu familiae certæ: quæ redditus annuos sacrificulis suis præbebant. De quibus meminit, Cicero de Aruspicum respõsis. Sic Michias vir in monte Ephrain, idolum sibi fecit, & ei extruxit ediculam constituitque ibi Sacerdotem, cum certis redditibus percipiendis ut habetur lib. Iudicum Israel. cap. 17. & 18.

Quarto mittendæ sunt ad Regiũ summum Senatũ Apostolicæ, literæ alijs casibus dictis Regijs legibus expressis quos supra numero 18. & 19. tradimus.

Quintò, nec à nobis erit omittendum iustissimas esse sæpè iam allegatas Regias constitutiones non sane eis aliquid continetur quod summi Præsulis maiestatem lædat vel purissimas eius aures offendat, hoc alienũ est à catholicis Regibus nostris qui Põtificum decreta, Sacrosanctasque eorum sanctiones pro ipsorum pietate, & in Deum religione colunt & venerantur, sed ideo literarum executio suspenditur ut Pontifex summus certior factus intelligat, quot quantisque incalamitatibus & erunis ista Hispaniarum regna afficiantur quando falsis precibus & suggestionibus gratiæ Apostolicæ impetrantur, quas Sanctissimus Antistes minime concederet, si ea damna & incommoda quæ maximè aduersantur, spiritali

Apud  
Etpni-  
cos vestigia  
fuerunt sa-  
cerdotij  
ad ius  
patrona-  
tus expe-  
ctantis.

21

Eccle-

ecclesiastico & temporali regimini præ oculis haberet. Iuri igitur consona est suspensio executionis dictarum literarum, ut in cap. si quando. de rescrip. vbi Alexander tertius. *Patienter (inquit) sustinebimus, si non feceris quod prava nobis suggestione fuerat insinuatum.* Et conducit tex. in l. si vindicare. C. de penis & in capit. cum apud Thessalonicam. 11. p. 3. cap. sunt quidam. 25. quæst. 1. & in c. 1. 40. distin. & in ca. manet. 24. q. 1. & in cap. si quis nõ recto. 24. quæst. 3. glo. in auth. de menda. prin. §. deinde competens in verbo, nuncios, & in auth. ut determinatus sit numerus clericorum. §. vlti. in verbo Contradicere colla. 1. tradit latissime Felin. in cap. nihil. de prescrip. & faciunt quæ scribit Thom. 2. 2. quæst. 69. ar. 4. versu. Secundo respondeo & Caietan. 2. 2. quæst. 39. artic. 2. versu. in responsione ad secundum, idem Caietan. in tracta. de auctoritate Papæ & concilij, cap. 27. versu. ad secundam rationem, Turr. Crem. libr. 2. de Ecclesia, cap. 106. Cardi. Jacob. in tractat. de Concilij libr. 8. artic. 3. versiculo quintum remedium.

22 Sexto ut quæ præcedenti versiculo dicta sunt magis elucescant scri oportet, quod non solum Hispaniæ Reges dicto iure utantur, sed alij Christiani orbis Principes, ut testatur Ioann. Driedon. vir piissimus pariterque doctissimus in libr. primo de libertate Christiana pagin. 183. Ipse quæ elegantissimis verbis hoc corroborat, quæ in lectorum gratiam hic referre conlitiui. *Hic sciendum est quod aliud est potestatem secularem absolute mandare aut constituere, ne quisquam pareat ullis literis Apostolicis iustitiæ aut gratiam concernentibus aut ne executioni mandet easdem. Aliud vero est potestatem secularem mandare aut constituere,*

*ut sine suo beneplacito. Et examine nemo pareat, huiusmodi literis neque executioni mandet easdem. Nam primum cum sit directe contra potestatem, seu libertatem ecclesiasticam, est eam prorsus tollere & extinguere, neque potest fieri absque contemptu ecclesiasticæ potestatis, Neque potest ex ipsius Pontificis privilegio conveniri Regi aut saculari potestati. Secundum autem videtur posse fieri absque contemptu potestatis ecclesiasticæ, & absque iniuriâ, aut odio, aut gravamine, seu præiudicio ecclesiasticæ libertatis, & sanctæ sedis Apostolicæ, vel literarum eiusdem. Potest enim contingere, quod Princeps quispiam aut ex privilegio seu commissione Papæ, hoc faciat: sicuti Carolus Imperator habuit ex privilegio synodi, ne sine suo consensu investiretur, vel consecraretur Episcopus, aut ex causa rationabili secundum congruentiam loci & temporis, ad sic statuendum atque mandandum moucantur propter abusum tollendum præfiantur extranei, aut inidonei, qui vel per nimiam importunitatem, falsasque suggestiones literas Apostolicas impetrarunt, vel impetratis abuti voluit: ad oppressiones pauperum qui alioqui sub prætextu literarum Apostolicarum longis litibus gravibusque sumptibus vexari possent, nõ quod potestas secularis velit sibi aut iudicium ecclesiasticarum rerum usurpare, aut viros idoneos auctoritate Apostolica institutos impedire, aut super illorum idoneitate iudicium sumere, sed quod velit ad edificationem reipublicæ, statum ecclesiasticum promovere. Unde quotidie cernimus Prelatos, & alios disputare de mædatis de rescriptis, ac literis Papæ, quæ tægant ecclesiastica negotia, collationes, beneficiorum, præbendarum, & dignitatum. De omnibus literis, & mædatis Papæ præsumendum quidem est, quod eis oporteat, obedire, modo constet, aut constare debeat tales reuera esse literas à sede Apostolica emanatas, subsistentibus etiã*

rationibus, & causis, quibus ipse Papa verisimiliter motus inductus est ad precipiendum. Et ideo non debet ista praesumptio tam violēta esse ut nō liceat huiusmodi mādāta etiam verissime emanata à Sede Apostolica examinare, & inuestigare sollicitē an eis oporteat obedire, tametsi hoc maxime pertineat ad iudices ecclesiasticos quibus huiusmodi litera mandatorum Apostolicorum diriguntur. Hęc Driedonius.

23 Superest tamen pro huius materiae, exacta cognitione inquirere quis exterius, quisue regnorum naturalis, dicatur, quod apud suos Gallos declarat Petrus Rebuff. in tractat. de literis naturali. ad finem nume. 20. 2: Thom. consti. Fran. apud nos vero est Regia constitutio. 19. titul. 3. libr. primo ordin. noui, quae hoc egregiē his verbis definiuit. *Ordenamos y mandamos, que aquel se diga natural, que fuere nascido en estos Reynos, y hijo de padres, que ambos a dos, o alomenos el padre nascido y natural en estos Reynos: O aya cūtraydo domicilio en ellos, y demas desto aya viuido por tiempo de diez años con que si los padres siendo ambos, o alomenos el padre nascido y natural en estos Reynos, estando fuera de ellos en seruicio nuestro, o por nuestro mandado, o de passō, y sin contraher domicilio fuera de estos Reynos, ouieren algun hijo fuera de ellos, este tal sea auido por natural de estos Reynos. Y esto se entienda en los hijos legitimos y naturales, o en los naturales solamente: pero en los espurios disponemos y mandamos, que las qualidades q̄ conforme a lo susodicho dispuesto, se requieren en los padres ayan de concurrir y concurren en las madres.*

Circa, quam Regiam sanctionem aliqua à nobis erunt annotanda, in actionibus forensibus frequentissima.

24 Primò, quatenus ea lex dicit. *Que*

*aquel se diga natural, que fuere nascido en estos Reynos:* Loquitur equidem de his Regnis Castellæ, & Legionis. Ex quo sequitur quod nati in regno Aragoniæ, & Nauarræ, exteri sunt neque apud nos possunt beneficia ecclesiastica obtinere, ita in proprijs terminis scribit Doctor Didacus Perez in l. 18. titul. 3. libr. 1. ordina. veteris in glo. incip. *Queningū extranjero*, Asseuerans sic etate nostra fuisse iudicatum. Nam cum quidam Martinus Vicentius Sacræ Theologiæ, & artium magister, postquam fuit electus Canonicus camorensis, postea vero eo fuit priuatus quia Tarracoenensis erat. Et potissima ratio est, quia licet dicta regna fuerunt adiuncta regniæ coronæ, non tamen hoc in modū submissionis factum est. Sed pristino robore remanserunt: qua ratione, regna ipsa suis proprijs legibus, & moribus regēda sunt argum. l. si quando. C. de appell. tradit Bart. & nouissimi in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignor. acti. idem Bartol. in tract. de alluui. sub. rub. de insula. colum. 3. doctores in cap. trāllato de constit. las. in. §. in personam, col. 2. Insti. de acti. tradit Mattheus de Afflict. in constit. Neapoli. libr. 3. Rub. 23. numer. 3. Aymon Craueta. de antiquitat. tempor. 4. par. nu. 27. Ioan. Fran. de Ripa in l. 1. ff. de legib. n. 16. & libro. 1. respon. de legi. & conf. 21. Ioan. Go. in l. omnes populi col. 3. ff. de iust. & iure. Brun. in tractat. de augmen. fol. 8. Barthol. Cassa. in consuetudi. Burg. titu. de succession. Desbas. er. rub. 8. numer. 41. Burg. de Paz in l. 1. Tauri. numer. 451. Quo loco testatur quod iam peculiari concessione indultū est, originarijs Regni Nauarræ, ut quo ad beneficia reputentur naturales horum Regnorum, ut regia sanctione decretum fuit. 28. mensis

Nati in Regnis Aragoniæ, vel Nauarræ an exteri horum regnorum quo ad beneficia obtinenda iudicentur.

Singulariter interpretatur regia constitutio. 19. tit. 3. li. 1. noui ordinis.

mensis Aprilis, ann. 1553. condita in loco vulgariter nuncupato, *El gar- do*, De qua etiam meminit Ioan. Olā. in antonomi. iuris cōmun. & Regij in præfa. num. 20. Sic aliquando fuit se pronuntiatum refert Burgos, in præcitato loco. Et ea ratione vidimus iam in his regnis plures originarios Regni Nauarræ viros doctissimos quibus regnum illud floret beneficijs ecclesiasticis, & dignitatibus frui.

25

Secundò, ex dicta Regia constitu- tione iam diffinitum est, quod olim apud Hispanos fuit nimis controuer- sum, vtrum sufficeret, vt quis horum regnorum naturalis censeretur natū esse ex matre alienigena, si pater fue- rit naturalis, probat equidem ea lex hoc sufficere, ibi. *O alomenos el padre sea assi mismo nascido en estos Reynos.* Quod iuri communi consonum est, cum filius paternam originem, non vero maternam sequatur. l. assumpti. §. filius. ff. ad municip. l. filios. C. de municip. & origi. lib. 10. tradit Feli. in cap. Redulphus de rescrip. nu. 4. & latissimè Boeri. decisio. 13. & in consuetudi. Bitur. §. vltim. titu. de tes- tamen. colum. fina. Barthol. Cassa. in consuetud. Burg. titu. de confisc. §. 1. numer. 37. Guil. Bene. in repet. capit. Raynuntius de testamen. in verbo. Et uxorem nomine Adelasiam numer. 1042. cum sequen.

26

Latè in-  
terpræta-  
tur Re-  
gia His-  
panorū  
lex eōdi-  
ta ab Hē-  
rico Re-  
ge, huius  
nominis  
tertio an-  
no. 1369.

In contrarium tamen erat Regia, lex Henrici Regis huius nominis ter- ti) condita, anno. 1396. his verbis in- ter alia. *Ordeno, y establezco duradero por siempre, que persona, o personas del mundo, aunque sean Cardenales, ni Ar- zobispados, ni otras dignidades, ni ca- longias ni prestamos, ni otros beneficios algunos, en todos mis Reynos y señorios en lugar, o parte alguna dellos. Saluo aq̄l, o aquellos que fueron verdaderos natura- les de padre y madre, y nacidos en ellos.*

Fuerunt tamen multū non peni- tenda autoritatis viri, qui asseuera- runt illam Henrici Regis sanctionem non habuisse legis generalis authori- tatem quia nec publicata, nec rece- pta fuit, quod quidem in causa fuit, vt cum casus ille quondam acci- disse in Regio Senatu, nepe q̄ quidā ex patre naturali genitus, & ex matre alienigena beneficium ecclesiasticū possidisset, controuersum fuit, an hoc ei liceret tandem Cæsare consul- to is possessor, vsque ad mortem be- neficium retinuit. Et cum postea simi- lis casus contigisset eodem Cæsare Maximo consulto bis in eo dissente- runt Regij Senatores, & causa vt an- cept & ambigua alijs iudicibus, ter- minanda remissa fuit, ita auditu per- cepisse à quodam aduocato testatur, Doctor Burgensis in. l. 7. Tauri pri- ma par. num. 377. ad finem. Sed iam hodie placata sunt hæc controuer- sia ex dictæ legis decimæ nonæ de- cisione, ideoq; Doctoris Burgensis opinio, qui contrarium asseuerabat, ex dicta lege Henrici amplectenda non est.

27

Tertò, Regia illa constitutione de- cissa est grandis illa quæstio, in qua fluctuauit insignis Grego. Lup. in. l. 2. in verbo, *Maguer.* tit. l. 24. partit. 4. nec ausus est, eam decidere, sed posse- ris decidendam relinquit, videlicet an his qui ex parentibus naturalibus horum regnorum, natus fuit extra re- gnum in transitu, videlicet quando parentes non habebant, animum cō- stituendi, ibi domicilium dicatur na- turalis, diffinit lex illa cū naturalem, esse idem iure communi probari vi- detur in. l. filios. C. de muni. ex origi. lib. 10. Cuius verba sunt. *Filios apud originem patris, non materna ciuitate, & sibi nati sunt, si modo non do- micilijs retineantur ad honores, seu munera*



munera posset compelli, explorati iuris est. Et ibi ad hoc notat Ioann. de Platea. ad idem etiam conducit tex. in l. ciues, in fine. C. de incol. ibi, *Vnde cum profectus est, peregrinari videtur.* Ex quo enim quis habet animum se trāsferendi in alium locū, fingitur non esse in eo loco, vbi habitat de præsenti. l. quæsitum in fine. ff. de lega. 3. facit lex hæres absens. ff. de iudi. capit. Romana, de foro comp. lib. 6. l. si quis post hac. C. de edifi. priua. & opinionem istā amplectitur Bart. in dict. l. filios Abb. in ca. Redulphus: de rescrip. vbi Felin. & Barba. num. 97. & consi. 52. volum. 2. Bald. Ang. Alberi. & Paul. de Castro in lectura Bononiensi post Cyn. Petrum & Nicol. de Neapo. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de lega. 1. vbi Ang. scribit hoc audiuisse, a quodam magno doctore Alberi. per illum text. in l. Titius. ff. de actionib. emp. Deci. in dict. l. hæres absens. §. proinde. column. 2. Iacob. de Sancto Georgio in. §. si quis tutelam nume. 35. eiusdem legis Iaf. consi. 117. volum. 3. quam esse veriorē sententiam, & secundum eam vidisse in regio cōsilio, pronuntiatum testatur Gregori. in dict. l. 2. Matth. de Afflict. decisi. 384. num. 3. eandē communem appellat. Nicol. Bocri. decisi. 13. num. 52.

In contrariam tamen sententiam itum est, a plerisque, qui arbitrantur, quod quomodocunq; quis nascatur effici ciuem originarium loci, in quo nascitur, licet nascatur, in transitu, ita tenet Paul. de Castro secum palam in eadem lege desidens, nempe in lectura Patauina, dict. §. legatum. quē ibi sequitur Ioan. de Imo. Rapha. & Alexand. qui dicit hoc sibi in puncto iuris placere Angel. illius tex. autoritate innixus. §. si quis igitur. in auth. quib. mod. natur. effici sui Hier. Cag.

in rub. de orig. iur. colum. vltim. Lud. Bologni. de priuileg. Scholar. in verbo, nec suos ciues. Qui leuissimis fundamentis mouetur, sed tenenda est cōmunis sentētia quæ in terminis iuris scripti verissima est, & ideo seruāda, etiam si non haberemus Regiā legem ei consonam, quam vltra supra allegatos dicit communem. Ripa in tracta. de pest. titulo de priuileg. cōtracta. num. 182.

Quæ communis opinio procedit, etiam si pater, vltra decennium extra regnum extiterit, ad hūc si filium ibi procreet & legitimum, vel naturalem modo animum redeundi, ad hæc regna habuerit talis filius naturalis huius regni iudicandus est, quod ea neruosa, & efficaciatione comprobatur, quia quā quis recessit ab aliquo loco animo redeundi non dicitur ciuis illius loci, ad quē ire destinauit, etiā si vltra decennium absens fuerit, vt supra dictū est. & suffragatur tex. in l. ex facto in. 2. vers. *Rerum autem.* Cū sequenti. ff. de hæredi. in si. etiam si per mille annos ibidem steterit, vt inquit Bar. in d. l. 2. C. de incolis lib. 10. quā opinionē, post hæc scripta legi tenere D. Azeuedo in l. 9. ti. 3. li. 1. ordi. noui. Qui animus redeundi, protestatione tempore absentiae facta & alijs coniecturis probari potest, si licet, quia in hoc regno domum, vel immobilia bona semper habuit, & in exteris regnis nulla immobilia emit, & alijs prouabilibus coniecturis pro iudicis arbitrio.

Ex quo eleganter scribit Paul. de Castro in dict. §. legatum. numero. 3. quod si statuto caueatur, prout Bononiæ, quod nullus doctōr possit esse, de collegio iurisconsultorum vel medicorum, nisi sit originarius ciuis, quod si mater casualiter abest, & ibi parit, certē, fingitur filius natus in ciuitate

uitate in qua mater incolatum habet, & asseuerat Paul. se hoc vidisse in facti contingencia in filijs quorundam doctoru suæ ciuitatis natis alibi, vbi parentes conducti erant ad legendu qui filij paternã originẽ retinuerunt.

29 Hinc etiam obiter declarari potest, constitutio. 7. nostrę Complutensis Academię lib. suarum constitutionu qua sanctitũ est, vt nullus ex domiciliarijs seu incolis huius populi Complutensis possit eligi, in collegialem, vel capellanum insignis & maximi collegij toto terrarum orbe celebratissimi Diui Ildefonsi, certẽ si mulier aliqua ciuis Complutensis alibi in transitu pareret, filius sic natus minimẽ in dicto collegio eligi potest, quod scio aliquando fuisse disputatum.

30 Ex quo sequitur egregia interpretatio ad. l. 25. tit. 7. lib. 1. noui ordi. qua stabilitum est, non licere horum regnorum naturalibus, extra regna ista in alienis Academijs Regia lege prohibitis, literis incumbere sub pœnis ibi definitis. Non equidem eius sanctio nec pœnarum constitutio, locum obtinebit, quando aliquis naturalis istoru regnorum in extra Academiam, ad aliquem gradum in alia Academia, promouetur in transitu tamen, tum quia hoc casu constituto, cessat ratio illius constitutionis, quæ continetur in prohemio. Tum quia expressẽ loquitur aduersus eos, qui in dictis Academijs resident studiorum gratia ibi. *Que en las tales vniuersidades, estudiando, y residiendo en ellas.*

31 Nec ab hoc est alienum quod tradiderunt Bald. Alberic. & Paul. in dict. §. legatum, quod si propter bellum vel ob aliam causam animalia ciuium alicuius parochiæ fugiant ad aliam, & ibi pariant quod decima soluenda est parochiæ a qua recesserunt, sequitur Boeri. dict. decis. 15. nu. 54

qui est videndus. Stat tamen apud nos, circa hoc egregia constitutio, in l. 9. tit. 20. par. 1. qua cautũ est, nõ de beri decimæ animaliu Ecclesię in cuius parochia in transitu parturiunt nisi per integrũ mensem ibi permãsisset.

Quibus finitũ est, quod scribit Roma. conf. 263. & seq. quod absens ille iudicandus non est, qui ex legitima causa recessit cito reuersurus, quod multis iuribus & rationibus corroborat, quibus innixus ipse consulit, quod ille qui iurauit continuẽ stetit in ciuitate Lucana, nõ est periurij reus licet probetur quod aliquo tempore absens fuerit pestis causa.

Quarto, ex etiã dicta lege colligẽdũ est, quod quauis is, qui in aliquo populo decem annis habitauerit habendus sit pro naturali, & priuilegio naturalium gaudere debet, ad quod est optima lex. p. 2. tit. 24. p. 4. ibi. *La dexena por moranea de diez años, que se gan en la tierra, maguer, sea natural de otra.* Et probatur in d. l. 2. C. de incol. & est videnda lex. 32. ti. 2. par. 3.

Et ideo licet Regijs cõstitutionibus sit decretũ neminẽ nisi ex his regnis naturalẽ proxoneta seu cambiorum interuentore creati posse, tamen alienigenę, qui per decenniu in hisce regnis, sunt comorati ad prædicta officia possunt admitti, vt a summis consiliarijs iudicatũ fuisse testatur. Doc Bur. de Paz in l. 1. Tau. 3. cõc. n. 373.

Sed quo ad obtinẽda beneficia speciali iure stabilitũ est, quod pater illius qui vult in his regnis beneficium obtinere contrahat in eis domiciliũ, & per decenniu habitet ita illa lex diffinit ibi. *O aya cõtraydo domicilio en ellos y demas de esto, aya viuido por tiempo de diez años.* Itaq; minimẽ sufficeret habitatio decenalis, nisi alias domiciliũ contraxerit, quod cõtingere potest, quando quis, se suãq; familiã alen-

L do,

do, negociando, animo perpetuo permanendi larem sibi constituit. l. La-  
beo iuncta. gloss. 1. ff. ad Municip. fa-  
cit lex post liminij. §. si ibi, *siue ani-*  
*mus.* ff. de cap. & post lim. reuersis, &  
est tex. in d. l. ciues. iuncta gl. in verb.  
*Larem.* C. de in colum. vel quando  
transiit maiore partem fortunarum  
suarum. vt in d. l. ciues. & in l. 2. C. vbi  
senato. vel dar. tradunt hos casus, &  
alios Iacob. Rebuff. in d. l. ciues. Ber-  
tran. consi. 75. col. 2. vol. 2. Mar. Soc.  
Iuni. consi. 7. num. 6. volum. 2. Item  
necessarium est, quod dicta habitatio  
non fiat animo redeundi ad patriam,  
na quando quis ad tempus determinatum  
est in aliquo loco de eo diceffurus,  
no dicitur incola etiam ultra decennium.  
lex facto. ff. de hered. inst. not. Bar.  
& Ange. in d. l. 2. C. de incol. Ange.  
in l. haeres absens. §. 1. ff. de iudi Gre-  
gor. in dict. l. par.

36 Quinto, quod is qui secundum de-  
cisionem dictae legis, sit iudicandus na-  
turalis istorum regnorum, vt admitti  
possit ad beneficia ecclesiastica, si ta-  
men regna ista relinquerit, & se in  
aliam prouinciã transfert non subdi-  
ta Regi & domino nostro, vbi domi-  
ciliu constituit iuribus naturalitatis  
priuatur, vt voluit glo. secundum vnã  
expositionem in l. in adoptionem. C.  
de adopti. tenet Bald. in authent. sed  
omnino. C. ne vxor pro marito. Et  
hac ratione si naturalis regni huius  
se confert in regnum Franciã animo  
perpetuo ibi, permanendi non pote-  
rit apud nos beneficium, vel ecclesia-  
sticam dignitatem possidere, ita te-  
net insignis Gregor. in l. 5. titul. 24.  
partit. 4. dicens hoc esse notan-  
dum.

37 Nec refragatur huic sententiã tex.  
in l. penul. ff. de sena. quo dispositum  
est, quod licet senatores in vrbe do-  
micilium habere videantur, tamen

& ibi, vnde oriundi sunt domiciliu  
habere intelliguntur, quia domiciliu  
quod venit ex accidenti minimẽ mu-  
tat causam originis, quod etiam pro-  
batur. in l. fin. de muni. & origi. l. 10.  
Vbi translatio domicilij de loco ori-  
ginis in aliũ locum, vbi quis vult fa-  
cere incolatum non facit locum ori-  
ginis perdere, imo in vtroque loco  
subit munera cuius legis autoritate.  
Bart. assumptio. §. 1. ff. ad Municip.  
reprobat gloss. ibi asserentem quod  
in loco originis, post translationem  
domicilij non subeat, quis munera  
vel honores. Nec refragatur l. filios.  
C. de municip. origi. lib. 10. qua di-  
cta glo. fundamentum suscepit, quia  
loquitur respectu originis filij eius  
qui mutauit domicilium originis, no  
verò loquitur de loco originalis ip-  
sius patris qui mutauit domicilium.  
Et dictae legi pen. ff. de senatori. po-  
test responderi, vt procedat quando  
locus domicilij, & locus originis  
sunt sub eodem Rege vel Regno, se-  
cus si locus domicilij, in alio regno  
constituatur, quia is videtur renũtia-  
re priuilegijs, & fauoribus concessis  
naturalibus regni transferendo domi-  
ciliu extra regnum, ita Greg. in l. 5.  
tit. 24. par. 4.

38 Sexto, perpendi etiam circa dictam  
constitutionem, potest, vtrum tempore na-  
tiuitatis filij desideretur, quod pater  
in his Regnis domiciliu contraxe-  
rit, & per decennium vixerit, vel suffi-  
ciat, quod medio tempore filius nasca-  
tur, & postea quod deficit ad vngue  
adimpleatur, itaque tempore beneficij  
conferendi nihil desideretur, ex his  
quae Regia lex desiderat, & nisi me  
mea non fallit opinio, censeo id suffi-  
cere, cum satis sit illius dispositio hoc  
modo seruari, quod eius meti conso-  
num est, sic etiam eã declarat D. Aze-  
uedo, vbi paulo ante allegaui. nu. 9.

Officium insuper diu-  
num vt tenentur  
non recitarunt.

C A P V T, LIIII.

*I Clericus officium diuinum non reci-  
tans quæ hodie pœna puniatur.*



**E**X dispositione Lateranen-  
sis Cœc. tēpore Leonis. 10.  
celebrati, in Sessione no-  
na, in c. de reformationi-  
bus curiæ & aliorū, delictum hoc tali  
pœna puniatur: videlicet quilibet ha-  
bens beneficiū cū cura, vel sine cura,  
si post sex menses ab obtento benefi-  
cio diuinū officium non dixerit, legi-  
timo impedimento cessante, benefi-  
ciorū suorū fructus suos non faciat,  
pro rata omissionis recitationis offi-  
cij & tēporis, sed eos tanquā iniuste  
pœceptos in fabricas huiusmodi be-  
nificiorū, vel pauperum eleemosynas  
erogare teneatur. Si verò ultra dictū  
tempus in simili negligentia cōtuma-  
citer permanserit, legitima monitio-  
ne pœcedente, beneficio ipso priue-  
tur, cum propter officiū detur benefi-  
ciū. Intelligatur autē officiū omittere  
quò ad hoc vt beneficio priuari possit.  
qui p̄ quindecim dies illud bis sal-  
tē non dixerit, Deo tamen ultra pœ-  
missa de dicta omissione reddituri  
rationē. Quæ pœna in habentibus  
plura beneficia reiterabilis toties fit,  
quoties contra fecere conuincatur:  
Hęc sunt verba concilij. An autē an-  
te eius declarationē clericus non re-  
citans officiū diuinū teneretur ad re-  
stitutionem fructuum, vide Doctō.  
in c. 1. de de cebr. missa Dom. & Phi-  
li. in c. f. de rescrib. 6. Sylu. in verbo  
clericus. lo. 4. in. 23. q. Phil. in ca. po-  
stulasti. col. 9. n. 33. De rescrip.

**S**essione nona. Adde quod A  
huius celeberrimi concilij  
meminit Mar. Nau. in c. qñ  
de cōsecratione dist. 1. not.  
7. n. 31. & nouissimē in tract. de orat.  
c. 21. n. 58. & in manuali confessio. e.  
25. n. 121: Do. Soto. li. 10. de iusti. &  
iure. q. 5. art. 6. & doctissimus Greg.  
in l. 34. ti. 6. in verbo, *La Iglesia*. par.  
1. Et dicti concilij constitutionē cre-  
dendū est spiritu diuino fuisse pro-  
mulgatā, vt asseuerat doctissimus Ja-  
cob. Menoc. de arbi. iud. q. li. 2. cent.  
5. casu. 429. n. 11. quæ post huius pra-  
ctica secundā editionē legi. Quam-  
uis Car. Mol. in cons. par. tit. 1. §. 30.  
n. 49. secundū nouissimā editionem  
asseueret, non constare, nec apparere  
ita in concilio Lateranensi statutum,  
nec moribus gentiū receptum fuisse,  
Imo nequaquā reipublice Chritia-  
næ, quod ita statuatur conuenire nec  
laqueus multitudini iniiciatur quod  
in legibus cōdendis, & maximē peri-  
culum animæ concernentibus, sum-  
mopere vitandū est. ca. de viduis. in  
2. 27. q. 1. & latē per Ioā. Gerl. in tra-  
de reg. mor. col. 4. non tamen negat  
Mol. ibi, quod clericus qui horarias  
preces omiserit iudicis arbitrio pu-  
niendus nō sit. Imo & beneficio eccle-  
siastico ultra fructuū perceptorū resti-  
tutionē. Vt cōmunem esse nostrorū  
sententiā fatetur Bello. cons. 56. n. 3.  
Lul. Cla. in pract. crim. §. fi. q. 73. vers.  
Itē clericus. qui nō dicit. Sed quo ad  
Lateran. concil. attinet, egregius Na-  
uar. d. c. 25. n. 124. cōstāter asseuerat,  
illius constitutionē diuino iuri cōso-  
nā esse, & ea ratione seruandā, prout  
ipse eā in practica receptā vidisse te-  
statur. Sed Dom. Soto d. ar. 6. etiā si  
meminerit Latera. cōcil. admonet tñ  
nō omnino receptū esse huiusmodi  
decretum, atque ideo cautē, & seclu-  
so omni rigori esse interpretandum,  
L 2 vt ad

ut ad omissionem quolibet horarum, nempe unius aut duorum dierum, fieri non debeat restitutio. Vide tamen multa quae circa constitutionem d. Concilij scribit Mart. Nauarr. in d. tract. de oratione. c. 21. Quod quidem concilium, in hoc Archiepiscopatu Tolitano, obseruari debet. Ut sinod. consti. sancitum est, ti. de celebr. miss. ca. 14. quod cap. arbitrariam penam imponit clericis qui beneficium ecclesiasticum non habent, & horarias preces omiserint recitare. Est tamen de hoc nouissima Sanctio Pij Quinti Pont. max. quae vulgo circumfertur.

Qua equidem egregiam constitutionem multis declarationibus egregie de more ornat insignis Mart. Nauarr. in man. conf. c. 25. n. & in tract. de oratione. c. 7. n. 33. qui in d. c. 25. n. 10. & in d. tract. de oratione. ca. 21. n. 11. cum seq. plures casus recenset, in quibus quis excusatur a recitatione horarum canonicarum & Dom, Soto lib. 10. de iust. & iure. quaest. 5. artic. 3.

**A**d restitutionem fructuum. Vide De, in c. cum omnes in. 2. lectura co. 2. de collat. Adr. in. 4. sent. in tract. de rest. in quaestione. An clericus teneatur restituere quidquid ultra victuum de redditibus beneficij consumpserit vers. pro responsione Ias. in. l. Scrinarios. n. 6. C. de testa. mili. Rip. in. l. vl. q. 66. C. de reuo. donat. qua opinione censet esse comunem gl. in pragm. sanct. ti. qualiter horae canonicae sint dicendae colu. 2. Ang. de Clauasio in summa in verbo horae cano. §. 5. qui omnes comuni consensu affirmant, clericum horarias preces omittentem ad fructuum restitutionem teneri. Licet opinionem contrariam probare conatur, Ab. & Card. in. c. 1. de celeb. missa. Prep. in sum. 44. dist. Fe. in c. postulasti. n. 7. de rescri. qua opinionem comunem esse fatetur D. Episcopus Couar. lib.

3. vari. resolu. c. 13. nu. 10. sed hodie iam dictis nouissimi Pontificis constitutionibus standum est.

Hae sane quae de horis canonicis scripsimus, locum obtinet etiam in clericis, qui sunt Gymnasijs studiorum gratia. Nam & ij horas canonicas dicere tenentur: ita scribunt multi quos diligenter refert Hor. Luti. Calli. de privilegijs Schola. pri. 100. vbi alios qui ab hac opinione recedunt commemorat. & opinionem supradictam sequitur Menoch. vbi sup. n. 12. 27. Sunt vero nonnulli casus, in quibus clericus a restitutione horarum canonicarum excusatur, quos post alios refert insignis Nauarr. in locis nouissime allegatis.

## Negotiatores ac alienae rei conductores.

### C A P V T, L V.

- 1 Clericus, qui aliquod istorum criminum commiserit, qua poena animaduertatur.
- 2 Quasita per clericum ex illicita negotiatione in usus pauperum sunt eroganda.



**N**egotiari lucri causa prohibetur clericis, ut in c. secundum, ne cleri. vel mona. Vnde in Conc. Carthag. 6. ca. 17. sancitum est quod clericus aliquid excogitans turpis lucri gratia, abiiciatur a clero, ac comunione alienus sit. Eisdem praeterea prohibitum fuit inter alia Conc. Calced. in Can. 3. conducere possessiones. Qui vero hoc fuisset transgressus correctioni ecclesiasticae subiaceret decreuit. Postea etiam in Conc. Carthag. 3. in Can. 15. clericis fuit prohibitum ut non essent conductores, nec turpi villo lucro vel inhonesto

Ho negotio victū quærāt: Nulla etiā alia inflictā pœna. Tandē in Conci. Arelatēsi. 2. in c. 14. dispositū est q̄ si clericus cōductor alienæ rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia aliquod genus negociationis exerceat, depositus à clero à cōmunionē alienus habeatur. Facit etiā in p̄posito materiæ huius cap. Conci. Tarrac. Can. 2. Cuius verba sunt: Canonū statutis firmatū est vt quicūq; in clero esse voluerit, emendi vilius vel vendēdi carius studio nō vtatur. Certē si voluerit exercere cohibeatur à clero, cuius Cōcilij dispositio à Gratiano refertur in c. cano. 14. q. 4. vbi etiā vide bonum tex. Iulij Papæ, in c. quicunq; in hoc proposito. Aduertendū est præterea, quod quæ sita per clericū ex illicita negociatione dāda sunt pauperibus, vt notat Matthæus, quē ibi refert Card. in clem. 1. in fi. de vi. & honest. cleric. Et notat Zenze. & Rai. ibi, quos refert Imo. ibi, in. 2. col. Si tamen totū nō reddiderit, nō sunt in statu dānationis, vt not. Card. vbi supra, referēdo fratrem Aluarum, & Zenze. & tenet etiā Imo ibi, referendo solū Zenze. Et vide Archid. Florē. in sua summa, in. 3. p. t. 13. c. 2. §. fi. vbi scripsit q̄ in foro pœnali debet clericis iniūgi, vel saltē cōsuli quod ea, quæ taliter lucrati sunt studeant pauperibus erogare, qui solū allegat ad hoc tex. in c. Qui habetis. 14. q. 5. Ex quo videtur velle, quod non tenentur clerici ad restitutionem taliter acquisitorum.

est tēporale, quod clerici contēnere debent & habentes alimenta & quibus tegatur contenti esse debent, ait Pau. 1. ad Thim. c. 6. Secūda quia rarissimē hæc prophanæ & seculares negociationes absq; peccati labe exercentur vnde periculosæ sunt valde. Ait enim sapiens eccles. 27. duæ species difficiles & periculosa mihi apparuerūt, Difficile exiit negotiās à negligētia, & nō iustificabitur caupo à peccatis labiorum. Quapropter nostræ religionis scriptores, mercatores improbant, aspernātur, vituperāt, veluti à virtute, & à bonis moribus, alienos, David equidem Psa. 70. aut ex aliorū cōputatione. 71. *Quomē* (inquit) *non cognoui negociationē introibo in potētias Domini.* Ita enim locū illum D. Augu. interpretatur, vt patet in eius cōmentarijs in eū locū, vbi multa cōgerit circa mēdacia, periuria, & innumera alia crimina huiusmodi negociatorū. Et D. Chrysoft. in. 2. parte Homeliarū in Matheū enarrans illud ipsius Matthei. c. 21. *Eiciebat vendentes & ementes de templo.* Significauit (inquit) quia homo mercator vix aut nunquam potest placere Deo, & multa contra mercatores cōgessit Lucas de Pen. in l. nec ipsi. Circa mediū C. de incolis, li. 10. & in Ru. C. de erga. mil. lib. 12. And. Tira. in tract. de nobilit. c. 33. Tertia ratio est quia huiusmodi negotia homines retrahunt ab spiritualibus, quibus incubere peculiare est clericorū munus, iuxta diuini Pauli sententiā. *Nemo militans Deo implicat se negocijs secularibus.* Ad Corin. 2. in prin.

Et ex pœna suspēisionis, & excōmunicationis, pœnis quæ clericis phibitas negociationes exercentibus imponitur, facile intelliges, eos mortale culpā cōtrahere. c. nemo. c. nullus. 11. q. 3. quod verum est, si in sacris fue-

**A**  
Negocia  
tio cleri  
cis inter  
dicta eis  
quæ ra  
tiones cō  
stituitur



**A** *Robitum est clericis.* Adde Regiā. l. 56. ti. 6. par. 1. vbi Greg. Lop. & à clerico negociatore, tanquā à peste cauendū esse admonet tex. in c. negociatorē. 88. distin. cuius prohibitionis tres potissimæ rationes considerari possunt. Prima quia finis eius lucrum

runt constituti, si autem in minoribus & beneficia ecclesiastica non obtinuerint, non prohibentur eas negociationes exercere, quas possunt seculares quia in his iura benignius sunt interpretanda, ita not. Abb. in cap. secundum instituta, & in capitulo. sed nec. ne clerici vel monachi, not. Alber. Trotius. libr. 2. de vero & perfecto clerico. cap. 52. num. 6. Ioan. à Medina in codi. de rebus resti. q. 31. versi. nota tamen, fo. 91. col. 3.

Clerici  
non pos-  
sunt, per  
alios ne-  
gociationes  
exercere.

Sed utrum illas negociationes, quas clerici per se ipsos facere non possunt, possint per alios exercere. Quod sane eis permissum videtur, ex text. in Clementin. 1. de vita & honest. cleri. Vbi clericis interdictum est officium tabernarij, aut macelarij personaliter exercere, nec enim absque causa dicitur personaliter, nisi ut intelligamus id clericis per alios facere non prohiberi. Deinde vrget text. in Clementi. 1. §. porro. de statu monach. Vbi statutum est, quod monachi, quibus per se ipsos venari prohibitum est, possunt tamen opera aliorum facere. Vnde dixit not. Alberi. in l. humilem. C. de incest. nup. clericum per alium tabernam exercentem, non amittere priuilegium clericale. Et ita quidem ut audio multa sunt monasteria, quae ea quae supersunt ex prouentibus suorum reddituum, mercatoribus tradunt, ut iustam aliquam negociationem exercent. Quod sane mihi nunquam placuit, cum maximam temporalium bonorum cupiditatem praesferat.

Clericis  
necessi-  
tatis cau-  
sa mini-  
me pro-  
hibita est  
iusta ne-  
gociatio

Necessitatis tamen causa, minime clericis prohibitum est, victum & necessaria querere ex aliquo honesto munere capit. vltim. de vita & honest. cleric. hac lege, ut illis diuinis muneribus, quibus incumbere debent impedimento non sit, ut habe-

tur. 91. distinct. per totum maxime in capit. clericus victum, & cap. nunquam de consecrati. distinct. 5. Quae ratione possunt locare animalia, ut oues, & boues, & similia, ad certum fructum dummodo per contractum alias permissum. Illis etiam permittitur rem emere, ut melioratam cariori precio vendant, vel aliquam rudem materiam, & ex ea aliquid fabricare, ut inde commodum & utilitatem reportent, ut tenet glo. not. in summa. 14. quaest. 3. in fine non equidem lucrum acquiritur ex negociatione, sed ex artificio, & eam sequitur Alberic. Trotius d. c. 52. num. 5.

Et ut huius capituli poenis locus sit, notandum est, cum clericum negotiatorem non dici, per vnus rei emptio- nem vel venditionem, nam negotiator is dicitur, qui plures negociationes exercet. l. 1. §. licet. & ibi glo. in verbo, omne. ff. de tribu. & in proemi. Insti. §. cumque hoc Deo. l. semper. §. Diuus Adrian. cum lege sequen. ff. de iure immu. Bar. in proemi. ff. nu. 10. idem & Bal. in l. legati seruis. ff. de legat. 3. idem Bart. in l. maritum. §. qui quaestum. ff. de adult. Felin. in proemi. Gregor. column. vltim. versicul. Quarto limita. Par. de Puteo in tract. Sindi. in par. officiales. fo. 87. Auiles in capit. praetor. capit. 2. in verbo, De mercaduria. Petrus Rebuff. in tractat. de mercat. minu. artic. 1. glo. 1. nu. 10. Tom. 2. constit. Franc. Gregor. Lupe. in l. 1. titul. 7. par. 5. in verbo, Mercaderes. Dicitur etiam is mercator, vel negotiator, qui rem emit, & non mutata forma illam vendit, ut aliquid inde lucretur, text. in capit. eiciens, & in capit. quid est aliud. 88. distin. not. Archi. in capit. quanquam. de censib. lib. 6. Rom. in l. si publicanus. §. 1. ff. de publi. Bertran. consil. 214. col. 2.

Cleric-  
us ne-  
gocia-  
tor qua-  
lis ceter-  
us sit

column. 2. volum. nouæ edict. Et negociator vel mercator appellatur, qui negociationem quæstuariam exercet de quo est optima lex. i. titu. 7. p. 5. & tenet Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 77. arti. 4.

Clericus negotiator iudicandus non est qui ex proprijs fundis vel beneficij fructus vendit.

Ex quibus sequitur, non dici clericum negotiatorem: qui vendit vinum, granum, aut oleum, ex proprijs fundis. Ita sing. tenet Abb. consil. 6. dubio. 2. volum. 1. Deci. in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. column. penultim. Aymon Craue. consil. 163. column. 1. num. 3. Andr. Tiraquel. de nobilitate capit. 28. num. 10. doctissimi & magni nominis aduocatus Doctor Petrus Auend. de exequen. mand. Reg. cap. 19. num. 34. Roland. Valle consil. 71. num. 10. volum. 4. Imo non obstante prohibitione de non vendendo vinum (vt nostri dicunt) ad grossum, vel minutum, possunt clerici pro sua voluntate quæ dicta sunt vendere, absque gabellæ solutione. Ita tenet Bertachi. in tracta. de gabb. in. 7. par. prin. quæst. 7. col. 4. dicens ita fuisse iudicatum, per insignem doctorem Hieron. Zanctinû Bononiensem. Nec dicitur clericus negociator, vel mercator, licet id quod super est, de eo quod vilius ad suam vel suorum sustentationem emit iusto pretio tunc curreti, carius vendat, quam emit. ita egregiè tenet insignis Marti. Nauarr. in manu. confesso. cap. 25. num. 110. vnde nec puniri potest, nec ex ea venditione gabellam soluere tenetur, quod in practica est notatu dignum, licet id malè audiant gabellarij rigidissimi exactores, à quibus interrogatus sepius ita respondi.

Clericus si in negotiatio ne delinquit à iudice Ec-

- Si tamen clericus in hoc delinquit (puta) quia falsa mensura triticum, vinum vel oleum vendiderit condignis poenis ab Ecclesiastico iudice puniri

debet, non vero à iudice laico, nec poenis Regiarum constitutionum, quamuis contrarium in facti contingentia interrogatus consuluit perperam Bartho. Cassan. in consue. Burg. Rub. 1. §. 5. in glo. *Silnam graca.* nu. 90. quem sequitur vir doctus & diligens Licen. Mexia in pragmat. taxæ pan. concl. 5. nu. 29. Sed opinio hæc omni iure & ratione destituta est, nullibi sanè locus aliquis Sacrorum Canonum reperitur, quo cautum sit clericos in hoc delinquentes priuilegiû fori amittere vnde receptissimis iuris regulis est standum.

clericali: co puniri debet contra Cassa. Mexi, & alios.

Pro quo etiam mirè facit. Ioan. de Platea opinio in. 4. ite lege Julia. col. 4. in st. de publi. iudi. quo loco existimat, poenam lege seculari statutâ contra vtentes armis vetitis, minimè peti posse contra clericum, coram seculari iudice, etiam si ea pecuniaria sit. quem sequitur magnus vir apud Hispanos Ioan. Lup. in repeti. capit. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. 2. not. §. 1. num. 13. D. Couar. in pract. quæsti. cap. 33. num. 7.

Pœna à seculari lege contra arma prohibita gestâtes clericos minime comprehendit.

Quamuis ab hac opinione nouissime recedat D. Doctor Ioan. Redin quondam meritisissimus Regius consiliarius, nunc p̄sul integerrimus in libro quem de maiestate Principis inscripsit in verbo, *Non armis solum decoram.* 2. par. num. 166. qui in ea est sententia vt existimet, vtranque poenam nempe & pecuniariam & armorum priuationem, coram seculari iudice contra clericum peti posse, & ante eum tenuerunt Ioan. Fab. in. l. addictos, ex tex. ibi in verbo, *Vltro procedat.* C. de Episc. audi. Aufer. in rep. Clem. 1. de offic. ordin. foli. 31. numero. 21. ver. 13. fallit in vet. portu armorum in reg. 1. fallen. de potestate secul. super ecclesias perso. Bened. in rep. c. Raynun. in verbo, & vxorè nomine

Confutatur opinio quedam doctissimi D. Ioan. Re-

not



Adclasiã. fol. 87. nu. 436. Mouetur equidẽ doctissimus Redin ea ratione, nã si seculari iudici licet clericum prohibitis armis spoliare, pari etiam ratione, & pecunia multare licebit, nihil inter vtranque pœnam interest. Certẽ si solum rem ipsam attendamus non videtur à veritate opinio hæc aliena. Cum pecuniæ verbum generale sit omnia compræhendens, sed si modum exequendi attentẽ consideremus, in quo huius rei vis consistit, magnam differentiam inueniemus. Nam ad aliud est, armatum clericum facto ipso, armis spoliare, aliud iuris ordine seruato pecuniam exigere, non quod inter arma & pecuniam aliquid intèrsit, quia & pecuniã cū extra prouinciã exportaret, lege prohibente, posset sæcularis iudex, vel eius executor, propria autoritate clericum spoliare, sicut & armis, si ipso facto exportantem inuenisset, non tamen liceret iuris ordine seruato, in armis, nec in pecunia eum condemnare, & huius rei discrimen clarissimẽ constat, quia alterum facti est, quod nudum factum respicit, alterũ vero iurisdictionis est, quod est maius: vnde iure permissum est creditori, fugientem debitorem apprehendere, vt in. l. ait prætor. §. si debitore. ff. quæ in fraudem credi. tradit latissimẽ Suar. in l. 2. titul. *De los emplazamientos*. Versi. fin. libr. 2. for. ll. quam esse communem fatetur Ripa. in cap. 1. num. 88. de iudi. & multis iuris locis facti executio permittitur, vt per Ias. in prin. inst. de act. num. 6. & ibi Gomez. Non tamen creditori citare eum liceret, absque iudicis præcepto, quia hoc iuris executionem, illud autem factum continet. Vt probatur in. l. neminem. Quæ in criminalibus loquitur, & in ciuilibus vt in. l. ad perentorium. cum lege sequ.

ff. de iud. Parique ratione, maritus adulterum in fraganti crimine inuentum impunẽ occidere potest. l. 1. l. marito quoque. ff. de adult. Regia. l. 13. tit. 17. par. 7. non verò posset in adulterum ius dicere, iurisdictionem exercendo, & in terminis hanc opinionem contra præfatos autores, tenet doctissimus D. Franc. Sarmiento selecta interpreta. lib. 7. capitul. 8. num. 2 quæ apud nos seruatur.

Apud Gallos tamen seculares, iudices puniunt clericos, arma vetita deferentes, siue quod Regij iudices viurparunt, vt inquit Petrus Rebuff. in. l. armorum. vers. Primo armorum ff. de verbo. signi. siue Romanorum Pontificum priuilegio, vt testantur Bened. Fab. Cassa. & Aufer. in locis nouissimẽ allega. & Caro. de Graf. li. lib. 2. Regal. Fran. iur. 17. Quo priuilegio uti possunt, donec per vniuersale concilium fuerit reuocatum, secundum Guil. Benedi. ibi. Quod reuocatum iam videtur, vt patet in casu. 15. Bull. cenæ, vbi Cancellarij, Vicecancellarij, vel executores omnes excommunicantur, si in causis criminalibus contra clericos processerint, etiam prætextu quorũcunque priuilegiorum, à sede Apostolica concessorum quibuscunque Regibus, quæ ibi reuocantur. Egregius tamen Marti. Nauarr. in manuali confessor. ca. 27. num. 70. asseuerat, difficile Gallos à dicto priuilegio abstensuros, siue quod intendant ea priuilegia esse remuneratoria, siue immemorialia super leuibus criminibus concessa argum. eorum quæ not. ab Innocen. Abb. & Felin. in capit. nouit. de iud. Sed hoc Summi Præsulis arbitrio relinquendum censeo, prout prudenter censet Nauar. in. d. num. 70.

Itaque verissima opinio censenda est, clericum propter armorum vsum à suo,

Apud Gallos Regij iudices clericos arma prohibita deferentes puniunt.

à suo ecclesiastico iudice esse puniendum, non tñ pœnas sæcularibus legibus impositas aduersus eũ exequi tenetur, sed poterit iuris canonicis pœnis, & pecuniaria multa eius arbitrio punire, ita censet D. Couarr. in practi. quæstio. capit. 33. num. 7. cuius opinio mihi summè placet. Licet opinionem contrariam si licet iudicem ecclesiasticum teneri, eandem pœnam pecuniariam imponere, quæ sæculari lege statuta est, teneat Iul. Clar. in practi. crimi. §. fin. quæst. 36. vers. viterius. sed eius opinio tenenda non est, licet aliquando eam seruata fuisse in Mediolanensi dominio assereret Bartho. Cassa. in consue. Burg. fol. 52. num. 79. dicens, quod dum esset vicarius iustitiæ Mediolani, captum fuisse quendam clericum de nocte cum armis, qui fuit punitus pœna pecuniaria, & euasit corporalem.

Ex quibus nonnulla ad hanc criminalem practicam summè necessaria colligam (nec extra chorum saltabo.) Primò sequitur, quod sæpissimè vidi controuersum, & huic capiti est accommodatissimum. Vtrũ clericus, cui negotiationis causa triticum, ordeum, vel granum aliud emit, deindeque reuendit, contra Regiam sanctionem latam Madritij, ann. 1530. quæ hodie est. l. 19. tit. 11. lib. 5. noui Regij ord. possit puniri pœnis. ibi. Statuis, tanquã legis iustè trãsgressor. Qua in re illud prius cõsideratione dignum est, clericos teneri ad obseruantiam dictæ Regiæ constitutionis, ex Bart. sententia in l. cunctos populos, num. 29. C. de summ. Trini. Et fide cath. quo loco scribit, statuta generalia laicorum, in quibus clericorum aut ecclesiarum nulla fit mentio, sed tamen tendunt aduersus ea quæ illis competunt, non tanquam pœuilegiatis, sed vt cuilibet de popu-

lo illos ligare, dũmodo honesta sint. Idem Bart. in l. de quibus. colum. fin. ff. de legib. Lapp. alleg. 81. column. 1. Barb. in rub. de reb. Ecclesi. nõ alien. Quæ quidem statuta ob promiscuã, & totius reipublice vtilitatem iure defendi possunt, vt tradit D. Episc. Couarr. in regula possessor. 2. par. §. 4. num. 8. de regul. iur. libr. 6. Hiero. Grat. cons. 162. tex. optimus in ca. 1. de iureiur. libr. 6.

Deinde huic opinioni suffragatur, quia lex civilis sancita à non recognoscente superiorem, si non tractat de materia spiritali, nec sacris canonibus aduersatur, seruari debet, in foro. Ecclesiastico contra clericos, gloss. in cap. cum ad verum, in verbo temporalium. 96. distin. gloss. in cap. ceterum. de donationi. & in capit. 1. vbi Abb. & docto. de noui oper. nupti. tradunt docto. in l. prius legia. C. de Sacra Ecclesi.

Rursus non vulgariter conducit, quia cum dicta pragmatica circa temporalia bona disponat, quæ quidem sunt de Principis sæcularis territorio secundum illius Regias constitutiones, sunt circa hoc iudicanda, Bald. in cap. cum venissent. colum. 2. de eo qui mitt. in possessi. Barba. in rub. de reb. ecclesiæ non alienand. num. 112. Bartho. Cassa. in consuet. Burg. Rub. *Des iustices.* §. 4. gloss. *Le droit d'indire.* In fine Petr. Bellug. in specul. Princip. rub. de admoritisa. §. nunc videndum: in fine tradit Petrus Rebuff. in. 1. Tho. cõst. Fran. in proem. glo. 1. num. 17.

Præterea rem hanc comprobat, nã cum Regia illa constitutio præiudicium clericis non inferat, ab illis seruari debet. Vt multis comprobat Felin. in cap. Ecclesia sancte Mariæ nu. 88. & 90. de constitu. maximè quia ob vtilitatem publicam condita fuit,

quæ publica vtilitas bono Ecclesiarum æquiparatur. l. fin. C. de Sacro. Eccles. not. Calderi. consi. 21. de consi.

Ad idem facit ratio minimè, vilipendenda, si enim clericis liceret triticum, vel aliud frumenti genus reuendere, inde maximum absurdum sequeretur, nèpe quod ea negotiatio, quæ laycis est interdicta, clericis licita foret, à qua eos Sacra canonica decreta longè repellunt.

Vlterius idem fulcit, nam ad prohibendam hanc reuenditionem, non minorem vim habere debet publica autoritas & institutio, quam communis & recepta populi consuetudo, sed clerici astricti sunt ad obseruandas laudabiles populi consuetudines, vt omnium recepta est sententia in dict. cap. Ecclesia Sancte Mariæ, & in auth. Cassa. & irrita. C. de Sacro Ecclesi. tradit late Bartho. Cassian. in consuetudi. Burg. ru. 9. §. 10. in prinum. 53. quam esse communem sententiam fatetur Bar. in rubri. de rebus Ecclesi. non alien. colum. 25. ergo similiter iustam Principis legem obseruare tenentur.

Non tamen intelligas clericos, seu alias ecclesiasticas personas, decisionem dictæ pragmaticæ teneri obseruare, ratione ciuili legis, & quatenus lata est per sæcularem potestatem, sed ex vi naturalis rationis, super qua fundatur argum. capit. pastoralis. de fide instrum. & tradit Matth. de Afflict. in prelud. consi. Neapo. q. 7. nume. 2. Ex quibus circa dictam pragmaticam tria sunt colligenda, vt proposita diluatur quæstio.

Primò clericos qui illam transgressi fuerint mortalem culpam contrahere ita not. Ferdin. Mench. libr. 1. de successi. creati. §. 10. num. 648. quem sequitur Mexia. num. 41. vbi supra:

Secundò, clericos qui eam violan-

do delinquerint, per suos ecclesiasticos iudices competentes esse animaduertendos. Nam licet illa prohibitio reuenditionis frumenti, à Principe sæculari facta sit, non inde sequitur clericos illius transgressores, per sæcularem potestatem puniendos esse, ita censet Mencha. vbi supra.

Tertiò, minimè teneri iudicem ecclesiasticum, eadem pœna dictæ Regiæ constitutionis clericos multare, nam cum illa ex vi tantum naturalis rationis, vt dixi astricti sint, quæ quidem naturalis ratio nõ magis vnam, quam alteram pœnam transgressionibus infligit. Pœna vero quæ ibi imponitur, procedit ex ciuili potestate & iurisdictione, à qua clerici immunes sunt. Et ideo arbitraria pœna puniri debent, cum iure Pontificio statuta non sit. Non tamen diffiteor, pro modo culpæ Ecclesiasticum iudicem posse, aliquo modo pœnam ibi. Statutã imitari. Et ita sæpissimè vidi iudicatum à iudicibus integerrimis maximè à D. Didaco de la Calçada Episcopo Salonensi, huius Cõplutensis curiæ Vicario generali, viro omnibus numeris absolutissimo, & nunquam satis pro meritis laudato, qui sua incredibili prudentia, & animi candore, dictam curiam antiquo nitore restituit, & ita tenendũ est, quidquid in contrarium voluerit Licenc. Mexia. d. concl. 5. num. 41.

Secundò, deducitur quo ad principale à nobis propositum argumentũ, teneri clericos obseruare Regiam legem. l. titu. 24. libr. 5. ordina. noui: quæ iustissimũ prætium statuit, quo triticum vel aliud genus frumeti vendi possit, ita Frater Dom. Soto in libr. 1. de iusti. & iure. quæst. 6. Mart. Nauar. in manu. confessio. cap. 23. n. 84. Præcipit tamen illa lex quod si clericus illam fuerint transgressi, pœna statuta

D. Didacus  
Calçada  
Episcopus  
Salonen-  
sis:

Clerici  
obserua-  
re tenen-  
tur Re-  
giæ l. 1. n.  
tu. 24. lib.  
5. noui or.

statuta ibi multentur. Nec ad nos pertinet disputare, an Regia illa constitutio fieri ita potuit prudentibus iudicandum relinquo, est sane instar Sacrilegij, de Principis potestate disputare. l. Sacrilegij. C. de diuer. rescrip. ita animaduertit doctissimus & diligentissimus Ioan. Mati. in dict. l. 1. gloss. 1. num. 4. Illud autem certissimum est, quod eo casu quo dicta poena esset imponenda id fieri debet à iudice Ecclesiastico.

Tertio, his finitimum est, an ea statuta qualia multa sunt in quam plurimis Hispaniæ opidis prohibentia, ne in urbem, extra territorium, vel forte loca cōfinia vinum asportetur, Ecclesias vel ecclesiasticas personas comprehendat. Est sane in hoc Complutensi populò de hoc peculiare statutum, supremi Regij senatus autoritate comprobatum, quo quidem non vulgares poenæ transgressoribus imponuntur, secundum quod eius rigorem molens, sapientissime iudicauit cum anno Domini. 1564. essem dicti populi moderator. Et in ciuitate *D. Guadaluja* (quæ mea patria est) antiquissimum & inuiolabile de hoc statutum est. Qua proposita quaestione Thom. Gramma. (non vulgaris autoritatis vir) praesentem disputationem diligenter examinat, decis. 100. incip. in causa vniuersitatis, & multis hic inde adductis cōtendit, iustissime in Regio Neapolitano praetorio definitum fuisse, orta controuersia, inter Salerni ciuitatem & Abbatem sancti Benedicti, statutum illius ciuitatis quo prohibitum est, in eam urbem adduci vinum extra ipsius fines, & territorium, minimè comprehendere vina, quæ ex ecclesiarum vineis colliguntur. Quem refert & sequitur D. Praesul. Couarru. in regul. possessor. 2. par. 4. num. 8. idemq; Gram

ma. dict. decisio. num. 15. censet esse obseruandum in vino percepto ex clericorum vineis allegans Ripam quæ vide.

Ex eodem fonte profluit, quod scribit Thom. Gramma. decisio. Neapolit. 100. asseuerans illum statutum quod disponit triticum molendum deferendum esse ad molendinum Principis saecularis personas ecclesiasticas minimè comprehendere. Boer. decis. 125. Ripa. lib. 3. responsorum cap. 15. D. Couarru. dict. 6. 4. quam opinionem communem esse fatetur Fran. Bursatus con. 93. nu. 26. vol. 1.

Sed vt libere dicam quod sentio, opinio hæc mihi nullo modo placet, & merito consuetudo in his Hispaniarum regnis frequentissima, nunquam eam recepit. Nam cum dictum statutum propter bonum publicum constitutum sit, licet re vera habeat se quo ad commodum, & incommodum, fauorabile dicitur: & à clericis seruari debet. Vt in simili casu consuluit Federi. de Sen. consi. 35. incip. statuto ciuitatis. Cardin. consi. 144. incip. super thema. tradit Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ numer. 81. de constit. Aymon Crauet. de antiquit. tempo. 4. par. vers. Circa praemissa. num. 4. Ioan. Crot. in. l. filius familias. 5. D. & ibi Ferdi. nu. 424. ff. de leg. 1. Folleri. in consil. Regni de magni. offic. vers. statuimus vt man. num. 67. Pedamontana decisio. 17. in fine Bursa. dict. consi. 97. qui multa congerit. Clericus equidem in hoc tanquam ciuis & populi pars iudicatur, nam Praelati & clerici de temporali districtu dicuntur cap. fin. de offici. de lega. libr. 6. & ea ratione priuilegijs libertatibusq; patriæ gaudent ex Ioan. Andr. sententia ibi in nouellis & ciuium appellatione cōprehenduntur, vt scribit Bald. in l. 1. 6. huius

Statuta prohibentia, ne extra locum vel territorium vinum deferatur an clericos comprehendat.

Ciuitas vobiscum dicitur Guadaluja, patria eius.

huius studij. ff. de iusti. & iure quem sequitur Marcus decis. Delphin. 1. par. decis. 456. nu. 9. Et cum tãquam ciues priuilegijs gaudeãt, cõmodum que inde reportent, vt. damnum pariter sentiant æquum est. l. secundum naturam. ff. de regu. iur. regu. qui sentit. de regu. iur. libr. 6. Maximè quia vt in plurimum statuta hæc, immemoriali consuetudine sunt approbata, in qua consuetudine promiscuus cõsensus, clericorum & laycorum saltem tacitus interuenit, quod maximi momenti est, vt aduertit D. Couarr. dict. 6. 4. nume. 8. ea namque statuta siue consuetudines, quæ mixtæ sunt laycorum, & clericorum attriçti sunt clerici, ad illorũ obseruantiam. Vt cõmunis est omniũ sententia, teste Barba. in rub. de reb. Ecclesi. non alienã. tradit Bart. Cassa. in consuetu. Burg. rub. 9. 3. 10. nume. 53. & opinionem istam, quod statuta ista, vel consuetudines ecclesias clericorũq; comprãhendant, tenet Ferdinand. Mench. lib. 1. controuer. vsu frequen. capit. 4. nu. 18. Mexia. dict. concl. 5. num. 17.

Nec refragatur illa Neapolitana decisio, (cuius celeberrimi Senatus autoritas apud doctos est maxima) nã vt ibi ex Gramm. constat nume. 26. non fuit articulatum, nec probatum statutum illud, propter publicam utilitatem emanasse. Deinde quod precedente titulo priuilegiorum Principis sancitum esse allegabatur, quæ quidem priuilegia nunquam exhibita fuerunt, quibus & alijs quæ ibi interuenerũt, potuit in illo casu aliquo modo sententia illa iustificari.

Quartò, nec ab hoc alienum est, quod eadem publica inspecta utilitate, cuius ratione respublica liberam statuendi facultatem habet. l. 1. l. ambrosia. ff. de decretis ab ordine facien. tradunt Bar. & omnes in l. omnes po-

puli. ff. de iust. & iur. si vermes, vel locustæ aut alia animalia nosciua in clericorum prædijs nascantur, per statutum municipale compelli possunt, vt suis expensis capiant, aut occidãt, ne alijs nociua sint, Argum. eorum quæ de infectione, doctores not. in l. nullus. C. de summa. Trini. & fide catho. & in l. 5. diles. 5. Pedius. ff. de edili. edict. & multa cõgerit Ripa in tract. de peste vltim. par. in remed. ad curan. pest. fol. 30. in magnis quem vide.

Quintò, hinc emanat, clericos ceterasque ecclesiasticas personas cogi posse, pro bono publico viam ante domum reparare, eamque suis expensis mundare, non tamen per ea quæ iam dicta sunt, per potestatem sæcularem ad id cogi, nec puniri possunt. Licet in hoc vltimo contrarium teneat Barth. Capola in tracta. de ferui. rusti. prædi. quem sequitur Licen. Mexia dict. concl. 5. numer. 70. quæ opinio nullo iure fulcitur, satis enim est clericos his decretis & ciuitatis constitutionibus, pro eius ornatu & munditia latis ligari, vt per suos ecclesiasticos iudices ad id compelli possint.

Sextò, his consentaneũ est quod statuta, siue consuetudines, circa montium nemorum prædiorum custodiam, clericos religiososque ligare, propter cõmunem utilitatem. Quod tradunt doctores in capit. quod clericis, de foro. comp. & plures sequentes allegat Barth. Cassa. in consuetu. Burg. rub. 13. 5. 5. fol. 331. quam cõmunem esse sententiã fatetur Petrus Auenda. de exequen. mand. 1. par. c. 13. num. 7.

Septimò, his etiã finitimũ est, statuta puniçtia dãna illata ab animalibus, in agris alienis clericorũ animalia cõprehendere, & quia hoc latissimè patet

apud prædij clericorũ eijçitur.

Clericos compelli possunt viam publicam proprijs expensis mundare.

Neapoli tani fena rus maxia maest ag ruitas.

Statuto seculari sancti potest, q vermes locustæ, aut alia animalia nosciua

Statuta laycorũ puniçtia dãna illata ab animalibus an comprehendat clericorũ animalia.

tet vide Ioannem. Andr. Abba. Felin. & doct. in dict. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ Gregor. Lop. in l. 24. tit. 15. part. 7. qui post alios scribit. clericos per suos iudices esse condemnandos ad soluenda huiusmodi damna, quia mala pastorum electio in culpa fuit. Sequitur. D. Castillo in l. 70. Tauri, num. 18. Franc. Auiles in cap. prætorum cap. 17. glo. 1. num. 12. fo. 159. Quod verū est & procedit quādo damnum illatum ab animalibus petendum est, ab ipso clerico, quia cūlis & cōtrouersia interuenire debeat, ea agitāda est, in ecclesiastico tribunali. Secus vero si pēna exigenda esset, de plano, absque aliqua iudiciali cōtrouersia, secundum loci consuetudinē, quæ frequentissima est, quod illato damno & facta denuntiatione à custodibus scribi solet, in libro ad hoc destinato & statim exigitur. Vel si fortē aliquid soluendum esset à clerico, pro suorum animalium pastura quod distributum est, per homines ad hoc electos, tunc equidem iudex secularis præcipere potest, ut prædicta ex bonis clerici aut de fructibus ipsorum soluatur, etiam si oportuerit pignora capiēdo, quod pro cautela tutissima tradit Bald. in auth. sed periculum. C. sine censu vel reliqui. quē refert ad hoc Auenda. de mandatis Regum. 2. par. c. 14. nume. 13. & vide Gregori. in l. 51. titu. 6. in verbo. *Porrazon.* part. 1. Vbi scribit quod nulla hoc casu excommunicatio incurritur, quia autoritate iuris fit, & opinionem istam nouissimē amplectitur D. Azuēdo in l. 12. tit. 3. libr. primo ordin. noui. nume. 2. dicens se in facti contingētia ita vidisse declaratum à Regijs senatoribus. Granatensis prætorij Et secundum hanc disti. supradicta à nobis sunt interpretanda.

Securius tamen est, quod pastores conueniantur, qui ad solutionem dāni propter malam administrationem tenentur, ut egregiē scribunt Ioann. And. Cardin. & Ancharan. in cap. grauē. de senten. excommu. Petrus Auenda. in capitu. prætorum. 1. parte. capit. 4. nume. 30. versicu. Item in proposito, & ita pluries fieri cōsului.

Ex quo sub infertur, id quē notatu dignum est, quod scribit Gandi. in tracta. malefici. titu. quo modo de crimine per viam denuntia. cognosca. quod custodes, à ciuitatibus populisque constituti ad custodiam montium, prædiorum, bonorum quē publicorum, non solum fidem faciunt contra laycos, sed contra clericos. Sequitur Petrus Auēdanus in loco nouissimē allegato.

Quod plurimum notari debet, ad intellectum & ampliationem Regiæ pragmatice Madri. latē. 19. die mensis Nouembris ann. 1566. super cōseruatione herbarum huius regni, ut etiam in ecclesijs clericis religiosis procedat.

Imò eadem perpensa ratione tenentur clerici pro rata eam collectam soluere, quæ imponitur pro custodiendis vineis, pratis, vel agris, ut scribit idem Petrus Auenda. in dicto capit. 14. prætor. nume. 31. in prima parte, & Mexia in pragma. tassæ panis conclusi. 5. num. 43. Et quod plus est iudex secularis potest præcipere, ut collecta ista, ex fructibus bonorum clericorum soluatur, Bald. in l. de his. C. de Episcop. & cleric. & in dict. auth. sed periculum. Gregor. in l. 51. titu. 16. par. 1. Decisio. Pedamontana. 68. nume. 16. & 30. Erit tamen saluberrimum consilium, ut iudex ecclesiasticus, prius circa hoc consulatur, quod si negligens fuerit, secularis iudex propria autoritate faciat, circa

not.

Publici  
montiū  
vel præ-  
diorū cu-  
stodes dā-  
na illata  
denuntiā-  
tes con-  
tra cler-  
icos fidē  
faciunt,

not.

circa quod vide nouissimè D. Azue-  
uedo in l. 11. t. 3. li. 1. ord. noui. nu. 5.

Clericus  
si in pro-  
hibitane  
negotia-  
tione delin-  
quit à iu-  
dice Ec-  
clesiasti-  
co ple-  
tendus  
est.

Notabis etiam vtiliter circa caput  
hoc, quod clericus qui negociatione  
vel prohibitum aliquod commercium,  
vel munus exercuerit, si circa hoc de-  
linquerit, iudicari, & puniri debet  
ab eo iudice, cui ratione muneris su-  
bicitur, Vt tenet singu. Bald. in ad-  
di. ad specul. tit. de reo ver. Quid si  
Scolaris. Gregor. in l. 49. in verbo,  
*Las franquexas*. tit. 6. p. 1. Io. Gall. in  
suis quaesti. per arresta. q. 168. & in  
tractat. arrestorum capit. 159. Steph.  
Aufse. in rep. Clemen. 1. de offici. or-  
di. in magna additi. 1. regu. fallen. 17.  
qui vltimi testantur, in Gallia saecula-  
rem curiam consueuisse punire cleri-  
cos ciuilitè, si in officio delinquerit,  
& ita seruari vidisse in clerico nego-  
tiatore, vel artifice, qui si in officio de-  
linquit, qui punitur per collegium  
vel primates illius. Per tex. in l. in. ff.  
de iuris omni. iudi. cap. sacerdotibus  
ne clerici vel monach. cuius tex. auto-  
ritate fatetur, laicum iudicem, clericum  
ita delinquentem punire posse. Idem  
sequitur Bartho. Cassa. in consuetud.  
Burg. rubric. 1. §. 5. glo. *Sil nagraca*.  
numero. 89. quo loco per arrestum  
Pariensis Parlameti iudicatum fuisse  
se asseuerat, quod clericus delinquens  
in officio Chirurgiae coram saeculari,  
iudice possit conueniri, idem voluit  
Petrus Rebuff. in tracta. de mercato-  
ri. minu. vend. gloss. 13. in thomo. 2.  
consti. Franc. qui scribit ita senatum  
consuluisse contra quendam Ioan-  
nem Dauuergne clericum laniolem,  
qui animalia emerat, & ad illorum  
praecium coueniebatur, anno. 1431.  
die 5. Aprilis. Quod verum existi-  
mo, vt iuste fieri possit, quando tri-  
na praecessit monitio, non vero alias  
iuxta text. in capit. fin. de vita & ho-  
nest. cleri. l. 49. tit. 6. par. 1.

Præterea nec illud omittendum du-  
xi, quod adeo iura clericum negocia-  
torem abhorrent, vt statuerint cum  
qui immiscuerit se saecularibus nego-  
tijs, aut comertijs, gabellarum solutio-  
ni esse astrictum, à qua ceteri clerici  
sunt immunes capit. quanquam. de  
censibus libr. 6. clementin. praesenti  
eo titul. Regia lex. 3. in quat. gabella.  
quæ hodie est l. 6. & 7. titul. 18. lib. 9.  
ordi. noui. tradunt latè Felin. numer.  
104. Deci. num. 57. in capit. Ecclesia  
Sanctæ Mariæ. de constit. Bertachi.  
in tract. de gabell. 7. par. num. 10. Pe-  
trus de Antibol. in tract. de munerib.  
6. quaest. num. 21. Cardi. in clementi.  
1. de vita & honestate cleri. nu. 16.

Sic equidem intelligenda est, Regia  
Par. l. 5. t. 7. pa. 5. quæ definiuit ecclia-  
uam partem meritiu quæ ad regem illud  
deferuntur à clericis Regi soluendam  
esse, praecedit sanè constitutio illa quæ  
dictæ merces negociationis causa  
afferuntur, non vero alias vt egregiè  
animaduertit Ibi, Gregor. Lopez. in  
verbo, *Clerigo*. Et hoc casu iura-  
mento clerici standum est, an por-  
tet, vel ne eas merces negociationis  
causa nisi aliud probaretur glo. not.  
in clementin. praesenti. de censib. in  
verbo, non negociandi. Illud tamen  
obiter notandum censeo, quod iam  
hodie non octaua, sed decima pars  
extimationis rei soluenda est, l.  
18. titu. 9. lib. 6. ordi. In aliquibus ta-  
men locis tributa ista minora sunt, vt  
Hispani, & in alijs prouincijs, in qui-  
bus tributum hoc vocatur. *Almoxari-  
fazgo*. De quo meminit. l. 25. tit. 9. p.  
2. & l. 13. titu. 18. par. 3. lex. 7. titu. 14  
par. 7. l. 13. titu. 10. lib. 6. ordin. Et  
in solutione horum tributorum con-  
suetudo seruanda est. l. si publicanus.  
§. fina. vbi gloss. ff. de pub. & vecti.  
Bald. in l. 3. C. de priuile. fisci.

Sed an hoc casu necessaria sit, illa  
trina

Clericus  
negotia-  
tionem ex-  
ercens  
gabellam  
soluere  
tenetur.

Elegan-  
ter inter-  
pretatur  
Regia l.  
5. titu. 7.  
par. 5.

Trina  
monitio,  
an neces-  
saria sit,  
vt clericus  
negotia-  
tor: gabe-  
bella sol-  
uant.

trina monitio, quam tex. en dict. ca. fina. de vita & honest. cleric. & dicta lex Partitæ exigunt, vt clericus qui negociationem exercet gabellam soluere teneatur, equidem videtur necessariam esse ex Abba. senten. in d. cap. fina. nota. vltim. Vbi clarius Anton. qui expressè asseuerat clericum non teneri gabellam ex cōmercijs soluere, nisi ter monitus nō desistat, sed cum magna sit restrictio hæc ad dictam Regiam l. 7. cum dicit. *Lo contenido en la ley antes desta: mandamos que no aya lugar en lo que los clerigos, e yglesias vendieren, por via de mercaderia, trato, y negociacion. Ca. de lo tal mandamos que paguen alcavala, como si fuesen legos.* Si equidem trina monitio necessaria foret, minimè dicta lex debitum effectum sequeretur, qua ratione clericum negotiatorem, absq; aliqua monitione gabellam soluere teneri affirmat Gregor. Lopez in verbo, *Las franquexas*. Sed opinio hæc nullo modo placet, nam cum priuilegium hoc diuinis, saltim canonicis constitutionibus clericis concessum sit, ad Romanum Pontificem eorum spectat interpretatio, vt in capit. nouit. de iudi. vbi latè interpretes. Non equidem exemptio hæc adimi nec limitari potest, nisi quatenus expressum sit eodem canonico iure, cui in hoc stādum est. Nec aliquid ratio Gregorij vrget, nam hæc non est iudicanda restrictio ad dictam Regiam constitutionem, sed vera interpretatio, ex dictis iuribus deprōpta. Nec minus dici potest, quod ex hoc illusoria, & absque effectū reddeatur dicta Regia lex, cum minimo negotio monitio trina fieri à Prælati potest, & crescente contumacia clerici nolentis ab inceptis negocijs desistere statim possint ad gabellæ solutionem cōdemnari, & post hæc scripta legi opinionē

istam tenere Ioann. Yañez Parla. in lib. rerum quotidian. capitu. 3. fo. 89 & licet opinio ista in puncto iuris vera videatur, contraria tamen fortè in practica seruabitur, propter maximam Gregorij auctoritatem.

Erit tamen hæc gabella petenda à publicanis contra clericos, coram iudice ecclesiastico, teste Cardi. in dict. clementin. præsent. 6. quæsti. per illum text. ibi in principio, *Locorum Diocessani*, iuncto fine ibi, *Postquam de his constiterit*, Sequitur idem Bald. in l. de his. C. de Episc. & cleri. Abb. cap. qualiter. in fine de iudi. Petrus Iacob. in titu. de duello. column. 5. ver. quidam tamè dixerunt. Vbi latè disputat Mari. Socin. in cap. sanè. colu. 6. declara. 9. de foro compet. Grego. in dict. l. par. Bertachi. in tract. gabella. 7. par. quæstio. 7. colum. 5. versic. nec prætereo. Iuli. Ferret. eod. tracta. nume. 433. & eruditissimus Roland. Valle consil. 71. numer. 25. volum. 4.

Quamuis opinionem contrariam tenuerit Guil. Cun. in dict. l. de his, & in authent. iubemus. eo titu. quæ opinio Franciæ consuetudine seruari testatur, And. Tiraquel. in lib. 1. de retract. c. 32. gloss. 1. numer. 81. Auf. qui nuncupatim loquitur de vectigalibus scribit in Parisiensi senatu ita fuisse iudicatum in Clementin. 1. de offici. ordina. 4. fallen. 2. reg. Guiller. Bened. et. in repe. capit. Rainuntius. in verbo, *Et uxorem nomine Adelsiam*, num. 322. de testa. & opinionē istam sequi videtur Grego. in l. 5. tit. 7. parti. 5. in verbo, *Clerigo*. Sed a prima opinione, quæ verior est, non est recedendum, nec in Hispania, vllō tempore contraria recepta fuit. Quāuis eam nouissimè sequatur, ita dictam regiam l. intelligens Mexia in d. conclusione. 5. nu. 23.

Gabella  
à clericis  
petenda  
est, corā  
iudice  
Ecclesiastico.



Publicani indebitas à clericis extorquentes quibus pœnis afficiantur.

Si tamen publicani, extra casum supra constitutum, gabellam indebitam à clericis aliisque ecclesiasticis personis exegerint sunt excommunicati, & ad restitutionem tenentur, & ad competentem satisfactionem, propter transgressionem, ut in dict. cap. quanquam. & in dict. Clement. presenti. in fine tradit Cardi. consil. 12. & hoc propter iniuriam illatam Deo & homini, ut in cap. si res. 14. quæst. 6. Quæ satisfactio arbitraria est, secundum eundem Cardi. in dict. Clement. presenti. not. 12. Qua ratione multum cauere debent publicani, ne gabellas indebitas, à clericis exigant, ne incidant in capitalem excommunicationis pœnam. & ciuitates in interdicti sententiam, ut docet Card. dict. consil. 12. in fine quem sequitur Roland. Valle consil. supra allega. 71. in fine dices, se extimare gabellarios dictis pœnis, ut in plurimum innodatos esse. Sed nonnulli ex ipsis, parum de his censuris curant, quia ad malum sunt audacissimi, ut de ipsis loquens inquit Vlpianus in l. quantæ. ff. de publica. & vecti. cuius hæc sunt verba. *Quanta audacia quantaque temeritatis sint publicanorum factiones nemo est, qui nesciat.* Sunt Deo & hominibus odiosi, ut scribit Lucas de Penna. in tractatu de priuileg. fisci, quæst. vlti. Et opponuntur charitati, quæ non quærit, quæ sua sunt: vidi tamen multos, quæ sua & aliena quærunt, olim equidem dum puras manus habebant, in honore erant constituti, ut Cicero testatur in oratione pro Cn. Planco. tradit Rebuff. in l. eum qui. de ver. sig.

Contra publicanos.

**B** **C**onducere possessiones. Vide tex. in auth. de sanctissimis Episcopis. 6. illud, & Regiam l. 45. tit. 6. par. 1. Quod autem fallit, quando propria prædia ad clericorum sustentationem non sufficerent, quia tunc aliena, iure optimo possunt conducere, tex. iuncta glo. in c. dilecti. de decim. vbi Abb. numer. 3. n. ultum not. fructuum.

tionem non sufficerent, quia tunc aliena, iure optimo possunt conducere, tex. iuncta glo. in c. dilecti. de decim. vbi Abb. numer. 3. n. ultum not. fructuum.

**A** **D** restitutionem. Vide Grego. Lop. in l. 46. tit. 6. partit. 1. in verbo, *Con voluntad.* Didac. Perez in l. 5. tit. 1. in verbo. *Mandamiento.* lib. 1. ordina.

## Proxenetæ illicitorum contractuum.

### C A P V T, L V I.

- 1 *Clericus proxeneta illicitorum Contractuum, qua sit pœna puniendus.*
- 2 *Mediator criminis dicitur, eiusdem criminis perpetrator.*



**C**lericus proxeneta illicitorum contractuum à proprio gradu debet deponi: hæc est sententia Rom. in singu. Decxxij. incipit Proxeneta, alegat tex. in cap. Si quis episcopus. 1. q. 1. Sed ex illo tex. iudicio meo non potest dici tã generalis propositio, quia solum disponit in mediatore ordinu pretio susceptorum, quo casu præcipit tex. ille, quod clericus mediator à proprio gradu decidat, & sic deponatur, secundum doctores ibi. Vnde ego non auderem pœnam inflictam clerico mediatore in crimine simoniæ per illud Concilium Calcedonenſe extendere ad proxenetam, seu mediatorem illicitorum contractuum, nulla facta distinctione: sed crederem pœnam illius text. in suo casu practicandam, & clericorum alterius contractus

tractus illiciti mediatorem poena arbitratia puniendum, attenta contractus initi prauitate, & participatione lucri per clericum facta, & exemplo vel scandalo inde suborto. Posset tamē corroborari opinio Roma. de qua supra per text. in capitulo. 1. de testibus. in. 6. vbi probatur, quod etiam mediator criminis dicitur ipsum delictum committere. ex quo ibi hoc notant Ancha. & Philip. & inferunt ad statuta imponentia poenam committētibus delictum, quod vide tur includere etiam mediatores, facit glos. notabilis in. l. Si scienter. ff. de parri. qua probat, quod proxeneta in contractibus vsurarijs potest dici vsurarius, dū dicit, quod proxenete in talibus contractibus tenetur reddere vsuras, <sup>b</sup> ac si ipsi accepissent, quam allegat Philip. in dict. capit. 1.

**A** **P**oenā arbitrariā. Adde quod idem etiam tenet adductor Roman. sing. 730.

**B** Reddere vsuras. Adde Roman. sing. 276. qui opinionem istam sequutus dictam gl. sing. esse fatetur & vide aliam glo. in l. in ordine. §. vlti. in verbo, minister. ff. ad municipat. Bar. in l. 1. §. incidit. ff. ad Turp. Lap. allega. 93. numer. 4. Alexandr. in l. si quis iniquum. §. si procurator. col. 3. ff. quod quisque iur. Ang. Arctin. in tract. maieficior. in verbo Sempronium mandatore. Sali. in l. nō ideo minus. colum. ante pen. C. de accusationib. Hypp. in l. si sciente. ff. ad leg. Pomp. de parri. & sing. 181. Ioā. Arn. problem. 2.

Ministri laicorum, ac in rebus eorum procuratores existētes.

C A P V T, LVII.

- 1<sup>o</sup> Clerici, qui aliquod istorum criminū perpetraverint ab ecclesia subueniendi non sunt.
- 2<sup>o</sup> Clerici non possunt esse generales procuratores laicorum, secus in vna causa tantum.
- 3<sup>o</sup> Quomodo olim prohibitum fuit clericis secularibus officijs vacare, ex Carthaginensi Concilio ostenditur.



Clericis, qui talia agunt, & occasione huiusmodi ad administrationis, propter pecuniariam causam deprehenduntur in fraude non subuenitur ab ecclesia, vt disponit tex. in cap. Sacerdotibus. ne cleri. vel mona. quod intellige de clericis constitutis in sacris, vel beneficiatis, secundum Abb. ibi, per ea, quę ipse notat in c. 1. eod. tit. vbi in fin. verbis concludit quod clericis in minoribus non beneficiatis non prohibentur negotia secularia alias licita. Et nota secundū eundē Abb. post Inno. quod ille tex. in c. Sacerdotibus. dum prohibet clericos esse procuratores rerum laicorū, intelligitur in procuratore generali: nam procurare vel administrare vnum negotium laicorū, non est clericis prohibitū, <sup>a</sup> quod dicit menti tenendum. & idem tenet Abb. post Innoc. & Io. And. in c. Sed nec. in col. 1. eod. ti. idē tenet Inn. in c. 1. de obli. ad ratio. quę sequūtur plures doct. relati per Phil. in c. cū. I. & A. col. 6. n. 17. de re iudi. quod tamē limita, nisi illud vnicū negotiū ita multū esset arduū & diffusum, quod haberet distrahere clericum. sicut multa negotia, secundū Phil. in c. 2. de iudi. colum. 2. nu. 4. Item limita vt infra in c. 55. Itē aduerte quod in quantum dicitur in

M dict.

dict. capit. Sacerdotibus, quod talibus clericis non subuenitur ab ecclesia, intelligunt Doctores communiter secundum Abb. ibi, quod non per hoc datur autoritas. Iudici laico capiendi eos. Sed dicit quod clerici non debent eis subuenire, dando illis pecuniam ad satisfaciendum de fraude, vel dando fauorem eis vel auxilium, quo minus debeant respondere in loco, in quo gesserunt administrationem. Quomodo autem fuerit olim clericis prohibitum similibus vacare, <sup>b</sup> vide in concilio Carthaginensi primo, Can. 6. Cuius verba sunt: Nicasius Episcopus Calustitanus dixit, Credo placere suggestionem meam sanctitati vestra: & dupliciter vobis, ut qui seruiunt Deo & annexi sunt clero, non accedant ad actiones, seu administrationem vel procuracionem domorum. Gratianus Episcopus dixit. Et Apostolorum statuta sunt, quae dicunt: Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt, Hoc obseruemus: cuius canonis verba referuntur in ca. credo. 21. quaestio. 3. licet eius superscriptio corrupta sit.

**A** **P**rohibitum. Adde Archi. in capit. peruenit. 86. dist. Federi. confi. 270. Abb. & doctores in cap. cum. l. & A. de rei iudica. & in capit. nostra, de procura. Imo. in capit. accedens. de praeben. Feli in cap. cum esset. de Simoni. Deci. in cap. constitutus. de appella. & in ca. decernimus colum. 7. in prin. vbi Ripa. colum. 14. de iudi. Ang. Aretin. in. 9. praeterea. colu. 3. Inst. de excep. Capell. Tholosa. qua. 131. pro qua quidem opinio allego

tex. optimum in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. Et an finita illa causa possit clericus aliam assumere, tradunt Deci. in dict. cap. cum. l. & A. & sic habes notabilem casum, in quo clericus impune potest procuratoris munus exercere. Secundus casus est in causa Ecclesiae. Tertius in causa sui Praelati. Quartus in causa Principis vel Regis quos congesit Regia lex. 5. tit. 5. par. 1. Quintus in foro Ecclesiastico, ut probari videtur in cap. 1. de postul. & tradit late Card. in ca. final. in prin. in. 2. quaestio. de postu. not. Greg. in di. l. 5. in verbo. *Otro si el Clerigo*. Quod Romana curia obseruat, ut fatetur Cepol. confi. 21. nu. 7. in ciuilibus. Sextus pro miserabilibus personis c. 1. & c. fin. de postula. Septimus pro coniunctis, ut in dict. c. fin. vbi doctores. Octauo pro omnibus personis numeratis in. l. 1. §. vlti. cum quinque leg. sequen. ff. de post. ita tenet Inno. in c. 1. in fine de post. Card. in. d. ca. fin. q. 5. Nonus quando vellet esse procurator necessitatis vel charitatis causa tradit Cepol. di. confi. 21. nume. 4. vbi declarat quomodo hoc intelligendum sit. Decimus pro amico, quia hoc casu monachis permissum est, pro amicis monasterij procuratores esse, ita Innocen. in dict. cap. cum. l. & A. Roma. sing. 278. incip. monachus non potest, quam opinionem communem esse fatetur eam sequutus Martin. Naua. in c. non dicatis. num. 99. ii. q. 1.

*Similibus vacare.* Vide hodie nouissimam decisionem, quae habetur in concilio Prouin. Tolet. celebrato ann. 1565. c. 18. cuius verba hic referam cum capiti nostro mire conueniant. *Qui in sorte domini vocati sunt, & diuinarum rerum ministerio, ac spirituali additi militiae: meminerint iuxta D. Paulum se Deo, cuius signis militare decreuerunt placere*

non posse, si quid propter sui ducis militiam agant, & secularibus negotiis vacauerint, quæ à diuinis ac spiritualibus distrahere frequentissimè solent, prohibet igitur Sancta Synodus clericos in sacris, & eos qui beneficium ecclesiasticum obtinet laicorum esse economos ac secularium rerum dispensatores, necnon foro civili procuratores: exceptis his negotiis, quibus iuxta canonicas sanctiones, pietatis causa vacare iuste possint: alioqui ab ordinario pœna suspensionis ab officio & beneficio ad sex menses puniantur.

## Tabellionatus officium exercentes.

### CAPV T, LVIII.

- 1 Clericis in sacris constitutis Tabellionatus officium per beneficiorum suorum subtractionem, est interdendum.
- 2 Clerici etiam in minoribus constituti, habentes ecclesiastica beneficia, non possunt vti tabellionatus officio.
- 3 Clerici licet non possint nouas rogationes tanquam tabelliones recipere, veteres tamen poterunt complere.
- 4 Clerici per superuenientiam tabellionatus, clericatum vel beneficium non admittunt.
- 5 Clericus tabellio si per Episcopum pœna falsi fuerit condemnatus, & postea per eundem restituatur, & coficiat instrumenta, an valeant.



Clerici in sacris ordinibus constituti, tabellionatus officium exercere non debent, & si aliter fecerint, prælati debent hoc illis, interdicare per be-

neficiorum subtractionem. Ita disponit tex. in ca. Sicut. ne clerici. vel monachi. Assignat Abb. ibi duas rationes, scilicet quòd officium est vile & secularare. In causis vero spiritualibus & Ecclesiasticis. clericos indigentes ad id officium admittendos esse arbitrat<sup>c</sup> Abb. ibi, colum. 3. Et aduerte quòd hoc etiam habet locum in clericis minoribus beneficiatis, d<sup>d</sup> secundum Anto. ibi cui assentitur Abb. dict. colum. 3. post. Hostien. Clerici vero in sacris, non beneficiati possent vti isto officio, voluit Hostien. ibi, quem sequitur Abb. de quo videlate per Iaso. vbi hoc limitat nouem modis, in l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure, numer. 8. Vnum est præterea aduertendum in hac materia quòd licet clerici nõ possint recipere nouas rogationes tanquam tabelliones, veteres tamen non poterunt complere, e<sup>e</sup> probatur ex gloss. in capit. Vt officium. in verbo, premissa. de hæreti. in. 6. quæ hoc determinauit in monacho, quam ibi dicit singularem & menti tenendam Philip. qui dicit, quòd ratio huius est, quia complere veteres rogationes non est originale officium, sed executio rogationis iam facta, & trahitur retro ac si à principio fuissent extensa: dicit tamè vltèrius vnũ, quòd est notandũ. quòd non debent hoc facere sine licetia superioris, secũdũ Ioã. de Lignano, & Domi. Item nota quòd clericatum vel beneficium non perdunt clerici per superuenientiam tabellionatus. ita concludit Abb. ibi, column. 2. licet Vincen. voluerit quòd clericus in minoribus, suscipiendo tabellionatum cedit clericatui & beneficio: quòd ibi intelligit Ioan. And. & placet Abb. quando tale officium reciperetur à principe,

& deputaret eum ad publica & criminalia officia. Quod ego adhuc sub intelligerem, quando talis coepisset uti officio in criminalibus, ante verò  
 5 non. Quæri præterea potest non ab re in materia huius capituli. Si clericus tabellio fuit condemnatus de falso per Episcopum suum, & postea per eundem restitutus in integrum, & conficiat instrumenta tãquam publicus notarius, an valeãt? quam quæstionem mouet Bald. in. 1. volu. conf. 350. proponitur quòd quidam, &  
 f concludit quòd non sequia: episcopus non potest restituere infamem, cum hoc sit reseruatum Principi, & ut  
 g per Innocen. & alios in cap. Cum ti. de re iudi.

A **N**on debent. Vide Regiam l. 15. titulo. 18. libro. 2. ordina. & l. 40. capit. 36. in pragma. antiquis huius regni ibi. *Y que no sean clerigos.* & in l. 12. tit. 1. lib. 1. ordin. A Egid. de Belame. consi. 42. Barto. in l. vniuersos. C. de Decuri. libr. 10. & in l. seruus, vbi doctores. ff. de testamen. Deci. consil. 20. colum. 1. Petrum Rebuff. in tracta de literis obliga. articul. 2. gloss. 1. nume. 42. Ludo. Gome. in capitu. si annum. §. si vero. nume. 15. de iudi. lib. 6. Barthol. Cass. in consuetu. Burg. rubr. 1 §. 6. in glos. Messiers & Sergens. nume. 42. & latissimè Frac. Mar. decisio. 194. in. 2. par. per totã D. Ioan. Bernar. in regul. & fallen. reg. 657.

B *Officium est vile.* Vide latè And. Tira uel. in tract. de nobilitate capitul. 30.

C *Arbitratur.* Adde quod antè Abb. idem tradiderunt Hosli. & Ant. ibi.

tenet etiam Florentin. in. 3. par. titul. 13. capit. 2. §. pen. text. optimum in capitu. 2. de postulan. & hanc dicit communem & receptam sententiam Dominus Præsul Couarruu. in practic. quæstionib. capit. 19. numer. 8. quam intelligit, ut locum habeat, in clericis nondum in sacris ordinibus insignitis, nam ut ipse arbitratur, clericus in sacris ordinibus constitutus, nullo modo poterit extra Romanam curiã, in ecclesiasticis publicis tribunalibus Tabellionis officium exercere, etiam si beneficium Ecclesiasticum non habeat. Ut colligitur ex Cardi. in cap. sicut. ne clerici vel monach. Alber. Troti. de vero & perfecto cleric lib. 2. capi. 54. numer. 9. quod latius Dominus Præsul. d. loco explicat.

*Beneficia i.* Vide Florentin. in D 3. par. tit. 13. capitu. 2. §. 2. auctorem nostrum dict. regul. 657. Didac. Perez in l. 12. titu. 3. l. br. 1. ordina. quam opinionem communem esse testatur D. Couarruu. di. cap. 19.

*Possunt complere.* Vide Abba. & E Felin. in cap. fraternitatis, de hæretic. Bald. in l. 2. column. vltim. C. de senten. & inter. omni. iudi. Flor. in l. repetita. ff. de fide instr. Ias. in l. 1. §. huius studij. nume. 8. ff. de iusti. & iure. Deci. in cap. 2. numer. 8. de iudi. Gregor. Lopez. in l. 45. in verbo, *Tirandole el beneficio.* titu. 6. partit. 1.

*Quod non.* Adde quod idem tenet Bermon. Cho. in tract. de publi. concubi. pag. 230. nume. 5.

*Reseruaturn Principi.* Vide Domi. G consi. 77. colum. fin. D. Couar. lib. 3. vari. resol. cap. 3. nu. 3.

Ac leges & Physicam  
audientes.

## CAPVT, LIX.

*Archidiaconi Plebani, præpositi, Cã-  
tores, & alij clerici personatus ha-  
bentes, necnon Præsbyteri, audien-  
tes, seu studentes addiscendo le-  
ges, siue medicinam, post duos mē-  
ses computandos, à die quo audire  
ceperunt, quatuor pœnis illaquean-  
tur.*

**A**rchidiaconi, plebani, præ-  
positi, cantores, & alij cleri-  
ci personatus habentes, nec  
non præbyteri audientes  
seu studentes, addiscendo leges vel  
physicam post duos menses à tem-  
pore quo audire inceperit computā-  
dos, quatuor pœnis sequentibus sub-  
iacent: videlicet quod sunt ipso fa-  
cto excommunicati, ac in nulla cau-  
sa si patrociniū præstare voluerint au-  
diantur. Et reuersi in choro, mensa &  
capitulo, & cæteris vltimi fratrum ha-  
beantur, & totius promotionis ad or-  
dines vel beneficia spẽ amittant, nisi  
ex misericordia Apostolicæ sedis.  
Ita colligitur ex tex. & quæ ibi notāt  
Doct. maximè Abb. in capit. Non  
magnopere. & in cap. fin. ne cleri. vel  
mona. Similibus etiam pœnis puniū-  
tur obtinentes parochiales ecclesias,  
quæ sunt plebanix, habentes sub se  
capellas, in quibus instituuntur cleri-  
ci perpetui, nequeuntes ab ipsis abs-  
que causa rationabili amoueri, si le-  
ges vel physicam audiunt, vt habe-  
tur in cap. i. co. tit. lib. 6.

**A** Excommunicati. Vide latè docto-  
res in capit. super specul. ne de  
ric. vel monach. Alber. Troti. de ve-

ro & perfe. cleri. lib. 2. capit. 35. quo  
loco dicitur, quibus studijs clericis cæ-  
terisque religiosis vacare licet. Epif-  
copus equidem benè potest, huius  
criminis reos, ante lapsum duorum  
mensium excommunicare, vt scribit  
Rebuff. in tract. nom. quæst. 5. n. 32.

Solus tamen Romanus Ponti-  
fex clericis, religiosive dispen-  
sationem poterit indulgere, vt iura Cæ-  
sarum audiant, vt scribit Archid. in  
cap. non dicatis. 12. q. 1. Perusin. in  
cap. 2. ne cleri. vel monach. quæ opi-  
nio communis est & stilus Roma-  
næ Curix eam recepit teste Petro  
Rebuff. in dict. tract. num. dict. quæ.  
5. num. 33.

Prædicta tamen pœna, quæ hoc ca-  
pite infligitur, solum illaqueantur,  
Archidiaconi, plebani, & alij qui hic  
numerantur, non vero ceteri vt scri-  
bunt doctores in dict. cap. super spe-  
cul. & Trotius in d. c. 35.

Nec ea Archidiaconi, Presbyteri,  
nec ceteri afficiuntur, si priuatim iu-  
ri Cæsareo operum dant, vt melius  
canonica decreta intelligant, vt scri-  
bit Abb. in dict. cap. super specul. &  
Alber. Troti. dict. lib. 2. cap. 36. vbi di-  
cit hoc mirum in modum esse notan-  
dum ad defendendum prælatos & re-  
ligiosos qui studium, libris legalibus  
refertum habent. Sunt equidem Ca-  
nones magna ex parte iuri ciuili cõ-  
iuncti cap. 2. de priuileg. lib. 6. vnde  
dicebat Barba. in capit. conquæstus  
colum. 3. de foro comp. quod ius Põ-  
tificium sine legibus nõ potest intel-  
ligi, cum sit medula legum. Et dicit  
Bald. in capit. cum causam. colu. 2. de  
probation. quod nisi quis sciat Ca-  
nones cum legibus, non potest pra-  
cticam iudiciorum cognoscere. Vn-  
de faceret Roman. singul. 654. in-  
quit. *Legista senza capitol val poco,  
ma Canonista senza legi val niente.*

*Ius ca-  
nonicū  
iuri ci-  
uili con-  
iunctū  
est.*

Quod quidem optimè Ciceronis auctoritate comprobatur. 3. de Oratore dum conqueritur, ea etate neminem edicere ius Pontificium, cum iuri civili coniunctum sit. Ciceronis verba hæc sunt ibi. *Aut iuris scientiam (nec eius quidem vniuersi: nam Pontificium quod est coniunctum nemo discit) aut eloquentiam quã in clamore, & in verborum cursu positã putant* Hactenus Cicero.

Illud vero circa huius capituli materiam notandum censeo, quod is qui ante clericatũ iuri civili operã dedit, post clericatũ ad doctoratus gradum eodẽ iure promoueri potest, & quod magis est monachis hoc permissum est. Ita not. scribit Calde. consil. 2. de magist. quem refert & sequitur Martin. Nauarr. in cap. non dicatis. 12. questio. 1. num. 33. Vnde merito reprehendendus est Petrus Rebuff. in excellentissima illa benef. practi. tit. de dispensa. cum irregular. nume. 27. quo loco scribit titulum doctoratus in Theologia, aut iure canonico: nõ deberi nec tribui de stilo curiæ religiosi quia contrarium verius est, nepe quia magister Sacri Palatii semper est dominicanus, doctoratu, vel magisterio insignitus. Vnde à tota curia magister appellatur, vt testatur Mart. Nauarr. dict. loco.

## Villarum procuratores suscipientes.

### CAPVT, LX.

*1 Clerici licet non possint esse generales procuratores laicorum sub depositionis pœna, secus autem in vna causa tantum.*

*1 SACRO sancta illa Calcedonensis Synodus, in Canon. 3. Clericos*

misceri secularibus procurationibus prohibuit, nisi fortè qui legibus ad minorum tutelam, siue curationes in excusabiles attrahuntur, aut quibus ipsius ciuitatis Episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum, aut viduarum, quæ indiffessa sunt, aut earum personarum, quæ maximè ecclesiastico indigent adminiculo. Transgressor autem nullam aliam pœnam irrogat, nisi quod correptioni ecclesiasticæ subiaceat. Concilium præterea Carthaginense tertium eos esse procuratores, simpliciter prohibuit Canon. 15. Postea verò Alexand. III. in Concilio Lateran. inhibuit clericis procuraciones villarum exercere, pœna contra facienti posita, quòd ab ecclesiastico ministerio fiat alienus. Vnde colligitur, quod clericus generalis procurator deponendus est, vt in ca. Sed nec. ne. cle. vel mona. Et licet ille tex. simpliciter prohibeat clericis procuraciones: Innoc. tamen, quem ibi sequitur Abb. intelligit de procuratione generali, quasi sentiat, quòd possit clericus vnum negotium procurare: etiam laici: quòd latius sequitur idem Abb. i. cap. 2. eod. titu. dummodo clericus non suscipiat illud negotium ex cupiditate: quia tunc nec vnum negotium licet clerico procurare, secundum eum. Et sic intelligit sententiam Collectarij in locis per eum relatis, quæ aduersabatur doctrinæ. Inno. Intellige etiam dummodo illud vnum negotium non ita multum sit arduum ac diffusum, quòd haberet distrahere clericum sicut multa negotia, vt tenet Philip. in capitul. 2. de iudi. column. 2. numer. 4. & dixi supra in capitul. 3. quantum verò ad pœnam depositionis, de qua hic vide quòd dicam in cap. sequent.

Eadem

Qui ante clericatũ operã dedit, eo insignitus ad gradũ doctoratus potest promoueri.

**A** **P**rocurare. Vide autorem, & quæ ipse ibi scripsi supra capitul. incip. ministri laicorum.

## Ac principum & secularium virorum iustitiam.

### C A P V T, LXI:

- 1 Clerici, qui hæc secularia officia ministrati fuerint qua sunt poena puniendi.
- 2 Clericus licet non possit esse vicerex, vel vicecomes principis secularis, potest tamen in eius summo prætorio senatoris munere fungi.
- 3 Clerici sine metu irregularitatis possunt in condenda lege interuenire, per quam poena mortis imponitur: quando non imminet casus propter quem efficitur. l. & si postea casus occurrat, ab irregularitatis labe immunus erunt.
- 4 Papa potest poenam mortis imponere statuendo, non tamen exequendo.

**H**uiusmodi excessus est eadem poena <sup>a</sup>, de qua in casu præcedenti, & per eundem text. Aduerte tamen, quod Abb. in capit. Sed nec. vers. Sed quæritur. dicit quod sibi videtur valde graue quod clericus deponatur propter exercitium istorum officiorum, scilicet procuratoris, de quo in capit. præcedenti, & Iustitiarij, de quo hic, maximè hodie: cum non ita acerbe debeant puniri delicta, vt in capitul. fraternitatis. 34. distinctio. Vnde plus sibi placet quod tales clerici debeant excommunicari, & non deponi, nisi essent incorrigibiles: quia text. solum dicit quod delinquens in hoc ab ecclesiastico fiat ministerio

alienus, & per excommunicationem satis fit alienus, licet Ioan. And. intelligat de poena depositionis. Pro cuius opinione videtur facere decretum concilij Toletani. 4. cuius verba sunt: Sepe Principes contra quoslibet maiestati obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt. Et quia sacerdotes à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri Iudices, vbi iureiurando supplicij indulgentia promittitur, nõ vbi discriminis sententia præparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune cõsultum discussor in alienis periculis exiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud ecclesiam perdat proprium gradum est. Can. 30. dicti Concilij. & habetur. 23. quæstio. 8. capit. sæpè principes. An autem clericis in isto casu sit prohibitum quodlibet officium iustitiæ exercendæ. Abb. in dict. capit. Sed nec. credit quod sit, quia verba text. sunt generalissima, qui nemo militans Deo &c. Vnde dicit per illum text. quod clericus non posset esse Vicerex, vel Vicecomes. vel locum tenens alicuius Principis secularis, nec habere sub sua cura aliquam ciuitatem seu locum temporalem, pro quo allegat text. magis specificum in capit. clericis. §. 1. eo titulo. Videtur tamen sibi quod clerici possunt esse consiliarij principis: quod dicit etiam sentire Ioan. Andr. in dict. capit. clericis. quod notat etiam Bald. ex text. ibi, in auth. Habita. in princip. C. Ne filius pro patre. Et vide Abb. in dicto capit. clericis. vbi notat quod prælatus potest esse consiliarius principis secularis, licet nõ debeat esse officialis iustitiæ exercendæ. Debèt tñ cauere secundum eum, ne cõsulant in criminali causa etiã reum absoluendũ, quãdo ex hoc



3 immineret auctori pœna mortis, vel mutilationis membri in pœnam talionis. Possunt præterea clerici sine metu irregularitatis interuenire in lege condenda, per quam pœna mortis imponitur quando non imminet casus propter quem efficitur lex, sed fit generaliter, licet postea casus occurrat, vt quis interficiatur: quia tunc clericus consulens non animaduertit in certam personam, sed prouidet vt homines se abstineant à delicto: vt notat Dom. in capit. fina. 3. distinct. Vbi dicit hanc esse conclusionem Archi. in cap. officia. 23. quæsti. 5. licet re vera Archi. ibi nihil scripserit de clerico, sed solum asserit quod princeps, qui legem condidit, cuius auctoritate homines sunt traditi morti, nõ est factus irregularis: & non infertur princeps ad cuius officium spectat tales leges condere, non efficitur irregularis ergo, nec clericus qui consuluit ei vt illas condant: poterat tamen melius allegare Bal. vbi supra expressè tenentem quòd clerici possunt dare consilium in legibus cõdendis: & licet ex hoc sequatur per accidens mors alicuius, non sunt irregulares, quem refert Ioan. de Ana. in cap. Ad audientiam, in. 3. colum. versic. Tertiò queritur, de homici. Pro quo etiã facit quod not. Bald. in cap. 2. in fi. de maio. & obed. post Innocenc. quòd Papa potest imponere pœnam mortis statuendo, sed non exequendo: quia si proprijs manibus occideret aliquem, fieret statim irregularis.

A **A**dem pœna. Clericus igitur, qui delictum de quo in hoc capite commiserit, incidit in excommunicationis pœnam, de qua in cap. clericis, ne clerici vel monach. Quã equidem pœnam minimè incurrit cleri-

cus minorum ordinum, iuxta Abb. sententiam in dict. cap. clericis. Licet reclamet Siluest. in summa in verbo. Excommunicatio. 9. casu. 7. Nec eã incurrit Prælati, qui huiusmodi munus annexum habet suæ dignitati, aut patrimonio. Hęc est communis sententia vt fatetur Martin. Nauarr. in manuali confesso. capit. 27. nume. 117.

**C**onsiliarij Principis. Vide Abb. in capit. non est, numero. 4. de voto, vbi doctores, & in capi. in Archiepiscopatu. de raptori. Deci. in capit. 2. de iudi. num. 7. gloss. in pragma. Sancti. Galli. titul. de colla. ecclesie Gallie. 6. præmissis. versic. concilio, Nicola. Boeri. decis. 17. in prin. Gregor. Lopez. in l. 46. tit. 6. in verbo, *El Rey*. partit. 1. Alberic. Troti. libr. 2. de vero & perfe. cleri. cap. 54. nume. 2.

Si tamen clericus in officio delinquerit, an possit ab ipso Principe puniri videtur quod nullo modo possit, etiam si in minoribus ordinibus, tantum constitutus sit. Et hanc esse communem sententiam fatetur Aufer. in Clementin. 1. de offici. ordin. num. 25. quem refert D. Episcopus Couarru. in practi. quæstio. cap. 33. num. 6. Iuli. Clar. lib. 5. rescep. sent. 6. fina. quæst. 26. versic. Quæro pone. vbi dicit minimè id cõsuetudine seruari, quia quotidie Principes sæculares tales clericos in sacris constitutos officijs priuant, nec non pecuniarijs pœnis mulctant, licet malè de iure secundum illum sustineri possit. Nec in Gallia communis opinio seruatur vt fatetur Aufer. vbi supra, idem profitetur Guillel. Benedict. in cap. Raintuntius. in verbo, & vxorem. 2. decis. nume. 155. de testamen. fol. 95. & vide Barthol. Cassa. in consuetud. Burgun.

B Clerici Consiliarij Principis sæcularis esse possunt

Clerici Consiliarij Principis in officio delinquentes, quoque debeant puniri.

Burgund. rubric. l. 5. §. 5. in gloss. *Sil na grace.* nume. 71. vbi testatur, se vidisse quendam clericum Regis consiliarium, punitum fuisse à iudice sæculari, priuatione officij, necnon pecuniaria pœna, quia in officio delinquerat.

Posiunt etiam clerici absque alicuius pœnæ metu, causas ex compromissaria à partibus tributa potestate iudicare. l. nō distinguemus. §. Sacerdotali. ff. de arb. l. si qui ex consensu. cum lege sequen. C. de Episcop. audi. l. 48. titul. 6. par. 1. Est equidem pium & sacerdotale munus ancipites controuersias cōponere, vt inquit Ioan. Andr. in addi. ad Specu. titu. de arb. §. potest, in fine, quem refert Greg. Lup. in dict. l. 48. in verbo, *Por su aluedrio.*

**Corā sæcularibus Magistratibus clericos inuitos conuenire sunt ausi,**

**C A P V T, LXII.**

- 1 Clerici, à seculari iurisdictione exempti sunt.
- 2 Clerici post sententiam, in eius executione opponere exceptionem fori declinatoriam, minime prohibentur.
- 3 Consensus clerici, nullum in hoc impedimentum præstat.
- 4 Clericus qui coram seculari magistratu, laicum esse fingit, ab Episcopo potest vindicari.
- 5 Reprobatur quoddam Arrestum Regni Franciæ.
- 6 Clericus qui exceptionem fori declinatoriam opponere distulit, expensis mulctari debet.
- 7 Pœna pecuniaria quantuncunque leuissima, à iudice seculari contra clericum absentem illata, soluenda non est, contra Fran. Auiles.
- 8 Prelatus qui negligens est, in reuindicando clericum, à seculari potestate, grauissimè punitur.
- 9 Clericus prima tonsura innitiatus, immunitate fori Ecclesiastici frui potest.
- 10 Clericus qui pensionem Ecclesiasticam obtinet, vtram dicatur habere beneficium.
- 11 Quid iudicandum sit, si præstimonium obtinuerit.
- 12 Quid vero iudicandum est de capellaniam.
- 13 Clerici coniugati, vtrum fruantur foro ecclesiastico.
- 14 Controuersia quæ circa clericatum emergerit, per ecclesiasticum iudicem & non secularem dirimenda est.
- 15 Iudex ecclesiasticus, absque praua causæ cognitione circa clericatum, secularem inhibere non debet.
- 16 Clericatus scriptura probari debet.
- 17 Prima tonsura, vnius testimonio nō probatur, contra Petrum Rebuff. & March. de Afflictis.
- 18 Clericatus an probetur ex sola possessione habitus & tonsuræ.
- 19 Lite pendente, circa clericatum reus in publicis Ecclesiasticis carceribus detinendus est.
- 20 Interpretatur Regia lex. 7. titu. 4. lib. 1. ordin. noui contra insignem D. Couarr. & doctum D. Paz.
- 21 Iudex Ecclesiasticus, inhibere potest secularem, lite pendente, ne contra clericum procedat.
- 22 Clericus qui alium inuitum coram seculari iudice conuenit, quibus pœnis plectendus sit.
- 23 Pœna amissionis causæ, quæ ad dicti criminis punishmentem statuta est, non infligitur ipso iure.

- 24 *Prædictæ pœne non est locus, quando clericus voluntarius ad iudiciũ secularẽ accessit.*  
 25 *Nec quando ante litis contestationẽ clericus à lite recessit.*  
 26 *Nec quando clericus citatus, non comparuit.*  
 27 *Laycus qui coram seculari iudice clericum conuenit, causam perdit, & iudex officio est deponendus.*

### Caput hoc nouè æditum est.



Rgumentum equidem huius criminalis practicæ, vchementer exposcit, vt de clericorũ exceptione, quo ad forum seculare, tantisper differamus: ideo nõ grauabor, huius capituli sumpta occasione, breuem & delucidam de illa disputationem subire. Et vt re-agrediamur, præfari oportet hæc exceptionem & immunitatem clericorũ, multis in locis probari: sed potissimè in capit. at si clerici. & in cap. clericus. & in cap. qualiter. de iudi. cap. 2. cap. si diligenti. de foro compet. cap. continua. cum multis illius causæ & quæstio. 11. quæstio. 1. l. vltim. titu. 2. libr. 16. Cod. Theodosiani & plerisque illius tituli constitutionibus ante Iustinianum latis. l. 57. titu. 6. part. 1. l. 6. titu. 3. libr. 1. ordina. antiqui. l. 5. titu. 3. libr. 1. ordin. noui de qua re longè latèq; tractauerunt Iuris Pontificij interpretes in dictis locis, & præter eos Auferi. in relectione Clementin. 1. de officio ordin. Guil. Benedict. in capit. Rainuntius. de testamentis in verbo, *Et uxorem*, in. 2. num. 722. Nicola. Boeri. decis. 96. Rupellanus libr. 1. forensium institut. capit. 34. Barthol. Cassa. in consuet. Burgund. Rub. 1. §. 5. Char. de Graf-

sal. lib. 2. Reg. Fran. cap. 17. D. Coua. ib. practi. quæsti. cap. 31.

Et cum exemptio hæc, in fauorem totius ordinis sacerdotalis concessa sit, poterit iure optimo clericus conuentus à seculari iudice, & ab eo cõdẽnatus, post illius sententiam exceptionem fori declinatoriam proponere, non quidem ei licet seculari iurisdictioni consentire, saltem in criminalibus causis, quibus agitur de coertione, & punitione personali. c. si diligenti. capit. significati de foro compet. cap. at si clerici. in prin. de iudi. & in hac specie notat Cassa. in di. Rub. 1. §. 5. versu. *Archidiacono*. num. 45. Ioann. Rupella. dicto. libr. 4. forensium institut. capit. 6. Nicol. Boer. in consuetudi. Bitur. titu. de iurisdiction. §. 21. in fine D. Couar. practi. quæsti. capit. 33. numero. 2. & ita iudicatum fuisse fatetur Deci. consi. 241. Et potissima ratio est, quia exceptio declinatoria fori, quæ redit iudicium nullum ab initio, quod iudiciũ, nec prorogari potest nec prorogatum esse cõsetur, quãdocunq; etiam post sententiam, ad eius executionem impediendam opponi potest, & opposita eius executionem impedit. Ita tradiderunt Anton. Abb. Imo. & Felin. num. 28. in capit. exceptionem de exception. & est tex. egregius secundum vnam interpretationem in capi. ad petitionem. de accusati.

Idemque pari ratione iudicandum est, si sententia à iudice seculari contra clericum lata fuerit, cui ipse consensum præstitit, à dicto fori priuilegio minimè excluditur: vt in facti contingentia interrogatus consuluit doctissimus Socinus consi. 12. colu. 7. libr. 1. quem sequitur Petrus Auend. de exequend. mand. lib. 1. capitu. 22. nume. 2.

Imo quod summè notandum est, si clericus

clericus ab inceptis desistere noluerit, sed temere & impiè coram sæculari iudice litigare, coram quo vt ab ipso puniri possit, se laicum esse spòte fuerit confessus, veritate comperta, iudex ecclesiasticus ad quem causæ cognitio expectat, potest illum à sæculari magistratu vindicare, ne detur locus, vt his dolis & fallacijs, ecclesiastica iurisdictio: & in clericos potestas defraudetur. Sic visum fuit Bal. in l. si qua per caluniam. colum. 2. C. de Episcop. & cleri. Domi. & Franc. in capit. si iudex laicus. de senten. excommu. lib. 6. quæ opinio verissima est, & probatur perpèsa ratione tex. in dict. c. si diligenti.

5 Vnde iuri consentaneum minimè fuit Arrestum illud, cuius meminit Petrus Rebuff. super regias leges Gallie prima parte in tract. de senten. execu. artic. 3. gloss. 2. vbi fatetur, à senatu diffinitum fuisse, quod clericus à sæculari iudice condemnatus ad honorabilem emendam (sic ille loquitur) non poterit sententiæ executioni, opponere exceptionem primæ tonsuræ, quod merito reprobatur insignis Couarr. d. c. 33.

6 Id tamen ab omnibus receptum est, illum clericum qui vsq; ad sententiam, vel executionem omisit, vti exceptione fori declinatoria, iustissimè in expensis esse multandum. Vt tenuerunt Deci. Boeri. & Rupella. in locis nouissimè allegatis Felin. colu. 1. post alios in dict. cap. exceptione Auferi. in dict. Clem. 1. de officio ordinar. regul. 2. num. 33. Bellamera decis. 226. Quæ expensarum condempnatio, per sæcularem iudicem facienda est, vt censet Boeri. dict. §. 21. & opinio hæc apud Gallos moribus & cõsuetudine recepta est, si credimus Rupella. legum & consuedinum Gallicarum scientissimò dicto capit. 6.

Rupellanus Gallus

qui contrarium de iure verius esse agnoscit nec non Deci. dicto confi. 241. D. Couarr. dict. cap. 33. Atque ideo iudex tantum ecclesiasticus, hæc expensarum condemnationem facere debet, nõ sæcularis, qui sicut quo ad principalem causæ cognitionem, nullam iurisditionem obtinet, sic neque quo ad multã nec quo ad expensas vt constat ex Bald. traditione in l. 2. C. de Episcop. audi. & in l. si ex aliena. colum. 1. ff. de iud. Abb. in c. si diligenti. de foro comp. column. penultim.

Pœna vero pecuniaria quantumcunque leuissima sit, qua clericus à sæculari iudice suæ iurisditioni acquiescens, vel absens, fuerit condemnatus, à ecclesiastico exequenda nõ est, tanquam nulla ob notorium iurisditionis defectum, quod ita in comperto est, vt nulla indigeat probatione, Circa quod tamen grauissima censura dignus est Francisc. Auil. (vir alioqui doctus) in capi. prætorum, capi. 15. in verbo, *Homezillos*. numer. 33. asseuerans quod cum iudicandi munere fungeretur, quendam clericum in ausentia condemnauit pœnis Regijs constitutionibus diffinitis, (quas vulgo, *Del desprez y homezillo*, Hispani appellamus) de quibus loquitur Regia lex, 3. titu. 10. libr. 4. noui ordina. quas pœnas à clerico exigisse fatetur, præcepto iudicis ecclesiastici, postquã coram ipso post longam absentiam comparuit, sed non iustè mea sententia, cum dicta pecuniaria multa, pœna sit contumaciæ, quæ ab expensis longe distat, & ideo expensarum nomine minimè comprehenditur, quod dicta lex clarè insinuat cum dicit. *Y pague el desprez y homezillo y costas*. In expensis equidem quibus ob clerici absentiam aduersa pars læsa fuit, iustū est de-

Confutatur opinio d. Fr. Auil.

de-

clericum condemnari, non vero illis pœnis, quæ merum lucrum fisci vel iudicis secularis sapiunt. Et ideo in nequissimè & contra Sacras Iuris Pontificij constitutiones iudicatum fuisse censo ab illo iudice ecclesiastico, de quo ibi meminit Auiles. Quod si vero casus hic aliquando contigerit iudices ecclesiastici ab huiusmodi errore caveant.

8 Tenetur equidè episcopi, & cæteri ordinari, hoc veluti Sacrosanctum clericorù priuilegium intactù & incolumen seruare, Deo Optim. Maxi. alias strictissimam rationem daturi, & ideo statim sine mora, postquam compertum habuerint, clericum subditum à seculari iudice carceribus detineri, illum pœnis adhibitis, censurisq; prolatis repetere tenentur, quod si pro debito munere non fecerint, tanquam negligentes ab administratione deponi, & fortè criminaliter puniri (si qualitas causæ exegerit) debent, vt multis rationibus innixus consuluit Cassaneus consi. 38. quem sequitur Iuli. Clar. in practi. crimi. 6. fina. quæst. 36. vers. debet autem.

9 Nec tantum hoc fruuntur priuilegio Præsbiteri, & clerici alij in sacris & maioribus ordinibus constituti, sed clerici prima tonsura innitiati capit. cum non ab homine. capit. clerici. de iudi. cap. 2. de foro compe. glo. celebris in verbo; clericus, in capit. vni. de cleri. coniuga. libr. 6. sed hæc fori exemptio limitata est nouissima Tridenti concil. Sanctione Sess. 23. cap. 6. de reforma. qua decretum & difinitum fuit, clericos hos non coniugatos, nec in ciuilibus nec criminalibus causis, immunitate fori gaudere, nisi ecclesiasticum beneficium obtinuerint, aut clericales vestes cum tónsura deferentes, alicui ecclesiæ episcopi iussu inferrant, vel in schola lite-

raria ipsius episcopi præcepto, ad maiores ordines hanelantes versentur. quam constitutionè seruari apud Hispanos præcepit Regia lex prima. titu. 4. libr. 1. noui ordinam. & iustissimè quidem, fuit equidem maturissimo cõsilio, & summa prudentia ædita: indecentissimum quippe erat in Dei ecclesia meros cerdones, pelliones, corriarios fullones, aut in nauos nebulones, nudè tónsuræ prætextu, immunitatibus frui, quæ in clericorum fauorem, diuino muneri ministrantium, concessæ fuerant.

Est tamen oportunè, circa superiora inuestigandum, vtrum clericus prima tonsura, & minoribus ordinibus inniatus qui pensionem ecclesiasticam obtinet fori immunitate gaudeat. & re dubiam & ancipitè facit, quia pensio non dicitur beneficiũ c. quãuis. in primo de præ. in. 6. & ibi doctores tradiderunt, & in capit. ad audientiam. in. 2. de rescrip. disserunt latissimè Gome. in tract. de expecta. nume. 92. & regul. de infirm. resigna. quæst. 16. & in regula de annali. possessio. quæstio. 21. Ioan. Selua de beneficijs. 1. part. quæstio. 1. numer. 7. & quæstio. 3. num. 11. Anton. Capi. decis. Neapoli. 220. quæ opinio cõmunis est, & probari videtur in Sacro concilio Tridentin. Sessio. 21. capit. 2. de reforma. in illis verbis. *Patrimonium vel pensionem obtinentes, ordinari potest hac non possunt.* Et sic apertissimum ibi est testimonium quod ad ordinum promotionem, qui pensionem habet, non dicitur ecclesiasticum beneficium obtinere. Procedit tamen superior communis sententia, quando stricto modo, naturã & proprietatem beneficij ecclesiastici metimur, secus autem si amplo, & fauorabili nomine beneficium capiatur, quia tunc eius appellatione benefici-  
cium

cium comprehenditur, vt optimè animaduertit Gomez. in Reg. Cancell. Reg. de trienna. possess. quest. 50. litera. C. Nec superior recepta opinio firmitatem obtinet, quando pensio in titulum confertur, vt frequentissimè iam concedi solet, teste Petro Rebuff. in tracta. de pacifi. possess. 18. ampli. & in tract. nomina. quest. 9. n. 39. Cap. Tholosa. q. 472. Maxime hodie stàte motu proprio Sanctissimi Quinti Pontificis Maximi què supra retuli c. incip. officium, & c. vbi pensionario iniungitur, onus singulis diebus recitandi, officium beatæ Mariæ, & sic pensio onus spirituale annexum habet, quod nõ parui momenti est, vt beneficium possit optimo iure appellari. Qua ratione iuris esse certissimi censeo clericum prima tonsura vel minoribus ordinibus initiatum pensionem in titulum concessam obtinentem, frui debere privilegio fori ecclesiastici. Et cum casus iste in hac Complutensi Academia contingisset, anno Domini. 1584. ita cõsului, & sic postea in supremo consilio Regis & Domini nostri fuit iudicatum.

- 11 Idemque pari ratione, de præstimonio existimo iudicandum, nam licet nõ dicatur beneficium, nec eius comprehendatur appellatione, vt scribit Ioann. Andr. in capit. vni. de rerum permuta. lib. 6. Domi. consil. 89. & ideo laico conferri potest vt scribit Petrus Rebuff. in tract. de pacifi. possess. nume. 150. & 151. si vero in titulum ecclesiasticum cõferatur, beneficium iudicandum est. Vt tradit Rebuff. in eod. tract. 17. ampli. nume. 105. Capella. Tholosa. 472. Ioann. Staphi. in tract. de literis gratiæ & iusti. tit. de qualita. & sta. benefic. nume. 7. Calderi. consil. 6. tit. de præbend. Iacob. Menochi. de arbi. iudi. questio. libr. 1. centuaria. 3. calu

201. num. 58. sed hæc distinctio, saltem in Hispania necessaria non erat, cum semper in ea præstima in titulum dentur, & spirituale honus annexum obtineant teste doctissimo Quint. Manda. regula Cancell. 34. q. 12. & ideo qui præstimonium habet, beneficium ecclesiasticum obtinere censetur.

12 Quid vero de clerico primæ tonsuræ, vel minorum ordinum, si capellaniam obtinet sit iudicandum, an is dicatur beneficium ecclesiasticum habere, vt fori ecclesiastici immunitate frui possit. Et asseuerandum censeo, quod si capellania sit collatiua, & in perpetuum titulum confertur, ecclesiasticum beneficium debet iudicari gloss. celebris quæ communi doctorum suffragio recepta est in Clementin. fin. in gloss. 1. de decim. & in extrauagan. Execrabilis, in verbo, quæ alias. de præben. inter communes, sequitur Deci. consil. 210. num. 4. Gomez. regul. de infirmo. refig. quest. 22. Guid. Papæ decisio. 187 & alij sequuntur quos retuli supra cap. 18. nume. 9. Quod verum est quando capellania per summum Pontificem, vel Episcopum confertur, secus autè si per Episcopi inferiorem glo. in di. extrauagan. execraui. tradit Ioan. de Imo. in c. in nostrâ. col. 3. versic. quo modo de rescrip.

13 Sunt similiter, fori privilegio muniti clerici coniugati primæ tonsuræ hac lege, vt cum vnica & virgine matrimonium contraxerint, & clericales vestes & tonsuram detulerint tex. egregius in capit. vni. de clericis coniuga. lib. 6. quem latè interpretantur D. Couar. in practi. quest. ca. 31. Petrus Auend. de manda. Regum. 1. p. cap. 22. de quo meminit Sacrosanctum Tridenti. concil. Sess. 23. capit. 6. de reforma. quod ultra ea quæ in dicto capit.

capit. vni. cōtinētur requirit, quod dicti clerici coniugati ab Episcopo alicuius ecclesie ministerio deputati sint, & quod actualiter seruiant. Forma autem quę in his cōtrouersijs seruari debeat, præscripta est in dict. l. 1. ordina. noui.

14 Non tamen circa superiora, silentio prætermittendum est quod quotiescunq̄e controuertitur, vtrum reus per iudicem sæcularem captus, clericus sit primæ tonsuræ, & minorum ordinum, & illas qualitates obtineat, quæ iuris communis sanctionibus, & Concilij Tridentini decreto, desiderantur: controuersia hæc per iudicem ecclesiasticum & non sæcularem dirimenda est. De quo est elegans constitutio in capit. si iudex laicus. de senten. excommun. libr. 6. cuius authoritate opinionem istam cōmunem esse profitetur Ripa. in capi. decernimus. numer. 4. de iudi. D. Couarruu. in practi. quæstio. capit. 33. numer. 1. asseuerans in Hispania sic seruari. Eandē communem esse profitetur Iuli. Clarus in practi. crimin. §. fina. quæstion. 33. versicu. regulariter autem. quamuis testetur in dominio Mediolanēsi aliter seruari, & apud Gallos, huius controuersie cognitio ad iudicem sæcularem pertinet, cum apud eos minimè recepta sit Bonifacij octauī decisio in d. cap. si iudex laicus: prout refert Guid. Pap. quæsti. 138. Ioan. Gall. quæst. 38. sed Gallie forensis vsus iuri contrarius est, vt egregiè probat D. Couarr. dicto cap. 33. numer. 1. Nec in Lusitanorum regno Pontificia illa constitutio seruatur, vt in illius regni legibus continetur, libro enim secundo ti. 1. Antè tamen quod Ecclesiasticus iudex, aduersus iudicem laicū, clericum in carceribus detinentem inhibitoris literis vtatur, præuia causæ

cognitione ei liquere debet, clericum illum esse, & eas omnes qualitates obtinere, quæ à iure desiderantur, & apud Hispanos forma certa statuta est in l. 7. tit. 4. libr. 1. ordi. noui & in fine illius tituli.

In qua forma obseruanda, attendere debet iudex, quod clericatus regulariter per scripturam probari debet. Quod colligi videtur ex lege si qua per calūniam. C. de Episcop. & cleri. vbi Iacob. Butri. capit. legum. 2. quæstio. 1. tradit egregiè Petrus Rebuff. in practi. benefi. titu. de forma literar. tonsuræ num. 22. Felin. in ca. post cessionem. numer. 3. de proba. Thom. Gram. decisio. 81. Literæ enim Episcopi ostēdendę sunt, quibus se ordines contulisse testetur, ita quod minimè sufficeret, quod Summus ecclesie Præsul in literis collationis beneficij, nominet ipsum assertū clericum simpliciter hac nominatione, clericatus non probatur. Tenet Ancharr. in dict. cap. si iudex laicus. & ibi Philip. Franc. §. non sic. Ioan. Andr. in Mercur. in regul. non licet. de regul. iur. libr. 6. Bald. in dict. l. si qua per calūniam. Alexandr. in. l. si prius. num. 38. ff. de noui. oper. quā opinionem communem esse testatur Thom. Gramma. dicta decisio. 81. num. 4.

Nec per indicia, aut coniecturas, clericatus probari potest, vt in capit. inter quatuor, & ibi glos. in verbo, argumenta. de cleri. peregrina. Nicolao Boer. decisio. 117. num. 25.

Sunt tamen qui censeant, clericatum partis confessione posse probari. Rot. decisio. 433. in antiqui. Francus in capit. 1. colu. 4. de eo qui mit. in possess. libr. 6. & ibi Aymon co. 2. idem in consi. 93. nume. 4. Sed opinio hæc, defendi potest in beneficiis libus causis, quando possessorio agitur

tur cum leuiore probationes sufficiant, secus si petitorio ageretur, quo quis peteret, quod sibi beneficium ad iudicaretur, ita Rot. deci. 408. incip. fuit dubitatum in nobis Bella. decisio. 183. Capell. Tholosana quaestio. 423. Crauet. in locis iam alleg. Felin. in cap. olim. num. 10. de rescrip. si vero ea scriptura clericatus deperdita sit, testibus potest probari capit. 2. capit. 3. de cleri. peregr. l. si solennibus. C. de fide instr. l. testium. C. de testib. gloss. not. in d. c. si iudex, in verbo, fecerit. Alexand. confi. 107. num. 7. volum. 7. Matth. de Afflict. in const. Neap. lib. 1. rub. 3. num. 12. not. Gui. Pap. quaestio. 474. & communiter receptam esse fatetur D. Couarru. in practi. quaestio. cap. 33. nu. 3.

- 17 Notandum tamen est, quod Bald. in capit. licet vniuersis. de testib. in ea opinione est, ut censeat, primam tonsuram probari posse vnius testis testimonio, quando de alterius prauiudicio non tractatur, quem Felin. ibi sequitur, & Gerar. sing. 29. Ias. in l. admonendi. num. 198. ff. de iureiur. Hyppo. in l. 1. §. idem Cornelio. in fine. ff. de quaestio. Barth. Cassa. in consuetud. Burgund. Rub. 1. §. 6. versic. Ponderanda nume. 1. Ex quo fit ut ea opinio non possit adaptari ad casum, quo tractatur de declinandam seculari iurisdictione, cum res sit grauiissimi prauiudicii. Ideoque clericus secundum iuris communis sanctiones plenè clericatum probare debet aliter à causa cadet, ut prudenter D. Couarru. superiori cap. scribit, licet malè contrarium tenuerit Petrus Rebuff. in dict. titulo de forma literarum tonsurae num. 24. & Matth. de Afflictis in consti. Neapoli. tit. 7. num. 12. existimantes Baldi doctrinam hoc casu posse procedere, sed longè aberrarunt.

Probaretur tamen clericatus sufficienter ex sola possessione habitus & clericatus tonsurae, sic nouissimè tenet Ioseph. Mascardus vir sanè doctissimus in libro variae & indefessae lectionis nouissimè edito de probat. volum. 1. conclus. 302. numer. 14. dicens ita multoties in praxi ab eo obseruatum. Ex huiusmodi quidem actibus clericatus probatur donec contrarium probetur, scribit Petrus de Ancharra. & Francus colum. 3. in c. si iudex laicus. de senten. excommu. libr. 6. Inno. in cap. super his. nume. 10. de acufati. & in capi. innotuit de eo qui furtiuè ordin. suscep. Ioann. And. Bald. in cap. dudum. 1. num. 5. de electi. Thom. Gramma. decisio. 81. Boeri. decisio. 171. nume. 13. Sed opinionem istam dubiam esse censeo, ne dicam falsam. Nam cum graue ex hoc prauiudicium Regiae & saeculari iurisdictioni generetur minime quasi possessio clericatus ad illam elidendam sufficeret, sed verus titulus est probandus. Qui enim clericus esse dicit, ad iurisdictionem saecularem declinandam, licet habitum & tonsuram gerat, titulum docere debet, ut decisum est in dict. capit. si iudex laicus. vbi glo. in verbo, clericali, de sent. excomm. libr. 6. tradit Ang. quem sequitur ibi Alexand. in l. si prius. ff. de noui. oper. nunti. nu. 38. Alcia. in tracta. de praesum. praesu. 4. reg. regul. 2. gloss. in cap. praesbyteri. 68. distinct. Nicola. Boer. decisio. 171. nume. 12. Andr. de praescrip. §. 1. glos. 4. vers. 17. hunc pertinet, & ita interpretandum esse censeo decretum Sacri Concilij Tridentini. Sessio. 23. cap. 6. de reformati. licet Mascardus in praecitato loco secundum superiorem doctrinam fuit interpretatus dicens in praxi obseruari. Quidquid verò sit de iure communi apud His-

18

Ioseph.  
Masc.

panos



panos, nostra opinio controuersia caret quia secundum formam Regiæ constitutionis in his rebus seruandæ exemplum ipsius tituli scribendum est, in ipsis literis inhibitorijs seculari iudici ab Ecclesiastico mittendis, nec aliter sunt obtemperandæ, vt statutum est in fine tituli. 4. lib. 1. ordin. ibi. *En las cartas, o censuras que dieren los juezes ecclesiasticos, para inhibir los seglares, de las causas de los de primera corona y ordenes han de yr authenticada mente los titulos, licencias, y informacio.*

19 Interim tamen, quod causa circa clericatū pendet, reus detinendus est à iudice ecclesiastico, in publicis carceribus, non vero in Ecclesia aut monasterio nec sub fideiussoribus est relaxandus, vt tenet D. Episc. Ioann. Bernar. infra capi. incip. incarcerari quod Regia lege decretum stat lege inquam. 7. tituli. 4. lib. 1. ordi. de qua meminit Couarruu. in practi. quæst. capit. 33. nume. 4. doctus & diligens D. Paz in practica. 2. thomo prælud. 2. num. 14.

20 Circa quam Regiam constitutionem obseruandum est, quod eius decisio tunc locum obtinet, quando lis tantum versatur circa clericatum, non verò, postquam lata sententia, constat incarceratum clericum esse, quia tunc iudex Ecclesiasticus, si qualitas causæ & illius innotentia locū dederit, poterit à carceribus remittere quod manifestè præcitata lex probat, cū dicit. *Y mandamos a los dichos juezes ecclesiasticos, q̄ en el en yretanto q̄ lo susodicho acerca del clerico se determina, los tengan presos, como dicho es en la carcel. Et Paulo inferius. Que los preñdan, y tengan presos en la carcel seglar, hasta que la dicha causa, de el clerico se determine.* Nihil clarius mea sententiā dici potuit, Quod ea non vulgari ratione fulcitur, quia cum relaxandi

potestas, ad certum & præfinitum tempus sit limitata, illo lapsō transgredi non debet. l. pater filium. §. fundum. quem Bart. not. in summano. ff. de legat. 3. glo. & Bar. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. l. in hoc iudicio. §. si conueniat. ff. com. diui. l. Imperator. ff. de postul. tradit post alios eleganter Petrus Paul. Pari. consi. 14. num. 13. & con. 31. nu. 36. vol. 2. Deinde Regia lege sanctiri hoc potuit à Principe seculari ante clericatus probationem, quia hac qualitate exclusa, contra illum iurisdictionem obtinet, & in dubio circa hoc pro Principe præsumitur, cum quilibet laicus præsumatur, nisi se clericum esse probet Ioan. Andr. in regu. scient. column. penul. de regul. iur. in mercuriali. Sequitur Lucas de Pena in l. quicumque. in. 62 præsumpti. C. de apoch. pub. lib. 10. Bald. in capit. fina. numer. 4. de præsumpt. Aufreri. in Clement. 1. de officio ordin. numer. 5. ad quod confert text. in capit. legum. 2. quæst. 1. Quia clericum esse à natura non inest. Natura enim non creat artem sed ad eam disponit, vt colligitur ex responsō iuriscōsulti in l. Stich. ff. de leg. 3. & ex c. ex studijs. de præsum. & hoc expresse diffinitum est, in instructione quæ continetur in fine tituli. 4. lib. 1. ordinam. noui. ibi. *Y no se guardando la dicha orden, su Magestad, pues esta funda da su intencion, y de la su jurisdiccion Real, no cõstando legitimamete de lo susodicho. &c.* At si ille clericum esse probet, cum immunis sit à seculari iurisdictione, secularibus legibus comprimimè potest, capitu. quæ in Ecclesiarum. de constitu. auth. Casan. & irrita. C. de Sacrosanct. Eccle. Fulciturque opinio hæc, quia sicut clerici iam qualificati, clericatus probatione, ab iudicibus ecclesiasticis puniri debent, vt iuris communis sanctio-

Sanctionibus, est consentaneum: & præfacta lex probat ibi. *Et si hallaren, que deuen gozar del dicho privilegio clerical, conforme a lo suso dicho, les den pena condigna.* Pari ratione incarceration, aut relaxatio suo arbitrio est discernenda. Maxime quia hoc ad augendam, vel minuendam penam nõ vulgaris considerationis esse solet, & ita non semel in controuersijs forensibus receptum vidi, & verissimã hanc opinionem censeo, quanuis contrariam sequatur D. Couarr. & Doctor Paz vbi supra allegaui.

21 Si vero clericus sæcularibus carceribus est mancipatus, prædicta iuris, & legum Regiarium forma seruata, a ecclesiastico iudice, ad sæculari rem magistratum inhibendum procedendum est. Iterim verò, quod causa clericatus diffinitur, sæcularis iudex censuris, & iuris Pontificij reuocatis, compelli potest: ne ulterius in causa procedat, quousque in Ecclesiastico tribunali fuerit diffinita, ita apud Hispanos moribus receptum est, & expressè colligitur, ex text. in dict. cap. si iudex laicus. ibi. *Contra eum tamen interim, quousque processus iudicis penitus conquiescat.* Et sic non solum non potest causam iudicare, sed nec in ea procedere, vt notat glo. vltim. ibi quam doctores communiter sequuntur.

22 Quibus sanè perpensis iustimè quidem sacrorum conciliorum, & canonũ constitutionibus, diffinitum est clericum quialium coram sæculari iudice pertraxerit, seueris pœnis plectendum esse, vt Mileui. & Cart. concilij decretum fuit capit. placuit. cap. inolita. 11. q. 1. pœna quidem est quod causam perdat, & a communione sit alienus de qua etiã meminit Inn. Tertius Summus Ecclesie Præsul. in c. si diligenti. de foro compet. illa autè pœna quæ

cõmunionis priuatione concernit, intelligi potest, vel a sacris, quæ ad certum tempus inflingitur, vt in c. catholicus. 2. q. 6. vel a cõmunionem officij & beneficij, vt ab ipsis deponatur. Vel a cõmunionem hominũ per excommunicationem, quo vsq; clerico in iudiciũ vocato, & Ecclesie cui iniuria illata est, plena sit facta satisfactio c. 2. de foro cõp. quæ iura ita interpretatur Car. à Turrec. in d. c. inolita. n. 1. & hanc posteriore interpretatione tenet gl. d. c. si diligenti. quæ ibi Hosti. Ioan. And. & Abb. sunt sequuti.

Quod verò attinet, ad causam amissionem, procedit quanuis iustissimam causam habeat, quæ non attenditur, sed solum crimen, ad cuius punitionem prædicta pœna imponitur. Et non ipso iure, sed per sententiã, vt censeat glo. in d. ca. si diligenti. iuribus & rationibus ab ipsa allegatis quam ibi sequitur Abb. Antiq. col. 2. ver. perdat. & eã esse cõmunem testatur Collecta. ibi. n. 8. & Benedictus de Capra. col. 7. cuius doctissima cõmentaria super Decreta. manu scripta habemus eandem receptam p̄fitetur Mar. Soci. n. 26. & ferè doctores oēs ibi & in l. in criminali. C. de iurisd. omni. iudi.

Non tamè locus erit prædictæ pœnæ, quando clericus non inuitus ad iudicium sæculare accessit, quod colligitur ex verbo illo. *Pertrahant*: quo vtitur Mileui. cõcili. & ex verbis *Voluntarij*, quibus vtitur Carth. cõcili. vt perpendit glo. dicto. ca. si diligenti. cõmuniter a doctoribus sequuta. quãuis alias a suo iudice ordinario puniendus sit c. non liceat. 3. q. 6. quæ ad hoc allegat Cardi. à Turcrema. d. capitulo. inolita. numero. 1. Similiter clericus a dicta pœna est immunis, quando antè litis contestationem ab incepta causa recessit, post cõtestationem verò factã, recedere ab

ipsa non licet, in præiudicium partis cui iam ius quæsitum est. Quæ opinio mihi verior & communior videtur sed quia in ea iuris vtriusque doctores fluctuant post glossas in dict. cap. si diligenti. & in dict. l. in criminali. videnda sunt, quæ peculiari commentario breuiter ædendo scripsimus super text. in d. ca. si diligenti. quem hoc anno. 1587. in nostra primaria iuris Pontificij Cathedra sumus hac florentissima Academia, Complutensi in numeris auditoribus interpretati multa quæ ibi ad capit. istud expectantia tradidimus.

25 Nec præfacta poena imponenda est, quando clericus citatus ad iudicium sæculare non comparuit. arg. legis quauis. ff. de in ius vocand. & in l. i. ff. ne quis cum. tenet glo. & doctores in d. l. in criminali.

Et vtrum clerici rei, qui conueniuntur coram sæcularibus magistratibus prædictis poenis sint coercendi, egregie disputat & resoluit post alios Mari Soci. in dict. capi. si diligenti. num. 25. cum sequentibus.

26 Habet equidem locum prædicta poena amissionis causæ, quando laicus conuenit clericum coram iudice sæculari, vt in auth. statuimus. C. de Episcop. & cleric. Iudex vero ipse proprio officio priuandus est, vt ibi diffinitur, & ab ecclesiæ cõmunionem arcetur. capit. 2. & ibi gloss. de foro compet. quod si causa fuerit criminalis incidit in excommunicationem cenę, vt in. 18. casu Bullæ.

Contra Ecclesias à quibus beneficia obtinet aduocati, vel procuratores existerunt.

## CAPVT, LXIII:

- 1 Clericus, qui crimen hoc commiserit proprio beneficio est priuandus.
- 2 Clericus, qui non potest contra ecclesiam, in qua beneficium habet aduocare, an prohibeatur contra eam consulere.

**P**œna huius criminis est, quod tanquam ingratus potest eiusdem ecclesiæ beneficio spoliari: vt in cap. final. de postu. in fin. Notat hoc etiam glo. in capit. Nulli. 3. quæsti. 1. Tradit etiam Lucas de Pœnna in. l. milites, in fin. de re mili. li. 2. Quod adeo procedit, quod si quis est beneficiatus in duabus ecclesijs, non potest præstare patrocinium vni contra aliam, not. glo. in cap. Si qui sunt presbyteri. 1. quæstio. 7. quod limitat eadem glo. nisi habeat administrationem in altera earum. Si vero necessitas officij quo fungitur cogat illum ad aduocandum contra ecclesiam, vt quia tutor est, vel prælatus, excusatur secundum Innocen. ibi. Vel si hoc agat prostrictè cõiunctis, vel miserabilibus personis, secundum Abb. ibi post Hosti. An autem clericus in isto casu qui prohibetur aduocare contra ecclesiam. Si in camera consulit contra eam, incurrat poenã, de qua supra. Videtur dicendum quod non, si sequimur doctrinam Bart. in l. 1. §. postulare. ff. de postu. vbi tenet quod Doct. promittentes non aduocare, possunt in camera consulere: quod ibi sequitur Alexand. in addit. & quod not. idem Bart. in. l. Paulus. §. 1. ff. delegat. videlicet quod Doct. qui non possunt esse aduocati, non dicuntur aduocare si mittunt vnam

cedu-

cedulam iudici, vel si ei locuuntur: quod refert & sequitur Præpo. in ca. Sollicitudinem. de appel. colum. 10. qui etiam allegat Ang. in dict. 4. postulare, tenentem quod prohibitus postulare, non prohibetur allegare in camera, vel in scriptis, not. etiam Ias. in l. 1. in prin. in. 3. colum. ff. de verbo. oblig. referendo Bart. vbi supra. Et Deci. in l. foeminae. nu. 11. ff. de re. iu. Sed prædictis doctrinis nõ refragantibus (saluo meliori iudicio)

**b** contrarium crederem<sup>b</sup> in casu nostro, imò quod clericus consulendo in camera, vel faciendo in scriptis allegationes iuris contra ecclesiã incurrat pœnam: quia text. in dict. capi. eam impotens fundatur ingratitude, quæ resultat ex eo quod clericus sit aduocatus vel procurator cõtra ecclesiã, in qua habet beneficiũ: quæ quidem ingratitude ita cõsistit in consulendo in camera, vt scribendo in iure contra eam, sicut si esset aduocatus: quia pari modo possunt nocere ecclesiæ consilia clerici in camera, vel allegationes iuris ab eo scriptæ: sicut si contra illam aduocatus existeret: quæ paritas rationis non sic procedit in doctrinis doctorum supra relatis.

## ANNOTATIO.

**A** Nota quod non solum in casu huius capituli prohibitum est clericis aduocati munus exercere, sed regulariter aduocationis officium illis interdictum est, cap. 1. de postulan. cap. 1. vbi Abb. not. 5. ne clerici vel monach. l. 48. ti. 6. part. 1. hoc tamen limita nonnullis modis.

Primò, vt minimè procedat pro viduis & orphanis, text. in dict. c. 1. & in c. fin. de postul.

Secundò, pro Ecclesia text. in dict. capitulo .1. Imò quod plus est hoc

religiosis licet. Pro alijs tamen minimè liceret regulari postulare pro stipendio, etiã cu. sui Abbatis, vel prælati facultate, ita Ioan. And. in c. argumentum. de regu. iu. lib. 6. quo loco scribit, non posse monachum etiam doctũ postulare, qui antè ingressum fuit aduocatus egrægius, etiam cum licetia Abbatis, etiã ad soluendũ debita monasterij magno ere alieno grauati, nec secũdum illũ refragatur, tex. in c. monachi. in. 2. 16. q. 1. Qui disponit posse monachũ, pro sui monasterij vtilitate (præstita a suo Abbate facultate) postulare, quia Io. And. in præcitato loco interpretatur illud esse. verũ de vtilitate immediata, vt si postularet pro monasterio, in litibus quas aduersus aliquos habet, nõ verò de vtilitate, quæ mediatè prouenit monasterio, quale est honorariũ aduocati. Quæ quidẽ interpretatio recipienda non est. Tũ quia iuribus supra adductis manifestè repugnat. Tũ quia si monasterij vtilitas est in causa, vt monachis postulare liceat, frequentèr maior vtilitas contingere potest, ex patrociniõ alicuius viri in iure consumatissimi, quã ex patrociniõ alicuius causę modicæ ipsius monasterij. Sic Lap. Abb. relatus à Car. & Abb. in d. c. 2. monachos suos ex suæ aduocationis lucro alquat. De inde Ioã. And. opinioni aduersatur cõmunis & recepta omniũ sententia in c. cũ I. & A. de iudi. vbi inter nostros receptũ est, monachos cũ abbatis sui licentia posse pro patrono, vel amico monasterij aduocati, vel procuratoris munus exercere, quo casu vtilitas non tangit immediatè monasteriũ. Vnde verius videtur permisum esse monacho, in causis civilibus pro alio, coram sæculari postulare, dummodo Prælati sui facultas interueniat, quæ tunc concedenda

N 2 est,

est, cum magna monasterij necessitas, vel grandis eius commoditas vel miseria alicuius, vel gratitudo ei debita, vel alia iustissima causa, arbitrio Prælati iudicanda interueniat, nõ vero cū auaritia, vel ambitio id suaserit, vt tenet nouissimè insignis Mar. Nau. in d. c. nõ dicatis. n. 99.

Tertio, licet clericis postulare, quando non lucri cupiditate, sed ex charitate, & zelo defendendę iustitię id fecerint, vt probatur à contrario sensu in cap. peruenit. 86. distinct. not. Abb. in dict. cap. 2. ne clerici vel monach. & hoc casu fieri debet, absque stipendio, vt est Host. sententia ibi quam Abb. amplectitur.

Quarto prohibitum est clericis postulare, quando generaliter, & absque delectu facerent, vnam vero vel alteram causam defendere, minimè prohibentur, ita Inno. in c. vni. de obligat. ad ratio sequitur Abb. in dict. cap. 2. ne cleri. vel monach. Alc. resp. 91. n. 4. Ab. Trot. lib. 2. de vero & perfe. cleri. cap. 54. nu. 3.

Quinto, limita in foro canonico saltem in causis Ecclesiasticis, vt in cap. 2. de post. & in capit. in nostra. de procur.

Sexto, limita nam licet non possint postulare, possunt tamen domi allegationes iuris cõficere, & consilium petentibus dare, quia hoc opus meritorium est: quod maximè clericis conuenit, vt in cap. 1. 39. dist. tradit Ripa. in capit. decernimus. de iudi. ver. tertio. & faciunt quę auctor hoc c. nu. 2. scribit.

Septimo, quod quanuis clericus dictum munus exercere nõ debeat, si tamè faciat, actus tenet: licet à parte exceptionis ope, possit repelli. tex. in dict. cap. 2. de postu. & in ca. dilecti. de arbi. & not. Abb. in dict. cap. 2. & probatur in c. non magno

opere. eo ti. ver. *Et in nulla causa.* vbi iure speciali in religiosis dispositum est, quod iudex ex officio eos non audiat, sed quod expellere teneatur.

Octauo, limita in clerico qui nõ habet beneficium, nec sacrum ordinè, quia is perindè est ac laicus, & postulare potest in causis civilibus glos. in summa. 15. quæ 2. & in ca. 1. de post. tradit Mar. Nauarr. in manu. cõfess. capi. 25. num. 100. idemque censendū existimo, in causis criminalibus, quia si rectè perpendatur eadem versatur ratio. Nec obstat irregularitatis periculum, quia sicut non tenetur ad ordinem sacrum vel beneficium suscipiendum, ita videtur nec teneri ad se abstinendum ab illo periculo. Alioqui ianè dicere oporteret, nullos iudices, aduocatos procuratores, criminales causas tractantes, qui prima sunt innitiati tonsura (cui sunt innumeri) absolui posse, in sacramentalibus confessionibus, nisi ab huiusmodi muneribus abstinuerit, ita egregiè tenet idè Nauarr. in d. cap. non dicatis. num. 99. vbi dolet hoc non addidisse in suo manuali, censet tamen eos grauitè peccare si dicta munera exercuerint, deferendo publicè tonsuram clericalem.

Nono, limita in Romana curia, in qua cõsudine receptū est, vt nõ solū suo nomine quisque clericus litiget, sed alieno, quinimò procuratoris, & aduocati munus clerici exercent, ad omnes lites quantumlibet profanas prætio ad id conducti. ita testatur Simon Maiol. de irregu. lib. 5. c. 19. num. 4.

Illud vero notatu dignū est quod si clericus in officio aduocationis coram sæculari iudice delinquerit, nec in carcerari nec ab eo puniri potest, quia cū id directè ex cõsensu eius fieri nõ possit nec indirectè delinquendo.

l. cum quid vna via. de regu. iur. in 6. ita tenet interminis D. Perez in l. 1. titu. 6. libr. 8. ordin. fol. 189. varijs & extra ordin. cogni. Abb. in rub. de posthum. num. 2. & hanc opinionem magis communem esse fateatur And. Alcia. confi. 91. num. 4.

*Contrarium crederem.* Adde quod iste dominus Præsul, solus non fuit in hac opinione, quia antè eum idè tenuerūt Ang. in l. 1. §. postulare. ff. de postul. Ioan. de Anani. in rubri. de magistris & Felin. in rub. de fide instrum. quos vide.

## Instituti hæredes, rogati de restituendo hæreditatem, in capaci tacitam fidem dederunt.

### C A P V T, LXIIII:

- 1 *Clericus, qui fidem tacitam præstitit de restituendo hæreditatem incapaci, omni hæreditatis commodo est priuandus. Hæreditasque fisco applicatur.*
- 2 *Clericus hæres quo modo dicatur accommodare testatori tacitam fidem de restituendo hæreditatem incapaci, & quibus casibus videatur inductum tacitum fidei commissum.*
- 3 *An aliquis teneatur positioni respondere, an rogatus fuerit de restituendo incapaci.*
- 4 *Hæres scriptus in animæ iudicio, an teneatur data tacita fide de restituendis bonis incapaci, illa bona ei de restituere vel ad fiscum deferre.*
- 5 *Hæres, qui hanc fidem dedit testato-*

*ri iuramento præstito de non reuelando, an teneatur vocatus à iudice, ei rem ipsam exprimere.*



Lericus, qui in hoc delinquerit perdit hæreditatē, quæ auferitur ab eo tāquā ab indigno, & applicatur ecclesiæ: <sup>a</sup> notat Bal. in l. Si quis presbyter. C. de epis. & cle. quod confirmari potest ex his, quæ not. Fel. post Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. col. 23. ver. Sequuntur etiam, vbi dicit quòd in casibus, in quibus quis priuatur vt indignus hæreditate, priuabitur & clericus: & quòd si clericus hæres non adimplet voluntatem defuncti, priuabitur hæreditate iuxta auth. Hoc amplius. C. de fidei com. & q̄ si non petit tutorē pupillo, priuabitur successione, per l. Sciant. C. de legi. hæ. Quæ etiam refert Barba. in con. 28. inc. Scripsit bellissimè in. 1. vol. in col. pen. referendo Anch. in c. 1. de const. in. 6. char. ver. Primò principaliter quæritur, facit etiam quod tradit Ioan. Baptist. in repet. l. Cunctos populos. C. de summa trin. & fide catho. in col. antep. n. 175. dū ex conclusionibus per eum præmissis dicit inferri, q̄ clerici priuātur vt indigni, iuxta ti. ff. & C. de his, qui. vt indig. Auferuntur præterea à tali clerico qui tacitam fidem dedit, fructus, quos percepit antè litem motam, vt in l. Eum qui tacitum. ff. de his quib. vt indig. Dicitur autem <sup>2</sup> tacitam fidem accommodasse, siue chirographum eò nomine dederit, siue nuda repromiserit pollicitatione. vt in l. In fraudem. in princip. ff. de his quib. vt indi. Idem etiam est si fiat instrumentum coram notario & testibus, in quorum fide ponitur vt hoc habeant in secretò. ita Barth. ibi. & in l. Non intelligitur. §.

- tacita. ff. de iure fil. Et vide glos. in dict. §. tacita, in verbo probationibus, quæ vult, quod per confessionem rogati probatur tacitum fidei commissum : quam ibi sequitur Bar. ex qua notat vnum quod est in hac materia singulare, quod tenetur quis respondere positioni, an fuerit rogatus de restituendo incapaci : quod scripsit etiam Bar. altius in l. fina. col. 3. ff. de his quib. vt indig. Et in ista materia taciti fideicommissi: vltra ea, quæ tradunt Docto. in locis communibus, vide bonum consilium Barb. 46. incip. Præclare scribitur, in. 1. volum. Possit etiam dici in hoc proposito quod cum Bart. in dict. 3. colum. dict. l. fina. tradiderit quod taliter rogatus debet secundum conscientiam
- b fisco dare b talem hereditatem, & nõ potest dare incapaci, nec sibi retinere: quem refert & sequitur Rosella in verbo filius. in. 4. colu. versi. quæro quod debet, & Segura in repet. §. cū filia. l. Cohæredi. ff. de vulg. & pup. 45. colum. versic. Tertium est notandum. Sic & eodem modo clericus tenetur restituere ecclesiæ bona illa: quod est non parui momenti. Et an iuramentum præstitum à rogato & testibus de nunquam id reuelando valeat, vide consi. elegans Car. 38.
- c qui concludit quod non, c & eum refert & sequitur Feli. in capit. intima. uit. num. 5. de testi.

A **E**cclēsia. Vide Paul. de Castro in l. si quis presbiter. C. de Episco. & cleri. Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 39. num. 9. Dida. de Segur. in l. 3. §. fi. nu. 545. ff. de li. & posth. Anto. Gom. in l. 9. Tauri. n. 29. D. Anto. de Padilla in rub. C. de fideicomm. nu. 18. Barth. Cassa. in consue. Burg. rub. 8. §. 5. n. 8. D. Co-

uar. lib. 4. Decret. 2. p. c. 8. §. 5. n. 10. Did. Perez in l. 21. versi. quæritur, vlt. terius. tit. 13. lib. 1. ordi. Bermon Co. de pub. concubinar. in verbo qui etiam filios ex tali concubinato. nu. 25. pag. 321. Grego. Lup. in l. 37. tit. 7. part. 7. in glossi. pen. quem vide. Ioann. Roxas in Epitom. successio. cap. 20. nume. 161. quæ opinio communis est & verissima. Licet contrarium quod huiusmodi bona ad fiscum Principis sæcularis pertineant, tenuit Velluga in speculo Princip. Rub. 14. §. nuc videamus. num. 24. à quo cauendum est.

B *Fisco dare.* Adde quod hanc opinionem sequutus est magnus apud Hispanos Gregor. Lopez. in l. 13. titu. 7. par. 6. Dom. Soto lib. 4. de iusti. & iure. quæst. 2. art. 1. ad quartum argu. col. 2. & nouissimè Roxas vbi supra cui opinioni manifestissima ratio suffragatur, nam nemini licet absque veri domini voluntate alienum retinere. l. nunquam nuda. l. seruus. ff. de acqui. reru domi, l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. possess. Sed in casu supra constituto non solum non interuenit domini consensus, ex quo causatur dominium, sed potius expressa interfuit voluntas, quod rogatus bona minimè retineat sed potius spurio restituat, & ea ratione cum omni dominio sit destitutus, inde sequitur, vt in animæ iudicio restitutioni sit obnoxius.

Contrariam tamen opinionem tenet insignis Couaruu. in 4. deretali. 2. part. capit. 8. §. 5. nume. 9. quo loco affirmat, quod hæres scriptus qui testatori promiserat hereditatem spurio filio restituere minimè tenetur in conscientia foro ad restitutionem, prius quam à iudice fuerit condemnatus, cum sequitur diligentissimus D. Perez in l. 22. circa mensi

finem titul. 3. lib. 1. ordina. & nouissi-  
 me idem in l. 2. titu. 15. libr. 8. ordin.  
 fo. 307. versi. ex prædictis. Ioã. Mat.  
 in l. 6. glo. 8. tit. 8. lib. 5. ordinamenti  
 noui vbi dicit, opinionem istam &  
 veriore & humaniore receptio-  
 remq; esse. Qui ea ratione mouetur,  
 quia is qui testanti promiserat inca-  
 paci hæreditatem restituere, verus est  
 hæres, & in pœnam leges hæreditatē  
 fisco deferunt, pœna autem antē sen-  
 tentiam in animæ iudicio non debe-  
 tur. iuxta glo. sententiam in cap. fra-  
 ternitatis. 12. q. 2. quam doctores cō-  
 mēdant in c. 1. de cōst. maxime Abb.  
 & Fel. idē in c. cū causam. & in c. au-  
 diuimus. de simoni. vbi Fel. & in c.  
 cū causam. de test. & in c. Reinal. co.  
 6. de testamen. & in cap. dilect. colu.  
 3. de arbi. & in cap. si egressus. de in-  
 iur. Antoni. de Butri. in cap. 1. col. 2.  
 de dolo & contu. Petrus de Anchar.  
 in reg. possessor. colum. 13. de regul.  
 iur. lib. 6. Bald. in l. qui duabus. §. do-  
 minus. ff. de condi. & demonstratio-  
 nib. & in l. iubemus. §. sanē. C. de Sa-  
 cro. Ecclesi. & in l. id quod pauperi-  
 bus. co. 4. C. de Episc. & cleri. Ioan.  
 Imo. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de  
 verb. obliga. Corne. consi. 119. lib. 2.  
 Fortun. de vltimo fine illa. 18. Sanct.  
 Thom. & Caietan. 2. 2. quæst. 62. art.  
 3. Gab. in 4. senten. distinct. 15. q. 4.  
 Ioan. Driedor. libr. 1. de liber. Christ.  
 cap. 2. articu. 3. Iacob. septim. in illis  
 eruditissimis Catho. institut. capi. 9.  
 num. 31. & glo. illam dicit sing. Cor-  
 set. in sing. in verbo pœna. Anto. Go-  
 mezi. insignis præceptor noster li. 3.  
 variarum resolu. capi. 2. num. 5. Di-  
 da. segura in l. filius dum in ciuitate.  
 nume. 15. ff. de verbo. obliga. Marti.  
 Nauar. in cap. sacerdos. num. 148. de  
 penit. distinct. 6. quam esse commu-  
 nem omnium doctorum suffragio  
 receptam sententiā fatetur Couar.

in epito. libr. 4. decretali. 2. part. cap.  
 6. §. 8. numer. 10. Ioann. à Medina.  
 in codi. de rebus restitu. rubri. de re-  
 rum diuisi. quæstion. 1. fol. 4. co-  
 lumn. 4. Didac. Perez in l. 2. titu. 9.  
 lib. 2. ord.

- Et licet in prima huius operis ædi-  
 tione, prædictam domini. Episcopi  
 Couarruu. opinionem contra auto-  
 rem nostrum secutus fuerim, nunc  
 tamen maturiori consilio contrariā  
 cum nostro D. Præsule Ioann. Ber-  
 nar. amplector innixus, ratione quā  
 supra aduxi & alijs quas cōsultō præ-  
 termitto, nec de hoc mirandum est.  
 Nam vt præclare Tullius in Philippi-  
 cis scribit posteriores cogitationes  
 solent esse sapientiores. Nec refra-  
 gatur dict. gloss. quam communis  
 sententia iam pridem recepit, quia  
 procedit in legibus illis pœnalibus,  
 quæ iudicis executionem requirunt  
 non vero quando nullum iudicis  
 actum exigunt, sed quæpiam in habi-  
 lem & incapacem reddunt, quo sanē  
 casu cum talis inhabilis & incapax  
 sit, absque aliqua iudicis sententia,  
 abstinere debet ab illo actu, vt in ca-  
 su nostro contingit. Vel aliter & se-  
 cundo responderi potest, quod præ-  
 dictæ leges non solum penales sunt,  
 sed impeditiæ translationem domi-  
 ni, vt si simoniachus, vel vsurarius  
 aliquid cum simonia vel vsura susci-  
 peret. capit. dilectus. capit. sicut. de  
 simoni. capit. cum tu. capit. consu-  
 luit. c. quia frustra. de vsur. qui qui-  
 dem simoniaci & vsurarij in foro  
 animæ, absque iudicis declaratione,  
 res per Simoniacam, vel vsurariam  
 prauitatem acquisitas restituere te-  
 nentur.

Et non solum talis rogatus, casu su-  
 pra cōstituto, tenetur hæreditaria bo-  
 na restituere, sed etiā fructus percep-  
 tos & percipiēdos. l. eū qui tacitā. ff.



de his quib. vt indig. ibi. *Fructus quos ante litem motum perceperit restituere.* l. p̄donis. ff. de peti. heredi. ibi. *P̄donis loco habetur qui fidem suam interposuit, vt restitueret hereditatem in cap. pacti.* P̄do vero tenetur restituere fructus perceptos, & percipiendos l. sed & si lege. § quod autem ait. ff. de peti. heredi. l. si de possessione. C. vn. de vi cap. grauis. de resti. spoli. l. 39. ti. 28. par. 3. Et sic ea ratione, illi qui p̄donis loco habetur, sicuti ad rei restitutionem tenetur, eodem modo ad fructus qui sunt pars rei. l. 4. ff. de usufruct.

Illud vero circa hoc summè notandum cenſeo, quod si absque aliqua lege, nulla conditione interposita, bona sua testator alicui amico reliquisset, eo animo, ductus, vt filio spurio restitueret, alias nihil ei relicturus, is iure potest ea bona retinere, ita tenet egregius Domi. Soto vbi paulò ante allegauit. Sequitur D. Perez in l. 2. tit. 15. lib. 8. ordina fol. 306. Rojas in d. cap. 20. numer. 154. Et ratio est, quia voluntas illa in animo reteta nec verbis, nec alio modo expressa, nihil operatur. l. si repetend. C. de condi. ob cau. l. si mater. C. de dona. ante nup. l. dedit tibi. §. si quis quasi. ff. de condi. caus. data non ſæcu. Tum etiam quia in tali institutione, solum interuenit quædam præſumptio, quod ob id bona amico relicta fuerint, vt spurio filio restitueret, quæ præſumptio in animæ iudicio nõ obligat. cap. tua. de spon. Innoc. in capi. q. ia plerique. in prin. de imm. Eccles. Bald. in l. cum quis. nu. 14. C. de iur. & facti igno. & in l. ea quæ, nu. 2. C. de cond. indeui. Abb. in cap. Is qui fidem, de sponsa. Dec. in cap. 1. num. 18. in prima lecti. & in. 2. num. 10. de consti. & in capitu. nouit. nume. 10. de iudi. & in Rubri. ff. de heredi. in

stit. numero. 25. Forus equidem conscientie est forus boni & æqui coniuñcti, tribunal veritatis & non fictionis, vt scribit Bald. in l. vni. nu. 6. C. de confess. & in cap. mulieri. de iur. iuran. vbi scribit, quod conscientia est quædam consonantia animæ ad Deum, ex concordia spiritus & voluntatis. Et plures alias conscientie diffinitiones tradit Iaf. in rub. ff. de acqui. possess. num. 20. & in. §. sed istæ quidem. num. 101. in sti. de actionibus.

Horum quidem bonorum restitutio tam in animæ iudicio, quam in foro conscientie ita facienda est, nõ si bona publicè contra legis prohibitionem, testator alicui relinquit, vt incapaci restituat, hoc casu venientibus ab intestato restitutio facienda est. Si vero clã & occultè, fisco restitui bona debet. nõ intelligitur. §. si quis palam. ff. de iure fisci l. intacitis. l. Lucius. §. in testamento. ff. de lega. 1. l. si quis in fraudem. ff. de his quib. vt indig. l. etiam. C. ad leg. Falc. tradit Bar. in l. fina. num. 8. C. de his quib. vt indig. & in l. 1. C. de natu. lib. glo. Bart. & docto. in l. si pater. C. de heredi. in sti. tradit Decius consi. 311. nu. 5. Card. Paleot. in tract. de nothis capi. 43. Franc. Mar. decis. 256.

*Quod non.* Adde quod hanc Car. C opinionem refert & sequitur Marti. Nauarr. in ca. inter verba. 11. quæst. 3. parte fin. cor. 65. Quæ procedit quando quis à iudice interrogatur, vel testimonium eius exigitur, præcedente infamia contra ipsum tacite si dei, alioqui si crimen occultum sit, & de poena tantum soluenda tractaretur, non vero de damni illati restitutione, non cogitur quis dicere testimonium, nulla præcedente infamia, quod si responderit, casu quo minime testimonium dicere teneatur oportet

ret respondere, vt verum dixisse constet: sic opinionem istam interpretatur insignis Couar. lib. 4. Decretali. 2. par. ca. 8. §. 5. nu. 10. sequitur Ioā. Mati. vbi supra qui vtilissimas quaestiones circa huius cap. argumētum diligenter scribit.

## Calumniatores.

### C A P V T, L X V.

- 1 *Calumniator dicitur qui falsa crimina obijcit.*
- 2 *Subcumbens in causa, punitur eadem poena, qua punitus erat accusatus.*
- 3 *Clericus calumniator qua poena punitus sit.*
- 4 *Causa iusta excusantes aliquem a calumniis, quae sint.*
- 5 *Corporalis poena, non solum infligitur de iure canonico, propter veram calumniam, sed etiam propter praesumptam.*

1 **R**emisso prius quod ille dicitur calumniator, qui falsa crimina<sup>a</sup> proponit, vt in cap. si quem. §. notandum. 2. quæst. 3. & per Ant. in rub. eiusdē tit. Et quod regulariter si succumbit in causa. punitur eadem poena,<sup>b</sup> qua veniebat punitus accusatus, vt in capi. 2. eadem causa & quæstio. & in cap. 2. §. quæ. 6. Et per Ant. & Abb. in di. rubri. Clericus calumniosus accusator priuatur officio, & verberatus publicè in exiliū mittitur. vt in c. 1. de calum. facit etiam tex. in ca. quia iuxta. §. q. 6. Aduerte tamen quod hæc non est ordinaria poena clerici calumniatoris, sed illa eadem qua punitus erat accusatus, & ideo in d. capit. 1. fuit imposita illa verberum

& exilij, quia non erat proportionabilis acufatori poena qua erat punitus accusatus, secundum Antoni. & Abb. ibi. ideo caueat iudex ne erret, credens hanc esse ordinariam poenam calumniatoris. Sed sequēdo doctrinam Anto. ibi. in. 4. nota. quatenus poena accusati congruit accusatori, eatenus est imponenda, & quatenus ei non proportionatur, alia corporalis loco eius subrogatur. Clericus tamen denunciator criminis, & in probatione deficiens ab officio & beneficio suspēditur, donec innocentiam suam purget, vt in ca. si. eo titu. Et hoc ex ratione quia denunciator dicitur improprie calumniator, qui alias similitudine supplicij puniretur secundum glo. & Anton. ibi, per quos etiam vide qualiter tunc innocentia denunciatoris purgari debeat. Et procedit dicta poena suspensionis, etiam si denunciatus intenderet poenitentiam tantum, & non poenam imponendam esse, vt per Abb. ibi, in fi. Dicitur praterea & alio tertio modo clericus calumniator, quando in personam electi vel postulati aliqua obijcit. & deficit in probatione, vt probat text. in capit. 1. de elect. in. 6. ex quo notat ibi gloss. in verbo calumniae, quod in excipiendo, accusando & denunciando dicitur quis calumniari: poenā verò, eius, qui calumniatur, hoc modo descripsit text. ibi, videlicet quod a beneficijs ecclesiasticis triennio se nouerit esse suspensum, ad quæ si intra illud tempus propria temeritate se ingesserit, eis ipso iure perpetuò sit priuatus, nisi manifestissimis constiterit documentis quod ipsum a calumniae vitio causa probabilis & sufficiens excusaret. Aduertendum autem est, quod cum ille tex. imponat poenam calumniatori obijcienti in personam electi, non

videretur extendenda ad quencūq; clericum calumniam committentem in excipiendo contra alium in alia materia, sed tunc arbitrariē puniendum existimo, eo præcipuē, quia crimina in modum exceptionis probata non sic nocent criminoso, iuxta no. in capit. 1. de exceptio. Qua autē pœna punierint antiqui Canones falsa crimina obijcientes, vide concilium Arelatenſe ſecundum in Canone. 24. vbi disponitur eos, qui falſa fratribus obieciſſe conuicti fuerint, placuit vſq; ad exitum non communicare, ſicut magna Synodus ante conſtituit, niſi indigna ſatiſſatione pœnituerint. Quæ ſint verò cauſæ iuſtæ excuſantes aliquem à calumnia, vide glo. in dict. ca. 1. de elect. in 6. in verbo ſufficiens, quæ ponit duo exempla. Et vide Bart. in l. Cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. vbi per illum text. dicit, quòd quando eſſet publica fama, excuſatur d qui fuit credulus, & accuſauit vel denunciauit aliquem de maleficio, de quo erat publica fama, & non poteſt puniri pœna quæ imponitur proponenti falſas accuſationes, & dicit ſæpius fuiſſe de facto obtentum. Idem voluit Bald. in l. ſina. C. ſi ſeruus aut liber. lib. 10. quos refert Iaſ. in prædictis & alijs locis, in l. in prin. ff. de eo per quem factum erit. An autem præſentatio vnius teſtis releuet à pœna calumniæ, vide Ana. in cap. 2. de calumnia, in 4. colum. ex quo colliges quòd releuat, niſi aliàs eſſet conſuetus calumniari & in alio caſu, quādo reus nihil probat, pro quo allegat Anto. ibi, & Bald. in l. ſina. C. de probat. Et nota quòd eadem ſentētia eſt condemnandus calumniator, qua reus abſoluendus, vt notat idē Anto. in dict. capit. in 3. nota. & Abba. in 2. nota. qui etiam addit, quòd ſi ca-

lumniator non eſt puniendus tempore ſuo, & reus fuit abſolutus, poteſt poſtea puniri ex nobili officio iudicis: quòd not. ex text. ibi, regulariter autem præſumitur calumniari, qui nullas probationes producit, niſi in caſibus not. per Anto. in d. c. 1. quos tranſcripſit Panormita. ibi. V num præterea quòd eſt notabile aduertat Iudex in hac materia, quòd non ſolū propter veram calumniam commiſſam in cauſa criminali poteſt imponi pœna corporalis de iure canonico, ſed etiam propter præſumptam calūniam in cauſa civili. Probat hoc ſingulariter text. iuncta gloſſ. ſina. in cap. ſin. de dol. & contumacia, qui non eſt alibi, ſecundum Inno. vt refert Ioan. de Ana. in capitu. 1. de calumnia, in colum. 3. Crederem tamen quòd quanuis hoc verum ſit, mitiori tamen pœna licet corporali puniendus eſt calūniator in civili, quàm in criminali cauſa.

**F**alſa crimina proponit. Adde A  
l. 1. §. 1. ff. ad ſen. conſ. Turpi. ſic M. Cicero cōtra Saluſtium inquit. *Sed eſt quedam calūnia quam vnusquisque noſtrū teſtante animo ſuo fert de eo qui falſum crimen bonis obiecit.* Laurentius Val la. 6. lib. elegan. capit. 50. *Calumniari* (inquit.) *Nihil aliud eſſe quàm cauſari.* Cuius opinionem falſam eſſe cenſet Andr. Alciat. libr. 4. de verbo. ſignif. Sed hæc tractent Grammatici apud nos vero illud ſciri oportet, quòd accuſatoreo ipſo quo propoſitam accuſationem non prouabit, præſumitur calumniari. glo. in cap. 2. in verbo, calumniādi. de calumnia, quam eſſe communem ſententiam fatentur ſcribentes ibi maximè Abb. n. 5. Mari. num. 7. Anani num. 19. Felin. num. 6. Aretin. in c. ſuper his. n. 27. in fine

in fine de accusa. apost. ad Angel. in tract. malefi. in verbo. Et ad querelā. numer. 7. Villal. in sua collect. com. opini. litera. cap. num. 2. Bossi. in tit. de accusationi. nume. 19. Iul. Clar. li. 5. recep. sent. 5. fin. quæstio. 62. versi. dixi supra. & eruditissimus Iacob. Menoch. de arbi. iud. quæst. libr. 2. cētu. 4. casu. 321. num. 4. multa; congerit Mascard. de proba. volum. 1. cōclusi. 25. Et calumniator dicitur qui semel tantum calumniosę accusauit. ex Ripę sententia, ca. 1. numero. 96. de iudi.

Nec ab hac præsumpta calumnia quis excusabitur, etiā si tempore propositę accusationis iurauit de calumnia. Ita communiter tenetur, vt fatetur Abb. in cap. calumniam. num. 4. de calumniat. eandemque opinionē communem esse fatetur Alexand. in l. properandum. §. si autem vtraq;. nume. 21. C. de iudi. Cardin. Alexan. in capit. in primis. §. de Episcop. col. 3. 2. quæstio. 1. & communis practica eam obseruat, vt fatetur Salicet. in l. qui crimen. num. 14. C. qui accusat. non poss.

**B** *Eadem pœna.* Adde quod cum tallionis pœna antiquata sit hodię calumniator extra ordinem iudicis arbitrio punitur. Bald. in l. Athletas. §. calumniator. numer. 6. ff. de his qui not infam. Abb. in cap. 1. in fine vbi Feli. num. 1. de calumnia. Hippol. in l. quæstionis modum. num. 52. ff. de quæstio. Bossi. in tract. delictor. tit. de accusationi. num. 17. & titu. de calumniato. num. 8. D. Præsul Couarr. libr. 2. vari. resolu. cap. 9. nu. 1. And. Alcia. lib. 9. parerg. iur. cap. 8. sic hodie concilio prouinciali Toleta. celebrato anno Domini, 1565. act. 2. c. 12. diffinitū est, quod si fiscalis apud iudicem ecclesiasticum temerę aliquę accusasse constiterit, non solum ex-

pensarum solutione, sed alia pœna iudicis arbitrio propter accusationis temerarię calumniam puniendus est. Et de varijs calumniantium pœnis lege Iacob. Menoch. dicto libr. de arbi. iud. quæstio. quæst. 2. centu. 4. casu. 322. & Regiam l. 5. titu. 1. par. 7. & ibi Gregor. in verbo. *Tal malicia.* & l. 27. & l. fin. tit. 17. part. 3. & ibi eundem Gregor.

Illud autem non est prætermittendum, quod scribit Domin. Soto. lib. 5. de iusti. & iur. quæstio. 5. artic. 4. hanc tallionis pœnam contra calumniatores diuino iure probari, Exod. 21. & Deuter. 20. quod eleganter ipse de more explicat. Aristo. vero lib. 6. Polit. cap. 5. asseuerat. in benę instituta rep. grauius calumniatores puniendos esse, quoniam non populares in iudiciū vocare consueuerunt, sed nobiles. Vnde Demostenes in oratione contra Astrolog. calumniatores crudeles appellat, ipsos quoque veluti Viperinam habentes naturam puniendos esse, & vsque ad radices esse pœnitus extirpandum ex republica hoc genus hominum calumniatorum veluti hostium naturę, prudenter admonet. Erat equidem olim Lex Memmia contra calumniatores inuenta, vt ait Cicero, pro sexto Roscio, ne liceret in iudicio legibus aut Magestate populari abuti ad quæstū & libidinem & ita accusare, vel id obijcere quod planum facere, nō modo non possis verū ne coneris: sunt equidem calumniatores seuerissimis pœnis pleētendi. Et ideo non immeritō Angesilaus seuerius calumniantes quam fures prosequeretur, quod adnotauit doctissimus Nicol. Anto. Grau. in anno. ad practi. Octauiani Vestr. lib. 6. cap. vltim. nu. 22. Apud Romanos verō aliquando calumniatores ab vrbe eijciebantur, vt autor

*Not. de varijs calumni. pœnis.*

est

est Cornelius Tacitus libr. 5. annali. Et lex antiqua Vuisigotorum aduersus calumniatores tallionis pœnam statuit, vt qui accusauit innocentem pœnam suscipiat quam pateretur accusatus si de crimine fuisset cõuictus, vt in l. 5. ti. de iudi. furti lib. 7. C. Vuisigothorũ. Ex lege vero Charundæ in calũnia deprehensi mirtho coronati per vrbem circũferebantur erat sanẽ apud eos inominiosa pœna mirtho coronari, vt refert Diodorus Siculus li. 12. Biblio. Cum Iulius Cæsar puniret seditionem iuxta Placentiam ab exercitu suo commissam & cum inter seditiosos quidam qui nihil peccasset ductus ad eum fuisset Cæsar ductorem quòd illũ accusasset eius loco interfici mandauit, vt refert Appi. Alexand. lib. 2. de bello. ciui. Et in huius tanti criminis detestationem, non vulgariter conducit quod legitur. Esthær. capi. 8. Aman calumniatorem laqueo fuisse suspensum, ob eã causam quia Mardocheũ innocentem suspendi calumniõse totis viribus intenderat.

**C** *Causa iuxta.* Vide decem causas propter quas acufator excusatur à calumnia, quas diligentissimẽ de more scribit Iacob. Menochi. de arbitrar. iudi. quæstioni. libr. 2. centuari. 4. Circa quod prætermittendum non est, quod licet calumniator ob dictas causas excusetur, vt non teneatur similitudine suplici, vel alia pœna quæ in locum illius sit subrogata, non tamen excusatur, quin iniuriarũ actio ne possit conueniri, ita multis probat Soci. Senen. consi. 118. column. vltim. lib. 1. Menoch. qui alios allegat dict. num. 33. sicut nec excusatur, ab expensarum condemnatione, vt scribit Abb. consi. 78. in fine lib. 1. Bosi.

in tract. caus. crimi. titu. de accusa. n. 28. qui hoc declarat, nisi magna & plusquam iusta esset causa.

*Excusatur.* Adde Guid. Pap. de D  
cisiõ. 446. num. 1. Mattheu. de Afflict. in prima par. consti. rub. 23. nu. 11. quam opinionem communem esse fatentur eam sequuti Abb. dicto. consil. 78. num. 1. Practic. Conrad. fol. 231. num. 17. Iul. Clar. lib. 5. recepta. senten. §. fina. quæstion. 62. ver. sed. pone.

*A pœna calumnie.* Adde Specul. ti. E  
de calumni. in fine Felin. in capit. 2. not. 3. de calum. Iacob. Menoch. vbi paulò antè allegaui quem vide.

*Qua reus absolendus.* Nota tamen F  
utiliter, nẽ in practica erres, quod licet calumniator possit eadem sententia condemnari, qua reus absolui, in ordine tamen procedendi, sententia absolutoria præcedere debet, & postea successiuẽ non diuertendo ad alia, accusator de calumnia condemnandus est, ita communiter receptũ est, vt fatetur Sali. in l. 1. num. 3. C. de calumni. Et receptissima practica est, quod iudex prius quam accusatori terminum statuatur, vt se defendat, alleget, & probet causas, propter quas non debeat de calumnia condemnari, quando verò nihil allegauerit & probauerit, eadem sententia debet condemnari ita Bart. in l. Athletas §. calumniator. nume. 6. ff. de his qui not. infam. si vero iudex non statuto dicto termino, accusatorem condemnauerit, in sindicatu tenetur, & condignis pœnis est plectendus, vt scribit Ang. in tract. malefi in verbo. Et ad querellam. nu. 7. quem refert & sequitur Iuli. Clarus multis nominibus clarissimius dict. quæstion. 62. versic. sed quero.

Maledici.

## Maledici.

## CAPVT, LXVI.

- 1 Clericus Maledicus veniam postulare Cogitur.
- 2 Clericus, qui in Romanum Pontificē linguam laxauerit, iudicis dicis arbitrio est puniendus.
- 3 Pœna text. in capit. fœlicis, de pœnis, lib. 6. an locum habeat contra illū, qui contumeliosa verba contra Cardinalem protulerit.
- 4 Religiosi, qui sermonibus suis prelati ecclesiarum detrahunt, qua pœna sit puniendi.
- 5 Clericus murmurans qua pœna sit puniendus.
- 6 Contra Clericum, qui aliquem diffamauit iniuriarū actione, agitur: qui si condemnatus fuit, infamis efficitur.
- 7 Clericus iniurius an palinodiam recitare teneatur.



**C**lericus maledicus maxime in sacerdotibus cogatur ad postulandum veniam, & si noluerit, degradetur, nec vnquam absq; satisfactione ad officium reuocetur. Ita placuit patribus Carthag. Concilij. 4. vt habetur in c. clericus maledicus 46. di. Si autem clericus verba aliqua in depreſsione officij & beneficij Romani Pontificis protulerit, tunc text. in capi. 1. de maledi. præcipit illum à temeritate tali compescendum per iudicem nulla pœna declarata, ex quo videtur illum reliquisse arbitrio suo: cum enim verba, quæ maledici dicere possent in detrimentum Romani Pontificis & sedis Apostolicę essent varia & non æqualis grauitatis & culpę, merito non potuit certa pœ-

na declarari. Iudex ergo consideratis qualitatibus personæ, verborum, & loci, & alijs quę in arbitrarijs consideranda veniunt, clericum in hoc delinquentem puniri debet, dum tamē aduertat, quod si verba clerici contra Romanam sedem prolata habent in se speciem hæresis, puta si dixerit Papam non posse concedere canones, tunc punire debet illum tanquam hæreticum, vt notat Ioan. de Anan. ibi, in colum. 2. in prin. allegando gloss. nota. in cap. generali. in versi. Inhibemus. de elect. libr. 6. quæ licet hoc in terminis non dicat, tamen optimè facit in argumentum. Pro quo faciūt notata per Felin. in cap. 1. de consti. column. 3. Et quanuis idem Ioan. de Ana. vbi supra. an. 3. column. audeat affirmare quod pœna text. in cap. fœlicis, de pœnis, libr. 6. habeat locum contra illum, qui contra Cardinalem verba iniuriosa protulit, motus principaliter, quia dictus text. punit percutientem Cardinalem: & verbū perensio comprehendit verbalem percussione, secundum Bart. in loco per eum allegato. Et motus etiam ex eo quod dispositio dicti text. est inducta principaliter fauore Ecclesię Romanæ, & pro ipsius quiete, & ideo potest extendi, licet sit facta in odium delinquentium. Hoc tamen non videtur mihi, salua eius autoritate, posse iure sustineri: nam licet verum sit quod verbum percutere comprehendat verbalem iniuriam: quis audebit ex hoc inferre, quod pœna grauis imposita percutienti comprehendat verbis iniuriam inferentem? Quantò minus credendum est Romanum Pontificem, qui tot & tam graues pœnas infixit in sequentibus hostiliter, vel percutientibus Cardinalem, voluisse eas omnes pati illū qui solum verbis quantumuis contumelios-

meliosis Cardinalem offenderit: cū  
 verbalis iniuria quantumuis grauis  
 Cardinalibus illata, mitioribus pœ-  
 nis & satis condignis possit sufficie-  
 4 ter emendari. Religiosi autem qui in  
 sermonibus suis p̄latis ecclesiarum  
 detrahunt, per duos menses subiace-  
 re debent illis pœnis, quæ secundum  
 eorum regulam vel statuta pro graui-  
 bus criminibus seu culpis, eis consue-  
 uerunt imponi: super quibus absque  
 manifesta necessitate cum eis nō va-  
 let dispensari, vt statutum est in Con-  
 cilio Viennensi, de quo in Clement.  
 1. in. 8. Quibus, de priuileg. Clericus  
 5 verò, qui murmurat, alienus sit à fra-  
 trum vnitate, & opus eius abiicia-  
 tur: itaq; iuxta mensuram operis in  
 hoc peccans sacerdotis iudicio pœ-  
 niteat. ita cautum est in. 8. synodo,  
 Gratiano referente in capit. Alienus  
 6 90. distinct. Si tamen clericus aliquē  
 iniuriosis verbis diffamauit, poterit  
 ille contra ipsum clericū agere actio-  
 ne iniuriarum, & si fuerit condem-  
 natus, efficitur infamis: vt probat  
 text. & ibi notat Abb. in capit. Cum  
 titu. de re iudic. qui dicit illum text.  
 procedere etiam in clerico, secundū  
 vnum intellectum: quod procedit si-  
 uē agatur contra eum criminaliter, si  
 uē ciuilitur: quia vtroque modo dam-  
 natus actione iniuriarum incurrit  
 infamiam, vt concludit Abb. ibi, in.  
 1. colum. post gloss. ibi, licet glos. con-  
 trarium senserit in cap. At si clerici.  
 de iudi. Et si uē verum dixerit, si uē fal-  
 sum, quandō id facit animo iniurian-  
 di & sine causa, nihilominus tenetur  
 b actione iniuriarum, b cōcludit Abb.  
 in dict. capit. Cum tit. in fin. eolum.  
 post plures per eum relatas opinio-  
 nes, & ponit etiā addi. Bart. quæ plu-  
 res doctores refert in l. 3. in princip.  
 ff. de lib. & posthum. in addi. incip.  
 7 Pro statuto. Crederem præterea in

his regnis Castellæ & Legionis pos-  
 se clericum condemnari ad peticio-  
 nem iniuriati, ad hoc vt in presen-  
 tia iudicis & bonorum hominum di-  
 cat se metitum<sup>c</sup> fuisse, quum ita cau-  
 tum sit, & seruari soleat in laicis, per  
 l. 2. titu. 3. li. 4. fol. 50. quæ lex & si.  
 posset dici clericos non comprehen-  
 dere: tamen ex æquitate quadam vi-  
 detur quod Iudex ecclesiasticus pos-  
 sit imitari illam, cuius arbitrio pœna  
 in hoc casu relicta est, præcipue attē-  
 ta doctrina Doctoris de Pala. Ruui.  
 in Repe. rub. de donat. in tit. vir &  
 vxor, in column. 5. vbi post Didacū  
 de Viladiego Doctorem etiam His-  
 panum in loco per eum relato tradi-  
 dit quod deficiente iure canonico re-  
 currendum est ad iura & consuetudi-  
 nes regni non autem ad iura Impera-  
 torum vel Iurisconsultorum. Et licet  
 Præpos. in cap. Consuetudo. 1. dist.  
 in. 3. colum. & Petrus de Reuenna in  
 Alphabeto aureo, in allegationibus  
 in materia consuetudinum, in prin.  
 in. 5. column. ad final. teneant cōtra-  
 rium, & sic quod in Hispania iudex  
 ecclesiasticus potius debeat iudicare  
 secundum leges Imperiales, quàm se-  
 cundum leges Regni: tamen hanc  
 meam conclusionem corroborat opi-  
 nio Præpos. ibi, dum tenet, quod de-  
 ficientibus iure canonico & ciuili, re-  
 currēdum est ad ius municipale, vel,  
 ad particularem loci cōsuetudinem,  
 vt accidit in casu nostro, in quo le-  
 ges ciuiles deficiunt, nihil prouiden-  
 tes in hoc casu, pro vt est specialiter  
 prouisum per legem regni. pro qua  
 etiam opinione meā, facit doctrina  
 Abb. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de  
 consti. colum. 5. videlicet, quod vbi  
 lex esset fundata super ratione natu-  
 rali, potest Iudex ecclesiasticus illam  
 seruare non ratione legis, sed ratio-  
 ne naturali. Sed quis dubitat quod  
 iultū

iustum sit, & rationi naturali congruum, quòd clericus, qui falsum crimem alicui imposuit, ex quo læsa est fama illius, dicat se mentitum esse, vt per hoc fama illi restituatur, maximè cum ad hoc teneatur tanquam Christianus, & ad id à confessore, etiam non petente iniuriato, cogendus sit. Quod tamen procedere posset, quãdo conuictum esset falsum, quia tunc verum esse conuicentem mentitum fuisse: & tali casu illa est prior satisfactio, quæ præstari potest iniuriato, neque ex eo refutanda est: quia videtur illã satisfactione facientem infamem, effici, quum iam ex ipsa condensatione, etiam si non damnetur ad verborum retractationem, infamis remaneat, neq; enim Iudex vt pius sit iniurianti, crudelis debet esse iniuriato, qui tali modo honori suo satisfieri petit: cum aliàs si in sola pecuniarum pœna, vel alia condemnaretur, semper crederent aut saltem suspicarentur illi, qui verba iniuriosa audierunt, illum dixisse verum, nisi eum se retractantem, & palinodiam decantantem audierint.

**R**otulerit Adde Felin. qui hanc Ananiz opinionem approbat. in cap. non dubium. de senten. excomm. eam tamen reprehendit autorem nostrum sequutus. Insignis D. Didacus Couarruu. lib. 1. variar. resolu. ca. 11. num. 5. vbi scribit quod cum anno Domini 1543. Salmantica interpretaretur. text in cap. nuper. de senten. excommu. Ananiz opinionem publicè impugnavit prout ibi falsam esse demonstrat, & Petrus Plaça lib. 1. Epit. delictor. cap. 2. num. 28. Et contra Ananiz opinionem ad stipulatur quod scribit Aymon consil. 6. colum. 2. minimè esse crimen læse ma-

iestatis in Principem verba iniuriosa, dicere diuersa quidem hæc sunt, cum à Iustiniano Imperatore diuersis titulis explicentur. C. ad leg. Iuli. maiesta. & C. si qui Imper. maledixe. quo quidem argumeto doctores sæpè. vti solent. Oldral. consi. 210. colu. 1. Abb. consi. 57. colum. 3. lib. 1. Hieroni. Gig. in tract. de crimi. læse maiest. pag. 28. quæstio. 4. Didac. Perez in l. 3. titu. 8. libr. 8. ordin. in verbo, *Tales cosas.*

*Efficitur infamis.* Adde quod hæc **C** opinionem communem esse fatetur eam sequuti Felin. in cap. cum te. nu. 9. de reiudi. Corset. in tracta. de minimis. 2. parte ver. 26. Pract. Conradi. fol. 408. num. 21. Iul. Clar. libr. 5. rescep. senten. 8. iniuriam. versi. Item condemnatus. nouissimè Ioan. Martinez de Olano (vir admodum diligens) in concordi. antinomi. iuris comm. & Regij in literal. nu. 9. qui omnes fatentur inter doctores receptum esse, iniuriarum actione de iure communi condemnatum, infamiz nota affici etiam si iniuria sit læuis qua in re lapsi sunt Villalo. Hispanus in li. commu. opinio. in parte iniuriarum actione. & Petrus Auenda. in dictio. na. ll. regni in verbo, *Atroces*, & dictæ communi sententiz suffragatur Regia. l. 5. titu. 6. parti. 7. l. 1. titu. 9. ead. par.

*Tenetur actione iniuriarum.* Adde **B** quod opinionem istam communem esse fatetur Curti. Junio. in l. fin. nu. 30. ff. quod quisq; iur. Tu vero dic, quod si delictum quod detegitur Reipublicæ expedit quod detegatur tunc nullæ pœne locus est, si vero non expediat reipublicè, tunc qui crimen reuelat, vel defectum obijcet, pro modo culpæ est animaduertendus, ita Bar. in l. cum qui nocentem. in prin. ff. de iniuri. quam opinionem communem



Inter-  
prata-  
tur Re-  
gia lex  
prima,  
titu. 9.  
par. 7.

munem esse fatetur Alexan. in l. 3. in prin. num. 6. ff. de lib. & posth. Villa lo. in collect. comm. opini. litera A. num. 29. Plaça in Epito. delictor. ca. 1. num. 3. Iuli. Cla. lib. 5. rescepit. Sent. 4. iniuriam. versi. Item quaero. Regia tamen. l. 1. tit. 9. par. 7. nullo modo admittere videtur supradictam distinctionem, nã expressè diffiniuit, quod si quis veram iniuriã alteri intulerit, licet non intersit Reipublicæ notam fieri, & licet nocendi & iniuriandi animo obijcerit, actione iniuriarum nõ tenetur. Sic æquidem ex lege illa colligitur cum dicit. *Pero si aquel que deshonorasse à otro por tales palabras o por otras semejantes de aquellas se otorgasse, y quisiese demostrar q̄ es verdad a quel mal que le dixo del no cae en pena ninguna si lo probasse.* Idẽque melius ex illius legis ratione deducitur cũ dicit, *esto es por dos razones la primera es, porque dixo verdad, la segunda es porque los fazedores del mal se recelẽ de lo fazer por el afrenta y por el escarnio que rescibiran del.* Sic legem illam interpretatur noster Gregori. integritate vitæ, & bonis omnibus commendandus. ibi in glo. incip. *Que es verdad,* verum D. Præsul Couarr. lib. 1. vari. resolu. cap. 11. num. 6. existimat ab iniuriarum actione illum liberum non esse, qui in iudicio, vel extra iudicium, propriæ vindictæ causa, conuitium aliquod alicui dixerit, non vt ei vel Reipublicæ consulat, licet verum crimen obijciat, & Reipublicæ manifestum fieri intersit. Idem sequitur Petrus Plaça vbi paulò ante allegauit nume. 7. Dida. Perez qui expressè reprehendit Grego. in rub. tit. 9. lib. 8. ordi. versi. aut delictum. & hæc opinio in contrauerfis forensibus recepta est, & meritò vt ansa obijciendi crimina, iniquo animo omnino tollatur. Licet Regia d. lex pluri-

um refragetur.

Illud æquidem expeditissimum est iure Pontifice, o supradictã cõmunẽ distinctionem non esse admittendam, cum eo iure minimè excusetur qui iniuriosa verba in alium protulerit, licet vera sint: cum prius charitativa monitio præcedere debeat. Ita Doctores communi consensu receptum fatetur, Alexan. de Nouo confi. 82. num. 5. in fine Iul. Clarus in li. 5. recept. sent. 9. iniuriam. versi. Itẽ quaero. in fine quæ doctrina celebris est, & in tribunalibus Ecclesiasticis non vulgaritè notãda: vide etiam al qua lectu non indigna quæ circa dictam Bar. distinctionem scripsi in meis annotationibus ad istum dominum Episcopum in reg. & fallen. reg. 784 incip. veritas conuitij.

*Sementitum.* Adde quod opinionem contrariam tenuit Boeri. confi. 4. num. 40. Dida. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordina. idem in l. 3. versi. de maledico. tit. 8. hb. 8. ordina. Petrus Plaça in epito. delict. lib. 1. cap. 1. nu. 24. D. Anto. de Padilla in l. quanuis. n. 9. C. de iuris & facti ignor. qui omnes authorem nostrum reprehendunt & meritò mea sentetia, quia clericus ob tale crimen habet à iure canonico pœnam statutam, vt veniã ab aduersario petere cogatur, vt in capi. clericus maledicus. 46. dist. igitur illa pœna clerici à suis prælatis puniri debet non equidem oportet vt ex alienis tribunalibus, extraordinariis & crudeles nimis pœnas reportent. Quam etiam sententiam non mediocriter adiubat, quia sicut nobilis nõ tenetur palinodiam recantare, pari ratione, nec sacris ordinibus insignitus, quia priuilegium militis sæcularis ad militem cœlestis militiæ extenditur. iuxta glo. sententiam in l. miles. ff. de re iudi. & quanuis Oldrald. & Albe-

C  
Cleri-  
cus, an  
teneat  
turpali  
notiã,  
recanti-  
tare.

illius

illius opinioni contradicant, nec seruari eam Paul. de Castro affirmet: eã tamen sequitur ibi Bart. numer. 3. & communem esse testantur eã sequuti Alexand. nume. 3. Ripa. nume. 5. idem quoque voluit glos. in cap. studeat. 50. distinctio. & harum glosarum opinionem præter ordinarios interpretes, communem esse testantur Ioann. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 37. nume. 16. Guil. Maineri. in l. in omnibus causis id obseruatur. num. 13. ff. de regul. iuris Gom. in prin. Insti. de actioni. num. 65. Bello. in Rubr. Insti. de testam. num. 4. Couarruu. lib. 2. varia. resolu. cap. 1. num. 9. atque iuxta eorum opinionem iudicauit olim Capel. Tholosæ. decis. 245. esset sanè satis iniquum, quod miles secularis militiæ, hoc priuilegio frueretur, nõ verò miles cęlestis militiæ, cum non solum huius dignitas illius dignitatem superet, verum Regalem quoque peruincat. cap. duo sunt quippe. 96. distinct. & quanta differentia est inter Solem & Lunam, tanta est aut certè maior, inter Imperium & Sacerdotium. capit. solite. de maiori. & obe. idque latissimè prouaui in mea adolescentia in illius text. relectione, quam de huius Complutensis Achademix more publicè feci, pro obtinendo gradu licentiæ in sacro iure canonico anno Domini. 1559. & ætatis nostræ vigessimo primò quo sacratissimorum decretorum cathedram obtinui die verò vndecima mensis Februarij. Quanuis non desunt multi viri nostræ classis, & non infimi nominis, qui constanter asserant, quòd nobilis quem vulgo *Hijo dalgo*. appellamus, teneatur etiã iure Regio recantare palinodiam, inter quos non infimum locum ob-

*Nobilis non recantat palinodiam.*

tinet egrægius Aduocatus Petrus Nun. de Auendan. de mãda. Reg. Hispan. 1. part. c. 20. nu. 6. & Otalora in tractat. de nobilita. 5. part. capit. vltim. Tametsi in his Regnis longè aliter receptum sit, cum nobilis minimè teneatur obiectum conuicium retractare, sed soluendo quingetos solidos liberatur. vt Testatur Otalora vbi supra, quæ praxis earatione fulcitur, quia pœna l. 2. titul. 3. libr. 4. for. & l. 2. titul. 9. libr. 8. ordin. & l. 70. in curijs Segouix celebratis anno. 1532. quòd qui intulit iniuriam teneatur palinodiam recantare, ignominiosa pœna est: qua quidem nobiles puniendi non sunt secundum Fulgon. consil. 167. quem refert & sequitur Couarruu. lib. 2. variar. resolut. capit. 9. numer. 4. Thom. Gramma. decis. 32. numer. 1. & lege de hoc latissimè Andr. Tiraquel. in tractat. de nobilitat. capitul. 20. & in tractat. de pœnis caus. 31. Hodie verò cessat omnis disputatio, cum Regia constitutione hoc sit diffinitum nempè l. 2. titul. 10. libr. 8. ordina. noui. ibi. *Y si fuere hijo dalgo, no sea condenado à que se desdiga por ello, y pague quinientos sueldos, y por ellos dos mil maravedis, la mitad para nuestra camara, y la otra mitad para el quere-lloso, y de mas desto el juez le ponga la mas pena que le pareciere segun la qualidad de las personas, y de las palabras.*

Ex quibus manifestè constat, auctorem nostrum fuisse alucinatum, cum tenuerit: clericum pœna dict. l. Fori. & ordin. puniendum esse, sequor equidem illorum autorum sententiam, quos in huius annotationis principio allegaui, quam

O. semper

*D. Sandoval*  
*lan da*  
*tur.*  
 semper in controuersijs forensibus receptam vidi eamque primus omnium Salmanticae publicè olim legendo: sequutus fuit insignis & magni nominis præceptor meus Doctor Guterrius Diaz de Sandoval & Nogerol, Sacrorum canonum professor primarius cuius anima iam ad superos euolauit.

## Venatores.

### C A P V T, L X V I I :

- 1 *Presbyter vel diaconus, qui venationem sæpius exercuerint, qua pœna puniantur.*
- 2 *Subdiaconus autem, hoc delictum perpetrans, qua pœna dignus sit.*
- 3 *Quid autem si alij clerici in minoribus constituti in hoc deliquerint.*
- 4 *Monitio an requiratur ad incurrendam pœnam, in hoc crimine iure Pontificio statutam.*
- 5 *Clericis adeo venatio prohibita est, quod huic prohibitioni per contrariam consuetudinem non potest præscribi.*
- 6 *Clerici, sanitatis, vel recreationis causa, venationibus vti non prohibetur.*

**P**RESBYTER in voluptate venandi sæpius detentus suspèditur duobus mensibus. Diaconus verò ab omni officio suspèditur: a vt in capit. 1. de cleric. vena. quæ pœna habuit originem à Concilio Aurelianen. de quo in capit. Episcopum. 34. distinctio. Qui tamen text. est in Concilio Agathen. Canone. 55. qui incipit: Episcopis, & non inuenitur in Concilio Aurelianensi. Et

aduerte quòd dicta suspensio presbyteri debet esse ab omni officio, sicut & suspensio diaconi, secundum Abb. in dict. capit. 1. in fin. post Ioann. Andr. licet text. hoc ita clare non dicat. Et nota magnam differentiam inter pœnam presbyteri & diaconi, de qua hic: nam cum presbytero ( cum sit præfinitum tempus suspensionis ) non dispensabitur, cum diacono autem intra duos dies, vel tres, vel quando placuerit, poterit episcopus dispensare, secundum. Henric. in dict. capit. 1. circa fin. & Ioann. de Ana. in. 4. column. ad fin. post Hostien. in summa, eo titul. §. fin. Sub diaconus prætereà hoc delictum perpetrans eadem pœna, qua & diaconus, puniendus est, secundum gloss. in dict. capit. 1. quòd etiam tenent Hostien. & Henric. vbi supra. Quid autem si alij clerici in minoribus constituti in hoc deliquerint? Ioann. Andr. post Hostien. in dict. capit. 1. dicit quòd puniuntur arbitrariè, b ex quo pœna non est statuta per text. in capit. de causis, de offic. delega. quod sequitur Henric. ibi, & voluit Hostien. in summa eiusdem titul. in. §. fin. quorum opinionem videtur magis sequi Ana. in dict. capit. 1. in fin. verbis, dum dicit: considerandum quòd venatio est prohibita clericis in minoribus, per cap. 2. eo tit, Anto. tamen in dict. cap. 1. credit quòd hoc non sit clericis in minoribus prohibitum per quòd videtur tenere quod propter hoc non sunt puniendi. vnde Abb. ibi, pro concordia dicit, quòd aut omiserunt tonsuram, & tenentur aliàs secus. Et allegat Cle. 2. de vit. & hon. cle. in verbo, Et si tonsurā. Sed ego credo quòd opinio Host. Ioan. Andr. & Henr. sit verior, & quòd concordia.

cordia. Abb. quam subdictis breui-  
 bus verbis tradit, non procedat: nam  
 videtur velle, quòd si dicti clerici in  
 minoribus tonsurā omiserunt, & in  
 hoc venationis delicto delinquerūt,  
 quòd tunc puniendi sunt: alias, hoc  
 est, si non dimissa tōsura sunt, quòd  
 tunc non tenentur aliqua pœna. In  
 hoc secundo membro videtur assen-  
 tiri opinioni Anton. Sed salua eius  
 autoritate hæc concordia non vide-  
 tur bona: quia si actus venationis cle-  
 ricis in minoribus est licitus, omis-  
 sio tonsuræ non debet eum facere il-  
 licitum: & tunc magis puniendus est  
 talis clericus propter omissam tonsu-  
 ram, quam propter venandi delictū:  
 & tex. in Clemen. 2. per eum addu-  
 ctus non suffragatur eius opinioni,  
 quin potius videtur contra illam vr-  
 gere: quia ibi clerici in minoribus  
 puniuntur si simul cum tonsura de-  
 ferant vestes virgatas vel partitas,  
 quasi magis delinquat clericus, qui  
 tonsuram deferens, rem facit indecen-  
 tem clericali ordini, quam si illam fa-  
 cit tonsura neglecta. Vnde si in casu  
 nostro de tonsura esset habenda ra-  
 tio, magis puniendus esset, argumē-  
 to dictæ Clement. clericus tonsuram  
 deferens, & venationi vacans, quam  
 si illa deposita hoc ageret: cuius fortè  
 ratio posset esse, quia clericus tonsu-  
 ram deferens, & prohibitis vesti-  
 bus vtens, vel venationi intendens  
 magis offendit clericalem ordinem,  
 quam si vt laicus incedens hoc amit-  
 tat. Quippè cum clericus, qui cūctis  
 apparet clericus, magis populum scā-  
 dalizat, si rem illicitam faciat, quam a-  
 lias: quia tunc qui illum non cognos-  
 cunt, eum laicum & non clericum re-  
 putant, & sic non iudicant illum fa-  
 cere rem prohibitam nec inhonestā.  
 Præterea in hoc proposito notant  
 vnum quod esset magni effectus, si

verum Hostien. in dict. §. fina. &  
 Henric. & Ana. in dict. cap. 1. quòd  
 in omnibus supra dictis monitio  
 trina debet præcedere vindictam,  
 per text. in capit. Indignè. 12. quæst.  
 2. qui tamen text. iudicio meo hoc  
 non probat, quia nihil de trina mo-  
 nitione dicit: & licet in casu, quo  
 loquitur, disponat quòd debet esse  
 tanta prouisio, quòd vindictam ad  
 monitio præcedat, non sequitur  
 quòd debet monitio præcedere in ca-  
 su nostro & trina. Præterea, eorum  
 opinioni in hoc aduersatur aurea il-  
 la doctrina Innoc. in capit. Extirpan-  
 dæ. antè fin. de præben. quam cele-  
 brant Docto. plures à me relati in  
 regula mea. 298. incip. Moni-  
 tio, in qua tradidi, quòd quando  
 lex loquitur affirmatiuè, non requi-  
 ritur monitio ad incurrendam pœ-  
 nam. Cum ergo tex. in dict. cap. 1.  
 loquatur affirmatiuè, & statuat præ-  
 byterum vel diaconum sæpius de-  
 tentum in voluptate venandi, sus-  
 pendendum: ergo nõ requiritur mo-  
 nitio (salua dictorum patrum auto-  
 ritate) eo maximè, quia si hoc sci-  
 rent clerici (attendentes nisi moni-  
 tione præmissa non esse puniendos)  
 non desisterent à venationibus, il-  
 lam expectantes. Fateor tamen quòd  
 in isto proposito multum operare-  
 tur monitio, nam si clericus moni-  
 tus cessare noluerit à venatione, po-  
 terit deponi, nõ propter venationē,  
 sed propter inobedientiā, vt expref-  
 se firmat Arch. per tex. ibi. in. c. Quo-  
 rundā. 34. dist. quæ refert & sequitur  
 Ana. in d. c. 1. Et notat etiā Præp. se-  
 quendo Archi. in. d. c. Quorundam.  
 Præterea in hoc aduertēdū est, quòd  
 adeò clericis est prohibita venatio, q̄  
 huic prohibitioni non potest præ-  
 scribi per cōtrariā cōsuetudinem, vt  
 per Hostiē. quem alij sequuntur, in

cap. 2. de cle. vena. vt refert & fequitur Ana. ibi in. 2. colu. & vide Abb. in dict. cap. 1. & præpo. in dict. capi. Episcopum, qui ponderant illa verba: *Sapius detentus*: & dicunt quod si rarissimè causa sanitatis, recreationis, vel recuperandi appetitum, venationibus vteretur clericus, non esset prohibitum, & nec quando causa necessitatis hoc fecisset, puta pro carnibus vel pollibus habendis, quas de facili habere non posset, vel quando fructus sui consisterent in venationibus, pro vt dicitur esse in Gallia. Aliqua etiã ex prædictis tenet Ana. in dict. cap. 1. column. 2. de cleric. vena. Et vide Arch. d. in summa. 34. di. & melius in capi. Qui venatoribus. 86. distincti. vbi recreationis & necessitatis causa licitam dicit clericis venationem, quod etiam tenet Syluest. in sua summa, in verbo Venatio. De causa verò necessitatis potest poni optimum exemplum, quod ponunt Hostien. & Ana. in dict. capit. 1. videlicet, si apri, vrsi, vel alię feræ veniunt vastare segetes vel vineas clericorum. Et vide Card. in Clem. Ne in agro. 6. porro. 2. de stat. monac. vbi referendo Innoc. in cap. dudum. el. 2. de elect. Idem dicit de causa recreationis, c. qui prius asserit quod ponere laqueos & retia sine strepitu & clamore, & canibus licet clericis: allegat tex. in ca. Nunquam, de consecrat. distinct. 5. & idem tenet Ana. in Rubr. cleric. vena. in. 1. colum. referendo Paul. in dict. 6. Porro, quod etiam notat Præp. in cap. 1. 34. distinct. & Platea in. l. Venatoribus. C. de excusa. mune. lib. 10. Nota tamèn quod venationem indubio debemus interpretari, recreationis causa, d vt per Alexand. in consi. 72. volum. final. column. quod etiam notat Anan. in dict. capitu. 1. 2. colu.

ad fin. Et Lucas de Penna in dict. l. Venatoribus.



*Suspenditur.* Vide Regiam A l. 47. titu. 6. par. 1. quę eandem pœnã imponit. Nec clericos à prædicta pœna prætextu consuetudinis excusarentur, esset enim nutritiua peccati, arg. tex. in cap. Esau. 86. distinct. & est Ecclesię præiudicialis cap. fina. cum ibi not. de consu. tenet Host. in cap. 2. de cleri. venato. sequitur Albert. Troti de vero & perfectõ cleri. libr. 2. cap. 56. num. 4. Dida. Perez in. l. 1. tit. 22. libr. 2. odina. versu. habemus iã & circa huius capituli materiam vidè latissimè Iacob. Menochi. de arbi. iudi. quæstio. lib. 2. centu. 5. casu. 413. & vide Concili. Trident. Sessio. 24. cap. 12. de reforma. Vbi seuerè clericis præcipitur, vt ab illicitis venationibus & aucupijs se abstinant, atq; ea morum integritate polleant, vt ecclesię senatus meritò dici possint. Sed an Episcopis prohibita sit venatio, qua in re Host. in summa. titu. de cleri. venator. in distincte censet eis prohibitam esse ex text. in c. 1. de cleri. vena. & cap. 1. 34. disti. idemquẽ sequitur Ioan. de Ana. in dict. cap. 1. in quo glos. & doctores potissimum fundamentum fecerunt. Archi. verò in dict. capitulo. qui venatoribus 86. distinctio. in ea est sententia, vt censeat recreationis causa Episcopis venationem esse permissam. Regia tamen Parti. lex. 57. titu. 5. partit. 1. tunc eis interdicit venationem, cum propriis manibus venantur, secus verò si alij ipsis presentibus venentur, vt amenitati vel eorum, saluti cõsulatur, & sic secundum hac distinctionem dicta canonica decreta sunt interpretanda, in casu verò text. in dict. cap. 1. 34. disti. Episcopus

pus non huius venationis causa, sed quia alijs erat irretitus criminibus merito fuit condemnatus, ita cum interpretatur Albertus Trotius dicti. libr. 2. cap. 55. num. 5.

Piscatio vero clericis permessa est. Tum quia cessant rationes omnes propter quas eis venatio prohibita est. Tum etiam quia piscatio exempla habet Apostolorum, quos piscatores Deus Optim. Maxim. ad se vocavit, & retia tendi iussit. Lucæ. capi. 10. & capi. vltim. ita tenet Menoch. vbi paulo ante allegavi. nu. fin.

Clerici  
obserua  
re tenen  
tur Re  
gis le  
ges, cu  
ca ven  
ationem,  
vel pesca  
tionem, lo  
quentes,

Sed quid si clerici venati fuerint, vel piscationem exercuerint, illis temporibus quibus Regijs constitutionibus venatio vel piscatio est interdicta, vel si vsi fuerint comodioris venationis vel piscationis causa, retijs, alijsque instrumentis vetitis, an possint à suis ecclesiasticis iudicibus puniri. Nec enim de hoc dubito, quin iustissimè fieri possit, & fieri debeat: cum dictæ seculares leges publicam utilitatem respiciant, quia venationem & piscationem illis temporibus interdiciant, quando animalia, aues, & pisces pariunt, aut ova ponunt, aut nutriunt, vt fetus edantur, & educantur, ideo à clericis ad vnguem seruari debent, vt multis rationibus probavi supra c. 55. Deinde quia absurdum esset maximum quod ea venatio & piscatio quæ laicis (prohibita est) esset clericis permessa. Tum quia dictarum legum decisio prorsus esset inanis quid enim prodesset aues & animalia intacta seruari iuueri, si à clericis minimo negotio venarentur. Tū quia animalia & volucres coeli, non solum mortalium necessitatibus deseruiunt, sed sunt ornamento decori reipublicæ, vnde dictorum animalium vel auium venatio, iustissimè

me à seculari Principe potest interdici, vt egregiè probat (vir multis nominibus venerandus) Dom. Soto lib. 4. de iusti. & iure. quest. 6. artic. 4. pag. 353. Card. à Turre Crem. in c. qui venatoribus. 86. di. lict. Caiet. in tract. 17. quest. ca. 12. Ioan. à Medina de resti. quest. 12. & tradunt ex nostris Thom. Gramm. decis. 67. nu. 9. And. Tiraq. de nobili. cap. 37. num. 140. Mar. Nauar. in manu. confessio. cap. 17. num. 120. Præterea vrget quia cum dictæ Regiæ sanctiones, conductæ sint à Principe nõ recognoscente superiorem in temporalibus, cum non tractent de materia spirituali, nec sacris canonibus aduersentur, in foro ecclesiastico contra clericos obseruari debent. gloss. in cap. cum ad verum. in verbo temporalium. 96. distinct. & in capit. ceterum. de donationi. & in cap. 1. vbi Abb. & doctores de noui oper. nuntia, late doctores in l. priuilegia. C. de sacrosa. Eccle.

Non tamen poterit clericus multari, pœnis dictis legibus secularibus aduersus laicos statutis, sed pro modo culpæ iuris canonis, pœnis, & pecuniaria multa, pro arbitrio sui ecclesiastici iudicis imponenda, puniri debet. Nam cum pœnæ illæ, sacris canonicis constitutionibus approbatæ non sint, iudex ecclesiasticus eas infligere non tenetur, ita in simili lege probat Gregori. Lup. in l. 57. in verbo, *Por tres años.* titu. 5. par. 1. & suffragantur quæ scripsi supra capi. incip. negotiatores. anno. prima.

Illud autem nouè, sed vere affirmare audeo, quod licet clericus dictarum legum pœnis non possit multare, si tamen exercuerit prohibitam venationem, vel piscationem, & repertus fuerit à iudice seculari vel à ministris laicæ iurisdictionis, priuari

Clerici  
operam  
dantes p  
hibita  
piscatio  
ne, vel e  
nationi à  
iudice se  
culari &  
eius mi  
nistris a  
uibus ca  
nibus &  
alijs pro  
hibitis  
instrum  
tis priua  
ri possunt

potest auibus, canibus, alijsque instrumentis prohibitis, sunt equidem hæc omnia reipublice nosciua: & ideò per secularem potestatem auferri possunt. Sicuti de armis vetitis quæ à clericis portantur scribit D. Couarruu. in practi. quæstioni. capi. 33. num. fin. dixi supra dict. cap. 55.

Non tamèn circa huius capitis materiam est prætermittendum, quòd si clericus aliquid ex illicita venatione, vel piscatione acquisiuerit, in animæ iudicio non tenetur ad restitutionem ita Couarruu. in regul. peccati. in. 2. parte relection. 9. 8. num. 3. de regul. iur. lib. 6. Marti. Nauarr. in manu. confesso. cap. 17. nume. 124. qui allegans alios testatur, id procedere ante iudicis condemnationem, non verò post.

**B** *Puntuntur arbitrarie.* Adde quod opinio hæc approbari videtur l. 47. titu. 6. par. 1. cum dicit. *Venadores nin caçadores, no deuen ser los clerigos de qualquier orden quier que sean.* Vnde cum illis prohibita sit, venatio nec iure pœna statuta sit iudicis arbitrio puniri debent sed hoc intelligendù est in clericis minoribus constitutis ordinibus qui beneficia ecclesiastica obtinuerint, non verò alias ita ex dicta lege Parti. colligitur cum dicit. *Ca de gisada cosa es, despende en esto, lo que son tenudos de dar a los pobres.* Et sic loquitur de clerico beneficiato ita ad conciliandas doctorum controuersias eam not. Greg. ibi in verbo, *Venadores*.

**C** *Recreationis.* Adde quòd monachis nec recreationis causa venatio licet etiam si proprios redditus in venatione habeant, vt est communis opinio teste D. Didaco Perez in l. 1. titu. 22. lib. 2. ordina. qui in materia venationis plura lecta non indigna congerit.

*Recreationis causa.* Adde veram D rationem esse, quia in dubio delictu non præsumitur. l. merito. ff. pro socio cum alijs.

## Ioculatores, Goliardi, seu Buffones.

### C A P V T, LXVIII:

- 1 *Horum nominum Germana significatio ostenditur.*
- 2 *Clerici histriones qua pœna sunt puniendi.*
- 3 *Ioan. Monachi opinio quadam exploditur.*



**I**oculatores dicuntur latrores loci in publicum, facientes spectaculum proprii corporis, vt per Ioan. Mona. in c. 1. de vit. & honest. cleri. in. 6. per text. in capit. cum decorum, eodem titu. & per. l. 2. ff. de his qui not. infam. & gloss. in dict. cap. 1. Hoc verò vocabulum Goliardos, vulgare est Gallorum: & Buffones, vulgare est Tuscorum, secundum Ioann. Mona. & gloss. ibi: hos tamen alibi appellat canon histriones. 4. quæstion. 1. cap. 1. de consecra. distinctio. 2. capit. Pro dilectione, secundum Ioann. And. & Domi. ibi, tamen in illis capitulis non fit mentio de aliqua ex tribus dictionibus prædictis, sed solum de histrione. Ex quo videntur dicti doctores intelligere, quòd idè significat hæc dictio histrio, quod tres dictiones prædictæ. Et clerici, qui tales se faciunt, si per annum illam artem ignominiosam exercuerint, ipse

ipso iure carent omni priuilegio clericali. Si autem breuiori tempore, tunc si tertio moniti non resipuerint, carent etiam omni priuilegio clericali. Ita disponit text. in dict. capi. 1. & facit in proposito decretum Concilij Carthagin. in. 4. a Gratiano transcriptum, in cap. Clericum. 46. disti. vbi disponitur, Clericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem, ab officio esse retrahendum. Annus autem, de quo supra, continuus debet esse, ut poenam predictam quis incurrat, ut not. Ioan. Mona. ibi, & Archidian. Ioan. Andr. & Domini. unde si in diuersis mensibus diuersorum annorum, qui simul iuncti vnum facerent integrum annum, quis uteretur predicta arte, non haberet locum ista poena, secundum Ancharra. & Domini, ibi. Aduerte preterea quod licet Ioan. Mo. in dict. capi. 1. teneat quod clerici in sacris non amittant priuilegium in isto casu, contrarium tamen tenent Arch. Ioan. Andr. Anchar. Domin. & Philip. ibi, possunt tamen recuperare ipsum priuilegium per dispensationem episcopi, quando in hoc delinquens esset penitens & vere contritus, secundum Io. An. & Anch. bi. & Domi. Et vide Barthol. de Cassaneo in consuetudinibus Burgundiae fol. l. in. 8. Septimo fallitur. vbi limitando regulam quod clerici non possunt de crimine coram saeculari Iudice conueniri, dicit quod hoc fallit in clerico Goliardo, Buffone vel ioculatore, qui tertio monitus non desistit, quia talis est ipso iure priuatus omni priuilegio clericali. Ex quo videtur velle quod propter hoc crimen clericus efficitur de foro iudicis saecularis. Pro quo etiam vide Stepha. Aufre. in Clemen. 1. de offic. ordin. Et licet, ut supra dictum est, Doctores tenent contra Ioan. Mon.

& sic, quod haec poena procedat in clericis etiam in sacris, dicit Bart. Cass. vbi supra, quod tutius est tenere opinionem Ioan. Man. contra Arch. & sequaces propter actualem degradationem, quae in hoc casu secundum eum videtur necessaria: cuius opinionem videtur sequi Phil. Probus in addi. ad Ioan. Mona. Ego tamen credo quod opinio Arch. & aliorum contra Ioan. Mona. sit vera. Nec obstat illud de degradatione, quod Barthol. de Cassaneo vbi supra dicit: quia non sequitur, est necessario degradatio in casu isto, ergo bene dicit Ioan. Mona. dum asserit quod poena ista non procedit in clericis in sacris: quia Doctores contrarium tenentes non negant degradationem esse necessariam, licet de ea non faciant mentionem: & si necessaria est in casu nostro, etiam facienda esset in clerico in minoribus, quia ille etiam capax est degradationis ut videbis infra super verbo degradari: neque constat ex verbis Ioan. Mon. quod ideo dicat quod clerici in minoribus amittunt priuilegium, iuxta formam tex. in dict. c. 1. quia in eis non est necessaria degradatio.



**D**ebet esse. Adde quod in dubio tempus a lege prefixum continuum esset debet glos. sing. in rub. ff. de diuers. & tempor. praescrip. quam reputat sing. & vnicam Ioan. de Imo. in Clemen. 1. colum. 4. de in integ. restitu. idem tenet glo. in cap. 2. in verbo, per annum. de tempor. ordin. lib. 6. vbi doctores tradiderunt Ang. in l. si idem cum eodem, vbi Dec. n. 5. ff. de iuris. omn. iudi. Ang. in l. ult. §. quoties. ff. de publi. & vectig. & in l. quoties in stipulationibus. ff. de ver. obl. quae opinio ab omnibus approbata est.



**Carnificum Seu macel-  
lariorum aut tuber-  
nariorum officium  
publicè, & personali-  
ter exercentes.**

**C A P V T, L X I X.**

- 1 Clerici aliquod istorum officiorum publicè exercentes si tertie nominatim moniti non desisterint aut aut resipuerint, si coniugati sunt, perdunt omne priuilegium clericale, si vero non coniugati & omnino ut laici incidant, quandiu pramissis institerint, eo ipsi perdunt priuilegium clericale.
- 2 Clerici an debeant moneri nominatim, vel in genere, ut desistant à vilibus exercitijs, & an sufficiat monitio peremptoria.
- 3 Episcopi in his monitionibus terminum liberè possunt statuere.
- 4 Clericus si infra terminum monitionis, dimisit turpem vitam, & demum reassumpsit, & ultimè infra eundem terminum dimisit, an tunc locus sit pœna.
- 5 Clerici si alijs sordidissimis officijs, in huius capitis fronte non expressis utantur, an pœna Clem. 1. de vita & honesta. cleri. puniantur.



Clerici nominatim & tertio moni, ut ab huiusmodi officijs desistant, si non fecerint, aut officia illa resumpserint, coniugati omnino, non coniugati verò in rebus, & si omnino incedunt ut laici in personis, priuilegium clericale quandiu pramissis institerint, eo ipso amittant. ita dispositum est per Concilium Viennens. ut

in Clement. 1. de vi. & honest. cleric. Et aduerte quòd pœnam hanc incur-  
runt etiam clerici prædicta officia  
exercentes pro vtilitate dominorum  
quibus seruiunt: quia in hoc nõ ha-  
betur respectus ad eum cuius interest,  
sed solum ad eum qui talia officia exer-  
cet per se & publicè. secundum Bo-  
nifacium ibi, propè finem, post Pau-  
& Guliel. Quem etiã ibi vide prius  
tenentem post Paul. quòd clerici pu-  
niuntur prædicta pœna, quanuis nõ  
exerceant continuè dicta officia, sed  
per dilucida interualla, dum tam eo  
tempore quo non exercent desistant  
propter aliam causam, & non causa,  
honestatis ordinis clericalis. Ut autè  
pœnam hanc incurrant clerici de-  
bent nominari proprio nomine &  
expresso in monitione illis facienda,  
per glos. ibi, b in verbo nominatim: b  
quæ quidem monitio debet fieri pu-  
blicè in ecclesijs per presbyterum vel  
præconem in scriptis, vel sine scriptis,  
vel in locis alijs publicis secundum  
Guliel. de Monte Lau. ibi: quod ta-  
men videtur intelligere Bonifacius  
ibi propè fi. quando non possunt de-  
rici apprehendi: nam si possent, mo-  
nitio debet fieri in personis monito-  
rum, quem etiam vide dicentem quod  
forsan sufficeret, si fieret monitio in  
loco habitationis, & vide Cardi. ibi  
in. 7. quæstio. concludentem, quòd  
quando monitio fieret per circunlo-  
cutiones omnino specificas: tunc  
æquè fit certificatio, sicut per nomen  
proprium: & in casu nostro talis mo-  
nitio sufficeret, dum clarè constet de  
quibus fiat mentio & idem tenet Zé-  
ze. & Petrus de Anchar. & Bonifac.  
& Imo. ibi: quos sequitur etiam Ioã.  
de Vanchel. in suo breuiario, super  
dict. clemen. licet Paul. & Ioan. de Li-  
gni. teneant contrarium, secundum  
eum. Debet etiam esse monitio trina,  
ad eò

adeò quòd non sufficeret vnum pe-  
remptorium pro omnibus, vt no.  
etiam gloss. ibi, in verbo Tertio. Et  
tenet Guliel. & Bonifacius ibi. Card.  
autem in. 8. quæsti. concludit vnam  
monitionem cum tribus interuallis  
æquiparari in isto casu tribus moni-  
tionibus, & sic intelligit opinionem  
Zenze. ne contradicat Stephano: &  
sic videtur, quòd possit intelligi opi-  
nio Ancha. & Ioan. de Imo. ibi, qui  
videntur simpliciter tenere opi. gloss.  
3 & Ioan. de Ligna. & Zenze. In arbi-  
trio præterea est episcopi in his mo-  
nitionibus statuere terminum quem  
voluerit, sed postquam statuerit, nõ  
licebit immutare prius quàm lapsus  
fuerit, sed cum durat, prorogare po-  
terit ex causa. ita Cardi. ibi post Lau.  
4 in. 9. quæstio. in fi. Et aduerte quòd  
in quantum supra dictum est, quòd  
reassumens officium prohibitum ex  
prædictis postquam dimisit, incur-  
rit pœnam. limitandum est, nisi reas-  
sumens dimittat illud durante termi-  
no monitionum, vt declarat glo. ibi,  
in verbo resumpserint, quam sequi-  
tur Cardin. ibi post Laud. & Paul. in  
10. quæstion. Et idem sequitur Imo.  
ibi super eadem gloss. Quod tamen  
optimè sublimitat & declarat Bonif.  
ibi. in colum. 4. versu. Sed istud. Vbi  
dicit quòd prædictam limitationem  
putat veram, quando primò dimis-  
sio fuit facta simpliciter: nam tunc  
quia constat de causa dimissionis, &  
sumus in materia pœnali, intelligen-  
dum est pro vt placet ipsi monito: se-  
cus autem vbi constat de dimissione  
propter monitionem præcedentem:  
tunc enim monitio fuit sortita suum  
effectum, & sic amplius non potest  
dici quòd durat terminus monitio-  
nis: & ideo reassumptio per eum fa-  
cta nocebit ei: tanquam facta, expira-  
ta iã monitione, licet postea ductus

pœnitentia qui a reassumfit, dimittat  
intra terminum sibi datum in moni-  
tione. Item nota quòd si clericus vta-  
tur alijs vilibus officijs, vt puta apta  
re pelles, si sint lenones, vel balnearũ  
publici custodes, non incurrunt præ-  
dictam pœnam, licet videatur in ta-  
libus esse identitas rationis, & in ali-  
quibus eorum maior ratio, vt colligi-  
tur ex gloss. 4. in dict. Clement. & ex  
his quæ no. ibi. Card. quanuis cõtra-  
rium teneat Zenz. ibi, quem videtur  
sequi Bonifa. ibi, in colum. 2. vel Cõ-  
clude, qui etiam addit, quòd si cleri-  
cus exerceret officium mundandi  
cloacas, forsan haberet locum pœna  
dict. Clemen. quòd ego non opinor  
verum, sequendo dictam opinionem  
Card. post gloss. quia si lenones non  
comprehenduntur sub ea, quia non  
sunt expressi multò minus mundan-  
tes Cloacas. Crederem tamen quòd  
& si tales non cõprehenduntur, quia  
ille tex. videtur specialitè prohibere  
illa officia ibi expressa, ex eo fortè, qd  
in illa ætate fræquentiùs peccabatur  
in illis, secundum Card. ibi, Si cleri-  
cus vteretur aliquo ex prædictis offi-  
cijs, vel similibus vilibus, vel in hone-  
stis, si monitus non desisteret, puni-  
endus esset superioris sui arbitrio, attè-  
ta officij & personæ qualitate. & tem-  
poris diuturnitate, & alijs quæ infra  
in arbitraris considerãda tradimus.

**P**er se & publicè. Adde glo. A  
not. hoc tenentem in ver-  
bo publicè & personaliter.  
in Clemen. 1. de vita & ho-  
nest. cleric. quam ibi sequitur Petrus  
de Ancharr. not. 3. Card. Flo. not. 5.  
Ioann. de Imo colum. 3. Vnde dixit  
egregiè Archi. in cap. nulli. 44. dist.  
quòd clericus qui non perse sed per  
alium tabernam exerceret, non dici-  
tur tauernarius. idè sequitur Domi.

in cap. 1. colum. 2. versic. nota istam glo. de vita & honest. cleri. in. 6. & ad hoc allegat tex. in ca. significante. de appella. vbi canonici quidam ius habebant vendendi carnes, & scribit Domi. se aliquando defendisse clericum, qui domibus Ecclesie tabernam tenuerat, vendendo vinum, quod ex suis vineis colligerat, non tamen propria persona administrauerat, sed per alium, & sequitur ibi Philip. Fra. colum. 2. & vide Abb. consi. 6. incip. casus super quo. libr. 1. qui loquitur, de clerico vendente vinum, & ceteros fructus ex suis predijs. sunt etiam videnda quae scripsi supra cap. incip. negociatores. annota. prima. Quibus suffragatur text. in cap. vltim. ne cleric. vel mona. in. 6. vbi clerici criminalem iurisdictionem possunt exercere per alios, licet per se ipsos facere non sit eis permissum. tex. in Clement. ne in agro. §. porro. in fine in verbo. *Personalem.* de sta. monach.

Et conducit tex. a sensu contrario in l. in honorib. §. 1. ff. de vacati. mu. vbi scriptum est non alios fisci vectigalium redemptores, a muneribus excusari, quam eos qui praesentes negotium exercent: quasi scilicet illi exercere non censeantur, nisi ipsi praesentes exercent. Et similis est propemodum tex. in l. vltim. ff. de excusation. tutor. Vbi qui in collegio pistorum sunt, a tutela excusantur, si modo per semetipsos munus illud exercent. ex quo not. Bald. quod doctor non debet habere salarium, nisi per se legat, non vero per substitutum quem etiam ad hoc not. Roman. in rep. l. si vero. §. de viro. fall. 24. ff. solu. matrimo. & in sing. 64.

Sed his refragari videtur tex. in l. 2. §. 1. ff. de admini. rerum ad vsum ciuit. perti. vbi quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per sub-

iectam personam facere debet, ideo si Decurio si biectis aliorum nominibus praedia publica colat. quae de curionibus conducere non licet, secundum legem usurpata reuocantur, & ibi not. glo. quod illud quod non non possum per me nec per alium possum, vbi gloss. multos tex. concordantes allegat. Sed quanuis hoc verum sit minimè procedit, quando lex vel statutum considerat actum ipsius personae exercentis vt in vilissimis, & sordidis officijs, hoc capite expressis, in quibus vilitas in eorum vfu perpenditur, ita sing. tenet Andr. Alciat. in tract. praesu. regul. 1. praef. 48. nu. 10. Sed & si verum est clericum, qui dicta sordida munera interposita persona exercet, puniendum fore non equidem poena ordinaria, dict. Clement. 1. de vita & honest. cleric. cum non tamen a culpa vacet, etiam si per alium exercet, vt tenet glo. praecitata quam doctores ibi sequuntur ideo arbitraria poena puniri debet, pro modo culpa.

Poterit etiam Iudex Ecclesiasticus contra laicos merces vendentes procedere. si in his aliquid turpe, vel illicitum commiserint, veluti si merces mixtas cum alia specie ignorante emptore vendiderint, quod notatu dignum est, ita scribit Abb. in cap. 1. de empt. & vendi. quem sequitur Anton. Burgens. ibi. Roma. sing. 526. & ante hos opinione ista tenet Abb. Antiquus in dict. cap. 1. de emp. & vend. quem originaliter legimus scribit. etenim ibi magistrum suum illius tex. auctoritate consulisse, iudicem Ecclesiasticum debitis poenis punire posse laicos aromatarios immiscentes fauarum farinam in cera venali que ibi Andr. Sículus sequutus fuit & Auferi. in rep. Clemen. 1. de offic. ordina. post regul. 4. de potestate Ecclesiae super laicos

Iudex  
Ecclesia  
sicus cō  
tralicos  
merces  
depraba  
tas ven  
dentes  
procedit  
de inre,  
non ve  
rō in His  
pania.

lacis & rebus eorum versic. Tertio.  
Nec ista puniendi facultas tolli po  
test à iudicibus Ecclesiasticis, per sæ  
cularem potestatem ex transcurso cu  
iuscunque temporis quia contraria  
consuetudo esset nutritiva peccati  
& in reipublicę pernitiem ita Hosti.  
Ioann. Andr. Abb. Cardi. Barb. in  
diēt. cap. 1. quam opinionem com  
munem esse profitetur Nicol. Boeri.  
decisio. 69. num. 21. & insignis D.  
Couarruu. lib. 3. vari. resolu. cap. 14.  
num. 5. scribit tamen Boeri. dicta de  
cissi. quòd in regno Franciæ contra  
rium seruatur ex generali consuetu  
dine qua potestas hæc tantum tribu  
ta est, sæcularibus magistratibus ab  
rogata ab Episcoporū clericorū quæ  
iudiciū iurisdictione, quòd etiã apud  
Hispanos antiquissima consuetudi  
ne receptum est teste D. Couar. in d.  
c. 14. quam consuetudinem validã  
esse scribit glo. in d. c. 1.

**B** *Gloss. ibi.* Adde Abb. qui hanc sen  
tentiam sequutus dictam glos. sing.  
esse fatetur in capit. ex tuæ. num. 4.  
de cleri. non residen. & vide Abb. &  
docto. in capit. vltim. de vita & ho  
nest. cleri. Alexan. in l. cōtumacia. ff.  
de re iudi. Deci. in capit. consuluit.  
num. 11. de offici. deleg. Bartho. Cass.  
in consuetud. Burgun. Rub. 4. §. 22.  
in gloss. *Sera souffsumment.* num. 18.  
Verum tamen est, quòd si Episcopus  
publicè denunciet in Sinodo, seu Si  
nodalem constitutionem faciat, qua  
præcipiat, ne clerici dicta sordida mu  
nera exercent, tale præceptum, vim  
habet trinę monitionis. Ita Hosti. in  
summa ne cleri. vel monach. §. quæ  
sunt permiffa. in fine ver. ego intelli  
go. quem sequitur Gregorius Lup.  
in l. 49. titul. 6. in verbo, *Amone  
star tres vezes.* par. 1.

**C** *Prædictam penam.* Adde Bar  
thol. Cassa. idem tenem in con

suetud. Burgund. Rubr. 1. in gloss.  
*Sil na grace.* num. 62.

## Aleatores.

### C A P V T, L X X.

- 1 *Ludere ad taxillos, clericis prohibi  
tum est.*
- 2 *Clericus publicus aleator qua pœna  
puniendus sit, seriose traditur.*
- 3 *Seculares iudices, licet non possint ex  
huius regni legibus inquirere con  
tra lutores post duos menses, neq;  
contra eos qui duos tantum argē  
teos luserint: iudices tamen eccle  
siastici non debent, etiam in his ca  
sibus, clericos impunitos relin  
quere.*
- 4 *Clericus compelli potest parte peten  
te ad restitutionem eorum, quæ lu  
cratus est in ludo: licet terminus,  
de iure regia præfixus, fuerit  
laxus.*
- 5 *Clerici lutores non solum puniendi  
sunt, sed etiam ludi participes.*



**A**lea quidem (si Calepino  
credimus) ludus tabulæ  
est, & omnis ludus in va  
rietate fortunę consistens.  
Vnde aleator dicitur qui sæpè alea  
ludit: ludere autem ad aleas & taxil  
los clericis prohibitum est, \* vt in c. a  
Clerici. de vita & honesta. cler. quod  
ideò prohibitum videtur, propter  
plura crimina quæ in talibus ludis  
perpetrari solent, b quorum. 16. re- b  
fert Hosti. in sua summa, in tit. de ex  
cessi. Præl. in §. Clericus. & vide Flo  
rent. in. 2. parte, tit. 1. cap. 23. §. 6. co  
lumn. 1. & duabus sequent. vbi dicit  
quòd quòt sunt puncta in taxillis,  
tot sunt scelera in ludo: & ponit. 21.  
peccata quæ in illo interueniunt,  
qua

quæ omnia ad literam trāscripsit Pe-  
 trus de Rauē. in suo *Alphe. aureo*,  
 in verbo *ludus*. Pœna autem clerici  
 publici aleatoris est vt repellatur ab  
 obtinendo beneficio, etiam si nun-  
 quam fuerit monitus vt distat a lu-  
 do: probatur in ca. inter dilectos, de  
 excels. prela. iucta glo. in d. cap. Cler.  
 in verbo ad aleas, vnde dicit Abb. in  
 d. cap. Inter dilectos, quod collactio  
 facta tali, est nulla si de hoc consta-  
 bat, tãquã facta vili & indigno: &  
 si non constabat, quia erat occultus,  
 debet irritari: quæ vltima verba Ab.  
 displicent. Nam si hæc est pœna alea-  
 toris publici, quomodo occultus alea-  
 tor illa punietur? beneficio autem ob-  
 tento non priuatur propter ludum,  
 secundum eum, sed mitiori pœna ple-  
 cti debet: ex quo videtur quod est pœ-  
 na arbitraria. Si autem monitus non  
 se correxerit, tunc potest beneficio  
 priuari secundum eum, qui allegat tex.  
 in cap. 1. 36. distin. quæ alias est. 35.  
 qui tex. hoc exprisè non dicit, sed  
 quod clericus deseruiens aleæ, aut de-  
 sinat, aut damnetur. & non aperit  
 quæ sit pœna. Vnde magis mirandũ  
 est quod Domini, & Præpo. ibi sum-  
 mando tex. eundem, videntur tene-  
 re, quod per illum textum imponitur  
 pœna depositionis, quod etiam vide-  
 tur tenere Silues. in summa, in verbo  
 ludus, in versu. Quartò quæritur, dũ  
 dicit quod patet esse peccatum mor-  
 tale ludere in clericis, ex pœna quæ  
 est excommunicatio, vel depositio,  
 vt dist. 35. Episcopus qui est idẽ tex.  
 de quo supra, qui omnes doctores  
 solum ad hoc moueri possunt prop-  
 ter illud verbum, *Damnetur*. Et præ-  
 dictam tamen opinionẽ Abb. sequi-  
 tur simpliciter Ioan. Baptista Caccia-  
 lupi in tracta. de ludo. in 12. quæst. li-  
 cõt non referat Abb. sed allegat solũ  
 Doctores in dict. ca. inter dilectos

& idem ferè ad literam facit Paris de  
 Puteo in tract. de ludo, in colum. 11.  
 nume. 44. licet de Dominico & præ-  
 po. nullus eorum meminerit. Ego ve-  
 ro in pœna huius delicti non facilẽ  
 opinor quod posset describi certa do-  
 ctrina, quippe peccatũ variari d. beat  
 ex circũlantijs occurrentibus, quæ ad  
 aggrauandam vel minuendam eam,  
 animum iudicis inclinabunt: ideoq;  
 arbitrari eum oportebit quãta sit cã-  
 suetudo ludētis, & quæ quãtitas præ-  
 tij, & qualitas personarum, qualitiue  
 exempli pernicies, & an in hoc delin-  
 quentes occasione ludi diuina deser-  
 uerint officia, quibus interessẽ tene-  
 bantur, aut si sacramẽta deseruierint mi-  
 nistrare. Et pro vt hæc omnia accidisse  
 se compererit, sic delinquẽtes in hoc  
 punire debebit. Vnum prætereã sem-  
 per aduertat Iudex, quod cum in his  
 præcipuè Regnis longè grauius pu-  
 niant eorum leges ludentes ad taxil-  
 los, quos idioma Hispanum *Dados*  
 appellat: & hoc genus ludi in oculis  
 omnium detestabilius sit, sic debet ip-  
 se arctiori pœna clericos qui in hoc  
 deliquerint coercere. Si verò clericus  
 proprio ludo id adiũxerit, quod alijs  
 ludere volentibus mensam paratam  
 habet, in qua alios ad ludendum pro-  
 uocat ac recipit, tunc quidem graui-  
 ori pœna quàm in prædictis casibus  
 plectendus est. Admonitos prætereã  
 velim in hoc articulo omnes. Iudi-  
 ces: horum præcipuè Regnorũ, quod  
 licet ex eorum legibus sancitura sit,  
 quod post duos menses non possint  
 iudices inquirere cõtra lufores, nec  
 contra eos qui duos tantum argen-  
 teos luserint procedere: si ipsi tamen  
 contra clericos & post dictum terni-  
 num & infra prædictam quantita-  
 tem potuerunt & debebunt procede-  
 re, ex ratione: quia cum longè inho-  
 nelius, & magnis prohibitum sit cle-  
 ricis

ricis quam laicis vacare ludis, non videtur decens esse dictarum legum sanctiones in clericorum ludentium patrocinium admittere. Atque ex ea credendum ratione posse firmari, quod licet ædem leges patriæ breuem terminum præfixerint ad repetitionem amissionum in ludo, etiã eo lapsò dānari poterit clericus ad restitutionem eorum quæ lucratus est. eo qui amiserit repetente. Et quòd in hoc attendendum sit tempus à iure communi præfinitum ad repetitionem prædictorum, de quo in dict. auct. Alearum usus. Et per Abb. in dict. capit. Clerici de vi. & honest. cleri. Non solum autem Iudices ecclesiastici in puniendis clericis lusoribus debent esse pervigiles sed, & insipientes, & participes & tantum etiam punire debent poena, quæ ipsis condigna videbitur, Imperatoriarum legum zelum imitantes, qui clericos ad tabulas ludentes, vel participes ludentium, aut inspectores tribus annis à ministerio prohiberi iubent, & in monasterio redigi, ut in auct. Interdicimus. C. d. episcop. & cleric. & in. §. Interdicimus. in auct. de sanctis. episcop. col. 9.

A Clerici & religiosi à quibus ludis repelluntur.

**P**rohibitum est. Adde Concilium Trident. Sess. 22. capit. 12. & Regiam. l. 57. tit. 5. par. 1. cum dicit. *Otro si no deuen jugar dados, nin tablas, nin pelota, nin tejuelo, nin otros juegos semejantes de stos: porque ay an de salir del asfossogamiento, nin pararse à verlos, nin à tenerse con los que juegan.* Et ea ratione vere iudicio meo scribit Domi. Soto de iust. & iure li. 4. q. 5. ar. 2. quòd sacerdotibus vix citra mortale peccatum uti licet ludis vetitis, ac præsertim religiosis, & Præsulibus, quia ludus illis non qua ratione sæcularibus, sed

quia contra eorum est honestatem prohibitus est, quòd autem autor noster hic num. 2. sequitur. Possunt sanè clerici vel nonachi sine vlla culpa etiam veniali, chartis lusoris ludere ob honestam causam. (puta) ad excitandum vel recreandum socium ea re indigentem, dummodò non frangant legem vlam: ad mortale peccatum obligantem, ita Nauarr. in manual. cap. 19. nu. 3.

Sed an clerico ad Schacos ludere liceat, vide Ioan And. in cap. cleric. de vita & honest. cleric. qui tenet quod sic idem tenet glo. in. §. interdiciamus. in auth. de sanctiss. Episc. coll. 9. & in auth. interdiciamus. C. de Episcop. & cleri. vbi Odofr. & Alber. idè sequuntur Archi. & Præposi. in cap. Episcopus. 35. distinct. Innoc. in calator. de homi. quam opinionem communem esse fatetur Abb. n. 4. in di. cap. cleric. Bertachi in tract. de Episc. 1. caus. fi. par. q. 7. Aug. ad Ange. in tract. malefici. in parte, *Metider: de malidati.* num. 3. Iuli. Clar. libr. 5. recep. senten. §. ludus. versi. quæro nunquid. Grego. in dict. l. par. in glo. incip. *Tejuelo.* Quæ communis: & recepta sententia limitari debet, nisi clericus luderet ad Schacos auantiæ causa, ita Archi. in dict. cap. Episcopus, & Imo. in dict. cleric. colu. 9. & alij ex præallegatis.

**P**erpetrari solent. Quibusdam vulgatis carminibus, quæ carmina refert Hosti. in summa tit. de excessio. præla. §. clericus. Plato quidem rectè, videtur annotasse aleam & reliquas perniciosas artes à Demone quem nominat Theuth. inuentas esse, ita Plato in Phædro. & aliquas rationes luculètas prohibitionis aleæ scribit Ioann. Sales Betiensis lib. 1. Polycratici. cap. 5.

Et qui plura alia de taxillorum & alea-

alearum perniciē, & detestatione videre desiderat, legat Paridem de Puteo Ioann. Baptist. Calcialup. Steph. Const. in suis tracta. de ludo editis Troilum Malueri. in suo utili tracta. de Sordi. Iodo. in practi. crimi. capi. 126. Thom. Gramma. decisio. 11. nume. 7. & nouissimē Fra. Fran. Alcoçer in tracta. de ludo & egregiam additionem ad Doctōr Didac. Perez in l. 37. ti. 19. lib. 8. ordi. cuius auctorem ideō non nomino, quia mihi incertus est, quis is fuerit, cum in toto illo opere non appareat.

**C**  
Clericus qui ludo indulget qua pena plectendus sit.

*Ab obtinendo beneficio.* Vide nouissimē Iacob. Menoch. lib. 2. de arbitra. iudi. quæstion. centur. 4. casu. 399. num. 2. Iure verō ciuili ea pena statuta erat, quōd si clericus post monitionem Prælati aleæ indulgeret, per triennium proprio munere suspendendus erat. tex. in dict. authēti. interdiciamus. & in dict. l. 57. Quæ quidem pœna cum iure canonico approbata non reperiatur, ecclesiastici iudices eam clericis inflingere nō debent, sed eas pœnas quæ sacris canonibus sunt approbatæ, vel aliam arbitrariam pro modo culpæ, & consuetudine ludentis, ita declarat Gregor. in dict. l. parti. in gloss. cip. Por tes años. Qui nostri auctoris hoc capite meminit.

Iudex ecclesiasticus, an laicos lufores, possit debitis penis punire.

Hoc de clericis, sed cum crimē hoc sit mixti fori, vt adnotarunt Ange. Areti. in tracta. malefi. in verbo, *Mentitore de falsi dari.* num. 12. Pari. de Puteo in tract. de ludo. num. 43. Petrus Auenda. neminem tamen allegans de execuend. manda. Reg. 2. par. ca. 9. n. fi. Ideo quæ laicus lufor punitur in primis, pœna priuationis cōmunionis, vt sancitū fuit in sacrosācta Elibertina synodo. ca. 79. & refert Spec. in tract. de modo generalis cōcilij sub rub. 62. Deindē pœna arbi-

trio Episcopi iniungitur, ita Amodeus de Castello in tract. Sindicatus num. 93. Iacob. Menoch. vbi paulō ante allegauit, sed in forensibus actiōnibus, apud Hispanos hoc receptū non est, nec vidi vnquam iudices ecclesiasticos huius criminis ratione, contra laicos procedere.

In hoc tamen amplissimo Archiepiscopatu Toletano, nouissimē pœnæ cōtra clericos huius criminis reos sunt statutæ in lib. 3. consti. de vita & honest. cleri. cap. 7. in hæc verba. *Estatuymos y mandamos, a todos los clérigos constituyāos in sacris, ò beneficiados de qualquiera dignidad, ò prebeminēcia que sean, en este Arçobispado, no juegen en publico, ni en secreto, a juegos prohibidos de derecho, especialmente a las tablas, dados, ò naipes, dineros ni joyas, ni preseas, ni prestē dineros a otro para jugar. Ni asistan para atenerse a algunos que juegan, ni consientan que otros juegan en sus casas. Y si lo contrario hizieren restituygan lo que ansi ganaron, è incurra cada vno en pena de dos ducados la primera vez, para la fabrica de la yglesia donde fueren parrochianos, denunciador, y pobres, por yguales partes. Y por la segunda vez la pena doblada. Y por la tercera demas, y aliende de las dichas penas, que de la pugnacion a el aluedrio de los juezes, que de ello conocierē, segun la calidad del exceso, y los clérigos que consintieren que se juegue en sus casas, sean obligados a pagar todo el interese que se perdiere, y se lo puedan pedir, y los juezes condenar en ello. Y si dentro de nueue dias, no vuiere quien lo pida, que el nuestro fiscal, ò alguazil lo pueda pedir. Y sea la mitad para el, y la otra mitad para los pobres, que el juez por bien tuuiere de lo aplicar.* Hactenus Synodalis Toletana constitutio, circa quàm illud notandum existimo, quod ad hoc, vt clericus cōdemnari possit,

Synodalis Toletana constitutio interpretatur.

possit, grauioribus pœnisquæ ibi imponuntur. Si secundò vel tertio luserint, oportet quòd primò sit condemnatus, vt possit pœna secundi criminis multari, & secundò vt tertia pœna imponi possit ita ex dicta constitutione colligitur. & sic similes Regias constitutiones interpretatur doctissimus Auenda. de mand. Reg. 2. par. cap. 9. num. 9.

Possunt tamen in hoc Archiepiscopatu clerici impunè ludere ita vt ludus sex argenteos non excedat, & sit causa alicuius prandij, & hoc rarò & non publicè, ne inde scandalum generetur laicis, vt in capit. 8. dictarum constitutionum lib. 3. tit. de vita & honest. cleri.

**D** *Vili & indigno.* Adde quod ego quidem opinor non omnino verum esse, quòd collatio beneficij facta infami, sit nulla: nam eam validam fore antè sententiã tenuerunt Federi. consil. 50. Cardin. & Felin. in capi. querellam. de iureiurand. text. vbi Inno. in cap. interdilectos. de excessi. prela. & præmittit Calderi. consil. 20. tit. de præbend. Felin. in cap. 2. col. 3. de rescrip. Nisi ea collatio facta sit infami notorio, infamia quidem iuris, tunc enim collatio est nulla ipso iure quemadmodum explicat Abb. in ca. interdilectos. nume. 6. & in capi. super eo. de electione Felin. in dict. ca. 2. nume. 4. Selua. in tracta. de benefi. 3. par. quæstio. 3. colum. 5. Hęc de infamia iuris, nam de infamia facti tradit Calderi. dict. consil. 20. & Marti. Nauarr. in capit. si quando column. 52. de rescrip.

**E** *Ad taxillos.* Qua hodie pœna ludentes ad taxillos in hoc regno puniantur: vide l. 2. titu. 10. lib. 8. ordi. & pragmaticam regni conditam à Ioanna Regina Caroli Cæsaris matre Burgis anno. 1528. quæ nouissi-

mè collocata est libr. 8. ordina. noui tit. 7. l. 7. & vide nouissimas aliàs pœnas contra lufores cõstitutas in l. 15. titu. 26. lib. 8. d. noui. ordi.

*Contra lufores.* Vide l. 116. in Ma **F** drititijs conuentionibus celebratis ann. 1528. quæ hodie est l. 10. titu. 7. lib. 8. ordina. noui. Et not. quòd licet iure Regio limitatum sit tempus scilicet octo dierum, ad repetendum amissum in ludo, & ad procedendum per inquisitionem sint duo menses statuti, in clericis, (vt autor noster hoc cap. scribit) dicta Regia constitutio seruanda non est, eodem modo nec in scholaribus quibus lapsò illo termino amissorum in ludo fit restitutio, & hoc casu incorrepta est. l. vltim. C. de relig. & sumptibus funer. ita in celeberrima illa, toto quæ orbe celebratissima Salmanticensi Academia seruari testatur Addi. ad Didac. Perez in l. 37. tit. 19. lib. 8. ordi. Et iustissimum est, quòd nostra Complutensis Academia idem obseruet.

*Procedere* Vide l. 63. in Madriti **G** tijijs conuentionibus celebratis ann. 1534. quæ est hodie l. 11. tit. 7. lib. 8. ordina. noui.

*Participes.* Adde Cin. & Bald. in **H** auth. interdiciamus. C. de Episcop. & cleric. qui eleganter scribunt, quòd si statuto pœna ludenti imponatur, eadem ludi particeps multandus est, quam opinionem sequutus fuit Ang. & ibi Aug. Arim. vbi supra num. 7. quod pro multis legibus huius Regni est notandũ. Vnde scribit Fulg. in dict. authen. interdiciamus, quòd si quis iurauit se non ludere, & det alteri peccuniam, vt suo nomine ludat à periurio minimè excusatur cuius opinioni assentitur Aug. Arimi. in dict. loco nume. 11. quod multum notandum est.



## Bona ecclesiæ dilapidantes.

## CAPVT, LXXI.

- 1 Dilapidator bonorum ecclesiæ à dignitate est remouendus.
- 2 Clericus patronus, qui res ecclesiæ alienat, vel in illis damnum infert qua pœna sit coercendus.
- 3 In hoc delicto dilapidationis bonorum ecclesiæ, tria specialia reperiuntur.
- 4 Elegans traditur forma procedendi in hoc dilapidationis crimine.
- 5 Exploditur quadam Anto. opinio, & postea in quodam casu recipitur.
- 6 Potestas alienandi, licet pendente lite, à iure interdicta sit: super suspitione tamen dilapidationis factum iudicis requiritur.



**S**I quis dilapidator est bonorum ecclesiæ, hæc est manifesta & rationabilis causa quare potest à dignitate remoueri, probat text. in cap. 2. de stat. mona. circa fi. & vide text. in cap. Si quis presbyter. l. dist. quem sic summat Præpo. Presbyter vel diaconus vendens sacra vasa ecclesiæ deponendus est, poterit tamen episcopus cum eo dispensare: qui tex. etiam probat quòd clericus in hoc committit sacrilegium. Patronus verò clericus, qui res ecclesiæ alienat, vel illis damnum infert, si requisitus non restituit, suspenditur ab officio & beneficio donec emendet, & si adhuc noluerit emendare debet deponi. ita etiam disponit tex. in l. 3. titu. 15. par. 1. Et nota quòd in isto casu dilapida

tionis tria specialiter reperiuntur secundum Anto. post Hostien. in cap. Licet Heli. de simon. pen. col. Primū, quòd absens & contumax condemnatur, etiam lite non contestata. Secundum, quòd propter solam suspitionem suspenditur ab administratione is, contra quem fit inquisitio. Tertium, quòd quilibet auditur accusans: quæ etiam tria specialia refert & sequitur Ana. ibi in colum. 6. Prius tamen admittendi sunt quorū interest. 16. quæsti. 7. cap. Filijs. & 2. quæsti. 7. Quapropter. Forma verò procedendi contra dilapidatorem est, quòd formentur duo processus, primus de suspitione dilapidationis, in qua summarie procedi debet: quia timetur ne is, contra quem est inquirendum de veritate, officiales corrumpat, & inquisitionem veritatis impediatur, in qua procedi potest summatim & sine scriptura ad effectum, vt probata suspitione detur sibi coadiutor, & interdicator vtrique omne genus alienandi & tunc probata suspitione licet leui, & per coniecturas debet suspēdi ab administratione, quæ suspensio operatur effectum, quòd solum perdet potestatem administrandi in temporalibus, non verò in spiritualibus. Secundus processus de veritate dilapidationis, in quo proceditur plenarie, & inuenta veritate deponitur ab administratione in perpetuum, taliter quòd quò ad actum, & quò ad ius remoueatur ab administratione spiritualium & temporalium, licet nō degradetur ab ordine: & sic eijciatur dilapidator ab ecclesia, & alijs præficietur, & eiectus remanebit in ordine, sed non habet ordinis executionem, cum sit effectus infamis per sententiam. Quæ omnia colliguntur ex Archi. in cap. Vobis. & in cap. Vulterana. 12. quæsti. 2. & ex

& ex Anto. in ca. Venerabili. de offic. delega. & in cap. Licet Heli. de summo. & ex Ioan. de Ana. ibi, col. 5. & ex Abb. in dict. c. Venerabili. complectendo substantiam dictorum suorum: Abb. tamen ubi supra, in hoc secundo processu quando de veritate agitur quò ad pœnam imponendam còuicto de dilapidatione distinguit, quòd aut fuit actum criminaliter, & debet deponi: allegat tex. in c. Apostolicos, & c. Monemus. 12. quæsti. 2. cuius opinionem sequitur in hoc Præpos. in dict. ca. Vobis, prope fi. Aut fuit actum ciuiler, & debet solum remoueri à beneficio, & alius est ad illud promouendus, allegat text. in d. cap. Licet Heli. quam distinctionem habuit ab Anton. ibi, licet eum non referat, qui etiam plus dicit, quòd debet deponi etiam ab ordine: & vide eundem ibi, & in d. cap. Licet Heli. tenentem quòd si prælatus non potest conuinci de dilapidatione, & est infamatus, debet se purgare. Et aduerte quòd Abb. in d. cap. Venerabili. dicit quòd hic processus de quo supra habet locum, quando procedit per viam inquisitionis, seu denuntiationis: sed si accusatur quis de dilapidatione, non est necessè vt prius inquiratur an sit suspectus, sed potest procedi super veritate. Cum autem totus hic noster libellus in denuntiatione fiscalis, & non in accusatione fundetur: per hoc constat quòd debet in nostro proposito formari duplex processus. Crederem præterea quòd licet verum sit quòd Abb. dicit, quòd accusationem nõ est necessè præcedere inquisitionem de suspitione. Si tamen accusator peteret pœdente accusatione accusatũ suspendi ab administratione, tunc necessè esset saltẽ summarie de tali suspitione cognosci, & illa probata posse procedi

ad suspensionem, vt supra: quia sola pendentia accusationis de dilapidatione non sufficeret ad suspendendum reum ab administratione, vt notat. Anton. in dict. cap. Licet Heli. colum. penult. & Præpos. in dict. capit. Vobis. 12. quæsti. 2. Sed in materia huius nostri. cap. vide. Abb. in dicto. capit. Licet Heli. penultim. colum. ubi dicit quòd in veritate super modo procedendi contra dilapidatores iura loquuntur vario modo: quia principaliter habemus tex. in ista materia ibi, in dicto capitu. Licet Heli. in d. c. Venerabili. & in c. Vobis. & in c. Vulteranę. 12. q. 2. cū alijs: & videtur quòd non possint rectè reduci ad concordiam, nisi vnum suppleatur per aliud. Vnde putat ipse propter hanc iurium varietatem esse committendum iudicis arbitrio, quam viam debeat accipere: & ideò considerata qualitate denunciantium & denunciati, & fama si qua habetur, quandoque iudex à principio interdicit à potestate alienandi, prout factum fuit in dicto. capit. final. de accusation. quandoque interdictione non facta procedit super suspitione, vt ibi: & probata suspitione poterit secundum eius qualitatem & quantitatem in partem vel in totum suspendere, vt ibi: vel dare sibi coadiutorem, vt in dicto. capit. Venerabili. & quòd sic possunt reduci ad concordiam iura & opiniones plures quæ versantur in hoc. Cuius opinionem videtur quodammodo sequi Fel. in d. c. Venerab. dũ in nostro proposito, & in materia dilapidationis videtur se remittere ad doctores, ibi, maximè ad Im. ibi & ad Abb. in d. c. Licet Hel. Et nota quòd dicit Anto. in dict. capit. Licet Heli. in penult. colum: quòd dicitur probari suspitio dilapidationis, 5

P si ecclesia

si ecclesia habeat magnos redditus: & nihilominus prælatus est magnis debitis obligatus, & quòd non poterit se excusare obtentu nobilitatis, quia quantumcunq̄ sit nobilis, debet se restringere, & temperare, secundum ecclesiæ facultatem. Quod non videtur simpliciter tenendum: quia si prælatus dilapidat redditus annuos ecclesiæ ad iuam tantum meam pertinentes, non dicitur tunc dilapidare bona ecclesiæ: sed redditus suos. Propter quod non videtur esse procedendum contra eum tanquam contra dilapidantem bona ecclesiæ, nisi intelligat Anton. quando debita, quibus erat obligatus prælatus, essent contracta ratione ecclesiæ: nam cum ad illa etiam teneatur successor iuxta text. in capit. 1. de solu. dicitur tunc dilapidare bona dignitatis, quum per superfluitatem suorum sumptuum obligat successorem suum in ea. Insuper Barba. in dicto. capit. Venerabili, in. 6. & 7. colum. simpliciter refert plures & varias opiniones in ista materia, & post earum relationem dicit quòd magna molestia est sibi inferendis tot opinionibus, & quòd veritas nõ habetur ex illis, & quòd esset necessaria Papalis decisio, vt tot iura varia & diuersa reducerentur ad concordiam, & postea in colum. seq. refert opinionem Legistarum in proposito, & dicit quòd etiam ex dictis eorum non apparet veritas, sicut neque ex dictis Canonistarum, & quòd absoluat Apollo. Et tandem ipse pro veritate dilucidanda in isto passu suscipit duos casus examinandos. Primum an pendente lite super suspicionem dilapidationis sit interdicta ipso iure potestas alienandi, an sit interdicens a iudice. Secundum an sit interdicens administratio, an

debeat dari coadiutor, quos duos casus prosequitur per duas columnas sequentes, & tandem ex eis elicit tres conclusiones. Quarum prima est, quòd licet a iure sit potestas alienandi interdicta pendente lite super suspicionem dilapidationis, tamen requiritur factum iudicis, quam dicit esse contra Hostien. & sequaces de quo articulo vide Aretin. in dicto. capit. fina. de accusa. reliquas duas referre non curo: quia primam earum dicit esse contra glossas Decreti & Decretalium, & contra omnes Doctores usque ad suos dies. Secundam dicit esse contra scribentes, propter quod satis videntur paruipendenda a doctoribus, qui magis veritatem, quam superfluum subtilitatem querunt & alij referre student. In tanta igitur doctorum varietate, ni mirum si nos quid verum sit non facile possimus eligere. Vnde videtur posse teneri forma duplicis processus, de qua supra cum temperamento opinionis Abb. in dicto. cap. Licet Heli. in qua multum credit in hac materia committendum arbitrio iudicis.

#### ANNOTATIO.



De quòd huius capituli argumentum vehementer exposcit, vt hoc loco scribatur potissimæ pœnæ, quibus bonorum Ecclesiæ monasteriorum, & aliorum piorum locorum, alienatores vsurpatoresque puniantur. Hoc sanè canonice nostræ practice accommodatissimū est nec alibi opportunius tractari potest.

PRIMA igitur pœna est, quòd qui bona Ecclesiæ alienat deponi

poni debet. capit. diaconi. 12. quæst. 2. capit. si quis de reb. ecclesi. non alienand. Regia. l. 11. titul. 14. partit. 1. Si tamen clericus ad rem alienatam conuenitur, statim restituerit, vel damnum Ecclesiæ refarcit, à dicta pœna est immunis, ita scribit Hostien. in summ. titul. de aliena. rerû Ecclesiæ. §. & quæ sit pœna, idem tenuit gloss. in capit. 1. 17. quæstio. 4. idemque sequuti fuerunt veneranda antiquitatis viri nempe Tancre. Vicen. & Gofred. in capit. sicut. de electio. Contrarium tamen sententiam tenet gloss. in dict. quod sicut. in versic. fina. illius text. autoritate innixa, quæ videtur probare, quod sit necessarium, quod gratiose ad pœnam euitandam cum alienatore dispensetur. glo. in capit. Apostolicos. 12. quæstio. 2. & hanc probat Hostien. Ioann. Andr. Abb. in dict. cap. sicut. & in cap. si quis. de reb. & ecclesi. non alien. & negari non potest opinionem istam communem esse, & fortè veriore: licet prima maxima innitatur equitate, eamque approbat dicta egregia Parti. lex. & ibi not. Gregor. in verb. *Estas penas*.

Secunda pœna est excommunicatio. tex. in dict. capi. si quis præsbyterorum. & in cap. omnes ecclesiæ. 17. quæst. 4. Reg. lex supradicta.

Tertia pœna est sacrilegij. tex. in dict. c. omnes ecclesiæ. quem ad hoc perpendit Petrus Rebuff. in comp. aliena. bono. Ecclesiæ. nu. 108.

Quarta pœna est perjurij, eo quod beneficiati omnes se ipsos iuramenti vinculo astringunt, non alienaturos bona ecclesiarum promittuntque ea non diminuere. tex. in cap. prohibemus. de censib. text. in dict. capi. si quis præsbyterorum.

Quinta pœna est quod qui vendit, vel indebitè alienat bona Eccle-

siarum simoniæ crimine illaqueatur, ita Archidiac. in cap. Saluator. in fine. 1. quæstio. 3. qui hoc tenet per text. illum in versic. qui quis. & in capit. si fortè. 17. quæstio. 4. quæ pœna tunc locum obtineret, quando res sacra venderetur: ita intelligit Rebuff. in d. compendio. nu. 113.

Sexta pœna est quod talis alienatio est nulla. tex. in ca. sine exceptione. 12. quæst. 2. & hoc ipso iure idque verba illius cap. insinuant. cum dicit. *Irrita enim Episcoporum venditio*. De quo est text. iuncta gloss. in auth. ex causa. C. de lib. præteri. cum alijs quæ breuitati consulens ommitto. Et hæc venditionis annullatio pœna est gl. in cap. cognoscentes. de consti. vbi docto. Ex quo sequitur quod emptor rei ecclesiæ, vel alius qui ex contractu nullo rem possidet, eam cum fructibus restituere tenetur. tex. in d. cap. si quis præsbyterorum. & in cap. grauis. de resti. Spoli.

Septima pœna est, quod res alienata ad ecclesiam restituitur, nullo dato pretio. tex. in capi. 1. de Schisma. vbi Ancharra. Emptor verò recursum habet contra venditorem ad pretium, non verò poterit vti retentione rei ecclesiæ: vt not. in dict. ca. fin. Rebuff. in dict. comp. numer. 115. sed vtrum emptor malè fidei possit repetere pretium ab alienante glo. in authen. qui res. C. de sacros. Ecclesi. tenet quæ sic: quam ibi sequitur Cin. & Bald. gl. in c. hoc ius. 10. q. 2. Ant. de Butri. in c. ad audienciã de reb. ecclesiæ non ali. Hostien. in dict. §. & quæ sit pœna. Quauis contrariã opinionem, imò quod nec pretium repeti possi à prælato malè alienante. tenet glo. in l. iubemus. C. de sacros. eccle. & in l. quæ admodum. C. de agricol. & censu. libr. 11. & in auth. de non alien. & emphyt. §. si quis igitur coll. 2. & in d. c.

ad audientiam. Bar. in dict. auth. qui res. Abb. in dict. capit. si quis presbyterorum. in fine Imo. in dict. capit. ad audientiam. column. 3. & 4. vbi hanc opinionem communem esse fatetur, & dicit quod saltim in foro ecclesiastico difficile foret in practica contra eam obtinere. Prima tamen opinio approbata est dict. Regia. l. Parti. in verbo, *Mas contra*. Et eam intelligit ibi, Gregorius respectu pretij quod emptor dedit non vero alterius interesse.

Interpretatur Extra. constitutio. Paul. Secundi que prima est ti. de reb. Eccl. non alii. inter communes.

Octava poena est, quæ cum alijs colligitur ex Extrauagan. constit. Pauli secundi Pontificis Maximi quæ est prima titul. de reb. ecclesi. non alienand. inter extrauag. com. vbi contra eos qui alienant, vel locant, ultra triennium bona immobilia, vel mobilia pretiosa ecclesiarum, extra casus à iure permittos, excommunicationis poena inflinguntur, & si Episcopi vel Abbates fuerint, Ecclesie ingressus illis interdicitur, quod si lapsis sex mensibus, indurato animo perseuerauerint, à regimine suarum ecclesiarum, & administratione monasteriorum, quibus præsent, in spiritualibus & temporalibus eo ipso sunt priuati. Inferiores vero prælati, seu Priores, vel quicunque alij habentes beneficia curata, vel simplicia, seu dignitates, & administrationes, vel officia ecclesiastica regularia, vel secularia, sunt priuati: eo ipso, quod alienant, suis beneficijs, quorum res vel bona alienarunt, vel dignitatibus, illaque vacare censentur, absque aliqua declaratione, quæ quidem beneficia possunt conferri, liberè per ordinarios, ad quos de iure collatio spectat.

Circà quàm constitutionem illud notandum censeo, controuer-

sum esse inter doctores an ea sit vsu recepta. Siquidem Bertachi in tracta. de Episcop. in 36. quæstion. secundo volumin. tracta. diuersor. doctor. vbi que seruari affirmat. & Anton. de Prato. in tractat. de iurisdic. Episcop. capit. 5. eodem. 2. volumin. eam vsu receptam esse fatetur D. Petrus Auenda. in libr. 1. de exequen. manda. Regul. capit. 4. numer. 5. vbi dicit quod quotidie emanant literæ Apostolicæ ad eius obseruationem, & inuehitur in eos qui eam vel non esse receptam, vel contra eam validam esse consuetudinè, scripserunt dicentes in aduertenter fuisse locutos. Caiet. autem in summa in verbo, excommunicatio. casu. 75. in aliquibus locis quo ad nihil, in aliquibus quo ad aliquid receptam esse attestatur & D. Præsul. Couarruu. libr. 2. variar. resolutio. capit. 16. numer. 6. scribit apud Hispanos sæpe in forensibus controuersijs vidisse eam adduci, & quandoque admissam fuisse, & quandoque neglectam; proinde iudicis examinationi rem hanc dimittit, & de eius vsu dubitat etiam Summa Aruil. in parte locatio, eam tamen in supremo celeberrimoque Lusitano senatu receptam fuisse testatur celeberrimus, & doctissimus illius consiliarius Anton. à Gama. decis. Lusitani. 156. numer. 2. egrægius vero Martin. Nauarr. in manuali confess. capit. 27. nume. 150. hanc controuersiam ita diffiniuit nempe, vt existimet nulibi receptam esse quo ad pœnas illas extrinsecas, priuationis beneficiorum & aliàs. Secus vero quo ad pœnâ intrinsicam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures quàm in tres annos: itaque testatur Salmantice sententiam tulisse, qua irritam & nullam

Anto.  
à Gama  
Lusit.  
laudatur.

& nullam quandam bonorum Ecclesie locationem ultra triennium iudicauit, non tamen clericum celebrantem qui eam fecit, ex illius decreti censuris irregularem esse existimauit, quod verissimum & mirum in modum notandum esse censeo, & ita equidem supradictae opiniones conciliantur.

Aduersus verò illos qui bona Ecclesiarum vel piorum locorum occupauerint, tam clericos quam laicos, nouissimae poenae statute sunt in sacro Concilio Trident. Sessione. 22. cap. 11. de reformati. Et duodecim poenas statutas contra perperam alienantes bona Ecclesiarum scripsit Guil. Rodoan. in tracta. de rebus Ecclesiae non alienan. questio. 21. fo. 447.

## Publicis spectaculis.

### CAPVT, LXXII.

- 1 Clerici in publicis spectaculis interesse non debent.
- 2 Clerici huius criminis perpetratores, de iure Caesarum tribus annis ab altaris ministerio suspensi, in monasterio redigantur: de iure vero Pontificio, condigna poena, iudicis arbitrio sunt puniendi.
- 3 Clerici interesse non debent ludis, ostentationibus, executionibus damnatorum ad mortem, rauricidijs, seu alijs voluptuosis humanis delectationibus.

**S**I enim hominibus cunctis ob esse plurimum, moresque corrumpere spectacula Lactantius ostendit, ob idque fugienda consuluit in libr. 6. diuinarum institut. cap. 20. in si. ma-

xime sub his verbis. Vitanda ergo spectacula omnia, non solum ne quid vitiorum pectoribus infideat, quae sedata & pacifica esse debent, sed ne cuius nos voluptatis consuetudo delinuat, & a Deo atque a bonis operibus auertat. Quis inquam ambigere potest, quam indecens sit ecclesiarum obsequijs mancipatos viros illis delectari? Vnde merito ministris altaris, ac quibuslibet clericis prohibitum fuit in Concilio Laodicen. in Canone. 54. de quo in cap. Non oportet, lo. 2. de consec. distinct. 5. spectaculis aliquibus quae in nuptijs, aut in scenis exhibentur interesse, & sancitum fuit eos debere fugere, & abire de conuiuiis ante quam theatri ingrediuntur, ut ibi. Quodque non debeant spectaculis interesse scripsit Isidorus, ut in cap. His igitur. 23. distinctio. & quae etiam turpia spectacula illis inhiuantur, habetur in cap. Presbyteri. 34. distinct. quod est Concilium Agathens. in Can. 39. & insuper in antiqua illa & felici Ecclesiae aetate, non solum Pontifices maximi & caeteri Praelati eorum coadiutores, sed etiam Imperatores ipsi quantumuis vniuersi fere orbis regimine praepediti, clericorum honestati ac suorum morum reformationi vacabant, non gnari quidem quantum officiat a sacerdotibus & clericis in reliquum vulgus exempli mali virus efflatum, adeoque huiusce honestatis erant solliciti, ut plura clericis omnibus interdiceret, quae infelici hac tempestate nostra, leuissima fore videntur. Cuius rei exemplum est quod Iustinianus Imperator non solum Episcopis, sed etiam presbyteris, diaconibus, sub diaconibus, & lectoribus, ac omnibus alijs cuiuslibet venerandi collegij ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire prohibuit.

In hoc verò delinquentes, vt tribus annis à venerabili ministerio prohiberentur, & in monasterio redigerentur statuit, vt in auth. de sanct. Episcop. §. interdicimus. colla. 9. quæ quidem poena, & si vti ab Imperatore clericis inflicta, videatur non imponenda: monere tamen debet prælatos omnes, vt similia clericis prohibeant, ac contemptores, poena digna castigent. Et vide Cardina. in Clement. Ne agros. §. Porro. colu. 2. de stat. monach. referentem Lau. qui per text. ibi, & in dict. §. Interdicimus, & per text. in capit. Sententiam sanguinis. ne cleric. vel monochi, dicit quod clerici non debet interesse ludis, ostentationibus, duellis, executionibus damnatorum ad mortem, clandestinis matrimonijs, & alijs voluptuosis, seu alijs inhumanis actibus laicorum, ex quibus probabilis videtur asserentium opinio, scilicet non licere clericis, maxime sacerdotibus tauricidijs interesse. \*

Quippe cum inficiari nemo valeat quòd ille actus inhumanus sit, & antiquam redolens barbariem, & in quo plures ex inde hominum sequantur interitus, tantoque soleant iucundiora reputari similia spectacula, quanto læuior in homines fuerit taurorum ferocitas iaculis lacessita. Vt autem ad hoc abstinere clerici in sacris saltem constituti, honestum & æquum ducerem, vt hoc synodali decreto per omnes dioceses prohiberetur, poena condigna contrafacientibus imposita.

A



*A*uricidijs interesse. Adde egregiam l. 5 §. titu. 5. par. 1. & miror non esse allegatam à nostro autore, inquit enim lex illa. *Cuerdamente deuen los Perlados traer sus faxiendas,*

*como homes de quien los otros toman exemplo, assi como de suso es dicho, è por ende no deuen yr a ver los juegos, assi como à lançar, ó bohordar, ó lidiar los toros, ó otras bestias brauas, nin yr à ver los que lidian. Otro si non deuen jugar dados, nin tablas, nin pelotas, nin tejuelos, nin otros juegos semejantes de esto.* Idem decretum est in concilio Bracharensi. 4. acti. 5. capit. 8. in vltima parte & in Concilio Cæsar augustano anno. 1566. capit. 1. & in Synodo Valenti. actione. 1. & Conci. Prouintia. Toletan. ann. 1565. acti. 3. capi. 26. in dicta tamen partita lege in verbo, *Lidiar los otros*, Gregorius. Examinat an taurorum agitatio permessa sit: quam licitam esse iudicauit Ioann. à Medina in codice de reb. restituend. quæstion. 21. versic. corollarie sequitur, quo loco scribit eos qui rem publicam moderantur à peccato immunes esse, si adhibita diligentia necessaria ne mors aut damnum sequatur tauros agitari permiserint. Illi verò qui in plateis tauros agitant, si id temere non fecerint, sed locum propinquum, vel receptaculum habuerint, ad quod possint confugere, vt incolumes redantur, pari ratione excusantur, alioqui peccarent temere, & improbè tauros agitantes, suis viribus & industriae confidentes. Quòd verò attinet ad illos qui dictis ludis assistunt, dummodò non de peccato, aut negligètia si qua in rectoribus fuit, nec de currentium temeritate, nec de damno alicui ex taurorum agitatione eueniente letentur à peccato excusantur. doctissimus tamen Gregor. in dict. glos. dictæ legis Partitæ taurorum ludum maxime non iudicatur in quo nulla diligentia (vt ille inquit) sufficiens est ad præcauedas mortes percussiones, dâna, quæ frequèntissime ibi

*Tauros agitare an absque peccato liceat.*

contin-

contingunt. Et ea ratione Martin. Nauarr. in manu. confessor. Latino. capit. 15. numer. 18. quibusdam rationibus adductis ibi testatur olim tenuisse hanc taurorum agitationem, absque mortali peccato fieri non posse. postea tamen mutato consilio affirmare hoc non audeat, dum modo fiat cum moderamine, & adhibita cautela, sed quia id raro continget iustissimam fore legem qua taurorum agitatio prohiberetur, quam sanctissimus Pius Quintus Pontifex Maximus sanciuit, quæ vulgo circumferuntur.

Sed dictæ constitutionis poenæ & censuræ in his Hispaniarum regnis, quo ad laicos nec non milites quaruncunque militiarum, reuocatae sunt iam à sanctissimo domino nostro Gregorio Decimo tertio Pontifice Maximo, qui nunc feliciter catholice Ecclesie præest. Cuius decretum in studiorum gratiam quia vulgo non patet hoc loco scribere decreui.

### Ad futuram rei memoriam.

**X**poni nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex catholicus quod felicitis recordationis Pius Papa prædecessor noster, periculis fidelium occurrere volens, per suam constitutionem, omnibus Principibus Christianis, ceteris quæ personis in ea expressis, sub excommunicationis, & anathematis, & alijs censuris, & poenis, prohibuerit, ne in eorum locis, spectacula, ubi taurorum aliarumque ferarum bestiarum agitationes exercentur, fieri permitteret: aut illis quomodolibet interesse, prout in eadem constitutione latius continetur. Nihilominus idem Philippus

Rex regnorum suorum Hispanorum utilitate motus, quæ ex agitationibus taurorum huiusmodi prouenire solita erat, nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos ipsius Philippi Regis, nobis in hac parte humiliter prorectis supplicationibus inclinatis, excommunicationis, anathematis, & interdicti, aliarumque ecclesiasticarum sententiarum & censurarum, in ipsius Pij prædecessoris constitutione contentas poenas in eisdem Hispaniarum Regnis, quo ad laycos ac fratres milites tantum, quaruncunque militiarum etiam præceptorias, & beneficia ipsarum militiarum pro tempore obtinentes, dummodo dicti fratres milites sacris ordinibus initiati non fuerint: & agitationes taurorum festis diebus non fiant, autoritate Apostolica tenore præsentium tollimus & amouemus præmissis alijsque in contrarium facientibus non obstantibus, quibuscunque. (Prouiso tamen per eos ad quos expectauit) quod ex inde alicuius mors quo ad fieri poterit, sequi non possit. Datis Romæ apud Sanctum Petrum sub annullo piscatoris die. 25. Augusti. 1575. Pontificatus nostri anno quarto.

Et ideo taurorum agitationes, quæ metu censurarum aliarum ve poenarum extrauagan. Pij Quinti relegate erant in Hispania, iam sunt frequentissimæ. Clerici verò eis assistere non possunt, cum ecclesiastico ordini indecorum sit, eius ministros hisce spectaculis interesse: licet multi salutis eternæ prorsus immemores & grauiter mortaliter peccantes, temerè non obseruent. In dicto Concilio verò Prouinciali Toletan. celebrato anno. 1566. acti. 3. capit. 26. clerici qui in hoc deliquerint prout ibi diffinitur ordinarij arbitrio puniri debent.

Clerici  
taurorum  
agitatio  
nibus in  
terescen  
tes grau  
ter pecc  
cant.



Clandestinis nuptijs in  
teressentes,


## CAPVT, LXXIII.

- 1 *Clericus, qui interfuit coniugio clandestino, qualiter puniatur.*
- 2 *Suspensus ab officio an sit suspensus à beneficio.*
- 3 *Episcopus vel parochialis sacerdos, an huius c. suspensionem possit propria absoluteione tollere.*
- 4 *Hodie in pluribus locis consuetudo viget, ut praelati dispensent, quod sine bannis contrahere possint, qui nubere volunt.*

**P**arochialis sacerdos contemnens prohibere tales nuptias, aut quilibet alius etiam regularis, qui præsumit illis interesse, suspenditur ab officio per triennium, <sup>b</sup> & punitur grauius, si culpæ qualitas postulauerit, ut in capit. final. de clandest. despon. Et licet text. ibi solum dicat quod in hoc delinquens suspenditur ab officio, intelligendum est, quod talis suspensio inducit etiam suspensionem à beneficio cum hoc sit regulare, ut not. glo. in Clementi. Cupientes. de pœn. in glo. magna, versi. Et not. & in cap. Latores, de cler. excom. u. minist. & Docto. in capit. Pastoralis. de appella. vbi etiam glo. fin. & ita tenet Card. in dict. capi. fina. quem refert & sequitur Præpo. ibi. in fin. colum. Tempus autem triennij poterit minui vel augeri ex causa, ut not. Host. ibi, quem sequitur idem Præpos. in dict. fina. colum. qui pro eius opinione ponderat tex. ibi. dum dicit, <sup>3</sup> grauius puniendus, &c. Imò plus di

cit Hostien. secundum eum quod ab hac suspensione poterit absolui ab ordinario, vel suo parochiano, ex quo non reseruatur sedi Apost. arg. tex. in cap. Nuper. de senten. excom. nisi per constitutionem legati in provincia de consensu synodali fuerit absolutio reseruata, nam tunc etiam episcopus non posset absolui. Ego tamen dubito in quantum Docto. dicunt quod absolui poterit à suo parochiano, argu. d. cap. Nuper. quod hoc sit verum in isto casu: quia ille tex. loquitur in excommunicatione, in qua vertitur periculum animæ quod quis sit, vel moriatur excommunicatus, quod non est in suspensione. Itò loquitur quando difficile est ex aliqua iusta causa, quod ad ipsum excommunicatorem absoluiendus accedat. Item ludibrio esset pœna ista suspensionis per triennium, si statim post illam incursum posset sacerdos absolui à suo parochiano. Preterea pœna ista imponitur presbitero parochiali, quomodo ergo poterit ille habere alium presbyterum parochialem suum, qui illum tanquam parochialis & proprius sacerdos absoluat. Imò quod nec ab Episcopo possit absolui sacerdos qui hanc pœnam incurrat, magis in specie probat glo. in cap. Cupientes. in §. Cæterum, in verbo, suspensos. de elect. libr. 6. dum dicit, quod tex. in d. ca. Nuper. non habet locum in suspensione: & licet sequamur opi. gl. in clem. 1. de hæret. in §. verum. in verbo excommunicationis, quæ videtur extendere d. ca. Nuper. ad suspensionem, quando non fuit ad tempus determinatum, & dicit non habere locum quando tempus est determinatum, adhuc non potest procedere opin. Hosti. & Card. in casu nostro. Quum hinc suspensio sit limitata ad triennium: nec etiam procedere

potest eorū opi. si omissis glo. prædictis sequamur opinionem Pauli, in clem. 1. de reb. Ecclesi. non alie. quam videtur sequi Domi. super d. glos. in verbo suspensos, dum vult quod aut lex ponit suspensionem propter pœnam, aut propter contumaciam: primo casu, inferior non potest absolue- re, nisi esset causa vrgens: secūdo, inferior absoluit, & sic procedit d. ca. Nuper. Nam etiam secundum istam distinctionem non potest procedere dicta opinio Host. & Card. quia apertè constat quod in casu nostro suspensio non in contumaciam, sed in pœnam imposita est: & sic per supra dicta videtur, quod non sit vera  
 c opinio dictorum Doctorum quò ad casum nostrum, quam nusquam  
 4 ab alio impugnatam legi. Cùm autem hodiè in pluribus locis consuetudo  
 d inualuerit, vt prælati dispēsēt quòd sine bannis præcedentibus contrahere possint qui nubere volunt, vt facile est videre in aliquibus dicecesibus & vt de consuetudine eadem attestatur Petrus de Palude in. 4. sententiarum, dist. 28. quæst. 2. ar. 3. conclu. 3. eodem modo videtur quod ex tali dispensatione celebrandis nuptijs possint interesse.

A  *Alas nuptias.* Adde quod ad hoc vt huius capitis pœna imponatur matrimonio clandestinum dupliciter cōsiderari potest (alijs omissis) Primò quoties matrimonium absq; testibus contrahitur. Secundò quoties testibus præsentibus, prætermis- sis tamen denūtiationibus Ecclesię. glos. not. in ca. cum inhibitio. de clandest. dispensatione tradit Deci. in l. quo tutela. §. clam. ff. de reg. iur. Domi. Soto in. 4. senten. dist. 28. c. 1. ar. 1. Specul. coniungior. 1. par. arti. 10.

in prin. Regia l. 1. ti. 3. par. 4. Marti. Nauarr. in manuali. confessio. ca. 22. nu. 7. Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordi. versi. plura tamen se offerunt.

*Suspenditur ab officio per triennium.* Adde Regia l. 4. tit. 3. parti. 4. D. Couarruu. in 4. Decretali. 2. par. c. 6. num. 13. quo loco scribit suspensio- nem istam ad beneficium etiam ex- tendi posse. Florent. in. 3. par. tit. 1. c. 16. Hæc tamen suspensio ipso iure non imponitur, sed iudicis sententia desideratur, quod manifestè colligitur ex dict. cap. cum inhibitio. §. fin. ibi, *Suspendatur.* Et sic per sententiam cum illud verbum, *Suspendatur.* actū iudicis in futurum exigat, & ea ratione est canō ferendæ non latæ sententię glo. in l. in criminali. in verbo, habeatur. C. de iurisd. omni. iudi. tradit Felin. in cap. Rodulphus. nu. 24. de rescrip. Roman. sing. 2. Hierony. Gig. in tract. de pensioni. quæst. 78. Siluest. in summ. in verbo, excommu- nicatio. 1. quæst. 9. Matthes. singu. 112. & nouissimè D. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. fol. 32. versi. circa præmissa.

Hodie vero ex sacrosancti Conci- lij Tridenti decissione Sessio. 24. cap. 1. de reforma. Parochus, vel alius sacerdos, qui cum minori testium numero, quam ibi statuto: & testes qui sine parcho, vel alio sacerdote, de ordinarij seu parochi licentia, in his clādestinis matrimonijs interfuerint, nec non contrahentes ipsi grauiter pro arbitrio ordinarij puniūtur. Cir- cā quod decretum quatenus huius capitis argumento conuenit, non nulla censeo consideratione dignis- sima.

Primò antè omnia sciri oportet, quòd in dicto decreto quædam solē- nitates statutæ sunt, quæ pro maio- ri matrimonij solennitate desideran- tur,

B Clericus qui ma- trimo- nio clau- destino interfuit quæ pœ- na ple- tendus sit.

Sacrum Concili. Trideu. Sessi. 24. c. 1. de re- form. cir- ca illa

que for  
mam, &  
solennit  
tē matri  
monij cō  
cernunt,  
interpū  
tatur.

tur, quædam verò statuuntur, quia sunt de necessitate Sacramenti. de solennitate enim sunt banna, & dicta, publicationes in ecclesijs, vt maiori solennitate tantum Sacramentum celebretur, de substantia matrimonij est, quòd coram parochò, & duobus vel tribus testibus fiat: quòd si hoc omittatur nullum est matrimonium. Quod ex dict. Concilio manifestè colligitur, quia clausula decreti irritantis non refertur ad eam denuntiationū solennitatē, sed ad aliā, nempe vt matrimonij contractus substantiali forma ibi statuta cōtrahatur, & ita iquit. *Qui aliter quā presente parochò, vel alio sacerdote, de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta synodus ad sic contrahendum, omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos presenti decreto irritos facit & annullat.* Si enim catholicum concilium voluisset matrimonium nullum reddi, ex defectu denuntiationū hoc expressisset: prout expressit deficientibus parochò & testibus, prout in simili disposuit tex. in capit. inter corporalia. post medium de transla. Episc. vel electi ibi. *Vnde si circa translationem idem fieri voluisset, quòd de cōcessione dixerat, & de translatione poterat expressisse.* Quòd etiam ex eo fulcitur, nam si hæc denuntiationes desiderarentur pro forma matrimonij, minimè sanè Catholicum concilium facultatem concederet ordinarijs, vt ex causis possent eas omittere argu. eorum quæ tradit Bar. in l. si in lege. ff. locat. Paul. de Castr. in l. qui Romæ §. Flavius. ff. de verbo. obliga. vbi latissime Alexand. num. 8. Felin. in capit. cum dilecta. n. 6. de rescrip. Deinde hanc rem comprobatur, quia iure antiquo matrimonium contractum absq;

monitionibus firmitatem obtinebat capit. cum inhibitis. de cland. disp. Sacrum vero concilium minimè corrigi sed innouat dictū ius antiquū Concilij Lateranensis cum dicit. *Sacri Lateranensis concilij sub Inno. tertio, celebrati vestigijs inuicem præcipit.* Et sic in nullo corrigi, ideo mutandum non est. l. præcipimus. C. de appella. & casus iste omissus remanet in dispositione iuris communis l. commodissime. ff. de lib. & posthu. quia si voluisset annullare expressisset. l. item apud Labeonem. §. ait Prætor. ff. de iniur. cap. ad audientiam. de renun. Istum dicit germanum intellectum dicti Concilij Ioann. à Rojas in suo epitom. de successio. ca. 2. n. 22. & 23. & 24. dicens ita pluries à se fuisse iudicatum sequitur Ioann. Gutierrez vir doctus & diligens in tracta. de iura. confirma. t. par. capit. 51. num. 25. Ioann. Matienço in Rubric. 1. lib. 5. noui ordi. in glo. 1. num. 34. & 35. Et ita decretum est à Cardinalibus qui sacri Concilij Tridentini interpretationi præsumunt, quorū decretum infra referam, & ita tenendum est licet contrariā opinionem, nempe matrimonium vitari denuntiationū defectu tenuerit Iacob. Menochi. confi. 69. num. 70. volum. 1. à quo in hoc cauendum erit.

Peccaret tamen grauiter parochus, qui matrimonium prætermittis denuntiationibus celebraret, atque contrahentes ipsi: necnon testes, qui sciēter in his motrimonijs interfuerint, & in exteriori iudicio condignis penis ab ordinario sunt puniendi. Si verò Parochus non in inuito consilio nec data opera, sed ex ignorantia credens banna præcessisse, ea omisit: iuxta qualitatem ignorantie leuiori poena puniendus est. Ipsi verò contrahentes, si modo bona fidem habuerint,

Ioñ  
Gutierrez  
rini.

rint, puniendi non sunt, nulla sanè eis culpa imputari potest qui parochi asseueranti facta fuisse iam banana fidem præstiterunt (prout tenebantur) nec suspicari debebant in huius muneris ministerio fuisse desidem ita scribit optimè meo iudicio Doctor Ioann. Segura in direct. iudi. Ecclesi. 2. par. cap. 15. num. 40.

Secundò illud etiam perpendi debet, quòd licet parochi præsentia, vel alterius sacerdotis interuenientis, sua vel ordinarij licentia sit de substantia matrimonialis vinculi, non tamè pro eius forma desideratur: quòd ipse sacerdos verbis dicti concilij vel alijs de more regionis vtatur ita multis rationibus, & argumētis adductis probat Illephonus a Vera Cruce in apendi. ad Specul. matr. mon. dubio. 4. Non tamen excusaretur clericus à mortali crimine, & à pœna à suo ordinario imponenda, si dictis verbis in matrimonijs contrahendis non vtatur, vt ipse ibi latè scribit.

Tertiò (licet hoc à multis in cōtrouersiam adduci poterat) verissimum & iuri consonum censeo quòd licet parochus inuitus, reuens, vel dolo iè ad matrimonium celebrandum à contrahentibus, vel alijs suo nomine fuerit adductus, dū modò contrahentium verba audiat, & probè intelligat, tale matrimonium firmitatem obtineuit. Id sanè in dicto decreto præcisè pro matrimoniali vinculo exposcitur quòd præsens sit, vt tanquam testis, qualificatus, cum alijs qui ibi interfuerint testimoniū proferre possit, & ideo quemodocunque id fieri possit, minimè viciatur matrimonium, de quo est text. insignis in l. coram Titio. ff. de verbo. sing. vbi Florentinus iureconsultus inquit. *Coram Titio aliquid facere iussus, non videtur presente eo fecisse nisi is intelligat.*

*Matrimonium coram testibus & parochi etiam reluctante, contractum validum est.*

*Itaque si furiosus, aut infans sit, aut dormiat, non videtur coram eo fecisse. Scire autem non etiam velle is debet. nam etiam inuito eo rectè fit quod iussum est. Vnde si statutum prohibeat, aliquid fieri sine præsentia alicuius, satis est illum esse præsentem quanuis nec consentiat, nec consulat id fieri: vt eleganter voluit Bald. in cap. ex parte Episcopi. icol. 1. de rescrip. Aretin. in l. si quis mihi bona. §. Si coram. 1. not. ff. de acqui. hæredi. per id quod voluit Bar. in l. Modestinus. colum. 1. ff. de dona. quòd cum in insinuatione sola præsentia iudicis sufficiat per l. omnium. C. de testam. satis est quòd donatio coram iudice fiat, absque eo quòd ipse aliquid faciat, aut decretum interponat. sequitur Bald. in l. istud colum. 2. 1. quæstio. C. de sacro Ecclesi. vbi ad hoc allegat tex. quem dicit meliorem de iure in l. vltim. C. de prædi. curi. lib. 10. Alexand. in dict. l. omnium. colum. 1. And. Tiraquell. post leges cōnuiales gloss. 7. nume. 32. Rursus hoc fulcitur, quòd præcipuus finis & scopus Concilij Tridentini fuit, prohibere matrimonia clandestina, & mederi malo: quod ex eisdem ortum habebat eorum videlicet, qui priore vxore cum qua clam contraxerant relicta, cum alia palam contrahabant. Et sic in perpetuò adulterio viuebant, vt ex prohemio dicti decreti constat, ex quo finalis ratio deduci solet, vt in l. fina. ff. de hæred. insti. cui malo satis medetur, ex parochi præsentia absque aliquo ipsius ministerio, vel consensu. Prætereà hoc ex dicto sacro sancto Concilio corroboratur, quòd parochi præsentiam & testium, ad firmitatem matrimonij equiparat, copula equidem, illa & casus similes coniungit. l. Seizæ Caio. ff. de fundo instruct. sed præsentia testium sufficit quocunque modo*

modo contingat, & quòd sit casualis & moralis, ita Bald. per illum text. in l. testium. num. 6. C. de testib. tradit Felin. post alios in proem. Decretali. num. 29. ergo & parochi presentia dicto modo sufficit. Ità ab hinc pluribus annis statim post conci. Tridentinum, cum de hac quæstione interrogatus fuisssem (dictis rationibus innixus) respondi. Et cum casus similis Salmanticæ contingisset, consulti de eo fuerunt Cardinales, qui Pontificia autoritate Concilij Tridentini interpretationi præfunt, qui D. Hieronymo Manriquez Salam. Episcopo ità responsum præstiterunt.

Reuerendissimo domino vti Fratri domino Episcopo Salmantino.

**R**euerendissime domine, libellus hic amplitudinis tuæ nomine porrectus, in quo nonnulla continetur quæ sita ad contractum matrimonij spectantia, propositus fuit in sacra congregatione Cardinalium, interpretationi Tridentini Concilij præfectorum, quorum hac fuit sententia.

Non pertinere ad substantiam matrimonij, vt parochus aliqua verba proferat, ideoque valere matrimonium, quauis verba exprimentia consensum prolata sint à contrahentibus tantum, dummodo parochus adhibitus à contrahentibus, sit præsens & intelligat, id quòd agitur: licet dissentiat, & contradicat, parochum verò intelligi adhibendum, etiam si ex alia causa vocatus sit: dummodo ad illum actum adhibeatur. De parochis autem qui omisis tribus denuntiationibus, sine or-

dinarij licentia, aliquos desponsauerit, à matrimonio teneat, congregatio censuit matrimonium quidem valere. Sed parochum ab ordinario puniri posse. Hac sunt quæ sacre congregationi visa sunt, amplitudini tuæ rescribenda, cui bonam valetudinē, & omnia fausta à Deo precamur. Romæ die sexta Ianuarij. 1582: amplitudinis tuæ vti frater Philippus Eo comp. Cardinalis sancti Sixti.

Et ità in causa illa de qua fuerat controuersia dictus dominus Episcopus iudicauit, consilio doctissimi doctoris Bustos Salmanticæ Achademie sacrorum decretorum professoris insignis. Fateor tamen contrahentes ipsos & testes qui inuito consilio interfuerunt, cæterosque huius criminis reos grauius ab ordinario esse plectendos. Tum ne tantum scelus impunitum remaneat. Tum ne detur ansa passim violandi illà Tridentini Concilij sanctionem.

Post hæc verò scripta, peruenerunt ad manus meas, aliæ consultationes factæ dictis Cardinalibus, & datæ fuerunt D. Card. Garraf. in quadam matrimoniali causa, quæ contingit inter quendam Aluarum, & Cathirnam, in ciuitate Gienens. ann. 1582. quarum aliquæ sunt instituto nostro accommodatissimæ, & ideo in studiorum gratiam, hoc loco referendas duxi.

Primum igitur dubium propositum fuit, vtrum prohibitione facta ab ordinario, ne parochus aliquos desponsaret, ità tollatur iurisdictio parochi, vt ad contrahendum matrimonium, contra talem prohibitionem, non sit legitimus parochus, cum possit ordinarius in totum vel in partem auferre à parochis, ex causa iurisditionem, sicut fit quando reseruantur aliqui casus, & in proposita quæstione maiorem vim habet, quia prædictus sacerdos,

D. Bustos  
datur.

dos non erat principalis parochus, nec rector proprietarius, sed annuus vicarius qui ad nutum ordinarij poterat remoueri.

RESPONSIO.

**C**ongregatio concilij respondit, *valere matrimonium contractum coram parcho, cui interdictum est ab Episcopo ne interueniat.*

Ex quo secundum dubium controvertitur, vtrum cum in proposito casu interuenit parochus, non inuitus sed volens contra prohibitionem ordinarij, matrimonium validum sit, vel potius nullum, quia non interuenit sacerdos habens iurisdictionem, cum sit sublata ab ordinario.

RESPONSIO.

**C**ongregatio concilij respondit *esse validum.*

Tertium dubium est, quod si inuitus & compulsus per vim ad sit sacerdos, cum contrahitur matrimonium, praecedente vel non praecedente dicta prohibitione, vel tali interdictione, vtrum tale matrimonium subsistat?

RESPONSIO:

**C**ongregatio concilij censuit *subsistere.*

Quartum dubium, si sacerdos adfuit, nihil tamen eorum, quae agebantur vidit, neque audiuit, vtrum tale matrimonium validum sit sic contractum, vel potius tanquam sine sacerdote nullius sit ponderis seu momenti?

RESPONSIO.

**C**ongregatio concilij censuit *non valere, si sacerdos non intellexit,*

*nisi tamen affectatum esset non intellexere.*

Quintum dubium, si adsit sacerdos, dum contrahitur matrimonium casu, non cogitans, se ad id vocatum, sed aliud agens audiuit duos inter se contrahentes matrimonium, vtrum sit validum tale matrimonium, in quo fuit praesens non tamen certioratus neque ad id expressè vocatus: neque interponens suam auctoritatem dicto vel facto, vel potius sit nullum, quasi assistentia autoritatoria, per concilium requiratur, non nuda vel casualis praesentia.

RESPONSIO.

**C**ongregatio concilij censuit *valere, etiam si parochus aliam ob causam adhibitus sit ad illum actum.*

Quae decisiones singulares sunt & ideo non vulgariter notandae.

Quarto, est etiam memoratu dignum quod stante hodie dicto decreto concilij, si quis temerè audeat contrahere, absque parcho, & testibus, non solum tale matrimonium vt clandestinum nullum est, sed nec poterit postea parochus, huic postea contrahenti auctoritatem praestare: saltem absque ordinarij sui facultate, quod si fecerit incidit in poenam tex. in di. cap. fin. de cland. despon. ita interminis scribit Simon Maiolus in tracta. de irregulari. lib. 3. cap. 25. versi. circa crimina. fol. 306. sed miserè lauritur in hoc vir doctus, nam si prout ipse fatetur verum est, quod inhabilitas dicto Concilio statuta est ad sic contrahendum, quando forma praetermittitur, vt benè etiam scribit D. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordina versi. vltèrius dubitatur. Nullum potest impedimentum considerari, cuius ratione qui sic contraxerunt, seruata forma Ecclesiae non possint postea

Matrimo-  
niū nullū  
propter  
solēnita-  
tis defe-  
ctum, an  
possit va-  
lidè pos-  
se con-  
trahi.

Contra  
Simon  
Maiolo-  
lum.

Decre-  
tū Car.  
sacrae  
cōgre-  
gationis  
Contra  
nis.

contrahere, & ideo frustra desideratur ordinarij facultas. Quod iam definitum est Cardinalium qui præsunt interpretationi Concilij Tridentini Decreto his verbis. *Qui matrimonium sine parochio clandestinè contraxerunt atque consummauerunt possunt si nolum aliud impedimentum adest sine dispensatione de nouo in facie Ecclesie matrimonium contrahere.*

Illud tamen non diffiteor, quòd si ex Synodali constitutione, contrahentes ob matrimonium clandestinum excommunicationis sententiã incurrissent, vel tale matrimonium publicum esset, malè faceret parochus, saltim ratione scandali, qui non primò declarato nullo matrimonio clandestino ab ordinario, eos secundo matrimonio cõiungeret, eritq; propter hoc arbitraria pœna plectendus: non verò erit locus pœnæ text. in d. capit. fin. prout perperam Maiolus scribit.

Quintò est etiam firmissimè circa hoc institutum asseuerandum, eos omnes qui contraueniunt dicto decreto mortalem culpam contrahere, cum Ecclesie iustissimo præcepto in re grauisima contraueniunt, quòd manifestissimum est ita vt nulla probatione indigeat, & probat Alfon. à Vera Cruce in apendi. ad Specul. coniugio. dubio. 11. Et in exteriori iudicio grauius ordinarij arbitrio plectendi sunt vt in dicto concilio decretum est.

Circa quod tamen iudices Ecclesiastici animaduertere debent, quòd si non tantum matrimonium clandestinum contractum fuerit sed contrahentes carnali copula consummauerint grauiori supplicio immane hoc crimen ab ipsis puniri oportet ita fertur decretum esse à Cardin. quibus à Summo Romanæ Ecclesie Præ-

sule Concilium Tridentinum interpretandi cura amplissima potestate demandata est.

Sextò ratione huiusmodi mortalis criminis, sequitur iustissimè per synodales constitutiones statui potest, excommunicationis sententia, nec non aliæ pœnæ contra clericos, & laicos transgressores dicti decreti, id enim fit, vt melius superioris lex feruetur, vt in cap. animarum. de cõstit. in. 6. glo. in Clemen. ne Romani. in verbo, tolli. de electi. vnde iustificatur apud nos Synodalis Toletana constitutio qua excommunicationis pœna ipso iure, & aliæ pœnæ imponuntur, in hæc verba. *I mandamos que no guardando se la dicha forma, que el cura, o clerigo que celebrar este Sacramento, sea descomulgado por el mismo hecho, cuya absolucion en nos reseruamos, y demas, y aliende de las otras penas constituydas en derecho, le suspendemos por medio año: y siendo beneficiado le priuamos de la mitad de los frutos de su beneficio, aplicados para la fabrica de la yglesia donde fuere beneficiado, y no siendo beneficiado de mas de la dicha suspension, y excomunion arriba dicha, cayga en pena de tres mil maravedis aplicados a la dicha fabrica. En la qual dicha excomunion caygan e incurran las partes contrahientes, y los testigos ipso facto, como cae, e incurte el cura, o clerigo que hiziere el dicho matrimonio segun dicho es.*

Et cum suspensionis pœna, dicta constitutione per verba præsentis temporis inflingatur, ipso iure imposita censetur gloss. in l. si quis maior. in verbo infamia. iuncto text. in verbo *Notatur.* C. de transactioni. vbi Bart. Bal. & Paul. & alij recentiores notant. glo. in. l. si quis in tantam. in gl. magna in versiculo, *Quarto quaro.* C. vnde vi quam opinionem cõmunem esse

Toletana  
Synodalis  
constitutio

Contrauenientes sacro Tridentini concilij decreto mortalem culpam contrahunt.

Sententia excommunicationis iustissimè imponitur contraheutes clandestini matrimonij.

esse testatur plures quos refert And. Tiraquell. in repeti. l. si vnquam in versic. *Reuertatur*. num. 21. C. de reuoca. dona.

*Salmantina constitutio synodalis interpratur.*

Similis excommunicationis poena ipso iure imposita est constitutione Synodali Salmantina capit. 42. quam refert Doctor Didac. Perez in l. titu. 1. libr. 5. ordi. versic. *Item solet poena*. Quae amplius habet, nempe eos qui ea excommunicantur cuitandos esse, abique aliqua denuntiatione, quod sane manifestè repugnare videtur Martini Quinti constitutioni quae incipit. *Ad cuitanda scandala*. Quae statuit, neminem teneri excommunicatum euitare, etiam à iure donec nominatim denuntietur, & ea ratione cum lata sit, contra ius superioris non poterit firmitatem obtinere, vt in cap. cum inferior de maiori. & obedi. & hac ratione de eius valore dubitat D. Couarruu. in. 4. decretal. 2. par. cap. 6. nume. 9. Sed potest iure defendi quando matrimonium clandestinum, propter quod incurritur excommunicatio est notorium, tali modo, quod nullo pacto celari potest, ita eam defendere conatur Didac. Perez dict. ver. item solet. fol. 30.

Non tamen praetermittendum est, quod circa praedictas Synodales constitutiones scribit Domi. Soto in. 4. senten. distinct. 28. quaestio. 1. arti. 2. vbi contra eas inuehitur dicēs, quod melius esset quod iuris comunis poenae tantum imponerentur. Nam si Summi Pontifices sacraque concilia dictas censuras necessarias iudicaret, eas infligerent. suspicatur (vt ille inquit) quod propter subsidium potius fabricarum, quam animarum imponuntur. Illi autem qui dictas censuras ignorant, eas minimè incurrunt, etiam si aliqua sua culpa vincibiliter (vt aiunt) ignorent. Quia licet à iu-

ris communis censuris nulla ignorantia excuset tamen ab aliorum inferiorum prelatorum excusat, dummodo, crassa & supina non fuerit, vt in ca. vt animarum. de constit. lib. 6. Crassa vero & supina ignorantia illa dicitur quae ex malicia vel nimia negligentia procedit.

Septimò ex verbis dicti sancti Concilij colligitur, quod ordinarius ex illius praeepto tenetur transgressores debitis poenis punire, in illis verbis, *Arbitrio ordinarij puniri praecipit*. Et ea ratione peccat ordinarius, vel eius vicarius, qui neglexerit huius criminis reos punire, ita tenet F. à Vera Cruce in apendice dubio. 11.

Octauò non est obliuioni tradendum, quod per impositionem poenae illius decreti non censetur exclusae poenae tex. in dict. cap. cum inhibitio. §. fina. imò vltra illam parochus, vel alius sacerdos qui in hoc deliquerit, poena arbitraria plectendus est, prout in dicto decreto concilij continetur. Tum quia iuri antiquo in hoc derogatum non est, à quo sine noua & expressa decisione recedere nò licet. l. praecipimus. C. de appella. cum similib. Tum quia in dict. §. fin. cap. cum inhibitio, vltra suspensionem triennem, grauior poena iubetur imponi, si delicti qualitas postulauerit, & sic vltra suspensionem locus est poenae arbitrariae, & ideo factum Concilium antiquo iuri videtur conforme. Tum quia clandestinum matrimonium, magis odiosum, & prohibitum hodie est, quam olim, cum antea iuris prohibitione non obstante, ratum erat: nunc vero inuolidum est. Quare ratione, qui dicto decreto contraueniunt, magis delinunt quam olim, iuri antiquo contraueniendo, & sic melius hodie quam antiquitus verificari possunt verba dict. §. ibi,

*Text. in c. cum inhibitio. §. fina. de clandest. desp. de claratur*



Prohibi-  
tio matri-  
monij  
clandestini  
sponsalia  
de futuro  
minimè  
cōprehendit.

*Gravius puniendus si culpa qualitas postulerit.*

Nonò illud est etiã obseruãdum, quòd concilij prohibitio, nec non statuta ibi pœna, solum in contrahẽtibus, vel interuenientibus in matrimonijs clandestinis verificari debet, non autem si sponsalia de futuro contraherentur. Hoc namque casu, nec contrahentes, parochus, vel alius sacerdos, testes ve aliqua pœna sunt puniendi. Tùm quia concilium tantum loquitur in matrimoniali contractu, nec verbum in eo continetur, quod ad sponsalia de futuro referri possit, vt patet ex eius uerbis ibi. *In posterum ante quam matrimonium contrahatur.* Et ibi, *Ad celebrationem matrimonij procedatur.* Et ibi, *Matrimonium malitiose impediri possit.* Et ibi, *Matrimonium contrahere attentabunt.* Sequitur statim & facit. *In super parochum, vel alium sacerdotem, qui cum minori testium numero, & testes qui sine parochis, vel sacerdote huiusmodi contractui interfuerint.* &c. Et sic manifestè de matrimonio tantum agit. Tùm quia ratio Concilij quæ ex eius decissione percipitur, solum in matrimonio militat, non verò in sponsalibus de futuro, quòd manifestè patet. Nã quæ eam causam clandestina matrimonia annullantur, vt peccata perpetua de medio tollantur, quæ sæpè numero ex dictis matrimonijs oriebantur, quòd minimè contingit, in sponsalibus de futuro: nam si illis contractis, sponsus cum alia de presenti contrahat, licet peccet violando fidem, non tamè in perpetuo peccato manet, & ideò Concilij decretum, nullo modo in sponsalibus de futuro procedit. Tùm quia Concilij sacri decissio, noua est & correctoria, & ultra casum ibi expressum, extendi non permittitur. l. precipimus. C. de appella.

Tùm quia qui sic contrahunt, nõ faciunt contra Ecclesie præceptum, quia nec antiquo nec nouo iure prohibitum est, sic contrahere. In ò iure veteri (quòd intactum in hoc remanet) licebat, & hac ratione post sacrum Tridentinum concilium sponsalia de futuro valida sunt & firma & naturali iure adimplenda. Tùm etiã fulcitur, quia sponsalia de futuro contrahens, non incidit in pœnam excommunicationis, vel aliam quæ imposita est à lege propter canonicum impedimentum gloss. memorabilis in Clement. vni. in verbo, contrahere. in versi. *Non puto*, de consang. & affini. quam dicit esse sing. Abb. in capi. 1. colum. penult. de post. Pralator. Collect. in cap. non debet. nu. 5. de consang. & affini. Deci. in capit. ad hæc in beato. numer. 45. de postu. Præla. Nicola Mil. in rep. in verbo lex. Felin. in rub. de sponsali. & in capi. tertio loco. nu. 2. de præsump. Ias. in. l. cum quidam. numer. 13. ff. de lib. & post. & in. l. quominus. nume. 18. ff. de flumi. & in. l. si stipuler. num. 5. ff. de verbo. oblig. Cur. Iunior. nume. 58. Oroscius. numer. 24. in. l. 2. ff. de iuris. omni. iudi. Boeri. decissio. 173. num. 30. Ang. in summ. in verbo pœna. Andr. Paraquell. in. l. 10. conu. gloss. 2. num. 18. Nauarr. in capit. si quando. excep. 6. pag. 20. de rescrip. & eam esse communem testatur Ripa in tracta. de peste rub. de remedio ad conseruand. vber. num. 65. Præposi. in cap. 3. num. 8. de sponsali. Nauarr. in manuali confesso. capit. 22. num. 43.

Ex quibus facilè repellitur Ioann. Andr. Abb. & aliorum opinio in di. cap. cum inhibitio. qui scripserunt, illius tex. prohibitionem locum in sponsalibus de futuro obtine. quos sequutus fuit noster Greg. in. l. 1. in verbo,

*Que los desposen.* Titu. 3. partit. 4. quam opinionem multis rationibus defendit Castillo. in. l. 49. Tauri versic. matrimonium.

*Lex oratio. ff. de sponsa. interpretatur.*

Nec superioribus refragatur. l. oratio. ff. de sponsalibus. quæ vulgò circumfertur ad probandum, quòd prohibito matrimonio, sponsalia prohibita censentur, quia illa non procedit, quando datur diuersa ratio, quæ suprà iam tradita est ità legem illam interpretantur Bald. & Salic. in. l. C. 1. si rect. prouin. Dec. in c. iuravit n. 4. de proba. & in. c. nã & cocupiscentiã. 2. lectu. n. 4. de constitu. Iacob. Philipp. Porti. lib. 5. reg. conclusi. 35. lim. 1. Ioan. Oros. in dict. l. 2. n. 24. vbi Cur. Jun. n. 58. testatur istum intellectum & limitatione esse communẽ quàm probat text. in. l. si quis officiu. ff. de ritu nupti.

*Auctor Achademia Complutensis sacrorum Decretorum et sedis per duodecim annos fuit moderatus.*

Et memoria quidem teneo, quòd anno Domini. 1564. eo tempore quo non sine summa totius Christiani orbis vtilitate, dictum decretum sacri Concilij in lucem prodidit, cum Sacrorum Decretorum huius Complutensis celeberrimæ Achademia, publicus essem professor (eamque functionem per duodecim annos non sinè laude gessi posteaque ad primaria dona perueni) cuius publici muneris ratione, materiam sacramenti matrimonij legens, primus omnium in dicta Achademia, Concilium catholicum sum interpretatus hanc opinionem publicè docui, cæteris sacrorum canonum professoribus (qui tunc erant doctissimi) refragantibus. Primus etiam causarum forensium patronus, in publicis actionibus ad forum spectantibus defendi, & obtinui in causa quæ in hac amplissima ecclesiastica Complutensi curia statim agitata fuit coram

Licenciato Martino Lopez de Salas Vicario generali integerrimo, gaudeoque opinionem nostram, in scholis & ecclesiasticis tribunalibus ità receptam esse, vt nullus dubitanti locus relietis sit. Et eam multis annis lapsis tenentem legi Illephon. à Vera Cruce in appen. ad specul. coniugi. quæstion. 9. per totam pagin. 40. & iterum pagin. 113. & 117. Frat. Anton Cordoua in tractat. *De casos de concien-tis.* quæstio. 52. & nouissimè eam tenet Ioann. Gutierrez. in tractat. de iuramento confirma. capitul. 51. primæ part. nume. 6. Sicque catholicum Concilium interpretandum est, licet contrarium, quòd in sponsalibus de futuro obtinere debeat locum, soniauit (prout illi demore fuit) quidam Albornoz in libro eius præcipiti ingenio digno nuncupato, *Arte de contractos.* libr. 4. titul. 1. Et à sacra congregatione Cardinalium ità sancitum est his verbis. *Decretum Concilij Sessione. 24. capit. 1. de reformatione annullat tantum modo, contractus matrimonij per verba de presenti, clandestina facti sponsalia autem per verba de futuro relinquit, in terminis iuris cõmunis. Præterquam quòd per copulim prædicta sponsalia, non transibunt in matrimonium.*

Ex quo sequitur interpretatio ad huius Toletani Archiepiscopatus synodalem constitutionem, quæ quarta est. titu. 4. lib. 4. dictarum constit. quæ poenam clericis interuenientibus in sponsalibus de futuro prohibitis imponit, quæ in hunc modum loquitur. *Otrofi considerando de quantos inconuenientes son causa los clerigos, que se atreuen à interuenir en los desposorios, ó matrimonios prohibidos: mandamos que ningun clerigo interuenga en ellos, aunque sean de futuro, y que*

*Contra scholasticum nuncupatum Albornoz*

*Interpretatur Synodalis constitutio Toletana.*

*Q* por el

por el mismo caso si los hiziere ò interuiniere en ellos, ò los solenizare, pierda los frutos de vn año del beneficio, ò beneficios que en esta diócesi tuuiere, y si no fuere beneficiado, cayga en pena de dos mil maravedis, la mitad para la Iglesia donde fuere beneficiado, ò siruicre, ò parrochia donde se hiziere, y la otra mitad para el acusador, y pobres, y demas desto mandamos, que los vicarios generales, los castiguen en las otras penas de prision, ò suspension segun la calidad del caso lo requiere.

Est sanè constitutio illa synodalis interpretanda, vt procedat quando sponsalia de futuro sunt prohibita, propter canonicum aliquod impedimentum, consanguinitatis, vel affinitatis, vel propter aliud cuius ratione sacra canonica iura prohibitionem induxerunt: non verò quando talia sponsalia contrahuntur, inter eos quibus matrimonium interdictum non est.

Decimò, ex dicti Concilij decreto animaduerti debet, clericum siue secularem, siue regularem, qui non sibi subditos matrimonio coniunxerit, vel post contractum benedixerit, sine licentia proprij parochi illorum qui sunt coniungendi, vel benedicendi, ipso iure suspensum esse, quousque ab ordinario absoluator: quæ suspensionis poena non solum incurritur, si sacerdos non sibi subditos coniungerit, aut benedixerit, sed si alterum eorum fecerit, ità clarè colligitur ex verbis disiunctiuis illius decreti ibi, *Coniungere, aut benedicere, Ausus fuerit.*

Vndecimò, prætermittendum non est, an parochus à poena sit immunis, qui subditos suos in alieno

loco extra parochiam existentes, matrimonio coram testibus coniungit, absque proprij sacerdotis consensu. Et præfari oportet vtram matrimonium eo modo contractum legitimum iudicandum sit, & licet neminem inuenerim, de hoc argumento disputantem, quousque tamen sacrosancta Romana Ecclesia contrariū iudicauerit, censeo tale matrimonium non ex eo viciari, quòd extra parochiā contractum sit. Tùm quia forma Ecclesiæ, quæ in matrimonijs contrahendis desideratur, interuenit cum coram parochi & testibus contractum sit, ergo matrimonium iudicandum est. Tùm quia sacrum Tridentinum Concilium, nec pro matrimonij substantia, nec pro eius solennitate requirit, quòd intra propriæ parochiæ limites celebretur, & cum eius decisio noua & correptoria sit, potius restringenda, quam amplianda est, vt sæpe dictum est. Tùm quia ratio potissima quæ ansam dedit dicto decreto, ea fuit vt longè clandestinitas repelleretur, & matrimonium legitime probaretur, quæ ratio verificatur etiã si extra parochiam & in alia concilij forma seruatata contrahatur. Tùm quia matrimonij vinculum mutuo consensu in quo contractus continetur perficitur nihilque obtinet, quòd ad iurisdictionem concernat, vt indè esset asseuerandum, extra parochiā contrahi non posse. l. fina. ff. de iurisdiction. omnium iudicium contractus verò nisi speciali iure interdictum sit vbique potest celebrari. Tùm quia si in matrimonij celebratione aliquis actus consisteret iurisdictionis (quòd prorsus negamus) esset voluntariæ & non contemptiosæ

parochiam  
potest  
trino  
copulare

Clericus  
matrimo-  
nio copu-  
lans, vel  
benedi-  
ces, non  
subditos,  
ipso iure  
suspensus  
est.

Parro-  
ches an  
subditos  
extra pa

tiosæ quæ extra territorium potest exerceri. l. emancipati. ff. de adoptioni. gloss. in. l. fina. ff. de iur. omni. iudi. quam doctores ibi sequuntur maximè Ias. numero. 6. Tum quia huic opinioni egrègiè suffragatur celebris Hosti. doctrin. in summa. titulo de penitent. & remissio. §. cui confitendum, versic. Nunquid extra territorium. asseuerantis quòd sacerdos parochialis, extra suæ parochiæ territorium existens, potest vbique parochianum suum confiteri, & absoluerè sequitur Ias. dict. numer. 6. Et vt propositam difficultatem absoluiam asseuerandum censeo, non esse parochum à pœna immunem. qui extra opidum in aliena parochia, absque licentia propij illius parochi, sibi subditos matrimonio copulauit, & cū certa pœna statuta non sit iudicis arbitrio imponetur l. 1. §. 1. ff. de iure de libr. capit. de causis. §. illis. de offici. de leg. Quæquidem pœna maior vel minor erit, per pensa malitia causæ quæ ausam præstitit dicti matrimonij celebrationi. Nò sane parochus, criminis suspitione caret, qui nulla subsistente causa extra opidum in aliena parochia propria autoritate matrimoniū celebrat, & ita tenendum censeo licet fere octo annis elapsis post hac scripta contrarium tenentem legerim Doctorem Ioann. Seguram in directo. iudi. Ecclia. 2. part. capitul. 15. numero. 49. Nec refert, quòd in opidis in quibus diuersæ parochiæ constitutæ sunt, contrarium apud nos moribus receptum est. Quia id contingit, cum parochi saltim tacitè alternis vicibus sibi ipsis hoc facere permittunt, quòd si contradicerent nullo modo liceret.

Expressa  
licentia  
propij.

Duodecimò quòd ad hoc, quòd vt sacerdos, iupugne sibi nò subdi-

tos, possit coniungere, vel benedicere, requiritur quòd propij sacerdotis expressam facultatem habeat, nec tacita sufficeret, id equidem significat illud verbum, *Licentia*. positum in Concilio ita scribit Lapp. allega. 86. & ibi nouissimi apostulantes. Andr. Tiraquel. latissimè in leg. conuual. gloss. 7. numero. 8. & ita interminis declararunt sapientissimi Cardina. interpretes sacrosancti Concilij Tridentini anno. 1573. die. 12. Nouembris dùm Venetijs quæstio circa hoc esset, inter quosdam Grinam & Paulam de Alueno, quæ se desponsatam asseuerabat, à quodam Ioanne Baptistâ Grinano Veneto, vt testatur Iacob. Menoch. de arbi. iud. quæstio. libr. 2. centu. 5. casu 453. numero. 14. idem in consilio 188. numer. 7. volum. 2.

Decimo tertio, non est obliuioni tradendum, quòd ad hoc vt matrimonium coram alieno sacerdote celebratum, firmitatem obtineat: & ipse à pœna sit immunis licentia propij sacerdotis præcedere debet, nec sufficit, quòd postea sequatur. Vbi enim in aliquo actu licentia desideratur ea præcedere debet. authent. licentia. C. de Episcop. & clerici. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirend. hæredit. l. vltim. §. necessitate. C. de boni. liber. capit. omnis vtriusque sexus. de pœni. & remission. & facit. l. 13. titul. 6. partit. 6. vbi Gregori. in verbo, *Con otorgamiento*. & l. 3. titul. 7. libr. 5. noui Regij ordin. vbi sancitum est primo genium non confirmari ex Regia licentia quæ post eius institutionem sequitur nisi hoc in ea expressè cautum fuerit tradit Innocen. in capit. dudum. de reb. ecclesiæ non alien. Bart. in. l. si autem plures. ff. de aqua

Sacerdotis requiritur vt alienus possit aliquos matrimonio copulari.

Dicitur licentia à parrocho præstari da matrimonium debet. pcedere.

Q<sup>2</sup> plu.

plu. arcēda Mar. Anton. Bauer. in §. si alienus seruus. Institu. de hæredib. institu. Barthol. Socin. consil. 222. n. 3. lib. 2. Cornel. consil. 89. nu. 10. lib. 3. Cassan. in constit. Burg. rubr. 4. §. 7. numer. 38. Antoni. Gomez. in l. 42. Tauri. Et licentia multipliciter accipitur, vt per Bald. consil. 290. nu. 6. lib. 3.

*Quis dicatur propius parochus.* Decimo quartò, non est ab hoc instituto alienum indagare, quis propius parochus cēsendus sit, vt matrimonio intērese possit. Et absque controuersia asseuerandum est, quòd is est Episcopus, qui in sua diœcesi est ordinarius. Similiter & eius vicarius generalis, qui ordinarius est vt infrè dicemus. Erit etiam vltra hos vtriusq; coniugis propius sacerdos quando diuersarū parochiarum contrahentes fuerint. Nam cum vnus sine altero hoc matrimoni vinculo coniugi non possit, vterque contrahens efficitur vtriusque Parochi subditus. argumen. text. in l. si communem. ff. commun. prædi. & in capi. per tuas. de arbi. & ita in praxi. receptum est vt testatur Doctor Segura Daualos in direct. iudi. Ecclesi. 2. par. capitu. 15. numero. 47. Si verò inter duos alienigenas, matrimonium cōtrahi debet, qui aliàs noti sunt nec bagi reputantur, propius parochus in matrimonij celebratione is cēsendus erit, in cuius parochia qui contrahere debet habitat, tempore quo matrimonium contrahi debet, vt iam pridem responsum est ab Illustriss. Cardinalibus qui Concilij Tridentini congregationi præfunt.

Decimo quintò, silentio præmittendum non est ne iudices Ecclesiastici in proferendis sententijs contra sacrum Concilium contractis errent (vt aliquando vidi) quòd matrimonia quæ clandestina sunt non

debent ab eis irritari cum ab eodem Concilio irrita sint sed tantum declarare debent, irrita & nulla a principio fuisse. sic censuit sacra Cardinalium congregatio in hunc modū. *Matrimonium contractum coram sacerdote qui non habet licentiam ab ordinario neque à proprio contrahentium parochus non debet per ordinarium irritari sed tantum declarari irritum esse quia cum concilium Tridentinum illud irritum fecerit non est alias irritandum sed opus est sola declaratione quòd irritum sit.*

Duodecimo sexto, non est præmittendum, circa huius capituli propositum argumentum, clericum qui matrimonium quòd seruata Concilij Tridentini forma contrahi intenditur malitiosè impedierit pœna text. in dict. capit. cum inhibitio. §. fina. puniendum esse ita gloss. notat ibi in verbo, malitiosè. Si verò laicus in hoc delinquerit, ab ecclesiastico iudice arbitraria pœna est puniendus ex gloss. sententia ibi Regia. l. 4. titulo. 3. partit. 4. Insuper damnum parti illatum resarcire tenetur ita Vincent. Ioann. And. in dicto. §. fina. Grego. Lopez in dict. l. 4. in verbo. *Deuen auer pena.* Didacus Perez in l. 1. titul. 1. libr. 5. ordina. fol. 33. quòd not. quia sæpissimè contingit in practica.

*Quod non sit vera.* Adde quòd hanc nostri auctoris opinionem contra alios sequitur D. Præsul. Couarr. in. 2. part. Decreta. capi. 6. num. 14. & nouissimè D. Didac. Perez vbi paulò ante allegaui.

*Dispenset.* Adde quòd iam hodie nouissimo Concilio Tridenti. Sessio. 24. capitul. 1. de reformat. matri. multoties iam allegato licet ordinarijs si legitima causa interfuerit, in his

*Not. cōtra malitiosè impedientes matrimonium.*

C

D

in his monitionibus dispensare. Nec antè concilium licebat hoc fieri, nisi tantum in locis in quibus consuetudo inualuerat, vt scribit Marti. Nauarr. in manu. confessio. capit. 22. numer. 70. Erit equidem iusta dispensandi causa si nobilis cum ignobile, diues cum paupere, senes cum adolescentula, contrahere velit: & ea ratione consanguineos timeat, ita Palud. in. 4. Senten. distinctio. 28. quæstion. 2. colum. 4. Antoni. in 3. part. titul. 1. capit. 16. §. 5. Martin. Nauarr. in dict. numer. 70. Erit legitima causa ob vicinitatè tēporis quo prohibita sunt nuptiæ vt cautū est decreto Car. Sacrę Congregationis.

Sed dubium egregium circa prædicta versatur, vtrum vicarij generales Episcoporum Concilij Tridentini autoritate, dispensare possint, vt non factis monitionibus matrimonium celebretur, qua proposita quæstione. Iacob. Menoch. conf. 69. nu. 55. volum. 1. censet hoc eis non licere immo prorsus prohibitū esse. Nā (vt ille inquit) cum hoc munus à sacrosancto cōcilio, Episcopi arbitrio relictum sit, non poterit vices suas alteri demandare, ex his quæ ipse latè scripsit lib. 1. de arbi. iudi. q. 54. nu. 1. & 2. Deindè quia ex eo personæ industria electa censetur, cum graua & ardua sunt quæ mandantur Deci. in l. 1. num. 28. vbi nouissimi. ff. de offici. eius Ias. in l. more. num. 65. ff. de iur. omni. iudi. & in l. à iudice num. 13. C. de iudi. Aymon consilio 303. numer. 3. At causa coniungendi & dissoluendi matrimonium, maximi ponderis est, vt tradit Dec. consil. 311. colum. 1. Parisi. consil. 15. nu. 13. lib. 2. Soci. Iunior. consil. 86. n. 6. lib. 2. Hieron. Gratia. consil. 2. num. 24. lib. 2. Sed meo iudicio lapsus est Menochius: qui fuit huius opinio-

nis antè signanus, cuius opinionem eo non allegato, nouissimè amplectitur Doctor Suarez de Paz in sua practica quam non sinè maxima diligentia elucubrauit. 2. thom. 3. num. 11. Qui ea innititur ratione. quòd in generali commissione ab Episcopo suo vicario facta, minimè comprehenditur dispensandi facultas, vt in capit. quòd translationem de offici. leg. glo. in cap. quæ de causa. 2. quæstion. 4. Et contrariam sententiam veriore esse semper iudicaui. Tūm quia potestas relaxandi has monitiones, non maioris momenti est, quam matrimoniales controuersias, beneficia causas, criminales querellas, & ceteras alias grauissimas concertationes, ad ecclesiastica tribunalia spectantes iudicare, & dirimere: cur igitur vicarijs generalibus hanc potestatem negauimus? Tūm quia si Iacobi Menochi, vera esset opinio, ex eius ratione, idem asseuerandum foret, in dicti Concilij decisione de qua in superioribus actum est, quæ pœnam paracho, contrahentibus & testibus, qui clandestino matrimonio interfuerunt imponit, quos arbitrio ordinarij puniendos esse præcipit, & in numeris alijs iuris locis, quibus certa pœna non statuitur, sed ordinarij prudentiæ & arbitrio committitur quòd nullus vel mediocriter doctus affirmare audeat. Tūm quia Episcopus iudiciales omnes controuersias, quarum iurisdictio ordinario iure sibi competit, sicut iudicare per se ipsum potest, ita per vicarium ab eo constitutum cap. cum Episcopus de officio ordin. lib. cui etiam potest delegatas causas præsentis terminandas committere, vt latè per Rebuff. in practi. benefi. in forma vicariatus numero. 159. Tūm quia sanctum concilium quatenus iudicio ordinarij

Vicarij  
generales  
Episcoporum,  
an possint  
dispensare,  
vt monitionibus  
non factis,  
matrimonium  
celebretur.

Opinio  
quædam  
Iacob.  
Meno.  
repellitur.

dictam facultatem committit, non tantum Episcopo, sed ei qui vices illius gerit committere censetur, quia is ordinarius dicitur, gloss. in cap. 2. in verbo, officialem. de offici. vicar. in. 6. & in capit. perlectis. in verbo, iurgia. 25. distinct. & in cap. Romana. in verbo generaliter. de appella. in. 6. tradit Felin. in rub. de offici. de lega. num. 4. D. Episcop. Couarruu. lib. 3. resol. cap. 20. num. 4. Et eadem est Episcopi & eius potestas, & idem est amborum tribunal. capit. 2. de consuetud. libr. 6. capit. Romana. in princip. de appella. eo. libr. & inter Episcopum, & eius vicarium non est dare medium, vt scribit Abb. consil. 21. libr. 1. in fine. dicitque ibi, vicarium Episcopi ipsius radijs illustrari, & hac ratione vnum ex potissimis Iacob. Menochij fundamentum longè repellitur. Tùm quia non semper verum est quod idem Menoch. asseuerat, nempe personæ industriam ex eo electam cèseri, quòd ardua aliqua causa committitur, nam matrimoniales controuersie magni ponderis & momenti sunt, ideoque illarum cognitio Episcopis competit. capit. ex literis. de in integ. restit. cap. accedentibus. de excessibus prælator. nihilominus tamen generales vicarij potestate vicaria eas iudicant. Tùm quia à tempore publicationis concilij praxis forensis (totius vt censeo) Christiani orbis præsertim Hispaniæ, ita concilium interpretata est. non igitur ab ea recedi licet, quia mutanda non sunt, quæ certam interpretationem habuerunt. l. minimè. l. si de interpretatione. ff. de legi. & vera legis interpretatio à practica summitur Bal. in capit. 1. in princ. de feudo sine culpa non amitten. Et posthæc scripta legi Illeph. à Vera Cruz hanc opinionem tenentem nullis corroboratam

fundamentis in append. ad specul. coniugiorum. fol. 4.

Nec ratio benè æruditi Doctõris Pæz me in contrarium mouet, nam hæc dispensandi facultas, nõ ab Episcopis suis vicarijs generalibus speciali potestate, ac veluti per manus cèsetur concessa, sed eo ipso quòd vicarij creantur ab ipso sacrosancto Concilio concessa censetur. Audio tamè quòd nouissimè, in concilio Prouinciali Toletano anno Domini. 1583. celebrato ab Patribus & Præsulibus qui ibi interfuerunt, quadam decisione nondum in publicum emissa, decretum fuisse, potestatem remittendi has denuntiationes, Episcopis cõpetere, non verò vicarijs generalibus. Quòd eis licuisse prædictam constitutionem sic diffinire nullus in disputationem adducere poterit.

## Nuptias secundas, vel temporibus prohibitis benedicentes.

### CAPVT, LXXIIII.

- 1 *Vir siue mulier si aliàs coniugalem benedictionem receperit, benedictio reiterari non debet.*
- 2 *Sacerdos huius criminis reus qualiter puniatur.*



**V**IR & mulier ad bigamiã transiens, non debet à præbytero benedici: quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet. verba sunt text. in capitulo. Vii autem, de secundis nuptijs, & sic

& sic siue vir siue mulier aliàs receperit benedictionem, non debet benedictio iterari, b quia communis est vtrique: neque vnus sine altero eã recipere potest, vt not. Hostien. in summa eiusdem tit. in. 9. An licitum sit, versic. In aliquibus. qui etiam notat quòd si duo transeunt ad bigamiam, qui nunquam fuerunt benedicti, poterunt benedici. Sacerdos autem contrarium faciens ab officio & beneficio suspensus cum testimonio literarum proprii Episcopi destinandus est ad sedem Apostolicam, c vt in ca. 1. eo tit. Ex quo videtur secundum Host. vbi supra quòd alius dispensare non potest. Quam poenam cum tam grauem consideret Ant. in d. cap. 1. pro tam leui delicto dicit quòd forte clericus, de quo ibi, benedixit secundas nuptias contractas viuentem prima coniunge: quod etiam ante eum suspicatur Ioann. And. qui tamen dicit hoc non patere in decretali antiqua: vt refert Abb. ibi, qui credit hodie imponendam esse poenam arbitrariam attentis circumstantijs, ac consuetudine loci. Et licet quidam dixerunt quòd talis sacerdos est suspensus ipso facto. tamen Hosti. tenet contrarium, quem videtur sequi Anto. ibi, dum refert eius opinionem ultimo loco. Et sequitur eum etiam expesse Abb. licet de Anto. non faciat mentionem. Vnde in hoc delicto cum poena non sit imposita ipso iure secundum communem opinionem: & delictum nõ sit tam graue, arbitrio iudicis erit puniendus clericus in hoc delinquens. f

A **B**enedicti. Vide rationem huius prohibitionis per egregium Martin. Nauar. in manu. cap. 22. num. 83.

B Iterari. Vide sing. Siluest. in summa. in verbo, nuptiæ. quo loco scribit

tex. in capit. 1. de secund. nup. Locum habere etiam priore matrimonio soluto, & quòd si alter coniugum iam semel benedictus fuerit, vel saltem mulier ipsa, non debet benedictio iterari. Quòd si foemina nondum fuisset benedicta, potest tunc benedictio solenniter fieri, & hæc fuit Sancti Thom. sententia in. 4. Sentent. distinct. 42. quest. 3. ad finem, quæ in praxi seruatur vt fatetur Henri. in capit. vir autem. de secund. nup. vbi gl. idem not. & frequentior vsus eam recepit vt testatur D. Couar. in. 4. Decretali. 2. par. c. 8. §. 11. n. 2. quam nouissimè sequitur Grego. in. l. 2. ti. 11. par. 4. in verbo, *No deuen ser vedados.* F. Alphon. á Vera Cruce in specul. coniungi. 1. par. arti. 13. & ita tenendum censeo licet hoc firmare nõ audeat Iacob. Menochi. de arbi. iudi. questio. libr. 2. centu. 5. casu. 417. num. 10.

*Ad sedem Apostolicam.* Hodie vero stat quædam Ioan. vigesimi secundi extrauagans constitutio qua missio sacerdotis secundas nuptias benedictis ad Romanam curiam omnino tollitur de qua meminit Domi. Præsul Couarruu. vbi Paulo antè allegauit.

*Viuentem prima coniuge.* Adde quòd hanc opinionem sequuta est Regia. l. 2. ti. 4. par. 4. cum dicit. *Mas los que diessen bendiciones. a los que casassen los begadas, o mas, siendo el matrimonio de partido, por embargo de derecho, o por muerte, segun sobredicho es, no caeran en pena.* Ex qua Grego. ibi colligit quòd iura secundas nuptias benedici prohibentia, procedunt, primo matrimonio nõ dissoluto, nõ tñ respectu poenæ de qua in dicto c. 1. de secund. nup. sed respectu ipsius dationis cuius contrarium videtur disponitur. c. vir aut. ex ratione ibi constituta



cum dicit, *Alia vice benedicti sunt*, à cuius tex. decisio & à receptis Theologorum & Canonistarum opinionibus de quibus supra minimè aude rem recedere, cum in hac spirituali materia illis meritò sit standum.

**E** *Secundum communem.* Adde quòd istam opinionem communem esse testantur eam sequuti Martin. Nauarr. in manu. confessor. capit. 25. nume. 137. pagin. 595. Iuli. Clari. lib. 5. recep. senten. §. fina. quæstion. 75. ver. sacerdos. Couarruu. dict. §. 11. numer. 2.

**F** *In hoc delinquens.* Adde quòd eadè opinionem communem esse testatur Iacob. Menoch. dict. casu. 417. nu. 8. Et eadem arbitraria pœna puniendum esse censeo clericum, qui temporibus à iure prohibitis, nuptiales benedictiones indulserit, de quibus in cap. Capellanus. de ferijs, & in capi. non oportet. 33. quæstio. 4. l. 18. tit. 2. parti. 4. & nouissimè in Concilio Tridenti. Sessio. 24. cap. 10. de reforma. vbi ab aduentu Domini vsq; ad diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum vsque ad octauam paschatis. inclusiue, sancta Synodus antiquas solèniū nuptiarum prohibitiones feruari ab omnibus præcipit, alijs autem temporibus nuptias solenniter celebrari permittit. Cùm enim ibi statuta non sit pœna, iudicis arbitrio relinquitur, text. in cap. de causis. de officio. delega. 1. §. 1. ff. de iure deliberand. In hoc vero Toletano Archiepiscopatu duorum millium dipòdiorum pœna statuta est: quæ Ecclesiæ, denunciatori, pauperibus æquis portionibus est applicanda, vt habetur lib. 3. dictarum constit. tit. de sponsa lib. cap. 5.

Pari etiam ratione coniuges, qui dictis prohibitis temporibus fuerunt benedicti, à iudice ecclesiastico arbi-

traria pœna puniendos censeo. Qui verò dictam nuptiarum solèniū prohibitionem statutis temporibus, superstitionem esse tiranicam, ab Ethnicorum superstitione profectā, aut benedictiones, & alias ceremonias quibus Ecclesia in illis vtitur dānauerit, anathema est, vt in Concilio Triden. Sess. 24. canone. 11.

## Virgata & partita veste publicè vtentes.

### CAPVT, LXXV.

- 1 *Virgata vel partita vestis que dicitur.*
- 2 *Sacerdos, qui virgata vel partita veste vtitur, qua pœna puniatur.*
- 3 *Clericus si vtitur aliqua ex vestibus sibi prohibitis, secreta tamen, à pœna est immunis.*
- 4 *Clericus, qui paupertatis causa, aliqua ex dictis vestibus vtitur, à pœna liberatur.*
- 5 *Quæ vestes clericis sunt interdictæ, ex Constantiensi & Matisconensi concilijs ostenditur.*



Ntè quàm huius excessus pœnam descr. bamus, sciendum est, quòd virgata vestis dicitur illa, quæ est striata per diuersos colores, vel cùm pânus de se est planus, aliquid supra ponitur per modum virgæ vel literaturæ. Partita verò est quæ fit ex diuersis coloribus, vel quæ est scissa, vel diuisa per ferrum, vt per suprascripta verba declarat Ioann. Vanchel. in breuiario Clementinarum, Clemen. 2. de vi. & hone. cleric. Clericus verò tali

vtens

vtēs veste, beneficiatus per sex menses à perceptione fructuum est eo ipso suspensus: si non beneficiatus, sed in sacris citra sacerdotium per idem tempus redditur eo ipso inhabilis ad beneficium ecclesiasticum. Habens verò dignitatem, personatum, seu aliud beneficium, cui cura animarū imminet, ac alij in sacerdotio constituti, tali vtentes veste publicè, aut infulam, seu pileum lineum publicè portantes in capite, sunt eo ipso beneficiati à perceptione fructuum per annum suspen. Sacerdotes verò per idē tempus inhabiles ad beneficium, vt in Clement. 2. supra allegata, de vi & hone. cleric. vbi etiam vide alias vestes clericis prohibitas, & pœnas deferentium illas. Nota tamen quòd si clericus vtitur aliqua ex vestibus sibi prohibitis secretò, & subtùs alias vestes, ita quòd impudicum nō apparet, non incurrit hanc pœnam: idem est si vtitur talibus vestibus domesticè, puta in studio, vel loco simili, vel si non continuè portat, sed ad momentum propter festum socij sui, qui doctoratur, vel sit rector aut miles, aut ducit vxorem. ita notat. Ancharra ibi secundo nota. referendo ad hoc Zenze. & tenet. hoc etiam Imo. ibi. 2. colum. vers. Quæro quid, Qui præterea notat post Zenze, quòd si clericus propter paupertatē defert vestes prohibitas, non incurrit pœnam illius text. Et vide etiam Ioann. de Ana. in rub. de apost. vbi aliqua ex prædictis refert & sequitur & decisiones Capellæ Tholosanæ in q. 52. Itē fuit dubitatum, si clericus, cū sua additione Stephani Aufrerij. Et vide Concilium Constantiense in sessione 14. in ti. de vi. & hone. cleri. vbi penitus decernit abolendum quòd clerici & personæ ecclesiasticæ deferant manicas ad cubitum pendē

tes, & vestes longas cum magna & sumptuosa superfluitate, maxime fiffas retro, & in lateribus cum fodraturis ultra oram excedentibus in filiuris, & quòd cum talibus intersit in ecclesijs cum superplicijs, ac alijs vestibus ad cultum & officium ecclesiasticum ordinatis, maxime intra ecclesias, in quibus beneficiati existūt: & quòd contrarium facientes, vt transgressores Canonum puniantur: & specialiter statuit, vt quicumque beneficiatus aut officium in ecclesia gerens in habitu huiusmodi diuinis officijs præsumpserit interesse, pro qua libet vice à participatione preuentuum ecclesiasticorum per mentem nouerit se suspensum, ac tales fructus fabricæ illius ecclesiæ applicentur. Vt autem apertius intelligatur quom dispar fuit antiquorum patrum zelus in procuranda clericorum etiam in vestibus honestate, non præmittendum duxi quòd in concilio Matifconensi primo. ca. 5. sancitum fuit per hæc verba, vt nullus clericus sagum aut vestimenta, aut calceamenta secularia, nisi quod religionem deceat, induere præsumat: quòd si post hanc diffinitionem clericus aut cum indecenti veste, aut cum armis inuentus fuerit, à seniori ita coerceatur, vt triginta dierum inclusione detentus aqua tantum & modico pane diebus singulis sustentetur. Pudeat ergo hodiernos iudices ecclesiasticos delicta grauiora sub prætextu cuiusdam pernitiosæ pietatis leui coertione punire, cū patres antiquos tam leue facinus tam duro & longo ieiunio legerrint correxisse.

**S**ibi prohibitis. Adde quòd licet in hoc capite, quædam vestes clericis sint interdicitæ, non tamen est satis cautum, nec omnino diffinitum

**A** Vestes honestæ & verè clericales quæ sint.

Quæ

quæ vestes sint honestæ & verè clericales, idcirco gloss. in cap. penult. ver sic. *Auratis*. de vita & honest. cleric. respondit, eas censeri clericis vestes honestas, quæ cõmuni vsu fuerint admiffæ, in ea prouincia, & ea ratione non dicetur clericus vestibus indecoris indutus, qui iuxta regionis consuetudinem, vsum, & morem, vestitus incedat, ita tenet insignis Couar. in practi. quæstion. cap. 31. num. 8. cuius consilio istam & multas alias annotationes quæ in prima huius operis editione in margine collocaueram, in corpore operis cum alijs additionibus, ne diuersi authoris viderentur, collocandas cõstitui. Obijt verò dictus Dominus Præful cum maxima bonarum literarum iactura anno. 1577. die vero. 27. mensis Septembris, cuius opera eius memoria in æternum prædicabunt, nec temporis iniuria peribit, vtinam etiam ipse perpetua beatitudine fruatur. Et vt ad rem redeam dictam opinionem tenuit Alexand. consi. 149. num. 12. lib. 6 & consi. 8. colum. vltim. lib. 1. not. gloss. in cap. si quis virorum. 30. distinet. & in summ. 24. quæstion. 1. & in Clemen. 1. in verbo, *Secularis* de electi. not. Cardi. in Clement. 2. de vita & honest. cleric. Abba. in cap. 1. de apost. Cassa. in consuetudi. Burg. rub. 1. §. 5. *Silua graci*. num. 8. Boch. de Cur. in capit. vltim. de consuetud. fol. paruo. 18. colum. 2. & 50. quam opinionem communem esse faterur. D. Couarruu. vbi supra & vide text. egregium in capi. Ioannes. de cleric. coniuga. & vide etiam plura lectu nõ indigna quæ de prohibitione clericorum vestium scribit Menochi. de arbi. iudi. quæstioni. lib. 2. centu. 4. casu. 292. & Conc. Triden. Sess. 14. cap. 6. vbi beneficiarius etiam exemptus ab Episcopo suo monitus, habi-

Insignis D.  
Did.  
Couar.  
Mors.

tũ clericalem non gestans, ab ordinibus & beneficijs suspenditur, quòd si id non sufficeret, sed contumaciter permãserit, in celere his priuabitur. Et Sessione. 22. capit. 1. Statuit seruari quæ de clericorum vita honestate, cultu, luxu, comestationibus, choreis lusibus, nec nõ secularibus negocijs fugiendis sacris canonibus sancita sunt.

## Ac comam nutriente, siue relaxante.

### CAPITULUM LXXVI.

*Clerici nutriente, siue relaxante comam, qualiter puniantur.*

**C**lericos nutrire comã Anicetus Papa prohibuit, vt in cap. Prohibete. 2. dist. Et præcepit caput radere desuper in modum spheræ: & idem etiam prohibuit Concilium Carthagin. in cap. Clericus. de vi. & honest. cler. Item etiam Concilium Agathense statuit vt clerici, qui comã nutriunt, ab Archidiano detondeantur inuiti, vt in ca. Clerici, ea dist. Postremò vero Grego. 9. statuit qd si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit, vt in cap. Si quis, ead. dist. vbi glo. dicit exponendum sit, id est, fiat. Et est etiam tex. in cap. Si quis. de vi. & honest. cler. vbi glos. idem dicit. & vide Abb. ibi, qui notat ex tex. quòd clericus non deferens tonsurã peccat mortaliter, quia est dignus anathemate. c

**P**rohibuit. Adde quòd illius decreti meminit Platina in vita Aniceti summi Præfulis. Comam equidẽ nutrire, apud antiquos inter mollia & de-

a

i

b

c

A

Comam  
nutrire,  
vel rade  
re apud  
antiquos  
q̄ sym-  
bolum  
erat.

& delicata numerabatur quę viris præsertim sacerdotibus minimè conuenit. Ita apud Romanos seruis comam nutrire non licebat, vt testatur Gellius libr. 3. nocti. Atti. Cęlius libr. 7. lectu. antiqui. cap. vltim. Alex. ab Alexand. libr. 5. dierum geni. cap. 15. Aristoph. in Anib. & Sidonius Apollinar. libr. 2. epist. 1.

Et hoc fuit in causa aliquibus monachis, capita radandi symbolum, quod contemnerent lautitiam & ornatum, quorum gratia, antè nutriebatur capilli. ita arbitratur D. Augusti. libr. de operi. monach. Idcirco pro præstanti remedio legitur, in postremis libris Historiæ Francorum Gregorij Turonensis eis fuisse, qui metu Principum sibi mortem instare putabant, capillos tondere, & in monasteria vel ad clerum transire, tuncque Principes quiescebant a concepta ira. Sic Iulianus apostata metu Cæsaris, cui infestus erat comam tondidit, vt testatur Ciryllus Alexandr. in proli. libr. contra Iul. episto. ad Theodosium. Capillum equidem tondere, signum erat męroris & tristitię, de quo est manifestum Ieremię testimonium cap. 7. *Tonde (inquit) capillum tuum & projice, sume indirectum plantę. Dixit & Micheas. De caluare & de tondere super filios deliciarũ tuarũ, dilata caluitiũ tuũ sicut aquila, quoniã capilli ducti sunt ex te.* Scribunt præterea Plutarchus in vita Alexandr. & Arrianus de gestis Alexand. idem quoque Aclian. libr. 7. de varia histor. cap. 8. Alexandrum Magnum, mortuo Ephestione amico, propugnacula vrbiũ diripuisse, equos & mulos tonderi iussisse, insignum męstitię & luctus. Scribit etiam Suetonius in Calig. cap. 5. mortuo Germanico patre Cæsaris regulos quosdam barbam tondisse & vxorum capita

radisse. Et ea de causa rei criminum apud Romanos submittebant capillum: auctor est Plinius Iunior. libr. 7. epistolarum episto. scire suo, &c.

Quod verò ad clericorum tonsuram attinet, circa quam versatur huius capitis argumentum, illud censeo consideratione dignum, quod licet Vviteleff. vt constat ex Vvalden. thomo. 5. de sacaum. sub titu. 9. c. 80 quem impij Lutherani sequuti sunt irridebant clericorum tonsuram, & hac ratione ac si ignominiosum esset clericos rasos & tonsos appellauant. Tenendum tamèn est nimis sacerdotali dignitati conuenire, quod sacri ministri tonsura condecorètur. Tum ob eius antiquitatem, nam veteri testamento eius similitudine sacerdotes tondebantur, vt refert Cassiodorus super illud Psalmi. 39. *Multipli cati sunt super capillos capitis mei, &c. non frustra (inquit) in comparatione delictorum Capilli adducti sunt. nam in testamento veteri sacerdotes ipsa similitudine radebantur vt tali emundatione purgati, carnis vicia deposuisse viderètur.* Tum quia clerici tonsura signantur, in memoriam Spineę Coronę, quã Iudæi Christi redemptoris nostri capiti imposuerunt. Et hac de causa Petrus Apostolus fertur, quod eadem fuit insignitus, vt memorię prodidit Beda libr. 5. de gestis Anglorum. Nec à Chatholicis viris dubitari potest, quod ab Apostolorum temporibus, vsque ad nos clerici corona innitiantur. Vndè Dionysius libr. 5. de ecclesi. Hierar. cap. 6. par. 2. ait. *Episcopus dum quemlibet sacris, innitiat, consignas eum crucis signo tondet.* De hac etiam corona meminit Diuus Hieronym. in quadam breui epistola ad Augusti. Hugo libr. 2. de sacramen. 3. par. cap. 5. Tum quia corona Regiã maiestatem designat, quæ Ecclesię

Clericorum tonsura antiquissima est in dei ecclesia, cõtra impios Hæreticos.

Episcopi  
& mona-  
chi qua-  
re maio-  
ri tōra  
quā cle-  
rici ton-  
dantur.

ministris competit, vt Diuus Hiero. ait, & habetur in capit. duo sunt. 12. quæstio. 1. Tūm ratione figuræ quæ cum circularis sit, imaginem perfectionis significat, quā diuini ministri profitentur, & ideo secundum ordinis dignitatem, maior vel minor corona tenditur, sic maiori corona Episcopi, nec non monachi tondentur, quia eorum munus ad maiorem perfectionem expectat, vt egregiè inquit Alber. Troti. libr. 2. de vero & perfe. clerico. cap. 39. num. 3. vbi num. 4. inuehitur contra clericos, qui coronam prout tenentur non gestant, his verbis. *Licet male obseruetur hodiernis temporibus maxime hoc vltimū, quia vidimus nedum clericos simplices, immò sacerdotes, & communiter nunc omnes pralatos Ecclesie Dei portare crines longos, vsque ad cooperimentum aureum totaliter & ferè etiam oculorum. Ideo nimirum si propter huiusmodi deferre aures & oculos sic occupatos, & obrusos deficiunt in significato illo sanctissimo, de quo supra. Cum tanquam obstrati aures & oculos, audienda non audiunt, & videnda non videant. Merito ergo videntur mereri hi tales coronam illam amittere in alio seculo, quam abiecerunt à se in isto.*

Tūm quia hic mos omnibus ferè temporibus, in omni religione obtinuit, vt capillos succinderent, qui Deo se dicarent ex voto siuè in perpetuum, siuè ad tempus se sanctificarent, vt fecit hoc Priscilla Aquila Actuum capit. 18. Et olim Nazareni postquam sanctificati erant, & votū impleuerant, per actō sacrificio radebant antè ostium tabernaculi fœderis cæsariem consecrationis suæ iniiciebanturque capilli in ignem, qui erat suppositus sacrificio pacificorum, vt habetur numer. cap. 21. Refert etiam Herodotus in Euterp. li. 2.

Sacerdotes vno quoque die, totum corpus eradere, ne quid eis inter suorum Deorum cultum aut pediculi, aut alterius sordis crearetur. Plinius quoque li. 16. historie naturalis cap. 44. tradit Vestalibus Capillum adëptum, & ad Loton quandam arborem in Lucinæ arca delatum. Nec his refragatur quòd Deus Optimus Max. Leui. cap. 19. Prohibuerit sacerdotibus, ne raderent caput vel barbam id sanè peculiari ratione factum fuit ne viderentur imitari paganorum, & idolatrarum sacerdotum ritum qui vt ait Baruk. 6. cap. sedebant habentes tunicas scissas, capita & barbam rasam. Voluit autem quantum fieri posset Deus populum suum (qui duræ erat ceruicis & pronus ad idolatriam) à ceremonijs similibus, quæ idolorum possent referre cultū auocare. Deinde responderi non incongruè potest quòd quauis Leuit. videatur depilatio prohibita, non tamè vetita tonsio, vel rarsio, remanētibus radicibus pillorum. Non ibi rarsio capitis superior intactis illis angulis inferioris comæ sed inferioris partis prohibita erat: vel ex integro prohibita rarsio. Nostri quidem sacerdotes non inferiores partes nec omninò caput radunt vndè non est eis vetita. Detulit quidem barbam & capillos Dominus noster Iesus Christus, quia nihil in eo radendum vel amputandum fuit, nobis autem qui vocati ex gentilitate sumus, cum poenitus infecti fuissetus, omnia superflua amputanda fuerunt, Deo seruituri, vt scribit Francis. Venetus libr. problem. Sacre scripturæ tomo. 6. secti. 9. problema. 397.

Et non solum clericis comam nutrire prohibitum est, sed nec barbam iure communi inspecto vt in cap. clericus. & ca. cleric. de vita & honest. cleri.

Antiquissimus mos semper fuit, vt qui Deo se consecrarent capillos succinderent

cleric. secundum verò ius Concilij Cartaginensis vnde profectum fuit, dictum capi. clericis barbas radere prohibitum est. Nam vt scribit And. ab Ex ea. in rub. de const. num. 62: in Codice conciliorum sic legi. *Clericus neque comam nutriat neque barbam radat, & recte, Nam lege antiqua sic præcepit Dominus populo suo. Leuit. ca. 19. ibi, Nec radetis barbam.* Idem etiam præcepit cap. 21. ad sacerdotes Aron verba faciens. Romæ verò & multis orbis partibus consuetudine receptum est, vt barba clericis sit permissa modò labium superius radatur, vt testatur Martin. Nauarr. in manu. confesso. cap. 25. num. 110. apud nos verò ius commune obseruatur.

**B** *Id est fiat.* Adde Hyppoli. qui hanc interpretationem approbat in rub. ff. de fal. num. 32. Domi. Soto in. 4. Senten. distinct. 24. quæstio. 2. art. 2. vbi optimè scribit, quòd dicta pœna tantum illaqueantur clerici, qui priuilegio clericali gaudent, idèò clerici innitiati prima tonsura, vel in minoribus constituti ordinibus, n si beneficium ecclesiasticum habuerint, non tenentur coronam appertam habere: inuò secundum illum malè facerent, si illam appertuerint, cum in contentum ordinis cederet. Nam his permissum est arma portare, & omnia alia quæ merè laicis licent, ita tenet Abb. in capi. 1. & 2. de postul. & in cap. 1. & in capit. clerici. 2. de vita & honest. clericor. quam opinionem & vsu receptam, & in theorica communiter approbatam testatur Nauar. di. num. 110.

Sed hæc huius capituli pœna, quæ contra clericos istius criminis reos imponitur, rarissimè inflingitur: quia ferè in omnibus Episcopatibus constitutæ sunt pecuniariæ vel aliæ pœnæ pro modo culpæ prout in hoc

Toletano Archiepiscopatu constituta est pœna duorum aurorum, quæ quidem pœna ecclesiæ, denunciatori, pauperibus, quæ æquis portionibus applicatur, vt habetur in cap. 1. tit. 2. libr. 3. dictarum constitutionum.

*Anathemate.* Et sic obiter nota **C** quòd excommunicatio non nisi pro graui culpa, quæ mortalis sit inflingenda est cap. nemo. cap. nullus. 11. quæstio. 3. docuerint Theologi præsertim Sanct. Thom. in. 4. senten. dist. 18. quæst. 2. ad. 3. quæstio. Feli. post alios in rub. de sent. excommuni. Co uaruu. in cap. Alma mater. 1. par. relecti. §. 9. num. 1. de senten. excommu. lib. 6. Ioan. Lup. in c. per vestras de dona. inter vir. & vxor. §. 18. nu. 13.

## Ebrij.

### C A P V T, LXXVII:

- 1 *Ebrietas inter graua delicta numeratur.*
- 2 *Clerici, qui immoderatè potionibus incumbunt, qualiter puniantur.*
- 3 *Tabernarum ingressus clericis est interdicitus, nisi itineris vel peregrinationis causa compulsis, & huius prohibitionis transgressores iudicis arbitrio sunt puniendi.*



**Q**U I enim ebrietatis crimè paruum esse existimat, audiat Apostolum Paulum dicentem: Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque molles, neque masculorum concubitores, neque auari, neque adulteri, neque ebriosi regnum Dei possidebunt. Cumque inter tam graua delicta ebrietas annumeretur, quanta sit eius grauitas apertè perpendat, videatque beatum Augustinum in sermone de ebrie-

ebrietate, qui inter sua opuscula impressus habetur. Et Isidorum in tract. de summo bono, in lib. 2. in cap. 43. de ebrietate. Et precipue legat oblectro elegantissimam, & mirabile homiliam Basilij, in primo tomo, in homilia. 14. de ebrietate & luxu. Vnde quia ebrietas omnium vitiorum fomes ac nutrix est: ideo placuit Athenensis Concilij venerandis patribus, vt clericus, de quo fuisse ebrum cõsulerit, aut triginta dierum spacio à communione submoueatur, aut corporali supplicio subdatur, vt habetur in capit. fina. 35. distinct. quæ pœnæ sic fuerunt disiunctiue descriptæ, vt discretus Iudex quem hujc vitio deditum animaduertet, & quod à communione priuetur, paruipendere, corporali potius supplicio castiget. Et vide Host. in summa, tit. de tempo. ordin. in. 9. Et cui veru. Pœna autem. vbi dicit, quod episcopus, presbyter vel diaconus deseruiens ebrietati, si non desinat, deponitur. Subdiaconus vel inferior siue clericus, siue laicus communione priuatur allegat tet. in capitu. Si episcopus 35. distinct. Si verò semel ebrius fuerit, tunc dicit puniendum pœna tex. in dict. capi. fina. Posterius autem Innocent. 3. in Concilio generali ac celeberrimo Lateranens. disposuit clericum à crapula & ebrietate non abstinentem, & qui à superiore commo-nitus non satisfecerit, ab officio & beneficio suspendendum, vt habetur in cap. A crapula. de vit. & honest. cleri. Vnde vt clerici ab hoc vitio cauerent, eorumque honestati confuleretur, antiqua illa concilia tabernarum etiam ingressum illis inhibuerunt, nisi peregrinationis, vel itineris necessitate compulsis, vt in Concilio Laodicensi. & in Sexta Synodo, & in Concilio Carthagenens. 3. & in

concilio generali sub Inno. 3. celebrato, de quibus in cap. non oportet, & in cap. nulli clerico. & in cap. clerici. 44. distinct. & in cap. clerici. de vita & honesta. clericor. Pœna autem cõtrarium facienti, in illis Canonibus statuta non est, vnde hoc superioribus videtur relictum, vt consideratis frequentatione actuum, & personæ qualitate, & videntium scandalo, ab ipsis puniri debeat. Ex quo videtur parum aduertenter scripsisse Berthachinum in tracta. de Episcopo. in. 2. parte in materia degradationis. in. 9. vltim. scias. in. 2. tomo. tract. Diuers. Docto. fol. 237. num. 20. quod deponi debet Episcopus vel clericus, qui retinet, vel frequentat tabernas, motus prætex. in capit. nulli. supra allega. qui tamen tex. pœnam depositionis non imponit clerico frequentanti tabernam: sed habenti eam, & in ibi alijs ministranti. Quin potius & tunc non simpliciter clericum deponendum dicit, sed disiunctiue disponit quod aut cesset, aut deponatur. Nec etiam illud probat text. in capit. pen. de vi. & hone. cleric. quem etiã allegat Bertachin. vbi supra, pro sua conclusione.



**N** *Virix est.* Quod sanè cogit nouit Homer. Illiados. 6. dum eleganter scribit, potum maximè noxium esse & corpori & animæ Multum enim & immoderatum vibere, multorum malorum causa est, vt habetur Eccles. 31. Salomon equidem paucis verbis hanc vibendi assiduitatem sic detestatur. *Cui vix cuius patri vix cui vixæ cui foneæ cui sine causa vulnera cui suffosio oculorum. none his qui commorantur in vino & student calicibus apotandis.* Quod refert noster Accursi. in. l. adulterum in verbo, intemperantiæ, C. de

C. de adulteri. & habetur Prouer. 20.  
Et dubio procul ex Ouidio constat  
dum ait.

*Vina parant animos Veneri.*

*In Vinum confertur plerunque culpa.*

*Quòd si loqui possit, se defenderet.*

Et acies rationis hebetatur, ex im-  
moderatu potu. Gregori. 31. morali.  
& Sanct. Thom. 2. 2. quæstion. 148.  
artic. 6. & multa tam de vtilitate, quã  
de incomodis vini longa manu scri-  
bit And. Tiraquel. de nobilitate ca.  
31. num. 165.

Vndè consuetus inebriari, mini-  
mè potest sacris ordinibus insigniri.  
capit. Episcopus aut præbyter. 35.  
distinctio. iuncto. text. in summa. ibi  
tradit Petrus Rebuff. in benefi. pra-  
cti. 2. part. titul. de cleri. ad sacros or-  
din. malè promo. glo. 4. num. 8.

*Abste-* Illud tamen memoria repetere libet  
*mius nõ* ad præbiteratum promouendum mi-  
*potest* nimè esse, qui abstemius sit vinũ quæ  
*Sacris* non bibat, si quidem ex quo horret  
*ordini-* posset sacramentum euomere tenet  
*bus in-* gloss memorabilis in cap. ipsi Apo-  
*signiri.* stoli. in glo. mag. iuxta medium. 2. q.  
7. sequitur Abb. in cap. ex parte. nu-  
mer. 1. de celeb. missa. Ioan. Saison.  
in consuetu. Turron. cap. de droit. 1.  
artic. fol. 239. Mar. Nauarr. in manu.  
confess. cap. 27. nume. 204. Simon  
Maio. in tracta. de irregu. lib. 2. capi.  
25. num. 2. & hanc opinionem com-  
munem esse fatetur Franc. Beccius  
confi. 61. num. 1. benè tamen ad mi-  
nores ordines potest promoueri ex  
sententiã Nauarr. in dict. loco.

**B** *Suspendendum.* Vide Regiam. l. 36.  
tit. 5. par. 1. Alber. Troti. libr. 2. de ve-  
rò & perfectò cleri. c. 59. Apud Mos-  
couitas sacerdotes ebrii publicè ver-  
berabantur, vt testatur Sygismundus  
Baro. in commen. rerum Moscouit.  
Est tamen circa hoc notatu dignum,

*Ebrie-*  
*tas quo*

quòd ebrietas probatione difficilis *modo*  
est ex Inno. sententia in e. cù causam *probe-*  
de testib. Bald. in ca. à crepule nu. 1. *tur.*  
de vita & honest. clericor. Deci. con-  
sil. 112. num. 1. Vndè satis est indicatijs  
& præsumptionibus probari, eo  
quòd nullo corporis sensu potest ap-  
prehendi, sed oculis mentis (idest) ra-  
tione Inn. ind. c. cum causam. n. 3. Ex  
quo fit ad huius capituli argumentum  
si testis clericum ebrium fuisse teste-  
tur, nihil sanè probat, nisi prauabiles  
rationes sui testimoni ostendat Spe-  
cula. tit. de teste. §. 7. num. 28. Bart. in  
tracta. de teste. §. 5. cuius sententiæ  
auctor est Inn. in dict. cap. cum cau-  
sam. sequitur cap. decisio. 159. num.  
36. Nec testi crederetur nisi ratione  
redderet etiam non interrogato ita  
Anton. Abb. & Felin. in dict. capit.  
cum causam. Ripa. in. l. si vnquam. nu-  
mer. 8. C. de reuo. dona. solet tamen  
ebrietas ex aspectu probari. Lucas de  
Pena in. l. 1. num. 7. C. de erog. mili.  
anno. & tradit Mascardus de proba.  
volum. 2. conclus. 574. & probatur  
in cap. Ecclesiæ Princeps. 35. dist. &  
alios modos probandi ebrietatem ad-  
duxit Lucas de Pena in dict. l. 1. quos  
Mascardus retulit.

*Necessitate compulsis.* Vide quòd **C**  
antiquitùs circa hoc decretum erat  
in canonibus Apostolorum cano.  
53. his verbis. *Si quis clericus in caupo-  
na cibum capere deprehensus fuerit à  
communione excluditur excepto tamen  
eo qui necessario in itinere in commune  
diuertit hospitium.* Fuit equidem etiã  
apud Ethnicos tabernarum ingres-  
sus nimis ignominiosus, vt cõstat ex  
Isocra. in areopag. oratio. his verbis.  
*In caupona vel vberere vel edere ex anti-  
quis nullus audebat, vel domesticus fa-  
miliaris nam dabant operam, vt graues es-  
se viderentur non autem scurræ.*

For-



## Fornicarij.

## CAPVT, LXXVIII:

*1 Clerici pro simplici fornicatione non debent deponi, sed alius debent puniri arbitrio iudicis.*



**C**V M iuxta diui Hieronymi sententiam à Gratiano descriptam. 35. distinct. in summa. Vter mero æstuans spumat in libidinem. Merito ergo post ebrietatis delictum, carnis vitia collocauimus: at cum fornicatio simplex minus sit punibilis inter illa, ideo de eius poena primitus disserere libuit. Et in hoc omisis opinionibus, dicendum est, quòd pro fornicatione clericis, & in sacris constitutis non imponitur poena depositionis: <sup>2</sup> allegantur ad hoc duæ glossæ singulares in cap. Maximianus. 81. distinct. & in c. lator. 2. quæst. 7. quibus dat sociam Corsetus in suis singularibus, in verbo fornicatio. in cap. Præbyter. 32. distinct. pro quibus dicit esse casum in dict. cap. præbyter. sed poena arbitrio iudicis relinquatur. & ista conclusionem elicit Decius ex dictis per Abb. in cap. At si clerici. in colu. 19. vers. De secundò. de iudi. quam dicit esse communem secundum Modernos ibi, qui allegant gloss. in dict. cap. Lator. 2. quæstio. 7. & ibi Ioan. de Fantu. & Imo. in capi. Vt clericorum. de vit. & hone. cleric. Et hanc opinionem tanquam communem sequitur Ana. n capi. Significasti. colu. 2. de adulte. Et hanc etiam opinionem dicit communem Felin. in dicto capitu. At si clerici. in princip. in penultim. colu. in fin. Et Ioann. de

Selua in tractatu de beneficio, in. 3. parte, in quæstion. 3. qui plura refert in proposito. Et Corsetus in dict. verbo fornicatio, vbi aliqua fundamenta adducit pro ea, & dicit quòd opinio tenentium contrarium forte posset procedere in Episcopis & prælatis, qui cum dicuntur contrahere matrimonium cum ecclesia, non committunt simplicem fornicationem, sed adulterium, & quòd isto modo possent reduci ad concordiam opiniones contrariæ: sed tandem dicit quòd in facti contingentia indistinctè sequetur communem opinionem in iudicando & consulendo: licet Aretin. in capit. Cum non ab homine. de iudi. 10. colum. teneat opinionem Butri. quam dicit esse communem, scilicet quòd deponatur clericus in sacris, ad cuius fundamenta respondet Decius, vbi supra. Et quauis Felin. vbi supra in prima limitatione post Abb. in cap. fina. in. 3. colum. de purga. Cano. dixerit in episcopo esse crimen graue, & sic dignum depositione fornicatio, in fine tamen concludit, quòd dubitat de hoc propter duas gloss. quas ibi allegat.



**P**OENA depositionis. Vide <sup>A</sup> Abb. Antiqui. in cap. at si clerici. colu. colu. 1. de iudi. & not. Cæsar. Lamb. de iure patrona. 1. parti. 2. lib. art. 20. quæst. 9. princip. num. 14. Paul. Grillan. in tracta. de pœnis omnif. coitus. quæstio. 9. num. 7. quam opinionem communem esse testantur eam sequuti Berm. Chouer. in tract. de publi. concubinar. pag. 251. numer. 20. Nauarr. in cap. consideret. 120. de pœni. distinct. 5. Petr. Dueñas in regul. & fallen. reg. 101. vbi eam limitat. 7. & nouissimè Doct. Didac. Percz in l. 23. ut. 91. lib. 8. ordin. versi. *Utrum*

autem Fran. Viui. in lib. 3. com. opi. in verbo, *Clericus per simplicem.* Et eam veriore & magis communem esse & in practica, ab ea non esse recedendum fatetur Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. §. fornicatio. ver. sed que ro. idem profitetur Ferdin. Mencha. lib. 3. de testa. §. 22. num. 48. sequitur Grego. Lopez. in l. 38. tit. 6. par. 1. in verbo, *Toller el beneficio.*

*Novi-  
ter de-  
clara-  
ratur  
concil.  
Tridēt.  
ses. 24  
c. 6. de  
refor.*

Clericus autem, qui mulierem matrimonij incundi cum aliquo causa, rapuerit, vel auxilium, consilium vel fauorem prestiterit, de proprio gradu deiciendus est, vt statutum est in concilio Triden. Sess. 24. cap. 6. de reformatione. Si verò non ob matrimonium, ineundum sed alia causa ductus rapuerit, pœna illa non illaqueatur, sed alia pœna pro modo culpæ plectendus est. Prout nec layci incidunt in excommunicationem ipso iure ibi impositam, nisi raptus matrimonij causa fuerit perpetratus: sic sanè ex illius capitis principio colliges, quod de matrimonio contrahendo inter raptorem, & raptam loquitur: posteaq; pœnas subijcit contra transgressores imponendas, suffragaturquè manifeste verba illa. *Et nihilominus raptor ac omnes,* &c. Loquitur sanè de eo raptore, de quo in principio verba fecerat. Et caput illud in Decreto de reformatione matrimonij continetur iuxta quòd & eius propositum argumentum est interpretandum.

## Concubinarij.

### CAPVT, LXXIX.

*1. Clericus concubinarius quis proprie dicatur.*

- 2 *A clerico publico & manifesto concubinario missarum solennia audienda non sunt, quia etiam sine monitione est suspensus ab officio & beneficio, & celebrans efficitur irregularis.*
- 3 *Clericus concubinarius qualiter puniatur.*
- 4 *Prelatus, qui cognoscit quòd clericus concubinarius efficeretur deterior, si præcisse compelleretur dimittere concubinam, poterit ad tempus, sine peccato tolerare.*



**C**lericus concubinarius, is proprie dici potest, qui solutam mulierem & corruptam nulloquè sibi spiritualis vel carnalis cognationis vinculo coniunctam domi retinet, cum qua consuevit carnaliter commisceri. Si verò illa nupta, virgo, aut coniuncta esset, tunc grauioris delicti nomen sortiretur accessus ad illam habitus, ac seuiori pœna purgandus, vt infra latius explanabimus. Consuetudinem verò commiscendi, ideo ad faciendum clericum concubinarium requirimus, quia alias vnicus tantum concubitus fornicarium eum solum faceret, nec damnandus esset pœnis concubinariorum. Nec præterea in hoc distinguerem, sola nè retineatur domi concubina per clericum, an sub velamento quòd pedissequa sit matris, sororis, amittæ, vel alterius cuius cohabitatio clericis non inhibetur, dū tñ constare possit, quòd eam habet in concubinam. Concubinarium insuper censerem clericum, qui etiam in aliena domo notam fœminam habet, cui solet carnaliter commisceri si de consuetudine constat, & diffamatus est

R in sua

in sua vel ipsius femine vicinia: licet ad effectum concubitus de iure civili aliqui requirant quod concubina sit retenta in domo, ut per Bal in auth. licet. C. de nat. libe. per gl. Bar. post Dinum in l. Concubinam. ff. de concub. & Præp. in rub. de spõsa colu. 3. nu. 5. Populus enim, siue domi, siue extrahabeat clericus concubinam, vocat eum & reputat concubinarium. Quando autem dicatur clericus publicus concubinarius, vide Decretum concilij Basiliensis in Sess. 20. in prin. vbi hoc declarat per hæc verba, videlicet, publici concubinarii intelligendi sunt non solum hi quorum concubitus per sententiam aut confessionem in iure factam, seu per rei evidentiam que nulla possit tergiversatione celari notorius est. Sed qui mulierem de incontinentia suspectam & infamatam tenet, & per suam superiorem admonitus ipsam cum effectu non dimittit.

**2** **A**duerte tamen quod quando clericus tenet publicè concubinam sicut uxorem, & publicè nutrit filios, ita quod etiam ipse non audet diffiteri: tunc omnino est abstinendum ab eo, ita quod non est licitum audiri diuina a ab eo, etiam sine aliqua monitione superioris: quia talis est suspensus ab officio & beneficio **b** ita quod si celebrat incurrit irregularitatem. Ista colliguntur ex doctrina Abb. in cap. Vestra, in. 3. colum. in. 2. 3. 4. q. de cohabitatione cleric. & muli. Si verò fornicatio non habet operis evidentiã sed potest probabiliter tergiversari: quia concubina habitat cum matre clerici, & dicit esse pedisequam matris, vel quid simile: tunc non procedunt prædicta: sed debet spectari monitio, & eius contemptus secundum eum. Cuius opinionem refert & sequitur Sylue. in sua summa, in verbo, clericus. cl. 2. in. 9. octauo debet, in. 2. quæstion. Et

in verbo, concubinarius. in. 9. 4. & hanc sententiam in substantia saltem videtur tenere Floren. in. 1. parte, in 3. cap. tit. 27. vbi etiam addit notabile verbum, quod non solum sacerdos, sed etiam in quocunque ordine constitutus, etiam in minori est suspensus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione, & tandiu est suspensus, quandiu perseverat in vitio: & si interim exequitur officia sua, etiam semel, efficitur irregularis, & indiget dispensatione Papæ, ad quod allegat Inno. Hostien. Archi. & Anton. quod etiam sequitur Sylue. in dict. verbo concubinarius. quam quidem sententiam multum timere deberent vniuersi clerici in quocunque ordine constituti, & ne illam ignorent, esset omnibus illis prædicanda. Quot enim prohi dolor, sacerdotes, diaconi, subdiaconi publicè concubinas retinentea notorietate facti, de qua Abb. in sua opinione facit mentionem, & eodem concubitu durante non semel, sed pluries missam celebrant, Euangelium, vel Epistolam solenniter decantant, & quod irregulares ex hoc fiant, non aduertunt, non in minimam animarum suarum dispendium, & prælatorum suorum periculum, qui eos patiuntur in publico concubitu dutius immorari ac fordescere. Præterea circa poenam huius delicti vide Abb. in cap. At si clerici. col. 12. de iudic. qui dicit quod cum iura in hoc vario modo disponant, quandoque apponendo poenam acerbam, quandoque mittem, & quandoque mitius procedendo, mediam viam amplectendo, ut patet ex iuribus per eum allegatis, relinquatur arbitrio superioris: ut consideratis circumstantijs & scandalo inde surgente, & consuetudine patriæ apponat poenam, quan-

quandoq; depositionis, quandoque suspensionis, & quandoq; priuationis à beneficijs, quandoq; prius moneat, quandoq; sine monitione priuet, ex quo constat de delicto. Sibi enim videtur data optio, <sup>d</sup> ex quo varias penas & modos procedendi à iure reperimus traditos: iuxta not. per glo. in c. fraternitatis. 34. dist. & in c. à crapula. de vi. & hone. cler. & 11. q. 2. in summa. & quod notat Hostien. in c. 2. de cle. non residen. in simili quæst. Ita tamen quod semper in isto delicto Iudex declinet ad mitiorem e partem: quia pauci, ut dicit Gregorius, sine vitio in continentia reperiantur. l. dist. c. Quia sanctitas tua. in fin. Et quia ætas nostri temporis &c. & melius est à Deo redargui de misericordia, quam de seueritate, 26. q. vlt. Allegant. Et vide prædictum decretum concilij Basiliens. in dicta sessione. 20. vbi contra publicos concubinarjos statutum fuit, quod quicumque clericus cuiuscunque status, conditionis, religionis, dignitatis, etiamsi pontificalis vel alterius præminantia existat, qui publicus fuerit concubinarjus à perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum trium mensium spacio sit ipso facto suspensus: quos suus superior conuertat in fabricam vel aliam euidentem ecclesiarum vtilitatem, ex quibus fructus percipiuntur. Necnon quod huiusmodi publicum concubinarjum teneatur mox suus superior monere quam primum nouerit illum esse talem, ut intra breuissimū terminum concubinā dimittat, quā si nō dimiserit, vel dimissam aut aliā publicè resumpserit, ipsum omnibus suis beneficijs omnino priuet. Et nihilominus statuit dictū concilium, q̄ tales publici concubinarji vsq; quo cū eis per suos superiores fuerit dispensatū post ipsarū

concubinarū dimissionē, manifestāque vitæ emedationē sint inhabiles ad susceptionē quorūcunq; bonorū, dignitatum, beneficiorū, vel officiorū. Si autē post dispensationē, vomitu recidiuo ad huiusmodi concubinarjū publicū redierint, q̄ sine spe alicuius dispensationis ad prædicta profus inhabiles existāt. Et ne quis contēnat illud decretū Concilij, ex eo q̄ Conciliū Basiliense nō fuit in omnibus ab ecclesia receptū, aduertat q̄ ordinata in eodē concilio ante scissuram in eo factam recipiuntur & allegantur à doctoribus: ut par est videre per Flor. in. 3. par. ti. 25. c. 2. §. fin. Et per Fel. in c. Rodul. de rescr. in col. 28. ver. Sed re vera & prædicta. Sess. 20. d. concilij fuit facta ante eius scissurā: ut potes colligere ex dictis Doctoribus, dū allegāt constitutionē illā, quæ incipit: Insuper ad euitandū scandalū, quæ fuit facta in d. 20. sess. post dictū decretū cōtra concubinarjos promulgatū. Et illud decretū concilij Basiliensis de concubinarijs inuenies insertū in cōcordatis inter Leonē. decimū, & Regē Frāciæ, nouissimē cōmentatum per Petrum Reb. in interpretationibus per eum factis ad dicta concordata: per quem vide in principio sui commentii ad illud Decretum triginta pœnas, quas patiuntur concubinarji, annumeratis inter eas his quæ colliguntur ex concilio, quarū plures potius dāna sunt & in cōmoda concubinatus, quā pœnæ quæ possint irrogari per Iudicē. Vnde quæ huiusmodi sunt, parimodo comprehendunt laicos concubinarjos sicut & clericos. Vide tñ Præpo. in c. Nullus. 32. distinct. qui refert Innocen. in capi. Si autem. de cohabit. cleri. & mulie. tenentē quod quamcunque viam eligat Iudex, siue suspensionis, siue priuationis, debet

præmitti monitio: nec Iudex sine illa ad alterum præmissorum procedere debet, cum clericus non sit notorius concubiniarius: per quem vide post Inno. ubi supra, usque ad quantum tempus debet clericus monitus expectari, & an possit purgari mora. Ut autem prælati excusentur à monitionibus faciendis clericis sue diocesis, in hac materia prudenter faciunt, quando in suis constitutionibus Synodalibus monent omnes generaliter, ne concubiniarii sint, contrafaciebibus penas debitas irrogando. Abb. præterea in capitu. Ut clericorum. de vita & honestate clericorum ponderando verba illius text. arbitratur, quod si clericus concubiniarius efficeretur deterior, si compelleretur præcisè ad dimittendam concubinam, quod tunc prælatus tolerando ad tempus, peccatum non incurrit: & quod dicit notandum Stepha. Aufre. in repeti. clem. 1. de offic. ordin. in colum. 15. Aduertant autem prælati omnes, & eorum vices gerentes, ne huius doctrinæ colore in concubiniariorum correctione torpescant: sed cum talis toleratio facienda fuerit, certissimæ adsint coniecturæ deteriorationis. Nam alias facile illis persuadebunt libidinosi grauiora, imò nefanda admissuros, si cogantur continere.

**A** *Vide diuina.* Vide text. in cap. nullus & in cap. præter. 2. distinct. ubi doctores & in cap. vestra. de cohab. cleri. & muli. Regiam. l. 43. titu. 6. pa. 1. gloss. in capit. de homine de celebra. missar. Theol. in. 4. senten. distin. 13. & quomodo hoc sit intelligendum docet eleganter Cosmas in pragma. titu. de excommu. non vitand. verbo, *Suspensionis.* Ioan. Maior. in. 4. sent. distinctio. 9. dubio vl

tim. Florenti. in. 2. par. tit. 9. capi. 10. §. vltim. Adri. in. 4. sent. in tracta. de Eucharist. quæst. pen. & in tracta. de confess. quæst. 9. Silue. in summa in verbo, missa. 2. quæst. 3. Martin. Nauarr. in ca. 1. §. labore. 2. col. de pen. 6. & in manu. confesso. capi. 25. nu. 87. Di. Couarru. in cap. Alma mater. 1. par. relect. §. 2. nu. 10. de senten. ex comm. lib. 6. Grego. in dict. l. 43. tit. 6. par. 1. in verbo. *Algun hijo de ella.* Imò fortius censeo, quod quicumque committit sacerdoti, quem scit in mortali crimine esse constitutum, aliquem actum ecclesiasticum faciendum, si exequatur talem actum, is qui committit mortalem culpam contrahit, ut ait Diuus Hieron. in epistola beati Eusebij ad Damasium episcopum Portuensem, sic dicens. *Qui iura scit & vitam præstiteri agnoscat, & cum pro se celebrare facit sit eiusdem peccati conscius nec non & pœnae participes.* Idem sentit. Abb. in di. c. vestra. & Theol. d. dist. 9. & Cardi. à Turre Crem. in d. c. nullus. Sanct. Thom. in quodli. 11. art. 8. quam esse communem sententiam & Theologorum & Canonistarum fatetur insignis Mart. Nauarr. in d. c. 25. nu. 79. quæ amplectenda, est quidquid censeat Gab. in 4. dist. 19. q. 1. dubio. 4. Maior. dict. distin. 9. Adrianus summus Eccl. sic Præsul de sacramento Eucharistiæ col. 3. à quo quidem peccato excusatur, qui probabiliter dictam legem ignorat, quia probabilis iuris positivi ignorantia excusat cap. 2. de consti. ita Nauarr. ubi paulò ante allegaui.

*Ab officio & beneficio.* Adde Hostien. in summa. tit. de cohab. cleri. & mulier. §. qualiter imponatur. Guid. Pap. quæ. 558. & latissimè Bermon. Chouer. de publi. concu. fo. 161. quo loco opinionem istam comunem esse fatetur & vide Regiam. l. 43. tit. 6. par. 1.

**B** Clericus concubiniarius quibus panis iuridicatur.

circa

*Clerici concubinarij multa crimina committunt*  
 circa quam communem sententiam lege nouissimè Iaco. Menoch. de arbitrar. iud. quæstionibus libr. 2. cent. 5. casu. 418. qui nu. 6. dicit quòd còtra clericos concubenarios seueri iudices esse debent, quandoquidè non vnum sed plura cætera hi committūt. Nam adulterij crimen perpetrant, cū in sacrorum ordinum assumptione suscipere dicuntur Ecclesiam in spòsam, cui implicite saltim promittunt continentiam seruara. Secundo committunt sacrilegium, cum Deo dicati & sacriati sunt: & per carnalem copulam à Deo separantur. Tertio committunt crimen stupri. Quarto incestum. Quinto (vt ille inquit) post Bermondum committunt crimen còtra naturam & vide D. Fran. Sam. li. 1. select. cap. 5. Hodie vero qua pœna clerici concubinarij puniendi sint vide concilium Trident. Sess. 25. c. 14. de refor. vbi clerici prohibentur, concubinas aliasque mulierculas, de quibus sinistra suspitio haberi possit, in domo vel extra detinere alioquin iuris pœnis sunt puniendi. Quòd si moniti ab inceptis non desisterint, tertia parte fructuum obuentionum, ac prouentuum beneficiorum, & quoruncunq; pensionum ipso iure sunt priuati, quæ fructuum pars, fabricæ Ecclesiæ, vel pio loco, pro arbitrio Episcopi est adiudicanda. Quòd si in eodem delicto, cum eadem foemina pertinaciter permanserit, vel cum alia simile cœlus perpetrati fuerint, non solum fructus omnes, ac prouentus suorum beneficiorum, nec non pensionis eo ipso amittunt, vt dictis locis applicentur: sed suorum beneficiorum administratione, pro ordinarij arbitrio, tanquam Apostolicæ sedis delegati, suspendi debent. Si verò in tam profundum malorum pelagus inciderint, vt his pœnis à se

fedissimo concubinato non arceantur, tunc beneficijs, portionibus, ac officijs, & pensionibus quibuscunq; ecclesiasticis, perpetuò priuadi sunt. Inhabilesque iudicantur ne ad dignitates, beneficia, ac officia deinceps possint aspirare, donec superioribus ex vitæ ante actæ emendatione, visum fuerit dispensare. Si verò postquam semel concubinas dimisserint, posteaque eas, aut alias, sibi adiungere ausi fuerint, præter supra dictas pœnas excommunicationis vinculo innodati sunt. At si clerici huius criminis rei beneficia ecclesiastica non obtinuerint nec pensiones: iuxta delicti & contumaciæ perseverantiam & qualitatem, pœna carceris, suspensione ab ordine ac inhabilitatis pœna ad obtinenda beneficia, alijsue modis & pœnis iuxta canonica decreta plectendi sunt. Quòd si Episcopi in huiusmodi, cœlus incidere ausi fuerint, & à Prouinciali synodo admoniti, in tali feditate sordescerent, pso facto suspensi sunt, & si in crimine perseverauerint ad sanctissimum Põtificem ab eadem synodo sunt deferendi, à quo pro culpæ qualitate plectendi sunt & si opus fuerit, priuationem patientur.

Nec huic clerico concubinario qui ob crimè fructibus suorum beneficiorum priuatur fructus aliqui relinquendi sunt ex quibus alimenta suscipiat quia malè meriti egestate laborare debent l. bona fides. ff. de positi. Quod verum esse censeo nisi clericus egenus esset, & summa laboraret paupertate, vt nõ haberet aliundè bona ex quibus posset alimenta percipere, tunc iustitiæ & equitati congruit vt ei ex dictis fructibus subueniatur. quia clerico suspensio à beneficio alimenta ex eo ministranda sunt ad vitæ subsidiũ ca. præter. vbi Præpo. col. 2. 32. dist. tradit

Clerico concubinario alimenta suorum beneficiorum, relinquenda nõ sũt nisi egenus fuerit.

dit Rebuff. in tract. de sent. prou. in præfacti. nu. 110. tom. 2. const. Frac. Tum quia clerico etiã deposito pro uidetur ca. studeat. 50. dist. Tum ne cogatur mendicare in ignominiam & opprobrium ordinis sacerdotalis c. diaconi. 93. dist. Tum quia semper habenda est ratio ne egeat arg. l. inter eos. ff. de reiudi. Tum quia istã opinionem amplectitur glo. in ca. pasto ralis. §. verum. in verbo, subtrahitur. de appella. Bermond. in tract. de publi. conc. in verbo. à perceptione fru ctuum. nu. 11. quæ declaratio notanda est ad Sacrosancti Concilij decre tum, & vide Felin. in ca. ex parte. nu. 1. de accusa. & in ca. Apostolicæ. nu. 9. de excep. D. Episcop. Iacob. septi. in instit. Chatho. c. 9. nu. 114. & no uissimè doctissimũ Antonium Cor doua de Lara. in l. si quis à liberis. §. si vel parens. nu. 26. ff. de lib. agnos cend.

Clerico concubi nario, be neficij fractus pro ali mentis, relinquē di non sunt, nisi egenus sit.

Quodsi clerici ex concubina fi lios habuerint, ad maiorem gradum & dignitatem transire non possunt, sed in statu, gradu, & dignitate, in qua sunt permanere perpetuò debēt. Itã definitum fuit à sanctissimo Do mino nostro Pio Quinto Pontifice Maximo peculiari motu proprio prout refert Rojas in epitome succes sionum. cap. 27. nu. 19.

Clerici minimè possunt illegiti mos filios domi re tinere.

Nec possunt clerici illegitimos fi lios intrã propios lares habere, vt in continentia labes ac memoria omni no aboleri valet: itã decretum fuit in concilio Toleta. prouinciali celebra to anno. 1565. actione. 3. c. 19.

Concu bina cle rici à iu dice ec clesia stico pu nitur.

Concubina clerici etiam coniuga ta, si modo publica fuerit, pro modo culpæ ab ecclesiasticis iudicibus est puniēda vt statutum est in Concil. Tridentin. Sessio. 24. capitu. 8. Sunt quidem multi ex nostris, qui tenuerunt mulierem, quæ cum cleri-

co in sacris constituto, carnale comer cium habuerit incestum committere, itã tenuit glo. in l. 2. in verbo, filij. C. de Episcop. & cleri. vbi Bald. num. 2. scribit quòd cum hoc in facto con tigisset ita fuit iudicatũ. & opinio ista communiter recepta est si credi mus Grilland. de diuersis crimi. libr. 3. q. vltim. Practica. Conrad. 341. n. 13. Sed verior contraria opinio qui busdam & non penitendæ authori tatis viris visa est, quòd nec incestus nec sacrilegium comittatur, quam di cit esse communem Ca. cial. in auth. si qua illustris. num. 31. C. ad Orfici. Bossi. in præct. tit. de coitu damnato. nu. 15. Mencha. lib. 3. de testamen. §. 22. Iuli. Clar. in præcti. crimi. §. forni catio. ver. Præsbyter. Ex quo sequi tur impropie fuisse locutam glos. in c. per venerabilem. in verbo, adulteri nus qui filij sint legi. quæ coitum hoc adulterinum esse censebat, licet com muniter receptam esse scribat Abb. ibi num. 32. & Petrus Plaça lib. 1. de delictorum c. 41. n. 31. mea tamen sentē tia, licet talis carnalis copula incestus non sit, est tamen sacrilegium & adul teriũ. spirituale Abb. in c. vt clericorũ n. 6. de vita & hone. cler. sequitur Re uerend. & doctis. D. Franc. Sarmien to. lib. 1. select. interp. capi. 5. num. 9. Et non solum talis concubina cleri ci, a iudice ecclesiastico puniri debet pœnis à iure statutis, verum si crimē sit publicum poterit à sæculari iudice puniri: secus si sit occultum ita tenet Petrus de Ancharr. consi. 196. nu. 5. Fel. in c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ. nu. 102. de consti. Boeri. latissimè deciss. 72. Zarius lib. 2. respõl. c. 17. Lup. in rep. c. per vestras. §. 21. n. 13. de dona. inter vir. & vxor. Montal. in. 2. lecti. fori in parte concubinæ. Steph. Auf. de potest. sæculari super eccl. pers. reg. 2. n. 34. Berm. Cho. de publ. concub. in parte

in parte poenitus arcere, fo. 303. col. 2. num. 3. cum sequen. qui dicit communem opinionem esse Anton. Gome. in. l. 80. Taur. numer. 21. & ita in facti contingentia interrogatus consuluit Euerar. consi. 202. eandem dicit communem Iuli. Cla. in practi. crimin. 5. 5. quæ. 37. versu. Quæro etiã. vbi dicit quod quidquid sit de iure, iudices tam ecclesiastici quam seculares parum curant de concubinitus punitione quod (vt ille inquit) forte faciunt ne in alijs puniant: in quo ipsi met delinquent eandem opinionem sequitur Auenda. de exequend. mandat. 2. par. cap. 26. num. 7. Dida. Perez in. l. 21. titu. 3. lib. 1. ordi. Et est apud nos expressa lex hoc diffiniens poenam contra tales concubinas impones lex inquam. 3. titulo. 19. lib. 8. ordi. noui circa quam legendus est Auenda. d. c. 26. qui pro eius insignib. eruditione multa cogerit: & Ioã. Mati. in. l. 6. gl. 2. t. 8. li. 5. ordin.

Laycus concubinarus qui bus poenit à Ecclesiastico iudice plectendus sit.

Laycus vero concubinarus, quibus poenis hodie à iudicibus Ecclesiasticis, sit plectendus vide in Concilio Trid. sessi. 24. c. 8. vbi sancitum est concubenarios, tam solutos quã vxoratos. cuiuscunque dignitatis, vel conditionis sint, si ter moniti ab ordinario, concubinas non dimisserint, excommunicatione esse illa quæ andos: nec ab ea absoluedos esse: donec preceptis paruerint. Si vero indurato animo in peccato per manserint, contra eos diris poenis procedi debet.

Nonissimè interpretatur Concilio. Trid. sessi. 24. c. 14. de reformatione. & sessio. 24. cap. 10.

Est tamè circa superiora summe notandũ, quod quando Episcopi vel Ecclesiastici iudices procedunt ad punitionem concubinitus vel circa visitationem, aut morum, coreptionem, non debet eorum sententia retardari pre-textu appellationis, vel inhibitionis: seu querelle ad sanctã Apostolicã sedem de lacte. Vt decretum est dicto

Coc. Trid. sessi. 25. c. 10. de refor. & sessi. 24. c. 10. Quæ decreta sing. sũt interpretãda, vt procedãt, quãdo iudex superior, non iustificata appellatione, nec visis actis procesus, inferiorem inhibere contendit. Sed si postquam appellatio iustificata fuerit ex processu, iam ad tribunal appellationis de late inhibitiõ concessa fuerit, erit ob temperanda, nec poterit inferior iudex ad suę sententię executionem procedere. Aliter quidẽ superiorũ iudicũ autoritas & potestas non vulgarẽ iacturam pãcteretur dareturque causa inferioribus iudicibus, vt prohibito iudicarent, & multis causis appellationis auxiliũ nihil proficeret & alia multa incõmoda sequeretur quæ prorsus aliena sũt. à mente Sacrosancti Concilij.

*Irregularis.* Adde quod huius sententię authores sũt Cosmas in Pragm. sancti. tit. de concubina. in verbo, inhabilis. Henri. in c. si celebrat. de cleri. excom. col. pen. Palud. in. 4. sent. distinct. 27. quæst. 4. col. 2. & sciẽtia rum omnium Osceanus Tostatus in in tracta. contra cleri. concubi. conclus. 3. Aluar. Pelag. de plan. Ecclesiæ fol. 27. colum. 4. Anton. in cap. 1. n. 32. de iudi. Anani. col. 1. & Feli. col. 2. in capitul. cum dilectus. de accusa. Guid. Pap. q. 558. Ioan. in sum. confessor. lib. 3. tit. 29. q. 5. Pidacus Perez in l. 23. titu. 3. lib. 1. ordi. col. 170. & hanc opinionem communem esse testantur Mart. Azpili. in cap. si quãdo. excep. 11. col. 53. de rescri. D. Co-uar. in Cle. si furiosus. 1. par. relectiõ. 5. 1. nu. 5. de homi. & nouissimè eam sequitur Ioã. Mat. in. l. 6. gl. 2. nu. 23. tit. 8. li. 5. ordi. noui. Cõtrariam tamẽ sententiã de iure veriorẽ esse censeo, quã teneo sequutus Inn. Ioã. Andr. in. c. si celebrat. de cle. excõ. min. Cardi. in. cap. vestra. & in. cap. quesitum



de cohaus. cleri. & muli. Archi. in ca. præter. §. ad hæc verò. 32. distinctio. Specul. in titul. de dispensa. §. iuxta propositionis. numer. 20. Imo in ca. 1. colum. 4. de iudi. Nicola. Plou. de irregu. reg. 4. Nauarr. in dict. excep. 11. D. Couarruu. dict. §. 1. qui vrgentissima argumentatione veram esse ostendit, quanuis consulat quòd absolutio, siue dispensatio hoc casu à Romano Pontifice impetretur.

**D** *Data optio.* Vide text. optimum in l. 1. C. de his qui latrones ibi. *Suflicio corporali: aut dispensatio facultatum pro qualitate personæ & iudicis existimatione plectetur.* Tenet glos. in capitulo sicut. de iudeis tradunt Hostien. Ioann. An. & docto. in ca. 1. de offi. vicar. Petrus de Ancharra. & Ioann. de Imo. ibi. Bald. in l. cunctos. populos. 1. lect. colum. 9. vers. septimo oppono. C. de sum. m. Trini. & in l. data. 7. colum. C. qui accusa. Ang. in l. nunquam. ff. de priua. delict. Sali. in l. quæcunque. C. de serui. fugi. quam opinionem communem esse fatentur Ana. in dict. cap. sicut. num. 17. Iuli. Clar. in practi. crimi. §. fina. quæstio. 85. versic. solet etiam. & tradit latissime Felin. in cap. inter cæteras. col. 2. de rescrip. vbi opinionem hanc decem modis limitat. Et ratio est quia pœna est semper commensuranda delicto, vt in cap. non asseramus. 24. quæsti. 1. & hanc commensurationem nunquam reus faceret, quia semper minore eligeret, & ideo frustra lex alternatiue loqueretur.

**E** *Mittorem partem.* Adde gloss. memorabilem in capit. de causis. in verbo, certa. de offi. delega. & in capit. hoc ipsum in gloss. 1. 33. quæsti. 2. & in reg. in pœnis. de reg. iuris lib. 6. & in cap. sicut. de homi. vbi Anna. & doctores not. facit. l. si præses. ff. de pœnis.

*Monent omnes.* Adde quòd ita **F** communiter in Synodis obseruatur, secundum Ioann. And. in capi. proposuit. de cleri. excommu. Bermon. Chro. in tract. de publ. concubi. pag. 185. nume. 6. Et hæc monitio. in Synodo habet vim trinæ monitionis. gloss. in cap. si Episcopus. in verbo, præceptione. 18. distin. quam sequitur Abb. in cap. ex literis. de constit. Felin. in capit. Romana de Appella. Rip. in capi. 1. de iudi. Nota tamen quòd prædicta intelligo procedere, contra eos clericos qui ex lege diocesana tenentur in synodo comparere, alias quacunque via iudex procedat, monitio præmitti debet, nec sine ea iudex ecclesiasticus procedere potest, ad imponendas dictas pœnas, nisi talis clericus esset manifestus notorius concubinaris & incorrigibilis de quo lege Bermon. dicto. num. 6.

*Non incurrit.* Vide text. in cap. requisit. de sponsali. Ioann. Lup. in cap. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. §. 18. num. 16. **G**

## Matrimonium de facto contrahentes.

### CAPVT, LXXX.

- 1 Sacer orlo matrimonium impedit omnino & irritum facit.
- 2 Clericus, qui de facto matrimonium contraxit, qualiter puniatur.
- 3 Clericus huius criminis reus, ipso iure excommunicatus est.
- 4 Clericus, qui sub figura matrimonij virginem violauit, pœna stupri puniendus est.
- 5 Clericus beneficiatus in minoribus consti-

*constitutus, eo ipso matrimonio, contracto, amittit beneficia ecclesiastica.*

- 6 *Quando autem cum minore duodecim annorum, per verba de presenti contraxit, an beneficia ecclesiastica amittat.*



**C** Alixus Papa interdixit contractum matrimonij presbyteris, diaconibus, & subdiaconibus, & ab illis contracta, debere delungi & ad poenitentiam redigi, iuxta sacrorum Canonum definitionem præcepit, ut habetur in cap. presbyteris. 27. distinctio. hinc est quod clericus in sacris, uxorem ducens, debet compelli ad illam abiurandam, & perdit executionem omnium ordinum, notat Abb. ex text. ibi. in cap. secundo, qui cleri. vel vo. qui nihil aliud allegat, & emittit text. expressum ponentem poenam delinquentibus in hoc, in cap. decernimus. 28. distinctio. cuius verba sunt: Decernimus ut hi, qui in ordine subdiaconatus & supra, uxores duxerint, officio atque ecclesiastico beneficio careant, & faciunt verba text. in c. de his etiam. eadem distinctio. ubi tractando de subdiaconibus & diaconibus. Cauendum est tamen his, ne quando suæ sponsionis immemores ad terrenas nuptias ultro concurrant, quod si fecerint, ut sacrilegi rei ecclesia habeantur extranei. De presbyteris vero videndus est text. in cap. presbyter, eadem distinctio. cuius verba sunt: Presbyter si uxorem duxerit, ab ordine deponi debere oportet. Item efficitur irregularis, ut neque in susceptis ordinibus ministrare possit, nec ad maiores suscipiendos admittitur, ut notat idem Abb. in cap. i. in. 2. not. eodem titu. ex quo venit quod tanquam irregularis priuabi-

tur beneficijs. An autem sit priuandus per sententiam vel ipso facto priuatur, sunt opin. quas refert Steph. in decisione. 239. Capellæ Tholosanæ, in additione. Aduertetamen quod ipsemet Panormit. in cap. At si cleri. de iudi. colum. 2. videtur esse in opinione, quod clericus, qui solutam non virginem, de facto duxit in uxorem, ac cum ea fuerit fornicatus, debet deponi. pro quo allegat iura in cap. fraternitatis. 34. distinctio. & in cap. Si quis ammōdo. 81. distinctio. & in dict. cap. 2. qui cle. vel vo. quæ iura (salua tanti patris reuerentia) hoc non probant: imò text. in dicto cap. Si quis ammōdo, qui plus videbatur virgere, dicit à proprio gradu decidat, vsque dum ad satisfactionem veniat: vnde per talia verba videtur imposita magis poena suspensionis temporalis, quàm depositionis. Sed pro opinione sua posset Abb. allegare text. in cap. Presbyter. 28. distinctio. quem decerpit Gratianus ex cap. i. Concilii Neocesariensis, cuius verba sunt. presbyter si uxorem duxit, ab ordine illum deponi debere oportet. ubi Archi. exponit, ab ordine, id est, ab officio & beneficio: quod etiã ibi tenent Domi. & Præpo. licet cum non referant: quauis glos. exponat ab ordine, id est, ab officio, & non beneficio. Clericus præterea taliter contrahens est excommunicatus ipso iure, ut in cle. vna de consanguin. & affini. cuius absolutio episcopo est reseruata, ut per glo. ibi, in verbo, obtinere. Redditur præterea suspectus de hæresi, ut procedatur per inquisitores cōtra eum, ut notat Ioã. Lupus in repe. rub. & ca. per vestras. de dona. inter virum & uxorem. fol. 67. colum. 3. versicu. Ex quo meo iudicio, ubi hoc infert ex his que notant Butri. & Bald. in. l. 2. C. de sum-

4  
 5  
 6  
 7  
 8  
 9  
 10  
 11  
 12  
 13  
 14  
 15  
 16  
 17  
 18  
 19  
 20  
 21  
 22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100  
 101  
 102  
 103  
 104  
 105  
 106  
 107  
 108  
 109  
 110  
 111  
 112  
 113  
 114  
 115  
 116  
 117  
 118  
 119  
 120  
 121  
 122  
 123  
 124  
 125  
 126  
 127  
 128  
 129  
 130  
 131  
 132  
 133  
 134  
 135  
 136  
 137  
 138  
 139  
 140  
 141  
 142  
 143  
 144  
 145  
 146  
 147  
 148  
 149  
 150  
 151  
 152  
 153  
 154  
 155  
 156  
 157  
 158  
 159  
 160  
 161  
 162  
 163  
 164  
 165  
 166  
 167  
 168  
 169  
 170  
 171  
 172  
 173  
 174  
 175  
 176  
 177  
 178  
 179  
 180  
 181  
 182  
 183  
 184  
 185  
 186  
 187  
 188  
 189  
 190  
 191  
 192  
 193  
 194  
 195  
 196  
 197  
 198  
 199  
 200  
 201  
 202  
 203  
 204  
 205  
 206  
 207  
 208  
 209  
 210  
 211  
 212  
 213  
 214  
 215  
 216  
 217  
 218  
 219  
 220  
 221  
 222  
 223  
 224  
 225  
 226  
 227  
 228  
 229  
 230  
 231  
 232  
 233  
 234  
 235  
 236  
 237  
 238  
 239  
 240  
 241  
 242  
 243  
 244  
 245  
 246  
 247  
 248  
 249  
 250  
 251  
 252  
 253  
 254  
 255  
 256  
 257  
 258  
 259  
 260  
 261  
 262  
 263  
 264  
 265  
 266  
 267  
 268  
 269  
 270  
 271  
 272  
 273  
 274  
 275  
 276  
 277  
 278  
 279  
 280  
 281  
 282  
 283  
 284  
 285  
 286  
 287  
 288  
 289  
 290  
 291  
 292  
 293  
 294  
 295  
 296  
 297  
 298  
 299  
 300  
 301  
 302  
 303  
 304  
 305  
 306  
 307  
 308  
 309  
 310  
 311  
 312  
 313  
 314  
 315  
 316  
 317  
 318  
 319  
 320  
 321  
 322  
 323  
 324  
 325  
 326  
 327  
 328  
 329  
 330  
 331  
 332  
 333  
 334  
 335  
 336  
 337  
 338  
 339  
 340  
 341  
 342  
 343  
 344  
 345  
 346  
 347  
 348  
 349  
 350  
 351  
 352  
 353  
 354  
 355  
 356  
 357  
 358  
 359  
 360  
 361  
 362  
 363  
 364  
 365  
 366  
 367  
 368  
 369  
 370  
 371  
 372  
 373  
 374  
 375  
 376  
 377  
 378  
 379  
 380  
 381  
 382  
 383  
 384  
 385  
 386  
 387  
 388  
 389  
 390  
 391  
 392  
 393  
 394  
 395  
 396  
 397  
 398  
 399  
 400  
 401  
 402  
 403  
 404  
 405  
 406  
 407  
 408  
 409  
 410  
 411  
 412  
 413  
 414  
 415  
 416  
 417  
 418  
 419  
 420  
 421  
 422  
 423  
 424  
 425  
 426  
 427  
 428  
 429  
 430  
 431  
 432  
 433  
 434  
 435  
 436  
 437  
 438  
 439  
 440  
 441  
 442  
 443  
 444  
 445  
 446  
 447  
 448  
 449  
 450  
 451  
 452  
 453  
 454  
 455  
 456  
 457  
 458  
 459  
 460  
 461  
 462  
 463  
 464  
 465  
 466  
 467  
 468  
 469  
 470  
 471  
 472  
 473  
 474  
 475  
 476  
 477  
 478  
 479  
 480  
 481  
 482  
 483  
 484  
 485  
 486  
 487  
 488  
 489  
 490  
 491  
 492  
 493  
 494  
 495  
 496  
 497  
 498  
 499  
 500  
 501  
 502  
 503  
 504  
 505  
 506  
 507  
 508  
 509  
 510  
 511  
 512  
 513  
 514  
 515  
 516  
 517  
 518  
 519  
 520  
 521  
 522  
 523  
 524  
 525  
 526  
 527  
 528  
 529  
 530  
 531  
 532  
 533  
 534  
 535  
 536  
 537  
 538  
 539  
 540  
 541  
 542  
 543  
 544  
 545  
 546  
 547  
 548  
 549  
 550  
 551  
 552  
 553  
 554  
 555  
 556  
 557  
 558  
 559  
 560  
 561  
 562  
 563  
 564  
 565  
 566  
 567  
 568  
 569  
 570  
 571  
 572  
 573  
 574  
 575  
 576  
 577  
 578  
 579  
 580  
 581  
 582  
 583  
 584  
 585  
 586  
 587  
 588  
 589  
 590  
 591  
 592  
 593  
 594  
 595  
 596  
 597  
 598  
 599  
 600  
 601  
 602  
 603  
 604  
 605  
 606  
 607  
 608  
 609  
 610  
 611  
 612  
 613  
 614  
 615  
 616  
 617  
 618  
 619  
 620  
 621  
 622  
 623  
 624  
 625  
 626  
 627  
 628  
 629  
 630  
 631  
 632  
 633  
 634  
 635  
 636  
 637  
 638  
 639  
 640  
 641  
 642  
 643  
 644  
 645  
 646  
 647  
 648  
 649  
 650  
 651  
 652  
 653  
 654  
 655  
 656  
 657  
 658  
 659  
 660  
 661  
 662  
 663  
 664  
 665  
 666  
 667  
 668  
 669  
 670  
 671  
 672  
 673  
 674  
 675  
 676  
 677  
 678  
 679  
 680  
 681  
 682  
 683  
 684  
 685  
 686  
 687  
 688  
 689  
 690  
 691  
 692  
 693  
 694  
 695  
 696  
 697  
 698  
 699  
 700  
 701  
 702  
 703  
 704  
 705  
 706  
 707  
 708  
 709  
 710  
 711  
 712  
 713  
 714  
 715  
 716  
 717  
 718  
 719  
 720  
 721  
 722  
 723  
 724  
 725  
 726  
 727  
 728  
 729  
 730  
 731  
 732  
 733  
 734  
 735  
 736  
 737  
 738  
 739  
 740  
 741  
 742  
 743  
 744  
 745  
 746  
 747  
 748  
 749  
 750  
 751  
 752  
 753  
 754  
 755  
 756  
 757  
 758  
 759  
 760  
 761  
 762  
 763  
 764  
 765  
 766  
 767  
 768  
 769  
 770  
 771  
 772  
 773  
 774  
 775  
 776  
 777  
 778  
 779  
 780  
 781  
 782  
 783  
 784  
 785  
 786  
 787  
 788  
 789  
 790  
 791  
 792  
 793  
 794  
 795  
 796  
 797  
 798  
 799  
 800  
 801  
 802  
 803  
 804  
 805  
 806  
 807  
 808  
 809  
 810  
 811  
 812  
 813  
 814  
 815  
 816  
 817  
 818  
 819  
 820  
 821  
 822  
 823  
 824  
 825  
 826  
 827  
 828  
 829  
 830  
 831  
 832  
 833  
 834  
 835  
 836  
 837  
 838  
 839  
 840  
 841  
 842  
 843  
 844  
 845  
 846  
 847  
 848  
 849  
 850  
 851  
 852  
 853  
 854  
 855  
 856  
 857  
 858  
 859  
 860  
 861  
 862  
 863  
 864  
 865  
 866  
 867  
 868  
 869  
 870  
 871  
 872  
 873  
 874  
 875  
 876  
 877  
 878  
 879  
 880  
 881  
 882  
 883  
 884  
 885  
 886  
 887  
 888  
 889  
 890  
 891  
 892  
 893  
 894  
 895  
 896  
 897  
 898  
 899  
 900  
 901  
 902  
 903  
 904  
 905  
 906  
 907  
 908  
 909  
 910  
 911  
 912  
 913  
 914  
 915  
 916  
 917  
 918  
 919  
 920  
 921  
 922  
 923  
 924  
 925  
 926  
 927  
 928  
 929  
 930  
 931  
 932  
 933  
 934  
 935  
 936  
 937  
 938  
 939  
 940  
 941  
 942  
 943  
 944  
 945  
 946  
 947  
 948  
 949  
 950  
 951  
 952  
 953  
 954  
 955  
 956  
 957  
 958  
 959  
 960  
 961  
 962  
 963  
 964  
 965  
 966  
 967  
 968  
 969  
 970  
 971  
 972  
 973  
 974  
 975  
 976  
 977  
 978  
 979  
 980  
 981  
 982  
 983  
 984  
 985  
 986  
 987  
 988  
 989  
 990  
 991  
 992  
 993  
 994  
 995  
 996  
 997  
 998  
 999  
 1000

in clemen. gratia. de rescript. in col. super gloss. resignaueris. Præpo. in e. Placuit. 32. distinct. prope fin. Quod insuper procedit etiam si matrimonium contractum sit nullum: <sup>f</sup> vt notat Ioann. And. in capit. Ioannes de cle. coniug. Roma. consi. 483. dubitatur primo, colu. 3. Hippoly. consil. 70. volum. 1. colum. 3. incipiente: Sciētiarum omnium. Stepha. in addi, ad dictam decisionem Tholosanā, qui solum allegat Bart. Brixien. & Ange. de Clauasio. Confirmatur ista sententia doctrina mea magistrali. 181. incipienti: Pœna etiam faciendo, vbi de ista conclusione fit mentio: quam vide, quia aliqua referuntur in contrarium remissiuè. Et vide Deciū in cōsil. 166. volum. 1. Ego Philippus Decius, vbi refert Bartho. Brixien. in quæst. 10. Et Cardin. Imcl. & Abb. in dict. cap. 1. & Roma. in dict. consi. tenetes quòd clericus in minoribus constitutus si contrahit matrimoniū cum consanguinea, nunquam admittitur ad beneficiū, quia illi facto suo renunciauit. Et quia ipse in principio illius consilij tenet quòd talis clericus non sit ipso iure priuatus beneficijs, respondet ad dictam doctrinā Brixienis & aliorum, quòd non habeat locum quando clericus in minoribus cōtraxit scienter in gradu prohibito, qui tali casu ex quo sciebat matrimonium non valere, non videtur habere animum abdicandi beneficium à se. quod dicit tenuisse Imo. in cle. gratia. de rescrip. Et sic quòd dicta conclusi doctorum restringatur, quando ignoranter contraxit tale matrimonium: & dicit ibi, quòd in dubio præsumitur scientia in coniuncto quòd sciat coniunctionem quam habet cum alio. Et licet Decius ibi postea in fin. det aliam & vltimā responsionem ad dictam conclusionem

nem Doctorum, videlicet, quòd non sit vera in hoc saltem, quòd talis non perdat ipso iure beneficium, ex ratione de qua per eum. Mihi tamen plus placet distinctio præcedens, & sic quòd quando probaretur quòd ignorans consanguinitatem còtraxit, tunc ipso iure perdat beneficiũ, quia visus est factò suo illi renunciare. Si verò contraxit scienter, tunc quòd priuetur eo per sententiam: quia licet videatur confidere in nullitate matrimonij, vt non perdat beneficium ipso iure, sufficit quòd facit actum in compaubilem cum beneficio, vt est matrimonium contrahere. Imo. tamẽ in dict. clemen. gratiæ, videtur tenere contrarium, videlicet quòd quando impedimentũ consanguinitatis erat notum vtriq; vel saltem clerico, quòd non perdit beneficium, nisi processisset ad copulam, quia tunc propter affectum cum opere subsequuto saltem esset priuandus. argu. capi. nuper. de bigamis. Effectus enim huius distinctionis maximus est, nam in primo membro non poterit sic contrahens renunciare beneficio in fauorem alterius. Secundo verò sic ante quã deponatur ex doctrina illa magistrali Innoc. in cap. Cum nostris. de concess. præbend. quam ego latius ornaui in meis doctrinis. num. 120. incip. Homicida. Vide præterea in hoc articulo notabilem dictionem Præposi. in dict. cap. Placuit videlicet quòd si matrimonium non tenet propter còsanguinitatem, vel aliud simile impedimentum, quòd tunc clericus perdit beneficia. Si verò non tenet ex defectu consensus, tunc non. Considera tamen quòd hoc posset intelligi quãdo defectus còsensus fuit in ipso clerico. Si tamen fuit in muliere, puta quia per vim fuit compulsa contrahere, ipso clerico purè & liberè consen-

tiente: vel quia mulier non erat sanæ mentis, non video quare non perdat beneficia sicut quando contrahit cum còsanguinea, quòd appertè colligitur ex distinct. quam fecit Imo. in dicta clemen. gratiæ, quem nõ refert Præpo. Quando autem contraheret cum minore duodecim annorũ, licet per verba de præsentì, cù illa resoluatur in sponsalia de futuro: videtur dicendum quòd non perdit clericus propter illa, sua beneficia, nisi quando adueniente legitima etate in muliere matrimonium sic contractum ratificaretur, modis de quibus per tex. gloss. & Docto. in capit. Vnico. de desponsa. impu. lib. 6. Sed contrarium fuit decisum per dominos de Rota in antiquis decisio. 103. incipien. Nota, quòd vbi clericus. Et vide Ioannem Staphileum in tractu de gratijs expectatiuis. fo. 74. versu. qua propter vt saluetur. Vbi dicit quòd illa decisio Rotæ procedit in terminis in quibus loquitur, videlicet quòd tunc demum clericus perdit beneficium, quando minor, cum qua contrahit, peruenerit ad pubertatem, vel quòd intelligatur de impubere proxima pubertati: quem etiam vide in sequenti folio, versu. posse tamen. vbi dicit, quòd clericus contrahens de facto cum minore non proxima pubertati, siue cum furiosa, aut consanguinea perdit beneficium mero iure, neq; illud potest retinere absq; dispensatione, saltem episcopi.

**D**iffinitionem. Vide text. in cap. si quis & in capi. erubescant. 32. distinct. Nec vnquam sanè in Dei Ecclesia licuit, sacris ordinibus initiatis matrimonium còtrahere: imo ab initio nacentis Ecclesiæ hoc illis prohibitum fuit, quòd constat ex canonicis

Clericis  
à princi-  
pio nas-  
cētis Ec-  
clesiæ ma-  
trimoniū  
cōtrahe-  
re fuit p-  
hibitum.

bus Apostolorum cap. 15. cuius ver-  
ba hæc sunt ex Habandri translatio-  
ne. *Ex his qui calibes ad clerum perue-  
nerunt, iubemus lectores tantum & can-  
tores, si velint nuptias contrahant.* Ha-  
ctenus canon. Græcis equidem solis  
licuit, vti coniungio contracto, antè  
sacrum susceptum ordinem non au-  
tem post sacrum ordinem contrahe-  
re cap. cum olim: de cleri. coniug. ca.  
Syracusanę. 18. distinct. tradit Ioan.  
Maior. in. 4. senten. distinct. 24. q. 2.  
& distin. 27. quæstion. 1. Ioann. En-  
chius contra Lutherum capit. 19. Al-  
phon. de Castro libr. 2. de hæresi. in  
verbo, sacerdotium. D. Couarru. li.  
4. decretali. 2. par. cap. 6. §. 3. Alpho.  
Viru. aduersus Lutheri dogmata Phi-  
lippica. 19. de cęlibatu cleric. pagin.  
244. Faber. in malleo contra Luthe-  
rum tracta. 4. Tho. V. valden. lib. de  
sacramen. cap. 128. & cap. 129. de sa-  
cramentalibus capitu. 66. & 67. Pe-  
trus Soto de inst. sacer. de matrimo-  
nio lectione. 6. & elegantissimè Mi-  
chael. à Medina Franciscanus vir do-  
ctissimus peculiari libro de hoc argu-  
mento in lucem misso nempe de cę-  
libatu. Albert. Pighius controuer. 15.  
Bartholo. Latomus aduersus Bucerū  
contro. de cęlib. sacerdo. Mart. Aya-  
la de diui. Ecclesię tradi. tit. de cęlib.  
Robertus Arbori. in tracta. de sacer-  
dotum cęlibatu qui hanc catholicā  
veritatem multis magnisque rati-  
onibus aduersus impuri Lutheri dogma-  
ta probant. Nec hoc mirum est cum  
apud Barbaros legibus & moribus  
idem sit receptum. In regione qui-  
dem Palmaria in nouo orbe detecta  
sacerdotes viuunt calibes & incor-  
rupti, vt testatur Petrus Martyr libr.  
de noui orbis insulis nuper repertis.  
Et apud Essæos qui contemplationi,  
& cultui assiduo Dei dediti erant,

vxoribus carebant, vt testatur Euse-  
bius lib. 8. de præpar. Euange. ca. 4.  
Nec nubebant Veilales apud Ethni-  
cos nisi cum religioni erant inutiles  
sicut Prudentius commemorat. libr.  
2. contra Symmachū. Nec hijs mo-  
res vel corruptelæ aliquarum natio-  
num, vt Moscouitarum & Grecorū  
refragantur quia longè aberrarunt,  
vt docet eleganter Sygismūdu. Bar-  
ro. lib. cōmentariorum de rebus Mos-  
couitarum. Et vide nouissimam sa-  
cro sancti Tridentini concilij decis-  
sionem Sess. 24. cano. 9. in hæc ver-  
ba. *Si quis dixerit clericos in sacris or-  
dinibus constitutos, vel regulares casti-  
tatem solenniter professos, posse. matri-  
monium contrahere, contractumque va-  
lidum esse non obstante lege eccl. esia-  
stica, vel voto & oppositum nil aliud esse,  
quam damnare matrimonium, posseque  
omnes contrahere matrimonium, qui nō  
sentiunt se castitatis, etiam si eam voue-  
rint, habere donum anathema sit: Cum  
Deus id reſte petentibus non denegat,  
nec patiatur nos supra id, quod possumus  
tentari.* Verum qui minoribus sunt  
ordinibus constituti, non prohiben-  
tur ibi antè subdiaconatum, matri-  
monium cōtrahere: imò hoc illis per-  
missum est cap. 1. & ibi not. de cleri.  
coniug. l. 16. tit. 2. par. 4. vbi Grego.  
tradit Siluest. in summa in verbo, ma-  
trimonium. §. impedi. quæstio. 12.  
Martin. Nauarr. in manu. cap. 22. nu-  
mer. 52.

De monachis vero illud prætermi-  
tendum non est, quòd in concilio  
Turon. secundo sub Pelagio Primo  
Ponti. Maxim. cano. 16. eo tempore  
celebrato: quo licebat clericis. iuxta  
vsum Orientalis Ecclesię vxores ha-  
bere: ita decretum est. *Si qui in mona-  
sterio conuersi sunt nullatenus exinde  
habeant licentiam euagādi. neque (quòd  
absit) vllus eorum coniugem ducere, aut  
extranea*

extraneorum mulierum familiaritatem habere. Nam si uxorem duxerit excommunicetur, & de uxore male sociata cōsortio etiam iudicis auxilio separetur: & infelix monachus tali coniunctione fœdatus, ab Ecclesia segregetur, donec reuertatur ad septa monasterij, & indicta ab Abbate, quãdiu præceptum ei fuerit, agat pœnitentiam. Haec tenus concilij sanctio.

Religiosi sanctissimæ societatis Iesu post tria vota matrimonium contrahere prohibetur.

Religiosi etiam sanctissimæ societatis Iesu qui biennio peracto tria vota tamen simplicia secundum constitutiones dictæ religionis emisserit quãdiu in ea fuerint inhabiles sunt ad matrimonium cōtrahendū quod si defacto contraxerint nullum & irritum est, vt decretum est à sanctissimo Domino nostro Gregorio Decimo Põtificè Maximo peculiari motu proprio hoc anno. 1584. quod nouum est matrimonij impedimentum dirimens sunt sanè huiusmodi vota emittentes verè & propriè religiosi & si quis deinceps contrarium ausus firmare vel aliquid contra pium institutum dictæ sacre religionis asseuerauerit (vt quidam proximis diebus temerario ausu facere non erubuit) pœnam excommunicationis late sententiæ nec non inhabilitatis ad quævis officia, & beneficia secularia & quorumuis ordinum regularia, eo ipso absque alia declaratione incurrunt quarum censurarum absolutio Apostolicæ sedi est reseruata vt latius in dicto motu proprio continetur. Est equidem Christianæ reipublicæ utilissimum imò summè necessariū præfactam societatem à Summis Pontificibus maximis faboribus & amplissimis priuilegijs amplecti cum propugnaculum sit fidei, lumen Ecclesiæ, religionis amplificatrix, peccatorum meliora, priorumquæ virorum tutissimū Asyllum.

Deponi debere. Adde quod durius B decretum. stat in 8. concilio Toletano. cap. 7. in hunc modum. Quicūque etiam inuiti, ad Ecclesiasticarum officia dignitatum assumuntur, deserere quã semel receperant gratiã, donnuq; nequa quã audeat. Si vero ad coniugiam moresque saculi redire attentauerint, omni Ecclesiastica dignitate priuentur, & Apostati habeantur, & in monasterio donec vixerint, sub pœnitentia retrudantur. Solent tamen ad tempus in monasterio collocari, vt illic ieiunijs & orationibus vacent, & prædictas iuris pœnas patiantur, & vide Regiam. l. 41. titu. 6. par. 1. & ibi Gregor. Lup. & Extrauag. antiquæ concertationi. de voto. & vltra supradictas canonicas pœnas pecunia quoque multantur cap. 1. de cler. coniug. cap. decernimus cap. præbyter. cap. præbyterium. 28. dist.

Sed qua pœna punietur laicus, qui uxore dimissa, sine iusto illius consensu, sacris fuit ordinibus insignitus: iure quidem nulla alia pœna reperitur diffinita, præter eam quæ dicta extrauaganti constitutione quæ Ioann. est vigessimi secundi continetur, quæ quidem ea est: vt nec matrimonio soluto, in suscepto ordine ministrare, nec ad superiores ordines promoveri possit, nec aliquid ecclesiasticum beneficium obtinere valeat. Sed quia in illa constitutione non tam de tanti criminis debita punitione, quam de effectu sacrorum ordinum agitur: ne tam graue in cœlus inultū remaneat, in Hispania iussissimè receptum est, vt huiusmodi crimen perpetrantes, easdem patiantur pœnas, quas qui post sacri ordinis sumptum uxorem ducunt, de quibus in hoc capite diseritur. Nec enim refert, an matrimonium antecedit vel sequatur cum vtroque casu est ma-  
trimo.

Lycus qui dimissa uxore, sacris ordinibus fuit insignitus, quæ pœna pœna plebenda sit.

nij sacramento & celibatui ordinis sacramento, equalis iniuria fiat. Et cum casus is contigisset in sacro inquisitionis senatu, reus suspensus fuit ab officijs & beneficijs ecclesiasticis, & præter publicam pœnitentiã, qualis blasphemis iniungi solet: multa pecuniaria imposita in monasteriũ ad certum tẽpus similiter fuit detrusus, ita testatur D. Iacob. septima. in Cath. insti. c. 40. nu. 14.

Nec illud hoc loco accommodatissimum prætermitti debet. laicum etiã secundum matrimonium, viua coniuge, ab hæreticę prauitatis inquisitoribus posse puniri: is equidem qui sic contrahit, perperam videtur sentire, de sacramento matrimonij, & de eius vinculo, ita tenet Domi. & Frã. in capi. accusatus. §. sanẽ. nume. 6. de hæreti. in. 6. Felin. in cap. ad abolendum in princi. de hæreti. Alphon. à Castro de iusta hæreti. puni. lib. 1. ca. 1. Summa Rosela in verbo, *Hæreticus* num. 6. Ludo. Car. de hæreti. §. circa secundum num. 60. in fine Reper. inquisitorum in verbo hæreticus in versi. ex quibus supra traditis. Conrad. Brunus de hæreti. lib. 1. ca. 2. Alberti. de agnoscẽd. assertioni. quæst. 23. per totam Iacob. septim. in enchi. tit. 12. Ioann. Lup. in repeti. capi. per vestras. de donati. inter vir. & vxor. §. 12. num. 25. Rojas. in tractat. de hæreti. 1. par. num. 540. D. Couarruu. in. 4. Decreta. 2. par. ca. 7. §. 3. nu. 6. & est communis & verissima opinio quę contradictorem non habet, & procedit nulla constituta differentia, an matrimonium publicè, vel secretè, fuerit contractum, & opinio contraria egragie fuit confutata à Iacob. septim. in Catholi. insti. cap. 40. num. 3.

Receptum tamen est inter doctores, crimen hoc grauissimum mixti

esse fori, & ea ratione inter inquisitores Episcopum & iudicem secularem locum esse præuentioni, ita Abb. per tex. ibi in cap. 1. de offici. ordi. & in cap. cum haberet. numer. 3. de eo qui duxit in mari. Alber. de agnoscẽd. assertioni. quæst. 23. nu. 76. Couarr. in d. §. 3. num. 6.

Et pœna quæ à iudicibus ecclesiasticis ordinarijs pro crimine isto imponitur, est publica ignominia, text. in cap. de benè dicto. 32. quæstio. 1. vbi glo. in verbo, & caluos. rex. in capit. Episcopi. 26. quæst. 1. capi. nuper de bigam. Abb. in dict. cap. cum haberet. num. 3. Frequentissimè tamen horum regnorum praxis recepit huius criminis reos, antè portas Ecclesiæ in scala ignominiosè collocari.

Nec desunt ex nostris, qui existiment pro crimine isto impositam esse excommunicationem, quæ eo ipso incurritur, vt tenet Paul. Grill. in tract. de penis omnifa. coitus. quæst. 14. cuius opinio falsa est, vt manifestè apparet ex gl. in Clement. vni. de consang. & affini. quam Card. Imol. & alij ibi sequuntur.

Ab inquisitoribus autem, hoc crimen perpetrantes fusiibus cedi solènt cum relegatione ad tempus, vt testatur Iacob. Septiman. in Catholi. institutionibus. cap. 4. num. 1. in fine in enchi. tamen tit. 12. num. 6. asseuerat, quòd plebei flagellis celi, ad trirremes condenantur. Si verò nobiles fuerint, aliæ iustæ pœnæ imponuntur, & quòd ad trirremes facienda sit cõdènatio, decretam fuit a supremis sacre inquisitionis senatoribus, vt refert Rojas vbi supra nu. 546.

Punitur deinde qui viuente prima coniuge aliam duxerit, pœna infamiae. cap. nuper. de bigam. l. cum qui duas. cum glo. C. de adulter. pœnaq; stupri iniugitur. Pœna verò stupri est

in

Contra  
heas se-  
cundum  
matrimo-  
niũ, viua  
coniuge  
ab inqui-  
sitoribus  
hæreticę  
prauita-  
tis puni-  
tur.

in personis honestis, amissio dimidia partis bonorum, in vilibus verberatio, cum quinquenij relegatione text. in. 6. 2. Insti. de publi. iudi. Regia. l. 2. titu. 19. par. 7. tradit Alexan. confi. 165. volum. 7. vbi Carol. Molin. in addi. Ex quo sequitur lapsum fuisse Romanum sing. 531. asseuerantem, mortis pœnam contrahentibus secundas nuptias imponi. In his verò regnijs in hoc crimine varię pœnæ pristinis temporibus impositæ fuerunt, vt videre licet in. l. fina. titu. 17. par. 7. & in. l. 2. titu. 7. lib. 4. fori & in. l. 7. titu. 15. lib. 8. & in. l. 6. tit. 7. & in. l. 8. tit. fina. eodem. libr. Nouissime verò qui crimē hoc commiserit, ultra id quòd ignominiose per vias publicas trahendus est, mitti debet ad Regias trirremes per decem annorum tempus, vt probat. l. 8. titu. 2. lib. 8. ordin. noui quæ indistinctè practicatur nulla personarum constituta differentia, vt scribit D. Didac. Perez in. l. 3. in glo. 1. libr. 5. ordi. veteris. Quòd tamen verum non censeo sed quòd cum nobilibus illius legis rigor moderetur & ita praxis quæ vera est legum interpretes recepit.

**C** *Per sententiam.* Vide glo. Antoni. Ioan. de Imo. Abb. in ca. 1. de cler. coniuga. Deci. confi. 166. D. Coua. in. 4. Decretali. 2. par. cap. 6. §. 3. nu. 4. Est equidem circa hoc communis doctorum sententia asseuerantium, clericum in maioribus ordinibus constitutum per matrimonialem contractum, nō esse ipso iure beneficio priuatum sed priuandum esse. Secus verò si is clericus in minoribus ordinibus fuisset constitutus, quia ipso iure priuatus est & opinionem istam dicit tutiorem & in practica seruandam Benedictus de Capra in capi. 1. de clericis coniuga. vide quæ infra

dicam in verbo beneficia.

*De heresi.* Vide Bermon. Cho. in tracta. de publi. concub. pagin. 248. num. 4. Iacob. Septim. dict. cap. 40. nume. 12. qui censet hoc procedere, quocumque modo siue publicæ, siue secretè, matrimonium fuerit contractum.

*Beneficia.* Vide text. optimum in cap. 1. de cler. coniuga. Et istam opinionem magis communem esse testatur Ioseph. Mascard. in tracta. de probatio. volum. 1. conclusione. 182. nu. 6. Circa quam illud est consideratione dignissimum, quòd licet clericus in minoribus ordinibus constitutus matrimonium contrahens: sit ipso iure beneficijs priuatus, is qui ob eam causam ea beneficia à Romano Pontifice impetrat præcise tenetur probare matrimonium, nec sponsaliorum probatio sufficeret, cum dubia probatio contra ipsum sit interpretanda, vt in cap. in præsentia. de probati. de quo est celebratissimum consilium Anchar. 26. quem sequitur Mascard. d. conclus. 182. Procedit sanè dicta magis communis opinio etiam si matrimonium carnali copula minimè fuerit consummatum vt tenet gloss. Ioann. Andr. Abb. Imo. Colecta. in cap. 1. de cler. coniuga. vbi Benedict. de Capra communem esse fatetur. Et locum obtinet quauis vxor antè copulam religionem ingrediatur ex Abb. tenrentia in dica. 1. Auferi. ad Capell. Tholo. quæstione 239.

Amittit etiam clericus in minoribus constitutus per coniugalem contractum, regressus, accessus, atque alia quælibet iura, ad beneficia ecclesiastica ipsi contrahenti competentia. glo. in cap. 1. de cler. coniug. libr. 6. vers. clericalis quam sequuti sunt Paul. & Alexand. in. l. si à primo. ff. de

Clericus in minoribus, p. contractu matrimonij omnib9 Ecclesiasticis priuatur.



de lib. & post. Martin. Nauarr. in ca-  
 pit. si quando excep. 5. de rescrip. &  
 opinionem istam communem esse fa-  
 tetur D. Couarruu. dict. 5. 3. num. 5.  
 vbi idem de ecclesiasticis pensioni-  
 bus affirmat de quo vide Hyero. Gi-  
 gan. in tracta. de pensioni. questio.  
 54. Et ea ratione vsus Romanae cu-  
 ria iam pridem obtinuit, vt per ma-  
 trimonij contractum, pensiones va-  
 cent etiam si simpliciter, nullo spiri-  
 tuali onere adiecto constitutæ fue-  
 rint, vt scribit Nauarr. in tractat. de  
 oratione cap. 21. numer. 53. Præter  
 quam, si à Romano Pontifice alicui  
 layco, pro re gesta in Ecclesiæ utilita-  
 tem constitutæ fuerint, Vel aliunde  
 ex eius mente colligatur velle pensio-  
 nes, ob matrimonium nõ extingui,  
 vt refert Ioann. Baptista in tracta. de  
 pensi. quest. 30.

**F** *Sit nullum.* Vide Petrum de An-  
 charra. consil. 34. num. 10. Ioan. An-  
 dr. Anchar. & doctores in cap. 1. de  
 cleri. coniug. lib. 6. Aymonem Cra-  
 uet. in tracta. de antiqui. tempor. 4.  
 par. 6. videamus fol. 131. num. 14. Se-  
 basti. Van. in tracta. de nulli. tit. quo-  
 ties & intra quod tempus. num. 60.  
 Andr. Tiraquel. in tract. de vtroque  
 retract. lib. 1. 26. glo. 2. nu. 9. Ioan.  
 Staphi. in tracta. de liter. gratiæ & iu-  
 stitiæ. fol. 75. quam opinionem com-  
 munem esse testantur Ferdi. Loazes  
 de matrimonio Regis Angliæ du-  
 bio. 11. num. 13. D. Couarruu. dicto.  
 5. 3. num. 4. Grego. Lup. in l. 41. tit.  
 6. parti. 1. in verbo, *El beneficio.* Fer-  
 dinand. Mencha. de testa. 5. 22. num.  
 64. Iul. Clar. libr. 5. rescep. senten. 6.  
 fin. questio. 37. versu. clericis benefi-  
 ciatus, & nouissimè Did. Perez in. l.  
 1. titul. 1. libr. 5. ordin. versicu. Item  
 quia fol. 5. Quæ consuetudine re-  
 cepta est vt fatetur Pettus Rebuff. in  
 tract. de pacifi. possessor. num. 187.

In quo cabendum est ab Imo. qui cõ-  
 trarium tenuit in Clemen. gratiæ de  
 rescrip. Loazes in rep. l. filius familias  
 num. 285. ff. deleg. 1. Quam quidem  
 communem & receptam sententiam  
 admittit Deci. consil. 166. quando ig-  
 noranter matrimonium contractum  
 est, secus si scienter, quia hoc casu (vt  
 ille inquit) non priuatur qui sic con-  
 traxit ipso iure. Sed Decium meritò  
 reprehendit insignis Greg. vbi pau-  
 lò antè allegauit esset equidem omni  
 iuri & rationi contrarium, vt magis  
 peccans, melioris esset conditionis,  
 quam qui leuius delinquit.

*Sua beneficia.* Addequòd opinio **G**  
 nem istam tenuerunt. Ioann. Andr.  
 Cardi. Anchar. Imo. in cap. Ioannes  
 de cleri. coniuga. Henr. in cap. diuer-  
 sis. eo. titu. quorum opinionem com-  
 munem esse testatur Couarruu. vbi  
 supra. num. 4. quam ipse sequitur cõ-  
 tra Rotam & Staphy. ab authore no-  
 stro allegatos, quorum opinio proce-  
 dere potest, quando clericus mino-  
 ris ordinis beneficia ecclesiastica ob-  
 tinēs, cum impubere cõtraxit per ver-  
 ba de præsentem, ignorans fortè eam  
 impuberem esse, quia tunc beneficio  
 priuatur, non aliter quam si cum pu-  
 bere contraxisset, cum qua foret ca-  
 nonicum impedimentum, cõsanguini-  
 tatis vel affinitatis. Si autem scie-  
 bat eam esse impuberem, tunc proce-  
 dit cõmunis opinio qua distinctio-  
 ne, has contrarias opiniones compo-  
 nit Ferdi. Mench. de testamen. dict.  
 5. 22. num. 47.


## Monialibus.

### C A P V T, LXXXI:

1. Clericus monialem carnaliter cog-  
 noscens, in vno instanti tria deli-  
 cta com-

*Et a committit: sacrilegium, adulterium & incestum.*

**2** *Clericus monialem cognoscens, quæ poena debeat puniri.*

**1**  Clericus tale facinus perpetrans. Sponsam Christi corrumpit, & committit tria peccata: sacrilegium, adulterium, & incestum, quò ad accusationem, quia de omnibus his potest accusari, ut per gloss. nota. in capitu. Virginibus. 27. quæstio. 1. quam sequitur Abb. in capitu. At si clerici. de iudic. colum. 12. & in capitu. penulti. 3. nota. de purga. cano. & in capitu. monasteria. in fin. & in capitu. ut clericorum. num. 6. de vita & honestate clericorum: cuius poena est ut deponatur, <sup>b</sup> ex dispositione text. in capitu. Si quis episcopus. 27. quæstio. 1. ab officio & beneficio, ut per gloss. fam. primam, dum allegat, capitul. Si quis sacerdos. Et vide Ana. consil. 1. colum. 2. versic. Secundo quòd fama. ubi per dictum capitu. Si quis episcopus. tenet. quòd istud delictum est de maioribus meretibus perpetuam depositionem, dato quòd talis fornicatio cum moniali non sit notoriè scandalosa, vel diu continuata: & dicit hoc ita declarare pulchrè Anton. in dicto capitulo. At si clerici. Et vide Hippoly. in repetit. l. Vnicæ. C. de rapt. virginum, numero. 41. ubi tenet quòd clericus in hoc delinquens debet priuari officio suo, & detrudi in monasterium, per text. in capitu. Si qua monacharum. 27. quæstio. 1. & per dictum capitu. Si quis. per quem textum, vide quòd dicit Abb. in capitulo: clericus, numero. 2. de vita & honestate clericorum. Et vide Paul. Grillandi in tracta. de pœnis omnifariam coitus, in. 1. quæstio. circa fin. versu. Secundo verò casu, ubi per ea

demiura dicit, quòd clericus cuiuscunque gradus vel dignitatis deponitur propter hoc delictum ab omni ordine sacro, & priuatur omnibus beneficijs, & detruditur in arctum monasterium ad agendam perpetuam poenitentiam: quem vide prius per duas colum. præcedentes declarantem, quomodo in hoc crimine quatuor crimina committantur: & an possit reus de vno quoque pariter accusari & puniri: & quæ utilitas resultet, quòd quis possit accusari & puniri de pluribus delictis differentiibus specie, & descendentibus ex eodem facto. Cardina. tamen de Tur. cremata in dict. capitu. Si quis episcopus. dicit, quòd tunc propter hoc deponatur clericus, quando in notitiam populi deuenit, alias secus, per id quòd notatur in capitu. Non debet. 30. quæstio. 1. Et dicit hoc velle gloss. ibi positam in eo capi. Si quis episcopus. Quæ tamen si benè consideretur, non probat: quia nihil aliud dicit, nisi allegaret. Si quis. 30. quæstio. 1. & ideo contrarium credo verum, cum dict. capi. Si quis episcopus. simpliciter imponat poenam depositionis, & delictum in se tam graue sit, in quo tria, ut prædiximus, committuntur delicta. Et hoc videtur velle Ioann. de Anan. ubi supra, referendo Anton. Nec obstat quòd dicitur in dicto capitulo. Non debet, quia cum ille text. imponat poenam delicto longè diuerso, & quòd est grauius in consideratione populi, quàm in se ipso, videlicet quòd clericus commisceatur mulieribus, quæ ei peccata confessæ sunt, nimirum si considerat, an populus id intellexerit. Notum est enim quòd ex confessione non contrahitur cognatio spiritualis, & sic non potest dici incestus: & si confitens

foemina non est nupta, nec virgo, non est adulterium, nec stuprum, est igitur sola fornicatio qualificata, tãto grauior, quanto maius scandalum affert in populo. Abhorret nanque populus simile facinus, & meritò: quia si non sic punirentur in hoc delinquentes, difficilime præstarent homines licentiam filiabus, seu consanguineis accedendi ad sacramentum pœnitentiæ. Vel potest aliter intelligi text. ille, vt in cap. sequen. tractabimus, vbi examinatur materia illius. Vnde concludendo in hoc delicto sacerdotem conuictum de accessu ad monialem, nullo discrimine habito deponendum censeo, & deponerem si casus se offerret, & in monasterium seu carcerem ad tempus aliquod, iuxta personæ qualitatem, & delicti continuationem, & populi notitiam commensurandum detrunderem.

**A**  
Habens carnalē copulā, cum moniali, multis criminibus illaqueatur.



**T**ria peccata, Vide Abb. in cap. fina. num. 6. de immu. Ecclesi. & in cap. pen. nota. 3. de purga. canon. Ioann. de Selua in tractat. de benefi. 3. par. quæstio. 3. num. 6. Montal. in l. 4. titu. 10. lib. 4. fori Gregor. in l. 1. tit. 19. par. 7. in verbo, *Religiosas*, quā opinionem sequuti sunt omnes, vt per Deci. consi. 338. nu. 1. & consil. 611. num. 2. eandem fatetur esse communem sententiam doctissimus Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæstioni. lib. 2. centu. 4. casu. 389. num. 23. decisio. Peda. 103. eamque sequitur Didac. Perez in l. 5. titu. 15. libr. 8. ordin. Paul. Gril. in tracta. de pœnis omnifa. coitus. quæst. 1. num. 10. qui dicit, quatuor scelera cõmitti sacrilegium, incestum, adulteriũ, & stuprũ, & vide Regiam legem. 7. tit. 20. libr. 8. ordi. noui. assuerantem cū monia

li incestũ ex carnali cobitu cõmitti.

Sed an clericus possit, de vno quoque istorum criminum accusari, pariterq; puniri, & pœna ex vno sequuta, alterum non impediatur, ac si ex diuersis factis, cum diuersis personis facta fuisset, vide glo. not. in cap. virginibus. 27. quæst. 1. quæ in ea est sententia vt censeat, quòd supradicta dicuntur plura crimina nomine tantũ, non autem effectualiter in substantia, & ea ratione licet respectu accusationis sint diuersa, quo ad actum punitionis vnum est, quia in veritate non fuit nisi vnicum factum, licet propter tantũ sceleris qualitates, grauior pœna iungenda sit, quàm pro qualibet dictorum quatuor delictorum, de quo vide Bar. in l. senatus. ff. de accus. & in l. qui de crimine. C. de accusa. Paul. Gril. d. q. 1. nu. 12.

*Deponatur.* Vide Regiam. l. 6. tit. 18. par. 1. Bermond. Cho. in tit. de publi. concu. rub. de sacrilegio pag. 67. D. Couar. in Clem. si furiosus. in initio. 2. par. nu. 8. de homi. Petr. Dueñ. reg. & fall. reg. 101. Di. Perez in .d. l. 5. Iac. Men. de arb. iud. q. libr. 2. cent. 4. casu. 360. nu. 57.

Laicus verò in foro canonico propter crimen hoc excommunicatur ea. si quis Episcopus. c. si qua. 27. q. 1. d. Regia. l. 6. ibi, *E si fuere lego deuen lo descomulgar.* Et in animæ iudicio ad simplicem sacerdotem, huius criminis absolutio nõ spectat, sed ad Episcopũ iuxta gl. sententiã in. c. si Episc. de pœn. & remis. lib. 6. In foro verò seculari, laicus qui crimen hoc perpetraverit, pœna vltimi supplicij plectendus est, bonaque sua monasterio sunt adiudicanda. Monialis verò ipsa huius criminis rea, à suo monasterio extrahenda est, & in alio recludi debet vt diligentius seruetur, nè forte deinceps in tale cœlus incidat. tex. in s. pen.

Laicus huius capituli delictum committens, quibus pœnis, ab ecclesiastico iudice, sit plectendus.

in auth. de sanctissimis Episc. coll. 9. capi. si quis rapuerit. 27. quæsti. 1. vide tamen Regiam. l. 2. titu. 19. par. 7. quæ simplicem coitum cum moniali, non pœna mortis, sed pœna simplicis stupri puniendum esse sancit. Nec non de iure Regio qui sic delinquit pœna medietatis bonorum Regio fisco applicadorum mulctatur. l. 7. tit. 20. lib. 8. ordin. noui.

Mediolani verò legibus, & Papiæ statutis, qui grauissimum crimē hoc perpetraverint pœna mortis puniuntur, vt refert Iacob. Menoch. de arb. iudi. quæstioni. libr. 2. centuaria. 4. casu. 384. num. Idem etiam communiter statutum est priuatis constitutionibus, & statutis Italiæ vt refert Hyppoli. in l. vni. numer. 4. & sequent. C. de rap. virgi. Iuli. Clar. in practic. crimin. §. fornicatio. versic. cum moniali. Antiquitùs verò Vestales quæ Dijs virginitatem vouerant, istius criminis reæ, virgis cedebantur, fere vsque ad necem, deinde viuas defodi, lege sancitū fuit. Vt memoriæ protulit Pomponius Letus de sacerdotio Roman. vbi de Vestalibus agit Plutarchus Proble. 96. Et multa de supplicijs harum Vestalium lectu non indigna scribit Liui. libr. 2. 4. 8. decad. 1. & Decada. 4. Dioni. Halicarna. libr. 8. & 9. Plini. Iunior. libr. 4. epistol. Et de hac pœna meminit Iuuenalis Satir. 4. dum ait.

Nemo malus fœlix minimè corruptor & idem.

Incestus, cū quo nuper vittata iacebat.

Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.

Imo tanta in his religio obseruabatur, q̄ Minutia Vestalis virgo propter mundiorē iusto cultū libidinis fuit suspecta viuaque defosa, vt re-

fert Liuius libr. 8. primæ Deca.

*Contrarium credo verū.* Adde quòd hanc authoris opinionē cōtra Card. à Turrecre. in. d. c. si quis Episcopus sequitur. Gregor. in. d. l. 6. in verbo, *Deponer.*

## Spiritualibus filiabus se commiscentes.

### C A P V T, LXXXII:

- 1 *Clericus propter crimen incestus quæ pœna puniendus sit.*
- 2 *Pœna depositionis an puniendus sit clericus, qui carnaliter cognouerit illam, quam tenuit in sacramento confirmationis.*
- 3 *Propius sacerdos, qui filiam suæ parochiæ, nullo vinculo spirituali coniunctam, carnaliter cognouerit, non est deponendus, quauis seuerè sit puniendus.*
- 4 *Clericus, qui cognouit suam commatrem, depositionem meretur.*



Acerdotes, qui cū filiabus spiritualibus fornicatur, graue adulteriū cōmittūt: & qui malū exemplū dāt hominibus, ab omni officio deponūt, & peregrinādo p̄ duodecim annos pēnitere debent, & tandē ad monasteriū vadunt, vbi per totū tempus vitæ Deo seruient. ita disponit text. in. c. Si quis sacerdos. 30. q. 1. & licet ille text. videatur loqui de filia spirituali simpliciter, idē est si fornicatur cū ea, quæ propter sacramentū pēnitentiæ fuit filia spiritualis effecta, vt probatur in capitulo. Omnes. qui est text. præcedens dict. ca. Si quis. qui dicit omnes, quos in pēnitentia accipimus, ita filij nostri sunt, vt in baptisate suscepti. & subdit, quòd

Vestales libidini vacantes quibus pœnis plectebantur.

qui hoc scelus perpetraverit, non solum dignitatis honorem amittat, verum etiam usque ad exitum vitæ suæ iugi pœnitentiæ se subdat: quod glo. ibi finalis intelligit de pœnitentia in teriori. Sed postea text. in capit. fin. eadem. cau. & quæstion. dicit quod pœsbyter, qui cum mulieribus, quæ ei fuerint sua peccata confessæ, se cômiscuerit, sic pœniteat quomodo de filia spiritali: & declarat quod pœniteat duodecim annos, & quod deponatur, in quo videtur declarare text. in d. cto capit. Omnes. dum determinat tempus pœnitentiæ, & quod amissio dignitatis, de qua ibi sit depositio. Addit tamē verba quædam quæ nimium restringunt pœnam huius delicti, videlicet si in cōscientia populi deuenierit, quod ego intelligo, id est si hoc c testibus probatum fuerit: satis enim in notitiam populi venit delictum, quod testibus comprobatur, quasi velit text. in teriori pœna puniendum sacerdotem, quando hoc delictum in occulto reuelatur superiori. Vnde ego cōnuictum clericum de hoc delicto, indistincte deponerem, imō & tempestate hac, carceri alicui per aliquos & non paucos annos manciparem. Oportet nanque in his diebus, quibus (peccatis nostris id promerentibus) admirabile hoc sacramentum pœnitentiæ, spiritualium omnium infirmitatum singularis & vnica medicina ab hereticis impugnari, ac euertitur, sacerdotes in hoc delinquentes acriter puniri: ne ex eorum delictis ansa præstetur hereticis, nevé frigescente charitate ac timore Dei, occasio detur maritis ac patribus vxoris, ac filias ab hoc sacramento retrahendi. & vt rariùs ad illud accedant, procurandi. Quo zelo religionis & honestatis accensus bonæ me-

moræ præfulille dignissimus Ioannes Matthæus episcopus Veronensis, scelus hoc tanquam grauissimum graui animaduersione puniendum statuit, cuius ciuitatem & diœcesim dum ego transirem, Concilij Tridentini gratia in Italiã accersitus, multa mihi admiranda eius opera, & omni imitatione digna, & quæ pastorum illorum sanctorum quos antiquitus habuit ecclesia, dum foelix erat, sanctitatem redolebant, relata sunt. Ille inquam bonus episcopus in titul. 9. cap. 3. suarum cōstitut. ita disposuit: Si quis cum ea, cuius confessionem audiuit, quicquam in honeste turpiter egerit, aut eius pudicitiam attētauerit, aut eam ad lasciuia & inhonestam perpetranda suaserit, si non est deuentum ad actum, temporanea pœna acriter puniatur: Si verò ad actum turpitudinis deuentum est, beneficijs officij, & que eo ipso suspensum, priuatum, perpetuisq; addictum vinculis volumus & declaramus. Et eadem depositionis pœna puniendum crederem clericum cognoscentem illam quam tenuit in sacramento confirmationis, cum eodem modo sit effecta eius spiritalis filia: & ideo cognatio contracta ex tali sacramento impedit matrimonium, & dirimit contractum, vt in capit. 1. §. fina. de cogn. spirit. in. 6. quia tex. in dict. capi. Siquis indistincte loquitur de filia spiritali. Fateor tamē quod cum hoc delictum non sit ita graue in oculis hominum, nec in eo adsit inconueniens quod in casu præcedenti descripsimus, in alijs pœnis ultra depositionem iniungendis, mitior poterit esse Iudex. Et quod sacerdos cognoscens filiam spiritalē deponatur, notat Abb. in c. fi. de purg. can. & tenet etiã Io. de Ana. per suprãdicta iura, in cap. Cum dilectus. de accusat. col.

2. & in cap. Significauit, de adul. col. penul. Felin. in capit. At si clerici. in princ. colum. fin. de iudi. & ibi etiam hoc sequitur Decius colum. 21. vers. Secundò limitatur. Et sequitur hoc etiam Ioann. de Selua, in tract. de beneficio, in. 3. parte, in quæst. 3. in fin.

3. Et aduerte quòd filia dicitur, quæ sit de parochia eius, vt ponit idem Decius ibi, allegando Abb. vbi supra. Et sequitur etiam Ioan. de Selua, vbi supra. Crederem tamen quòd licet vera sit hæc cõclusio Doctorum istorũ quòd si sacerdos cognosceret filiã parochiæ suæ nullo alio sibi vinculo spiritali coniunctam, quòd non propter hoc esset deponendus, sicut in alijs præcedentibus casibus, cum esset magna extensio iurium pœnaliũ, & est non minima disparitas delictorum, quanuis tale facinus committens non leuiter puniendus est: de cuius quidem delicti grauitate nos omnes præfules idem. bonus verò nihil admonuit. dum in supradiçto ti. 9. capi. 2. in committentem illud ita seuerè sub hisce verbis insurgit: Sacerdotem illum, qui se cum parochiana sua commiscuerit, in. 25. ducatos cõdēnamus, cū ppetuo ab exercitio curæ suspendētes, postquam per annum in carceribus corpus suum, ieiunijs & abstinentijs maceraturus permanferit, & à ciuitate & diœcesi per decennium sit exul. An autem eadem pœna puniatur qui cognouit commatrem suam: videtur quòd sic per supradiçta, & quia magis est ab itinendum à cognatione spiritali, quam carnali, quia à venerabiliore parte procedit, vt notat Abb. in diçto capit. fina. colum. penultim. de purga. cano. Vnde dicit ipse quòd nunquam legitur ecclesiã Romanã dispensasse in cognatione spiritali. Cùm enim pœna incestus sit depõsi-

tio, vt infrã habes in parte incestus, à fortiori erit in hoc casu, & simili, vbi quis cognoscit cognatam spiritalẽ, & præcipuè quia delicta huiusmodi etiam in opinione populi grauia iudicantur: & hoc de commatre videtur tenere. Felin. in diçto. cap. At si clerici. colum. fina. de iudi. facit etiam in huius opinionis fauorem. l. 13. tit. 2. parti. 4. quæ enumerat inter exempla incestus, quòd quis coet cum commatre sua.



**D**epõnatur. Vide Abb. in A in cap. vltim. de purg. cano. Anani. in ca. cum dilectus. de accusat. Feli. in cap. at si clerici. numer. 15. vbi Decium. 36. de iudi. Berm. Cho. de pub. concub. Rubrica de incestu. num. 3.

Hodie verò in tanti criminis detestationem, egregia nouissima constitutione decretum est, quòd cõtra clericos qui in sacris confessionibus, mulieres ad carnale commercium prouocauerint, hæreticæ prauitatis inquisitores seuerè procedant, & iustissime sanè: cum malè de Sanctissimo sacramento pœnitentiæ sentire videantur, eo abutentes: nam cū medela spiritalis sit, venenum tamen nephandum ad perpetuam mortem eo præparare contendunt, & ita scio obseruari, in sacro sanctæ inquisitionis incorruptissimis tribunalibus.

- Clerici qui in sacris confessionibus, mulieres ad libidinẽ prouocauerint ab inquisitoribus puniri possunt.

4. per decennium sit exul. An autem eadem pœna puniatur qui cognouit commatrem suam: videtur quòd sic per supradiçta, & quia magis est ab itinendum à cognatione spiritali, quam carnali, quia à venerabiliore parte procedit, vt notat Abb. in diçto capit. fina. colum. penultim. de purga. cano. Vnde dicit ipse quòd nunquam legitur ecclesiã Romanã dispensasse in cognatione spiritali. Cùm enim pœna incestus sit depõsi-

**P**rocedit. Adde quòd huc respicit quòd voluit glo. celeberrima in c. Pytacom in verbo, multo magis. 30. q. 3. quæ asseuerat argumento illius patrem spiritalẽ magis diligendũ quam carnalem quam dicit esse sing. Barb. in. l. 2. col. 7. ff. de verb. obliga. & in rep. l. cū accutissimi. colu. 117. C. de fideicommi. licet huic sit affinis & alia glo. in cap. qui dormierit. 27. q. 2. tradens affinitatem spiritalẽ

maiolem esse, quam carnalem. Præterea etiam dicit alibi glos. in capit. aut factam in verbo, parentem de pœnitent. distinct. 1. non minus puniendum esse, qui interimit parentem spiritualem, quam qui carnalem, quam sequitur Alexand. in addi. ad Barth. in l. Diuus ubi Hyppol. de Marfi. in fine. ff. de parr. & hanc opinionem Abb. quâ hic adducit author in specie sequutus fuit Deci. consi. 462. colum. 1. & in cap. at si clerici. nume. 38. de iudi.

## Stupri.

### CAPVT, LXXXIII.

- 1 Traditur germana stupri diffinitio.
- 2 Clericus virginem stuprans, est deponendus.
- 3 Vi corrumpens virginem grauiori pœna est puniendus quam si spontaneè eam cognouisset.
- 4 Clericus, qui corrumpit & deflorauit virginem spontè, & sic ea uolente & consentiente an teneatur aliqua pœna?
- 5 Deflorans virginem uoluntariam, nõ tenetur ei in anima iudicio satisfacere.
- 6 Voluntas corruptæ uirginis patri nõ praiudicat.
- 7 Clericus an à dotis præstatione liberetur si probauerit quod mulier ab eo corrupta inuenit uirum eiusdem conditionis & qualitaris ac si esset uirgo.
- 8 Iudex qualiter debeat arbitrari dotis estimationem corruptæ uirginis præstandam.
- 9 Remissio puellæ an clericum à dotis solutione liberet.

10 Clericus, qui mulierem grauidam sine uirginitatis tamen corruptione effecerit, an ordinaria huius criminis pœna sit puniendus.



**S**TUPRUM proprie est virginum illicita defloratio, sic enim diffinitur in cap. Lex illa, 36. quæstio. 1. licet alias stuprum aliquando comprehendat alia crimina, ut dicit glo. ibi, in verbo proprie, & gloss. in capit. Nemo. 32. quæstio. 4. in verbo stuprum: & clericus virginem stuprans deponitur, notat Abb. in capit. At si clerici colum. 12. de iudi. allegat text. in capit. Si quis clericus. 81. distinctio. & in capit. Lator. 2. quæstio. 7. Illi tamen text. non disponunt in stupro commissio cum uirgine, ut ex eis patet: & quod istud delictum sit depositione dignum, placuit eidem Abb. in cap. 2. de adulter. qui etiam credit clericum posse cogi ad dotandam uirginem ab eo corruptam & refert etiam idem Abb. ibi. Ioann. Andr. referentem magistrum suum, qui dicebat quod in hoc casu, cum clericus non possit ducere eam in uxorem, deberet corporaliter fustigari. Et quod pœna stupri in clerico sit depositio, est communis opinio secundum Paul. Grillandi, in tract. de pœnis omnifariam coitus, in cap. Septimò uideudum. qui etiam sequitur doctrinam Abb. in cap. Ut clericorum. de vit. & hone. cleri. ubi tenet quod iudex ecclesiasticus potest imponere pœnam pecuniariam clerico pro arbitrio suo, ultra alias pœnas spirituales, quando illæ non sufficerent, quia illas non timeret, quas si non solueret, luet in corpus: quia non sufficit dotare mulierem stupratam, nam ultra dotem tenetur soluere pecuniariam

vel corporalem poenam secundum  
 eum post Abb. in cap. 2. num. 3. de  
 3 adult. V num autem in hoc crimine  
 ego opinor obseruandum, quod  
 cum iura Cæsarea grauiori poenæ  
 subiiciant vi corruptentem virgi-  
 nem, quam spontaneè, ac illū sine  
 temporis præfinitione puniant, vt  
 in. §. item lex Julia, de adulterijs,  
 iuncto. §. Item lex Julia, de vi. ver-  
 ficu. Sin autem per vim. institut. de  
 publi. iudi & in. l. mariti. §. fin. ff. de  
 adult. quod eodem modo iudex ec-  
 clesiasticus fauerius punire debebit  
 vi perpetrantem tale facinus, vt sic  
 vltra depositionem in arctum mona-  
 sterium vel carcerem trudat delin-  
 4 quentem. Et pro pleniori declaratio-  
 ne huius capituli opere precium est  
 de aliquibus quæstionibus dubita-  
 re. Et primò quid si clericus de stu-  
 pro virginis accusatus exciperet &  
 probaret appertè ipsam spontè con-  
 fessisse, putà si testes iurant eam atra-  
 xisse illum ad concubitum, venien-  
 do sæpius ad lectum eius, eo repel-  
 lente illam, vel aliud simile. In qua  
 quæstione videtur dicendum quod  
 non obitante puellæ consensu, prop-  
 ter stuprū puniri debeat clericus, &  
 ad præstationem dotis condemnari,  
 b per id quod notat Ioann. de Ana.  
 in dict. capit. 1. de adult. in. 7. nota-  
 bili. vbi post Docto. dicit quod li-  
 cèt virgo non sit seducta, sed illa spò-  
 te acquieuit, adhuc habet locum dis-  
 positio illius tex. quia virgo præsu-  
 mitur seducta & decepta, per tex. no-  
 tabilem in dict. l. circa fin. C. de rap-  
 to. virg. qui disponit quod poena  
 eius habeat locum siuè volentibus, si-  
 uè nolentibus virginibus illud faci-  
 nus perpetretur. Ex ratione, quia  
 hoc ipsum velle mulierū ab insidijs  
 nequissimis hominis, qui meditatur  
 rapinam inducitur. Sed salua eius &

doctorum autoritate, nō videtur sua  
 cōclusio procedere saltem ex suis fun-  
 damentis. Primò quia ratio eorū nō  
 concludit: Virgo præsumitur sedu-  
 cta & decepta, ergo etiam si ipsa spò-  
 tē se obtulit, procedat pœna illius tex.  
 quia illa ratio procedit quando su-  
 mus in dubio: sed quando cōstat de  
 volūtate sine seductione, aliter vide-  
 retur dicendum. Secunda nō obstat  
 tex. in d. l. 1. quia nō sequitur: pœna  
 contra raptos, de qua ibi procedit  
 etiā volentibus virginibus, ergo eo-  
 dem modo procedat pœna de qua in  
 d. c. 1. qui tex. loquitur per verbū se-  
 duxerit, quod debet aliquid operari  
 Facit etiam quod tex. in cap. 2. cod.  
 tit. de adult. in quo imponitur pœ-  
 na committenti stuprum, dicit: vir-  
 ginem stupro decepit. Vnde videtur  
 in hoc (saluo meliori iudicio) dicen-  
 dū quod à pœna stupri criminali im-  
 ponenda clerico non excusetur, etiā  
 probata puellæ: non enim voluntas  
 cōsocij criminis debet excusare à pœ-  
 na delicti, quando culpa illius non  
 consistit in sola violentia actus, sed  
 in reprobatione ipsius quantumuis  
 volūtarij, quantumuis operari debeat vt  
 non tanquā violentus stuprator pu-  
 niatur. Quantū autē ad præstationē  
 dotis videtur dicendū, q̄ clericus pro-  
 bata vera volūtate puellæ, sine sedu-  
 ctione nō debeat condemnari, potuit  
 enim puella in hoc sibi præiudicare,  
 vt voluntariè & non seducta hoc pa-  
 tiendo, perderet ius petendæ dotis, q̄  
 voluit Astensis in summa, li. 2. tit. 46.  
 in ca. incipienti, Sequitur videre de  
 tertio, allegādo Rodonensem, dum  
 dicit quod si defloret quis volunta-  
 riam, non tenetur. Ad cuius etiam  
 confirmationem bene facit sentētia  
 5 Gulielmi, quæ refert Floren. in. 2. par-  
 te, titul. 5. capitul. 6. §. 1. quod si quis  
 deflorat virginem voluntariam, non



tenetur ei satisfacere in foro consciē  
 tiæ, quod etiam notat Siluest. in ver  
 bo luxuria, in versi. Quinto quæri  
 tur, & Tabien. in verbo restitutio in  
 §. 22. incip. quid de eo. Et allegat vter  
 que Bonauenturam hoc tenentem.  
 Vnde videtur quod sicut talis cleri  
 cus in foro conscientie est liber à  
 præstatione dotis ex sententia dicto  
 rum Doctorum, sic & eodem modo  
 videtur absolueudus in foro conten  
 tioso per Iudicem ecclesiasticum,  
 quem decet semper sequi veritatem,  
 Sed quanuis ista conclusio possit su  
 stineri, multum debent iudices aduer  
 tere antè quàm illam ad praxim ad  
 ducant in isto casu propter difficul  
 tatem sufficientis probationis quæ  
 in hoc requirenda est, vt verè cõstet  
 virginem non seductam, sed volun  
 tarè fuisse defloratam, & facile pos  
 sent decipi per stuprantem clericum  
 6 in probatione voluntatis. Vnum ta  
 men in hoc videtur esse sine dubio:  
 quod licet voluntas puellæ liberaret  
 clericum, hoc esset solum verum, quã  
 tum ad ius quod ipsa alias haberet,  
 non tamen liberaretur ab hoc quod  
 si pater virginis accusaret clericum  
 de stupro, debeatur illi æstimatio dā  
 ni sibi proueniētis: quia maiori eget  
 pecunia ad dotandum eam, & etiam  
 iniuriæ quæ sibi illata est: quod fir  
 mat Floren. vbi supra, sic limitando  
 prædictam conclusionem, hoc tamē  
 & pater perderet, si etiam ipse de  
 nocinio vel consensu cõuinceretur.  
 Ex quibus etiã inferri potest quod si  
 de precio stupri conuentum esset eū  
 virgine vel parentibus, quod tunc so  
 la precij præstatione liberaretur ab  
 onere dotandi accusatus ab eo, cum  
 quo conuentionem facit: dum tamē  
 conuentio solius filie parentibus nõ  
 noceat, nec conuersio. Secundo quæ  
 7 ro, quid si clericus in sui defensione

exciperet ac probaret, quod post cor  
 ruptionem mulier inuenit virum eius  
 dem conditionis & qualitatis ac si es  
 set virgo: & in hoc credo, quod licet  
 possit damnari clericus propter stu  
 prum (nisi cõditio mariti processum  
 & pœnam publicam impediret) ni  
 hilominus absolueudus esset à præ  
 statione dotis, d cum illa in hoc non d  
 esset passa damnum. Si tamen prop  
 ter stuprum nupsit viro deterioris cõ  
 ditionis, tunc crederem arbitrio iu  
 dicitis esse satisfaciendum ei, cum con  
 stet eam pati damnum ex inæquali  
 tate mariti, putà si propter hoc virum  
 pauperiorem sortita est, à quo debi  
 liores alimenta recipit, imò si nõ pau  
 periorum, sed ignobiliorem virum sor  
 tiretur, adhuc crederem esse satisfaci  
 endum sibi, quia verè passa est dam  
 num in honore, qui maiori precio ha  
 beri solet quam diuitiæ. Tertio quæ  
 8 ro, qualiter iudex arbitrabitur dotis  
 æstimationem, e in hac materia præ  
 standam: Et in hoc distinguo, quod  
 si pater puellæ pauper est, clericus dā  
 nabitur ad integram dotem puellæ,  
 in quo consideranda est consuetudo  
 loci, videlicet quantum solet in dotē  
 dari puellæ similis conditionis, & de  
 florata: considerabuntur etiam facul  
 tates clerici condemnandi, vt proba  
 tur in d. cap. i. iuncta glo. fin. Si verò  
 pater illius diues est, non videtur cõ  
 ueniens, quod ex stupro clerici ipse  
 lucretur totam dotem filie suæ, & sic  
 quod integram habeat à clerico: sed  
 quod clericus soluat arbitrio Iudicis  
 illud plus quod pater est consumptu  
 rus in maritando filiam, eo quod est  
 deflorata, quia in hoc videtur pati  
 damnum, & quod videbitur iudici  
 soluendum ratione iniuriæ sibi illatæ  
 si hoc petierit. Et ex prædictis vide  
 tur posse inferri, quod si puella esset  
 parētibus orbata & diues, vel si ipsis  
 super-

supersticibus, & pauperibus existen-  
 tibus, ipsa aliunde haberet sufficien-  
 tem dotem, quòd tunc clericus non  
 f teneretur ad totam dotem, sed ad il-  
 lud quòd plus est secum in dotem da-  
 9 tura propter deflorationem. Quarto  
 quæro, an liberari possit clericus à  
 præstatione dotis, si iudici ostendat,  
 vel probet liberationem vel remissio-  
 nem eius factam ab ipsa puella? In  
 quo videtur dicendum quòd sic: quia  
 cum hoc sit in eius fauorem statutum,  
 potest illi renunciare, & sic clericum  
 liberare, si sui iuris est, quia patre in-  
 uito ad quem pertinet filiam dotare,  
 hoc clerico non suffragabitur. De-  
 bent tamen iudices in hoc esse cauti  
 vt videant, ne liberatio illa facta, cle-  
 rico sit à puella metu aut dolo exor-  
 ta, vt posset facile contingere. Item  
 etiã ne sit facta ab ea vt liberius pos-  
 set luxuriari non nubendo: quia tunc  
 decens videretur, vt etiã ipsa no-  
 lente clericus damnaretur ad dotem,  
 & illa per iudicem suaderetur ad ma-  
 trimonium, & saltem iudex faceret,  
 10 quod posset. Præterea & quoniam li-  
 ber, & si rarissimam, possibile tamen,  
 & aliquoties contingentem mo-  
 uere quæstionem, videlicet quid si  
 mulier, vel mulieris pater conqvera-  
 tur de clerico, quòd ipsam sine viola-  
 tione pudoris pregnantem effecerit,  
 & petat clericum de stupro puniri,  
 & ad præstationem dotis compelli:  
 cum necesse sit adueniente partu vir-  
 ginitatem amittere: an clericus possit  
 de stupro damnari, & condemnari  
 ad dotem? Pro cuius quæstionis de-  
 cisione, si sequamur iura in quibus  
 cauetur quòd delinquens, & faciens  
 rem illicitam punitur non solum de  
 actu illicito, sed & de eo quòd præ-  
 ter eius intentionem fuit sequutum,  
 vt in. l. 1. §. Ex incendio. ff. de incen-  
 rui. naufra. & in. l. Si quis aliquid. §.

abortionis. ff. de pœnis. & in. l. quo-  
 niã multa. C. ad. l. Iuliam. de vi. pub.  
 & in. l. 3. §. adiectio. ff. ad. l. Corne.  
 de sicar. & in cap. fina. de homi. in. 6.  
 Videtur dicendum quòd iste non so-  
 lum damnabitur pœna stupri, sed cõ-  
 demnabitur ad præstationem do-  
 tis, præcipue quia debuerat cogitare  
 cum ad virginem accessit, hoc posse  
 contingere, & difficulter posset pro-  
 bare quòd eius intentio non fuit q̄  
 virgo corrumperetur, nec quòd eius  
 extraordinaria pollutiõ virgo præg-  
 nans efficeretur, imò potius contra  
 ipsum præsumendum est, quòd non  
 propter eius temperantiam, sed prop-  
 ter virginis resistentiam stupri actum  
 non consumauit. Fateor tamẽ quòd  
 pœna imponenda in hoc casu prop-  
 ter stuprum cum à principio nõ fue-  
 rit consummatum, mitior esse debe-  
 bit, etiã si mulier violenter oppres-  
 sa vel seducta probaretur. Quòd au-  
 tem virgo concipere possit talia vir-  
 ginitate absque miraculo, scribit bea-  
 tus Thomas in quolibeto. 6. art. 18.



*It depositio.* Adde quòd  
 hanc opinionem commu-  
 nem esse fatetur Bermon.  
 Cho. in tract. de publi. cõ-  
 cub. Rubri. de stupro. numer. 18. fol.  
 104. Practi. Conrad. fol. 389. Iuli.  
 Clar. lib. 5. recep. senten. §. stuprum.  
 versi sed quæro Iaco. Menoch. de ar-  
 bi. iud. quæst. lib. 2. cent. 3. casu. 288.  
 num. 5. Et vltra depositionem puniri  
 potest pecuniaria pœna arbitrio sui  
 iudicis. Abb. in cap. vt clericorum.  
 de vita & honest. clericor. sequitur  
 Paul. Gril. in tracta. de pœnis cõni-  
 coitus. quæst. 7. num. 3. Paul. Lancel-  
 lotus in insti. cano. tit. de adulter. §.  
 eadem. Nec ab hac pœna clericus ex-  
 cusabitur, si virgo se obtulerit ei spõ-  
 tè, non enim volũtas socij criminis,

**A**  
 Cleri-  
 cus pro  
 pter stu-  
 pri cri-  
 men de-  
 poni-  
 tur.

iustam excusationem præstat, quando culpa illius non consistit in sola voluntate sed in actus reprobatione. ita Bermon. in d. nu. 18. & tenet noster autor in fra. num. 4.

Clericus qui im-  
maturam  
virginem  
stupra-  
uerit or-  
dinaria  
pena cri-  
minis non  
punitur

Hæc vero pœna solum infligenda est contra clericum, qui virginem matram stuprauerit, quia hæc verè virginitatem perdit, & delictum stupri perfecte committitur: in virgine vero non dum viri potente, diuersum est iudicandum, quia ex quo corrupti non potuit, nec virginitatem amittere dicitur, ideoque arbitraria pœna puniendus est: ita singulariter scribit Jacob. Menochi. de arbitr. iudi. quæstion lib. 2. centu. 3. casu 294. nu. 6. quo loco scribit casum istum contingisse ann. 1556. Papiæ in mense Maij contra quendam presbyterum, qui fuit accusatus coram Episcopo Papiensi, quod puellam octo annorum nixus erat carnaliter cognoscere. cuius causæ doctissimus Menochius patronus fuit.

Clericus carnaliter viduam cognoscens pena depositionis pleen-  
dus non est.

Et nota quod hæc pœna depositionis, solum imponitur pro stupro, contra virginem commisso non vero si clericus viduam, etiam honeste viuentem carnaliter cognouerit. nã licet stuprum committat vt in. l. stuprum. ff. de adulte. §. item. l. Iulia. In sti. de publ. iudi. l. 2. ti. 19. par. 2. cum tamen pœna hæc consuetudine sit apud nos abolita vt fatetur Antoni. Gom. in. l. 80. Tauri num. 14. dicēs non vidisse pro huiusmodi stupro aliquam pœnam imponi. idem scribit Iuli. Clar. in. pract. crimi. §. stuprum. vers. cæterum. Et ideo clericum qui crimen hoc commiserit, arbitraria pœna puniendum censeo. Sicut pro crimine fornicationis dictum est in peculiari loco: quæ quidem arbitraria pœna augeri potest pro qualitate viduæ, & ex alijs circûstantijs, prout

prudentiæ & religioni Ecclesiastici iudicis visum fuerit.

*Condemnari.* Adde scotum in. 4. B sent. dist. 30. quæst. 1. Sanct. Thom. in d. 4. dist. 28. Floren. in. 2. par. ti. 5. c. 6. §. 1. Mar. Nauarr. in manu. cõfesso. c. 16. n. 16. & 18. & pijsimū, & sapiētissimū F. Ant. à Cordoua. lib. 1. quæstionarij. q. 13. D. Cou. in reg. peccatum. de regul. iur. lib. 6. 2. part. §. 3. specul. coniugi. 2. par. arti. 19. cõclusi. 6. Iuli. Clar. in d. §. stuprū. Pau. Gril. de penis omni coitus quæst. 7. Anto. Gom. in. l. 80. Tauri Bermó. Chou. in d. rub. de stupro Fra. Dom. Sot. de iusti. & iure li. 4. quæsti. 7. & nouissimè D. Perez in prin. tit. 15. li. 8. ordi apud quos materiam hanc latissime declaratam reperies.

Illud tamen circa hæc notatu dignum censeo, quod si de crimine stupri iudici ex processu liqueat, poterit clericus ad damni restitutionem cõdemnari, licet petitum non fuerit. ex Aretini sententia in cap. qualiter & quando. §. ad corrigendos in princ. col. 2. de accusationi. Iacob. de sancto Georgi. in. l. imperium. 1. lectu. column. 2. ff. de iurisd. omni. iudic. Felin. in cap. cum oporteat. column. fina. de accusationi. Probus ad Monach. in reg. accessorium. nume. 3. de reg. iur. lib. 6.

Clericus propter stupri crimen, restituere damnum tenetur, & ad id parte non petente, cõdemnandus est.

Nec ab huiusmodi dotis præstatione, clericus in exteriori foro excusabitur, si allegat corruptam mulierem inuenisse, etiam si mulier virginitatem non probet, satis quidem ei est quod ipse contrarium non probet, iure quidè, virginem illam esse, & deceptam præsumitur. Ita Anton. & Abb. in cap. 1. & 2. de adulter. S. Antoni. in 2. par. tit. 5. cap. 6. §. 1. & est cõmunis opinio, vt fatetur Abb. in d. cap. 1. nu. 5. Bermon. in dict. loco nume. 9. Clarus in pract. crimi. §. stuprum. vers.

Puellæ virgo præsumitur, quousque contrarium probetur.

sedpone Nauarr. in dict. cap. 16. Didac. Perez in loco nouissime allegato. vesi. virginem fuisse. Ferdinand. Loazes de matrimon. Regis Angliæ dubio. 15. nume. 6. fol. 76. Barthol. Cassa. in consuetudine Burg. Rub. 1. fol. 16. nume. 42. & est vera & communis opinio à qua non licet recedere.

Iniò vnum censeo perpetua memoria dignum, quòd si quis blãdis precibus, & vehementibus persuasiõibus, puellam iam corruptam, quæ cõmuni æstimatione virgo reputabatur seduxit, & eam carnaliter cognouit, ex quo ipsa non vulgarem infamiam contraxit, quanuis in animæ iudicio ad nihil ratione virginitatis teneatur, non tamen excusatur quin teneatur satisfacere boni viri arbitrio, ob damnum infamiæ sua culpa contractum, ita Nauarr. in manu ca. 16. num. 19. & opinionem istam cõmunem esse fatetur Anton. Cordu. dict. quæstio. 13. vers. quintum. Idẽque censeo in iudicio exteriori obseruandum, cum eadem versetur ratio, quæ in interiori: cū in vtroque illatum damnum, iustitia postulante, sit resarciendum, & ita non semel in forensibus actionibus coram iudicibus ecclesiasticis obtinui. Quæ opinio vera est & procedit, qñ culpa viri mulier hãc infamiæ labem contraxerit, quia ipsa enim occulte cõsensit, vir verò rem manifestam fecit, iuri consentaneum est, vt qui damnum intulit resarciat: si verò mulier ipsa id patefecit vel aliàs culpa sua infamia orta est ab omni satisfactione, vir immunis redditur.

**C** Non debeat condemnari. Adde Martin. Nauarr. in dict. manu. capit. 16. num. 16. Bermon. in dict. loco. num. 18. Antoni. Gome. in. l. 80. Tauri. num. 10. vbi dicit, quòd ita ipse pra-

Clericus vel laycus voluntariam virginem car-

cticaret, licet Barth. à Medina in sua summa lib. 1. cap. 14. fol. 160. ab hac sententia recedat scribens non tantum hoc casu damnũ restituendũ esse sed stupratore teneri corruptam in vxore ducere etiã si liberẽ imò ipsa rogãte stuprum fuisset commissum, quòd nullis fundamentis, vel frigidis (prout illi de more est) probat: sed verior est superior opinio, quæ multis fulcitur rationibus. Tum quia scienti & consentienti, non fit fraus nequẽ iniuria. regul. scienti. de regul. iur. in. 6. Tum quia lex quæ obligat ad dotis præstationem, loquitur de decipiente. cap. 1. de adulter. Exodi. 22. vbi vero non datur deceptio, nulla est præcepti obligatio. Tum etiam quia quantum ad iustitiam attinet, quoad actus naturales præcipue occultos, puella censeatur domina suorum membrorum, dum nullum aliud damnum redundat exterius, vt scribit Domin. Soto in 24. sententia distinct. 18. quæst. 2. artic. 4. licet Caieta. contrarium innuat. Et opinio hæc procedit, etiam si puella sit sub cura parentum, ita tenet insignis Dom. Soto. lib. 4. de iusti. & iure quæstio. 7. art. 1. specul. coniungi. 3. parte artic. 19. Quorũ quidem sententia tunc locum obinet, quando ita occulte stuprata est vt nullam iacturam infamiæ que in nuptijs passa est. Nam si damnum aliquod in prædictis pateretur, stuprator non liberaretur, à cõdigna satisfactione boni viri arbitrio ei præstanda. Nã puellæ expressa remissio, quando sub tali cura constituta est, minimẽ liberat stupratorem à dotis præstatione secundum Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 6. vbi Caieta. Cordu. dict. quæst. 13. author noster hic num. 6. Et huius doctrinæ potissima ratio est, quia tunc iniuriam non tantum fit puellæ, sed ipsius

naliter cognoscens dotare nõ tenetur.

ipſius parentibus, & illis qui illius curam habent, & ita tenendum cenſeo licet nouiſſimè ab hac recedat ſententia Petrus à Nauarra Toletanus vir alioqui pius & doctus lib. 2. de reſti. cap. 3. num. 438.

At ſi à parentum poteſtate, vel à tutorum vel curatorum adminiſtratione, puella quæ ſpontè ſtuprum paſſa eſt libera ſit, etiã ſi in fama, rebus & nuptijs, iacturam paſſa ſit: ſtuprator reſarcire non tenetur, quia licet in ſui corporis & membrorum abuſu, contra legem prohibentem, ius non habeat, vt eis abuti ſine peccato poſſit, habet tamen poteſtatem in eis, & in tēporalibus, in quibus damnificata eſt, ius politicum & actionē, & ideo cum conſenſum præſtet, omne ius remittere cenſetur.

Hæc autem noſtri authoris & aliorum ſententia, quæ frequentiſſimo conſenſu & Theologorum & Canonistarum recepta eſt, tūc procedit: quādo puella leuiter fuit rogata, ſecus ſi importunis precibus fuit adducta, quia ad effectum præſtationis dotis dicitur coacta arg. l. 1. C. de rap. virg. & glo. in dict. regul. ſcienti, vim equidē perſuaſoria verba habere dicuntur. l. 1. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrup. Vnde Solon magis puniuit eum qui verbis mulierem compelliſſet quam qui vi teſte Plutarco. in Solone ita in terminis noſtris quoad dotis præſtationē tenet. Abul. ſuper Exod. ca. 22. quaſt. 12. & ibi Nicol. de Lira Abb. in dict. capit. 1. de adulter. Silueſt. in ſumm. in verbo, luxuria. quaſt. 5. Caietan. 2. 2. quaſtio. 154. artic. 6. Nauar. in manu. confefſo. cap. 16. num. 16. quam eſſe communem opinionē fatetur Anton. Cord. dict. quaſt. 13. verſi. ſepimum dictum. & eſt optima. l. 1. tit. 19. part. 7. cum dicit. *Cañes gan dizen los ſabios antiguos como en*

*manera de fuerça, es ſofacar, è ſalagar las mugeres ſobredichas, con prometi- mientos vanos, ſaxiendoles fazer mal- dad de ſus cuerpos, e aquellos que traen eſta manera, mas yerran, que ſi lo fizieſ- ſen por fuerça.*

Eſt tamen opinio hæc ſingulariter interpretanda, vt tūc tantum pro cedat quando huiuſmodi importunæ & aſidua præces ab eo fuiſſet factæ, cui puella ſine maximo eius incommodo contradicere non poteſt, vt ſi eius eſſet dominus, Princeps aut alius à quo non vulgaria beneficia recepturam ſperat, non vero ſi à quocunq; rogaretur. Nā verè nulla mulier quanuis corrupta, niſi rogata veniri conſentit, non tamen ex eo dicemus violentiam ei illatam eſſe vt optimè ſcribit Petrus à Nauarr. dict. cap. 3. num. 445.

*A præſtatione dotis.* Vide Antoni. D Gome. in dict. l. 80. Tauri. num. 11. Martin. Nauarr. in manu confefſo. cap. 16. num. 19. pagin. 170. vbi allegat F. Franciſcum à Victoria Theologum magni nominis quem vide, & opinionem iſtam amplectitur F. Anton. Cordoua in quaſtio. 13. lib. 1. q. quæ quidem opinio veriſſima eſt & ea fulcitur ratione, quia cū nullo damnū efficaciter illatum ſit nihil sanè eſt quòd reſtitui poſſit. Ac verò ſi poſtea veritate comperta maritus in eam ſeuiat pro prudentis viri arbitrio reſtitutio facienda eſt, vt tenet Cordoua dict. quaſt. E

*A eſtimationem.* Vide S. Thom. & Caietan. 2. 2. quaſt. 154. arti. 6. In qua dotis eſtimatione corrupta puella à iudice facienda illud eſt conſideratione dignum, quòd licet text. in dict. cap. 1. de adulter. reſponderit quòd virginem corrupens, ſi eam in vxorem non duxerit, in iudiciali foro tenetur ei dotem conſtituere, ſicut debeat *A eſtimatione dotis mulieris propter ſtuprum præſtandum quomodo fieri debeat*

*Puella importunis precibus rogata cenſetur ſe ducta.*

ficit dotēs solent constitui virginibus. Tamen Ioan. And. Abb. & alij ibi illius text. decisionem suppleunt, quod corruptor item dare teneatur illud, quod pluri indiget puella, cū corrupta sit ad inueniendum virum sibi æqualem. Quæ quidem interpretatio minimè placet Io. de Anan. ibi cū ex ea text. ille nō vulgarem violentiam patiatur qui prout iacet, sine vlla additione, intelligendus est: quādo corruptor vult matrimonium cū corrupta contrahere, ipsa verò vel eius pater nollit, hoc equidem casu sufficit ei dotem constituere quæ sufficiens foret si virgo fuisset: insignis tamen D. Cou. in. 4. decretali. 2. par. capi. 6. §. 8. num. 15. verisimam iudicat Anani & sententiā, quando corruptor vir est eiusdē qualitatis, vt matrimonio cum puella copuletur, & iniuste ab ea vel ipsius parentibus recusat: alioquin Ioan. And. & Abb. sequitur quorum sententia verissima est, & seruanda quia text. in d. cap. 1. interpretatur, vt procedat quando corrupta cum dote cōiuncta dari virginibus consequitur maritum sibi æqualem secus vero aliās.

Hæc quidem dotis æstimatio faciēda est secundum dignitatem, & facultates ipsius stupratoris, nec non perpenſa qualitate, & indigentia ipsius puellæ corruptæ. Nec attendi debet, an parua vel ampla dos ab ipsius parentibus constitui poterat, ita habetur Exodi cap. 22. & in dict. ca. 1. Vbi sancitum est, quod si quis virginem nondum desponsatam seduxerit, dormieritque cum ea, tenetur ipsam dotare, & habere in uxorem, si verò pater virginis dare nolluerit, reddet ipse stuprator peccuniam, iuxta modum dotis quam virgines accipere consueuerunt, qui modus æstimabitur, secundum facultatem illius

nempè stupratoris & dignitatem puellæ, ita interpretatur glos. in dict. cap. 1. in verbo, iuxta modum. Eset equidem maximum absurdum, si ea dos esset constituenda, secundum facultates parentis, vel ipsius puellæ, nam si nullas haberent. nulla dōs esset constituenda, cum non entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui. §. pen. ff. si cert. p. ta. glo. in cap. bonæ memoriæ in primo in verbo, per rerum naturā. de electi. nec esset super quo bonus vir posset arbitrari, cum super non ente non versatur arbitriū. Bal. in. l. milites. C. de testamen. quem refert & sequitur Cardi. Cauarella consil. 139. column. 3. quo casu talis stuprator impunis abiret, quod esset omni iuri diuino naturali & ciuili repugnans. Item & è contrario resulteret absurdum, quia si pater puellæ esset diues ipse verò stuprator fuisset pauper, nullo modo posset condignam dotem, corruptæ puellæ constituere: & opinionem istam tenet Floren. in summa. 2. par. tit. 5. cap. de flu pro. §. 1. Abb. in dict. capi. 1. not. 4. & ita fuisse iudicatum in Senatu Pedam testatur doctissimus Olancus decis. 107. nu. 11.

*Ad totam dotem* Adde quod opinio F contrariam, quod virginis stuprator nedum teneatur ad illam estimationem existentem supra dotem à patre constituendam, si virgo non fuisset corrupta, sed quod integram dotem teneatur de proprijs bonis ei constituere, tenet las. in. §. omnes. num. 24. & 25. Insti. de actioni. sequitur Olancus dict. decis. 107. num. 10. sed authoris nostri doctrinā veriorē esse censeo nam non equidem refartendum est damnum, in vtroque foro nisi quatenus læsio attulit.

## Incestus.

## CAPVT, LXXXIII.

- 1 *Incestus diffinitio.*
- 2 *Clericus propter crimen incestus est perpetuo deponendus.*
- 3 *Clericus, qui cum aliqua muliere fornicatus fuerit, & postea cum eius consanguinea intra quartum gradum, an pœna incestus puniri debeat.*



**I**ncestus est consanguineorum vel affinium abusus, <sup>a</sup> vt diffinit text. in capi. lex illa. 36. quæstion. 1. Pœna huius criminis est quòd clericus deponatur: <sup>b</sup> not. gloss. in capit. Non debet. 30. quæst. 1. qui text. loquitur in eo qui cognoscit filiam spiritualē, quæ sibi confessa fuit, non autem in cognoscente consanguineam. Et tenet hoc etiam Abb. in cap. At si cleri. in colum. 12. de lud. allegando nota. in capit. lator. 2. quæstion. 7. vbi gloss. 1. iuncta textui, hoc probat etiam in episcopo. Si autem clericus primò fornicatus sit cum aliqua muliere, & postea cum eius consanguinea intra quartum gradum, an puniri debeat pœna incestus, videtur, q̄ non ex eo quòd notat in proposito Ancharra. in consi. 391. Videtur prima facie. versic. Item aduerte. vbi cōcludit quòd pœna, quæ à iure civili imponitur pro incestu, non habet locum pro incestu postea introducto à iure canonico, <sup>c</sup> de quo à iure civili cogitarum non fuit: quia in pœnis prohibetur extensio. ex quo dicebat interminis Hipp. in sing. 254. incip. Ex illicito coitu: q̄ licet affinitas cō-

trahatur ex illicito coitu, istud est verū, quoad impediendū matrimoniū, secus autem quoad hoc vt quis puniatur de incestu. Et refert August. in addi. ad Ange. de malefic. illam sententiam Ancharra. valdè commendare, quam etiam vltra eos simpliciter sequitur Decius consi. 268. Diuino implorato præsidio. colum. fina. vol. 2. Contrarium tamen crederem a in d casu nostro, imò quòd esset deponendus clericus propter hoc genus incestus, maximè si qualitas illius summè grauaret delictum in oculis hominū: putā si cum matre & filia fornicaretur, aut cum duabus sororibus, aut consororinis, quia tunc non solum deponendus videtur, sed detrusioni siuè arceri mancipandus ad tempus iuxta qualitatū & scandalum delicti. Nec obstat doctrina Ancharra. in dict. consi. & sequacium: quia cōtrariam opinionem dicit esse cōmunem idem Decius in consil. 158. in. 1. volum. incip. Diuino implorato, & pro tenui, vbi latius & notabilius examinat dictam doctrinam: & respondet ad fundamenta quæ illi fauēt & sequitur opinionem Abb. Signo. & Modernorum contrarium tenentium: & sic quòd pœna iuris civilis habebit locum, vbi nuptiæ sunt incestæ de iure canonico. Et hæc sententia mea circa punitionem clerici securius sequenda est in his regnis Castellæ & Legionis, vbi expressè per legem eorum dispositum est, quòd si quis fornicatur cū muliere cōsanguinea alterius intra quartum gradum cum qua prius idem fecerat, committit incestum. Si ergo laicus reputatur propter hoc incestuosus & punitur vt talis pœnis civilibus, quare non punietur clericus ob id delictum pœnis canonicis? quia licet lex regia siuè municipalis non liget clericum, operabitur

tabitur tamen semper (meo iudicio) ut iudex ecclesiasticus puniat qualitatem delicti, secundum quod illa in laicis qualificauerit, præcipue in nostro casu, ubi lex civilis punit actum à iure canonico in tantum reprobatum, quod decreuit per illum impediri, & dirimi matrimonium.

A



*Busus.* Vide tex. in l. si adulterium cum incestu. in prin. ff. de adulte. Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 154. ar. 9. Abb. in cap. 1. & in cap. veniens de eo qui cogno. consang. vxor. suæ, glos. in rubri. C. de adulter. Regiam. l. 1. tit. 18. iuncta. l. 2. tit. 19. par. 7. Paul. Grill. de penis omni. coitus. quæstio. 3. Berm. Cho. de publi. concubi. capitu. de incestu in princ. l. 15. tit. 15. lib. 8. ordin. veter. & ibi Doctor Dida. Perez quæ quidem. l. hodie constituta est lib. 8. ordin. noui. tit. 26. l. 7. 1

*B. Deponatur.* Vide Paul. Grill. de penis omni. coitus. quæstio. 33. Berm. Cho. in tracta. de publicis concu. quæstio. 3. num. 3. Didac. Couarrui. in. 4. Decretali. 2. par. cap. 6. §. 8. nu. 3. quam esse communem opinionem fatetur Iuli. Clar. in practi. cri. §. Incestus. versi. sed quæro.

Si verò quis antè quam ad sacerdotium fuit promotus, cum aliqua matrimonium contraxit, & carnalis copula minimè interuenit, & muliere mortua, sacris fuit ordinibus insignitus, & postea cum sponsæ consanguinea carnale commercium habuit, incestum non committit, & ideo non pena depositionis, sed alia arbitraria puniri debet, cum ex impedimento publicæ honestatis iustitia, secuta copula carnali cum sponsæ consanguinea incestus non oriatur, ita tenet singulariter D. Couarrui. in. 4. Decretali. 2. par. capit. 6. §. 8. nume. 4. Et

conducit glo. not. in Clementin. 1. in verbo eos. de consang. & affini. quam ibi doctores sequuntur, qui ex ea scribunt, matrimonium contrahentem cum femina, impediente publicæ honestatis iustitia, non esse excommunicatum, ex illa constitutione quæ consanguineos, affines, religiosos, moniales, & in sacris constitutos ipso iure excommunicat. Et licet gloss. in cap. lex illa. 36. quæstio. 1. censeat hanc fornicationem incestum appellari posse, id procedit ex impropria significatione, quæ in penis admittenda non est. Hodie autem ex sacrosancti Trident. concilij. decis. Sessio. 24. cap. 3. de reforma. dictum canonicum impedimentum publicæ honestatis primum gradum non excedit. Quæ decisio intelligenda est in spõsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio de præsentì, quia eo contracto hoc impedimentum durat in omnibus casibus & gradibus sicut de iure communi, quod in hoc intactum remanet, ut habetur in proprio motu Pij Quinti Pontificis Maximi. Et plures penas contra incestuosos iure statutas congerit Berm. Cho. ubi supra allegaui & de pena incestus cum matre, filia, nouerca, sorore nutrice consule Boeri. decisio. ne. 318. & de diris penis huius sceleris apud Ethicos vide Petr. Gregor. Synta. iuris vniuersi. 3. part. libr. 36. capit. 7.

Laicus verò qui crimen hoc commisserit, ita puniatur: nã aut fecit sub prætextu matrimonij, aut in actu fornicationis, & meri peccati. Primò casu, si id fecit scienter ipso iure est excommunicatus. Clemen. pri. de consang. & affini. & matrimonium separatur. cap. 1. & 2. & cap. non debet. de consang. & affini. à qua excommunicatione per Episcopum absolui potest

Laicus propter incestu, quibus penis de iure Pontificio puniatur



potest. glos. in dict. Clemen. 1. in verbo, obt. nere. quam alios sequentes al legans fatetur esse communem Did. Perez in dict. l. 5. in princ. Si autem ignoranter contraxit benignius arbitrio iudicis puniri debet, vt ibi ipsemet D. Perez resoluit & Paul. Grill. dict. quæst. 3. num. 4. Secundò autè casu si vir erat coniugatus, priuatur perpetuò, ne possit ab vxore cuius consanguineam carnaliter cognouit debitum petere, nec non aliam pœnam patitur quòd vxore mortua non potest amplius cum alia matrimonium contrahere, vt habetur in dict. capit. 1. & 2. cap. transmiss. cap. si quis cum matre. 35. quæsti. 2. cum multis iuribus illius causæ & quæstionis tradit latissimè Alphons. à Vera Cruce in specu. coniug. 1. par. arti. 33. Ultra quas pœnas poterit à iudice ecclesiastico excommunicari. de quo per Paul. Grill. dict. quæst. 3.

*Ignorantia ab incestus pœna excusat.*

Excusabitur tamen ab incestus pœna, qui ignoranter crimen hoc commisit, hanc dicit esse communem opinionem Bald. Nouel. de dote in prima par. 11. pa. prin. num. 8. Villa. in sua collect. comm. opinio. litera P. num. 68. Iul. Clar. in dict. §. incestus. versu excusatur. Imò pœna amissionis bonorum, quæ iure authenticorum contrahentibus incestas nuptias infertur, minimè locum sibi vendicat data in ipsis contrahentibus ignorantia iuris vel facti etiam crassa, quæ ex lata culpa contingit, ita Bart. in. l. si adulterium cum incestu. in prin. nu. 11. ff. de adult. sequitur Ancharra. in dict. Clemen. vni. column. 3. de consangu. & affini. vbi Imola colum. 2. quorum opinionem communem esse fatetur D. Couarruu. in. 4. Decre. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 21. Nam vbi dolus expressè ad pœnam requiritur lata culpa nò sufficit. l. igitur. §. gene

raliter. ff. de liber. caus. not. Bar. in. l. 1. §. 1. ff. si quis testa. liber esse iuss. fuer. & est optimus text. in c. si verò in. 2. de sent. excomm. iuncto tex. in cap. si quis suadente. 17. quæst. 4. & est glo. communiter recepta teste Ias. ibi. num. 23. in. l. in actionibus. ff. de in litem iur. Ex quo deducitur excommunicationis pœnam dict. Clemen. vni. non comprehendere ignorantes etiam ex lata culpa, ita Imo. & Boni. ibi. quanuis glo. in verbo, scienter. dict. Clementi. contrarium scribat.

*A iure canonico.* Vide latissimè Petrum Antoni. Angun. Placentinum consi. 8. per totum vbi opinionem istam multis rationibus defendere connatur.

*Contrarium tamen crederem.* Adde D. Episcopum Couarruu. dict. §. 8. nume. 3. Quæ opinio ex eo manifestè probatur, quòd affinitas ex illicito coitu oriatur tex. elegans in capi. discretionem. de eo qui cogno. consang. vxor. suæ. vbi Abb. tex. in cap. 2. de consang. & affini. & in capit. in literis. vbi Abb. & Aretin. not. de testi. quam opinionem communem esse fatetur Siluest. in summ. in verbo, matrimonium. 8. impedi. 15. idè profitetur D. Couarruu. in. 4. decreta. 2. par. cap. 6. §. 7. num. 3. & eam amplectitur Hiero. Paul. in prouin. fol. 38. contra Cora. lib. 1. Miscellan. capi. 3. quo loco asseruit, minimè ex concubinato affinitatem oriri. nec eius ad nuptias impedimentum, cum iure civili concubinatus fuerit permissus. Quæ ratio fragilis est, & ex eo deficit, quòd coniugalis coitus licitus & permissus est, ex eo tamen oritur affinitatis impedimentum.

Hodie verò hæc affinitas ex illicito coitu proueniens, ultra secundum gradum non extenditur, vt in Cõci.

Tridët.

Declaratur cõc. Tri. Sef. 24. ca. 4. de reformatione.

Trident. Sess. 24. capit. 4. de reformat. & ea ratione incestus ultra gradum illum minimè committetur. Et licet decretum illud solùm loquatur quo ad matrimonium iam contractum dirimendum, idem est iudicandum quo ad contrahendum, ut nouissima constitutione Pij Quinti Pontificis Maximi declaratum est quæ vulgo circūfertur, & ideo affinitas ultra gradum quoad nullum iuris effectum considerari potest.

*De iure canonico.* Adde quòd hanc opinionem communem esse fatetur. Bello. consi. 84. num. 5. Cauarr. dict. §. 8. num. 18.

## Adulteri.

### CAPVT, LXXXV.

- 1 *Adulterium graue scelus.*
- 2 *Adulter clericus qua pœna iure pontificio sit puniendus.*
- 3 *Clericus damnatus de adulterio infamis efficitur.*
- 4 *Episcopus licet non possit ad pristinam famam directo restituere, potest tamen indirectè.*
- 5 *Adulterans cum muliere nupta impudica, licet de iure Cesarum puniendus non sit, secus autem de iure Pontificio.*
- 6 *Licet hodie de iure regio solus maritus possit adulteros accusare, clericus tamen adulter, etiam marito non accusante, impunis dimittendus non est.*
- 7 *Maritus clericum adulterum coram ecclesiastico iudice accusare potest, licet uxorem, coram seculari iudice non accuset.*
- 8 *Consilium cautissimùm à iudicibus ecclesiasticis, in inquirendis clericorum adulterijs obseruandum.*

**A**dulterij criminis grauitatem, a clericis omnibus sufficiunt ostendere verba pagani illius Abimelech regis ad Isaac directa Gene. 26. capit. Dum reprehendens eum quòd uxorem suam sororem esse affirmauerit, dixit: Potuit coire quispiam de populo cum uxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Si enim in sola lege naturali viuès homo peccatum grande reputauit adulterium, quale debet esse in oculis christianorum, quos eadem naturalis, scripturæ & gratiæ leges quotidie instruunt, maximè sacerdotum qui tanquàm sanctissimæ Trinitatis mensæ pincernæ angelorum panem virgineo ventre compactum quotidie tractant, & intra præcordia recondunt. At si quis magis specificè enormitatem huius criminis intelligere velit, & quomodo sit de grauioribus peccatis quæ in proximum committuntur, videat Dionysium Cartus. in opusculo de conuersione peccatoris, articul. 5. vbi. hoc ostendit per plura quæ in eo concurrunt. Clericus autem adulter depositus ab officio, in monasterium toto tempore vitæ suæ detruditur, vt in capit. Si quis clericus. §. 1. distinctio. quod est concilium Aurelianense: & quòd propter adulterium clericus deponatur, voluit gloss. in capit. lator. 2. quæsti. 7. in gloss. 1. quam ibi sequitur Archi. & Host. allegando dict. capitulum. Si quis in sua summa. titul. de adul. §. quæ pœna sit imponenda. Idem tenent etiam Ioann. de Anani. in Rubr. & in capit. Significasti. de adulter. Abb. & Moderni. in capit. Vt clericorum, de vita & honest. cleric. & in capit. Peruenit de adulte. Et hanc opinionem tenet Ioann. And. & Io. de Imol. in dict. capi. Vt clericorum.

corum. vt refert Anan. in dict. ca. Significasti. & est communis opinio. Vide tamen Paul Grillandi in tract. de poenis omnitarum coitus, incip. Sexto declaranda, vbi in prima & secunda colum. nittitur sustinere contrariu, videlicet quod clericus hodie propter simplex adulterium non debet deponi, & respondet ad fundamenta contraria, & tandem in colu. 3. dicit quod nihilominus in consulendo & iudicando tutius est tenere aliam opinionem, quae est comunis, & dicit hoc notandum contra praefbyteros incontinentes, qui alienas vxores sollicitant saepius, & accedunt libenter ad earum cocubitum.

3 Incurrit etiam clericus de adulterio danatus aliam poenam, nam ex tali sententia infamis efficitur, vt notat Abb. in capi. At si clerici. §. de adulterijs. in colum. 5. versic. Sed circa. de iudic. Et in capit. Cum tit. de re iud. colum. 4. per tex. in cap. Infames. 6. quæsti. 1. & in l. 1. & 2. ff. de his qui not. infra. sicut etiam efficitur infamis damnatus de alijs criminibus publicis. Est tamen in hoc aduertendum.

4 quod licet episcopus non possit directo restituere aliquem ad famam vt concludit Abb. in d. cap. Cum tit. in col. 4. in hoc casu tamen adulterij, cum liceat sibi dispensare, vt in dict. §. de adulterijs, restituendo clericum damnatum de adulterio contra sententiam suam, tunc restitutio famae venit per quandam consequentiam, potest in directe, quod principaliter non posset. ita notat. Abb. ibi, in d. colum. 5. & dicit ibi casum sing. ad hoc secundum illum intellectum. Et nota secundum Paulum Grillandi, vbi supra, quod licet de iure civili, quando mulier nupta est impudica & meretrix, non punitur adulterans cum ea, vt in l. Si ead. C. de adulte. tamen

da iure canonico non euaderet impunitus cum illa adulterans. Ita dicit in dict. colum. 3. Crederem tamen ultra eum, quod tunc clericus ignorans & accedens ad eam tanquam ad meretricem, non puniretur ita acriter, sicut alij adulteri. Si tamen mulier erat honesta, non excusaretur clericus ignorans eam conjugatam, quominus vt adulter puniatur. Quando autem clericus cognouit mulierem solutam, quae ab ipso & communiter reputatur vxorata, tunc enim vt adulterum poena iuris communis puniendum esse, placuit Io. de Ana. in capi. Nonnullis fin. colum. de Iudæis, referendo fratrem Vbertum, qui fuit eiusdem sententiae: licet alij aliter senserint secundum eum, per quem etiam vide quid in casu contrario quando clericus cognouit vxorata, quae credebatur soluta. Vn

6 præterea aduertendum sentio in hoc proposito, quod licet in his Regnis Castellæ & Legionis lege regia sancitum sit, quod marito non accusante vxorem, nullus possit eam accusare de adulterio, Iudex tamen ecclesiasticus poterit punire clericum in hoc delinquentem: nec reus valebit opponere quod maritus non accuset. Non enim potuit lex illa regia ecclesiasticos Iudices impedire, ne ad emendam suorum clericorum procederent. Aliter enim clerici omnes incontinentes libidinem suam potius cum nuptis, quam cum solutis mulieribus explerent, cum securius ac impune id agere cognoscerent: & ita ego iam alais practicaui, dum vicarium agerem generalem Episcopi Salamantini: & licet ad id appellatum fuerit, obtinui tandem coram superiore. Verum tamen in hoc magna debet adhiberi cautela: nam si adulterium clericum adeo est notorium, mariti que

eprsona

D Ioan. Ber. vicarius generalis fuit Episcopi Salamant.

persona ita visis, quòd præsumi possit ipsum scire & parumpendere: tunc iudex ecclesiasticus poterit publicè & liberè de adulterio tractare, & pœnam imponere. Si verò delictum non est publicum, aut marito ignotum esse creditur, periculumque exinde timeri possit vxori: tunc consulerem clericum de hoc delicto conuictum vel confessum camerario processu, & familiaris disciplina corrigendum relegandumque sine expressione causæ in sententia. Quando verò correctio sic secretè facta fuerit, & relegatio generalis, hortor omnes metropolitanos iudices, vt ab inferioribus secretè causam requirant, ne ex hoc delictum in publicum veniat: sufficiat illis, quòd iudex inferior iuste processerit, licet propter secreti cautelam, aliquas iuris solennitates prætermiserit. Aliter enim si omnia strictè requirant, nihil illud efficiant, nisi iudices ipsos inferiores cogere ad dissimulandum, vel propalandum adulteria similia, ipsosque adulteros reddent insolentiores, cum intellexerint quòd iudices sui immediati illos punire recusant, propter exactam rationem quam ab ipsis requirunt sui superiores. Marito autem clericum adulterum accusante, tunc seuerius procedendum est: tantoque acrius in alijs pœnis carceris & detrusionis vltra depositionem puniendus est clericus, quanto honorabilior est persona mariti, aut diuturnius est adulterij peccatum, maiusve exinde subortum scandalum, præcipue si contigerit quòd adultera fuit per iudicem secularem tradita marito, & ab eodem occisa. Crederem insuper in hac materia (meliori semper iudicio saluo) quòd maritus potest accusare clericum coram Iudice ecclesiastico, licet vxorem coram sæculari nõ

accuset: nec poterit clericus in hoc aliqua exceptione se tueri, cum iura canonica adulteris pœnam imponentia, nullam habeant considerationem, nec requirant quòd vxor pariformiter accusetur. Generaliter autem in hoc crimine considerent ecclesiastici Iudices ne nimis diligenter de adulterijs occultis inquirent, propter mulierum periculum, viderorum infamiam, & clericorum fragilitatem, quæ tantò multoties ad hoc flagitium illos impellit, quanto secretius illud posse perpetrare confidunt. Sed vigilantes super gregem suum, similia potius præseruare conentur (cohabitationem & conuersionem clericorum & nuptarum cuitando) quam vsque ad vnguem inuenire & castigare satagant. In qua quidem adulteriorum prudenti præseruatione, & cauta correctione ecclesiasticos omnes iudices deprecor ac obtestor, vt desides non sint, per durissimum illud iudicium quòd illis qui præsunt scriptura sancta minatur, ne in eorum incuriam seuerius id corrigant vltore ferro maritorum manus, tam grauis iniuriæ acerbitate commotæ vt sæpius id euenisse perpendimus, & anno superiori millesimo quingentesimo, trigesimo septimo pluribus notū fuit accidisse. Nā in tribus locis *de Villanabla*, videlicet, & *de Cigunuela*, ac *de Laguna*, quæ non longè distant ab oppido Vallisoleti, vbi tunc Augusta curia residebat in octo ferè mensium spacio filius, viduæ cuiusdam, & duo mariti in tres sacerdotes seuerierunt, de inimicis membris se vindicantes, ob iniuriam in matris, & vxorum personas susceptam, non sine plurimorum laicorum applausu, & quorundam forsitan magistratuum ciuiliū neglectu

T a ob in-

ob inhonestam sacerdotum vitam, & superiorum desidiā: quod hic scribere libuit, quia id bene noui, vt qui processus desuper confectos vidi, non alio animo, nisi vt hoc ad clericorum timorem, & superiorum horatium perpetuæ memoriæ tradere possem.

A  
Ad-  
terij cri-  
mē gra-  
uissi-  
mum.



**A** *rauitatem.* Adde quod hu-  
ius criminis grauitatem at-  
testantur decreta canonica  
in cap. 1. 81. distinct. & in  
cap. quid in omnibus. 32. quæst. 7.  
vbi ad verbum ita scribitur. *Quid in  
omnibus peccatis adulterio grauius,*  
& multis huius criminis detestatio-  
nem probat Dionis. Carth. libr. de  
conuersi. peccato. artic. 5. idemq; do-  
ctores profitentur in cap. at si clerici.  
de adulterijs. de iudi. inter quos  
Bald. column. penultim. *Adulterium,*  
(inquit) *Est crimen infestum laicis, &  
bonis viris, & turbat honorem matri-  
monij, & famam liberorum, in qua con-  
sistit decus gētium, Vt not. in auth. de  
nup. in prin. Angel. autem in. §. 2. in  
auth. de monach. ex tex. ibi not. Pes-  
simum vitium esse vxorem alterius  
adulterare.* Et Bal. cons. 246. volu. 4.  
& Bar. in rub. ff. de adulter. vbi dicit  
crimen hoc præter læsæ maiestatis ef-  
se maximum & in hanc sententiam  
est illud Euphonis apud Stobeū. c. 6.  
*Non est adultero maius vllum malum.*

Cæterum Chrysost. in Euang. Diui  
Ioan. Home. 62. docet, adulterium  
grauius esse idolatria D. Petr. prout  
illum retulit D. Clemens in epist. ad  
Iacobum firmiter asserit, venenum  
adulterij cunctis malis esse pernicio-  
sius. Et huius criminis iniquitas ma-  
xima vocatur Iob. cap. 31. Et inter cæ-  
ra facinora quibus maximè Deus  
irascitur adulterium reponitur. vt cõ-  
stat ex Lactantio in eo libro cui titu-

lum fecit de ira Dei. cap. 22. Est equi-  
dem adulterium veluti vitiorum ag-  
men, vt scribit Diodorus Siculus li.  
1. Bibliot. Hinc maritorū cedes, vt Cæ-  
daulis Lydij exemplum stat apud Iu-  
stinianum lib. 1. & Hærodotum lib.  
1. Vriæ. lib. 2. Regum. capit. 11. Hinc  
ipforum adulterorum pericula, qui  
palsim depræhensi in adulterio occi-  
duntur quod non solum euenit  
in hominibus tenuis fortunæ, sed  
in maximis. Quæniadmodum con-  
tingit in Rodoaldo Longobandorū  
Rege qui in libidine depræhensus cū  
matrona interfectus est, vt testatur  
Paul. Diaconus. de quo lege latissi-  
me And. Tiraq. l. 13. conu. nu. 26.  
Perez in l. 2. ti. 15. lib. 8. ord. Nec præ-  
termittendum est qd scribit benè hæ-  
ruditus Ioan. Corr. in arrest. Tholo.  
anno. 85. sacrilegij crimē cõmiti in  
adulterio cū sacramentū matrimonij  
violatur & ob id pœnam sacrilegij  
esse adulteris indicendā sequitur Ia-  
cob. Men. de arb. iud. q. cen. 4. lib. 2.  
casu. 289. nu. fi. Et de varijs pœnis di-  
uersarum gentiū contra adulteros sta-  
tutis, vltra supra allegatos, vide Sim.  
Maiolū de irregula. lib. 5. c. 38. & la-  
tissimè Iac. Men. de arb. iud. li. 2. cēt.  
5. 919. casu quem vide quia demore  
multa congerit lectu nō indigna, &  
elegantissimè Petr. Greg. Thol. 3.  
part. Syntag. iuris. cap. 6.

*Detruditur.* Vide Regiā. l. 42. ti. 6. p. 1. & opinionē istā qd clericus prop-  
ter adulteriū deponatur testatur esse  
cõmunem Cou. in. 4. decr. 2. p. c. 7. §.  
7. n. 19. Bern. Cho. in tracta. de pub.  
concup. rub. de adult. n. 26. pagi. 37.  
idem testatur insignis & moribus &  
prudencia vir Grego. Lup. in dict. l.  
42. in verbo, *Adulteri.* Petrus Dueñ.  
regul. & fallen. regul. 101. limit. 2.  
Paul. Grill. de diuersis crimin. libr.  
3. quæstion. 2. numer. 1. Iuli. Char. in  
practi.

B  
Cleri-  
cus pro-  
pter ad-  
ultere-  
riū de-  
poni-  
tur.

practic. crimi. §. adulterium. versi. sed  
 quero. Emanu. Suarez. in thelauro  
 recep. senten. versi. clericus adulterij  
 Villa. in sua collect. commun. opini.  
 litera. c. numer. 82. Practica. Contra  
 di fol. 384. l. i. m. 5. Dicebat tamen face  
 re *And. Alciat. quod si hodie clerici, pro  
 pter adulterium detruderentur in mona  
 sterium, pauci eorum ambularent per vias,  
 ita refert Clarus vbi supra qui prout ipse  
 mihi pluries dixit, fuit eius discipulus.*  
 Aduerte tamen quod Host. in sum  
 ma de cohabi. cleri. & muli. §. quali  
 ter imponatur. ad finem cum allega  
 verit text. in dict. cap. si quis clericum  
 & in cap. Romanus. 81. distinct. sub  
 dit ad finem ista verba. Puto quod  
 ex causa iudex potest non seruare ri  
 gorem, & ex causa remittere, & dispē  
 sare, & hoc nisi in modum accusatio  
 nis tunc enim standum est dicto ri  
 gori, & quod de mente Hostien. sit  
 hoc asserere, nedum in crimine sim  
 plicis fornicationis, verum etiā adul  
 terij, colligitur ex remissione eius  
 quam fecit in summ. tit. de adulterijs.  
 §. quæ poena ad ea quæ dixit in sum  
 ma de coha. cler. & muli. quæ opinio  
 tanquam magis equior & humanior  
 potest sustineri, quod clericus adul  
 ter suspensionis poena, & non depo  
 sitionis sit puniendus: quia nimis ri  
 gida est contraria, opinio ita dicit  
 Bermond. in dicto num. 16. licet tan  
 dem scribat absurdum & temerarium  
 fore à communi opinione recedere.

Laici verò adulteri per ecclesiasti  
 cum iudicem excommunicari pos  
 sunt. text. in ca. intelligimus. de adul  
 teri. & ibi notat Abb. & doctores &  
 in capi. consuluit. in. 1. de appella. &  
 in capit. 1. vbi Abb. de offic. ordina.  
 Bald. in authen. clericos. C. de Episc.  
 & cleri. & Felin. in cap. cum sit. nu.  
 11. de foro compet. Rom. sing. 667.  
 Aufer. in Clementin. 1. de offic. or-

din. Regu. 4. fallen. 2.

Puniri etiam possunt detrusione  
 in monasterium, vt est communis  
 omnium sententia teste Andr. Alci.  
 in dict. capit. 1. nota. §. numer. 18.  
 de offic. ordin. & licet contra eam  
 disputent. nume. 22. communem ani  
 plectitur: eandem communem atte  
 statur D. Couarruu. in. 4. Decretali.  
 2. par. capit. 7. §. 7. numero. 20. Iuli.  
 Clar. in practic. crimin. §. fin. quæsti.  
 37. versi. Quæro nūquid. cum enim  
 hoc delictum sit violatio sacramenti  
 matrimonij, meritò illius punitio  
 pertinet tam ad iudicem ecclesiasti  
 cum, quam sæcularem, & ideò adul  
 teri sacrilegi dicuntur. l. quanuis. C.  
 de adulter.

*Cum ea adulterans.* Adde Ang. l. si **C**  
 vxor. §. sed & in c. num. 1. ff. de adul  
 ter. vbi dicit quod ita communiter  
 obseruatur & in. l. si ea. C. de adulter.  
 Ana. in cap. 1. nu. 6. de adulter. Rem.  
 consi. 17. num. 20. & consi. 439. nu.  
 23. Et ideò iustissimè autor noster  
 hoc loco censet, nō esse clericum qui  
 cum huiusmodi muliere carnale com  
 mercium habuerit ordinaria poena  
 puniendum, quem ipse sequor con  
 tra Bermond. Choue. de pub. concu.  
 cap. de adulterio. num. 26. Ipsa verò  
 mulier adulterij poena plectenda est,  
 ita Amad. de Syndi. num. 174. & in  
 facti contingentia sensisse videtur  
 Neapolitanum consilium, vt refert  
 Antoni. Cap. decisio. 44. Sed cō  
 traria opinio verior est. Quam in ef  
 fectu sequitur Amad. in loco præci  
 tato Iul. Cla. li. 5. recep. sent. §. adulte  
 riū. ver. sed quero nūquid. vbi dicit q̄  
 ita iudicaret si casus contingeret, &  
 huic opinioni suffragatur l. si ea. C.  
 de adul. quæ expressè diffiniuit hoc  
 casu adulterij crimen cessare.

*Sanctum est.* Vide l. 7. tit. 7. libr. **D**  
 4. for. quæ communiter in his regnis

**T** 3 recepta

Laicus  
 adulter  
 qua poe  
 na in fo  
 ro Ecclē  
 siasticō  
 punien  
 dus sit.

recepta est, vt fatetur Ant. Gome. in l. 80. Tauri. num. 49. Idem Tholosa no senatu decretum est teste Papo. lib. 24. tit. 2. arti. 5.

**E** *Non accuset.* Adde quòd in dictis Hispaniarum regnis tenetur maritus adulterum & adulterā accusare alias minimè est audiendus dict. l. 80. quæ hodie est. l. 2. tit. 20. lib. 8. ordi. noui.


**F** *Perpendimus.* Adde quòd hoc etiā refert. D. Couarruu. in Clemen. si furiosus. 1. par. relecti. in innitio nu. 6. de homi.

## Ac nephandi criminis rei.

### CAPVT, LXXXVI.

1 *Nephādi criminis summa detestatio.*

2 *Clericus huius criminis reus depositus, in monasterium detruditur.*

**I**  Via secundū diuum Augustinum in. 3. lib. Confessionum, & habetur in ca. Flagitia. 32. quæst. 7. flagitia, quæ sunt contra naturam, vbiq; ac semper detestanda<sup>a</sup> atque puniēda sunt, qualia Sodomitarum fuerāt. Quæ si omnes gentes facerent, eodē criminis reatu diuina lege tenerentur: quæ non sic fecit homines vt se illo vterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet: cū eadem natura, cuius ille autor est, libidinis peruersitate polluitur. Vnde meritò tale crimen committenti pœna statuta est, quòd deponatur ac in monasterium de trudatur, vt in c. Cleric. de excessib. prælator. Huius tamen de testandi criminis maior esse deberet pœna, cum ob illud etiam infantibus ac mulieribus subuersarum ciuitatum

omnipotens Deus parcere noluit. In his maximè regnis, vbi etiam à facinorosis aliis hominibus solet (vti decet) & tale scelus promeretur abhorri, vbi etiam legis patriæ grauius mortis genus quàm ius commune delinquentibus infligunt. Nec enim minus promeritus est, vt post depositionem curiæ traderetur, qui Deum ipsum ac naturam offendit tali facinore, quam qui sola motus auaritia & non in Roma. Pontifi. contemptum, neq; in fidei seu morum perniciem Apostolicas audet literas deprauare. Sed cū sic placuerit canonum conditoribus, solent Ecclesiastici iudices tales post depositionē perpetuis carceribus obscurisq; includere, in quibus nisi eos liberet fuga, miserrimam & mortem ipsam exoptantem vitam agunt.



**D** *etestanda.* Vide multa quæ circa huius criminis detestationem traduntur præsertim à Sæct. Thom. 2. 2. quæst. 154. artic. 11. multa etiam congegit Cæsar Lamber. de iure patron. in prima par. lib. 2. q. 9. art. 18. Lucas de Pena in. l. 3. co. 3. C. de exactor. & excep. lib. 12. Matt. de Affli. in cōst. Neap. lib. 3. rub. 42. nu. 10. Pet. Paul. Parisi. conf. 163. lib. 4. Cassa. in consuet. Burg. rub. 7. §. 3. in glo. *Faire testament.* & vide text. in. l. cum vir. C. de adulter. & in cap. infames. 3. q. 7. l. 1. §. remouet. ff. de post. §. 2. Inst. de pub. iudi. & apud nos Regiā. l. 2. tit. 21. parti. 7. l. 2. titu. 9. lib. 4. for. l. 85. in pragm. Regum Catholi. l. 1. tit. 21. lib. 8. ordi. noui. Et de varijs pœnis diuersarum nationum contra Sodomitas statutis vide Iaco. Menoch. libr. 2. de arbi. iudi. quæst. centu. 3. casu. 286. Adeò equidem, crimē hoc graue iudicatum fuit, vt sacris literis nempè

**A** Multa in nefandi criminis detestationem, recte nō indigna, hoc loco traduntur.

nempè Gene. capi. 37. pessimum crimen appelletur & cap. 18. sic legitur. *Et peccatum eorum aggrauatum est nimis.* Et alibi, *descendam* (inquit) *Domini* & *videbo vtrum clamorem opere compleuerint an non est ita.* (Quasi dicat) in admirationis modum, vix possum credere tantum nefas reperiri in homine, vnde volo videre clarè hoc malum si ita est, vt puniam. Vnde ad Loth iustum & ab infandis Sodomitarum stupris abhorrentem sic Angeli locuti sunt. *Delebimus locum istum, eo quod increuerit clamor eorum coram Domino qui misit nos, vt perdamus illos: igitur Dominus pluet super Sodomam & Gomorram sulfur & ignem à Domino de celo & subuertit ciuitates has & omnem circa regionem.* Gen 19. Vnde merito ex clamat Paul. ad Roma. primo dices, *Et tradidit illos in passionem ignominie nam femina eorum mutauerunt naturalem usum.* Ideoque istius criminis rei filij diffidentie appellantur, vt in cap. clerici. de excess. praelator. quasi de eorum salute diffidendum sit, vt voluit ibi glo. Et propter hoc crimen, Deus Optim. Maxim. mittit humano generi pestes, tempestates, & innumeras alias calamitates vt in auth. vt non luxur. cõtra natu. §. si colla. 6. & in nouel. constitu. 77. Et tota curia celestis habet istos sceleratos in detestationem & abominationem. vt inquit S. Anto. Archiep. Floren. in 2. parte suæ summæ tit. 5. versi. quantum ad secundum. Et peccatum hoc aliqui vocant mutum, eo quod sic offendat aures honestas, vt de illo nec loqui quidem fas sit, & ea ratione iustissimè Hispani appellamus illud nephandum, eo quod non est fandum, nec fari de eo liceat, clamat equidem in celum huius sceleris magnitudo, horroreque concutit naturam & stupore facit circumstantes parie-

tes, saxa aerem, solè conti miscere vincens turpitudine omnem immunditiã, scelere omnem iniquitatẽ, vt optimè scribit Franciscus Sonnius Theologus celeberrimus lib. 3. demonstratio num tract. 7. ca. 6. Et memorabile est quod scribit D. Hieron. super Isai. & Iaco. de Voragine de natiuitate Domini quod illa nocte, qua Christus redemptor noster natus fuit omnes Sodomitæ mortui fuerunt. Ideoque Virgilius qui vt fertur illo morbo laorabat, nocte illa decessit, vt refert Bermon. Ch. de peccato Sodomi. n. 40. fol. 127.

Et vsq; adeo vitiũ hoc abhominabile est, quod postquam Diabolus ad sic peccandum hominem induxerit, statim fugiat, vt nec possit cernere tantum horrendum crimen, ita alios allegas scribit Matth. de Afflict. in conslit. Neap. lib. 3. Rub. 42. nu. 11.

Et propter hoc scelus contra naturam peti iure potest matrimonij separatio quo ad thorum. c. omnes acustiones. 32. quæstio. 7. ita Calder. Antoni. Abb. & Anan. in capi. moritis de adulteri. Siluest. in sum. in verbo, dibortium. quæst. 7. Barth. Cassa. in consuet. Burg. Rub. 7. §. 3. ver. primò quæro. num. 7. quæ opinio communis est teste Abb. in d. cap. maritis. & eã magis communè asseuerat Lamb. de iure patronatus prima parte libr. 2. q. 9. artic. 18. in fine. D. Couarruu. in. 4. Decretali. 2. part. capitu. 7. §. 5. nume. 6. Iul. Clar. in practic. crina. §. Sodomia. versicu. Item propter practic. Conrad. fol. 374. num. 4. Quæ tenenda est, licet Inno. in capi. 1. de adulter. contrariam opinionem professus fuerit & glo. in di. cap. omnes. & Albar. Pelag. de plan. Ecclesiæ lib. 2. artic. 2. colum. 1. & Bald. in marg. Innocenc. in verbo vxor. versic. fin. Bermon. vbi supra allegauit. num. 28.

Nocte  
natiuitatis,  
Domini  
Sodomite  
mortui sũt,  
ideoque  
Virgilius  
cum hoc  
crimine  
fuisse in  
fectus,  
decessit.

Diabolus  
fugit  
quando  
nefandũ  
crimẽ cõ  
mittitur.

Propter  
nefandũ  
crimẽ iu  
stè fit se  
paratio  
matrimo  
nij quo  
ad thoru



Imò & dicta separatio peti potest si tantum vxor tentata fuerit à marito ad vltim contra naturam.

Et ita in causa grauissima consului quod apertè ex Diuo Ambrosio colligitur. i. ad Corinth. cap. 7. dum dicit, *Aut vsum quærat vxoris interuere.* Quòd etiam Barba. asserit cõsil. 64. volum. 1. Deci. in. l. 1. num. 8. C. de secund. nup. Iacob. Menoch. dict. casu. 286. num. 14.

Sodomitis an sit aduocatus cõsili tuendus.

Vnde in tanti criminis detestationem scribit Bald. in auth. sed nouo iure. C. de serui. fugiti. Sodomitis nõ esse assignandos aduocatos, vt defendantur & eum sequitur Barb. consil. pennul. colum. 2. in fine lib. 1. Menoch. dict. casu. 286. num. 14. sed opinio hæc, omni iure & ratione destituta est, & ideo in forensibus actionibus nunquam receptam vidi.

Sodomie crimen pœna vltimi supplicij punitur.

Fuit semper crimen hoc punitum pœna vltimi supplicij vt habetur Leui. cap. 20. & Exod. 22. In legibus vero Gothorum Chindasuildi Regis. l. 8. de incestis hæc adijcitur lex. *Masculorum concubitores velij qui talia per sentientes pertulerunt ista sunt legis huic sententia feriendi, vt vti scilicet mortale nefas admissum iudex euidentur inuestigauerit ipsius, vbi id perpetrari contigerit sequestratim ardua mandetur detrusioni: vel inuiti saltim luituri commissi qui voluntarie perpetrare noscuntur illicita. Hoc interim horrendum dedecus si inferens quisque vel patiens non voluntarius sed inuitus explere dignoscitur tunc à reatu poterit immunis haberi, si nefandi huius sceleris ipse detector extiterit.* Et apud veteres seuerissimis pœnis scelus hoc perpetrates puniti fuerunt, vt auctor est Valeri. Maxim. lib. 6. cap. 1. vbi exempla aliqua commemorat alia etiam refert Aymarus Riuallius. lib. 3. Histor. iuris ciuilib. c. de lege scatina, quæ contra Sodom-

tas lata fuit, cuius etiã meminit Tertullianus in libro de monogamia: Huc pertinet egregium. C. Marij qui septus consul fuit exemplum, cuius meminit Plutarchus in vita illius is inquam iudicauit. C. Lucium nepotem suum à Trebonio adolescente, quòd illius pudicitiam non semel attentasset, & vim tandem inferre voluisse, rectè occisum, & ob hoc egregium factum Tribonium corona donauit, cuius equidem iustissimi iudicij meminit Marcus Tullius in oratione pro Milone cuius verba placuit hoc loco scribere. *Pudicitiam cum eriperet militi Tribunus militaris in exercitu. C. Marij propinquus eius Imperatoris interfectus ab eo est, cui vim afferebat, facere enim probus adolescens pericula se, quàm perpeti turpitudinem malit: At què hunc ille vir summus scelere solutum periculo liberauit.* Hæc Cicero.

Hæc equidem mortis pœna ignè inflingebatur etiam antè Iustinianum de quo stat egrægia sanctio. libr. 9. Codicis Theodosi. tit. 7. quæ sic loquitur. *Imppp. Valenti. Theod. & Archadi. A. A. A. Orontio Vicario Vrbi. Rom. Omnes quibus flagitij vsus est virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia: nihil enim discretum videntur habere cum fœminis: huiusmodi scelus spectante populo flame vindices expiabunt.* P. P. in foro Traiano octauo idus Aug. Valentiniano. A. III. & Neotherio. Confess.

Quæ sanè ignis pœna, cù omnium bonorum confiscatione ipso iure, in his Hispaniarum regnis contra Sodomitas statuta est, Regia constitutione. quæ prima est tit. 21. libr. 8. ordin. noui quæ etiam quo ad bonorum confiscationem iuri communi consona est. gloss. in cap. cum secundum leges in verbo, naturæ contrarias, de hæreti. lib. 6. quam esse communem fatetur

Sodomie crimen comburuntur.

Propter Sodomie crimen bona ipso iure confiscantur.

Nephan  
dū crimē  
cōnexio  
nē quan  
dā cū hē  
resi habe  
re vide-  
tur.

fatetur Berm. vbi supra. n. 27. & magis cōmunem appellat Clarus in di. §. Sodomia. versi. Item Sodomita. Inquitque Regia illa lex illas probationes in crimine isto esse legitimas quæ reciperentur, & essent validæ in criminibus lesæ Maiestatis diuinæ vel humanæ. Quantò igitur Hispania purior est ab hæresibus, quam aliæ nationes, tantò magis nephandum crimen odit, & seuerissimè punit, eisdem nempe pennis, quibus hæretici pertinaces: & hoc non solum criminis magnitudo sed connexio quædam cum hæresi videtur habere, id efficit. Nam vt Frācisus sonnii vbi supra allegauit rectè scribit, hominem non à Deo sic derelinqui, vt in tam abominabile scelus incidat, nisi prius in perfidia & insipientia cordis sui, ita apostatare ceperit à Deo, vt sic sentiat, sicque viuat, quasi non sit Deus: vbi perfidia, ibi apostasia, ibi idolatria vbi regnare solet hoc scelus & quo gēs longius aberrauit à Deo, eo magis hoc nephando malo inuoluitur. Pro quo mirè facit quod scribit Paulus in epistola ad Romanos c. 2. vbi de idolatris loquens inquit. *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, vt contumelijs afficiat corpora sua in semetipsis, Et paulò post. Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominie, & sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobū sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt.* Quæ verba explicans Diuus Chrysostomus, inquit. *Hoc loco Paulus ostendit quòd & leges naturæ per impietatem tanquam causam efficientem peruertantur.* Et rursus. *Vide quomodo ad fontem huius mali reddat, impietatem videlicet dogmatum, ostendens turpitudinem hæc esse illius iniquitatis præmium.* Hæc ille sermo. 3. & 4. Et ideo censeo iustissi-

mè sanciri posse vniuersali lege, vt hæreticæ prauitatis inquisitores, de hoc nephando crimine cognoscant, quòd an id fieri expediat, superiores iudicabunt. In Regno tamen Aragoniæ iam mandata est iurisdictio inquisitoribus Apostolicis, aduersus eos, qui muliebria patiuntur, vt testatur Dominus Episcopus Iacobus Septiman. in catho. insti. tit. 50. nu. 30. Et idem in regno Valentia obseruatur, vt mihi retulit Doctor Frācisus Arganda Chonchensis inquisitor, qui ob singularem virtutem, raram prudentiam, insignem hæruditionem, ad maximos sanctæ, inquisitionis honores, multis ei nominibus debitos iam pridem fuit promotus, quem olim discipulum charissimum in vtriusque iuris disciplina habuisse semper gloriabor.

Illud autem circa prædictam pœnam confiscationis bonorum tam à iure communi quam à dicta lege Hispanica statutam, notare nõ præmittam, quòd Sodomita solum priuatur bonis, quæ tempore commissi criminis obtinebat, non autem priuabitur illis bonis, quæ postea acquisiuit, vsque ad tempus condemnationis.

Tum quia dicta Regia constitutio ne, ius commune minimè Sodomitam inhabilem fecit, vt cōmisso crimine, non possit bona acquirere, vnde hæc pœna constituenda non est, cum iure non reperiatur. l. si seruum. §. non dixit præto. ff. de acqui. hæredi. & priuatio non habet locum nisi in casibus à iure expressis. auth. de non eligendo. §. sin autem. l. at si quis §. Diuus. ff. de relig. & sumpt. funer. Tum quia in pœna confiscationis bonorum non veniunt futura. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ff. manda. tradit Paul. de Cast. in consi. 53. l. 1.

Abb.

in Regno Aragoniæ inquisitores iurisdictionem habent contra eos qui muliebria patiuntur Doctor Frācisus Arganda Chonchensis inquisitor laudatur.

Sodomitæ bona post crimen acquisita an ipso iure confiscentur

Abb. in cap. cum aliquibus. num. 4. de re iud. Alexan. consi. 15. num. 12. lib. 1. & consi. 75. numer. 12. eo. libr. idem in Lex factio. §. Iulianus. nu. 8. ff. de vulgar. Paul. in l. si debitor. nu. 3. ff. de fideiussio. Dec. in l. si quis inquam. §. illud. num. 1. ff. quod quisq; iur. & in consi. 442. num. 20. Ial. in l. ultim. in princ. num. 7. ff. si cert. pe. ta. Barth. Challa. in consuetud. Burg. Rub. 2. titu. de confiscati. fol. 97. col. 1. Socin. Iuni. consili. 51. num. 8. lib. 1. Doct̄or Petrus Peralta, olim Salmanticensi Academia toto terrarū orbe celebratissima iuris Cæsarei primarius professor insignis & r̄ude donatus, & cum paucis sua ætate comparandus is inquam, in. l. omnia. §. fundum num. 4. ff. de leg. 2. Acoſta. in l. Gallus. §. & quid si tantum. parte 2. nume. 48. ff. de lib. & post. Tūm quia opinionem istā in proprijs terminis tenet Telliſus Ferdin. in l. 4. Taur. num. 48. quem nouissimē sequitur Licentia. Micr. de maiora. 1. par. q. 1. nu. 105.

D. Petrus Peralta laudatur.

Sodomita an testam̄ti facere possit.

Punitur etiā Sodomita, vltra alias pœnas, alia non vulgari, nempe testam̄ti faciendi potestate, ita multis rationibus probat Anastasius Platus inter consi. Barba. consi. vlti. lib. 1. Iacob. de Velouis. in auth. vt non luxuri. contra natu. in fina. verb. vbi Bar. si sua est lectura Guil. Benedi. in cap. Rainun. de testam̄t. in verbo, mortuo itaque testatore in. 1. numer. 134. Deci. in l. 1. C. de secund. nupt. num. 8. Ioan. de Platea in. §. fin. Inst. quib. non est permiff. facere testam̄t. Socin. in l. quidam relegatus. num. 1. ff. de reb. dub. Bello. consi. vltim. nu. 2. Plotus in l. si quando num. 311. C. vnde vi. Corra. in l. testamento num. 27. C. de imp. & alijs Tiraquell. in l. si vncquam. in verb. reuertatur. num. 384. C. de reu. don. Bofsi. in practi.

crimi. tit. de stupro in mascu. num. 2. Fau. Monteleo. in praxi. auri. 3. p. 4. par. prin. num. 486. Cott. in memo. iur. in verbo. Pedecones. Iul. Clar. in practi. crimi. §. Sodomia. versic. item Sodomita. Iacob. Menoch. de arb. iudi. quæsti. lib. 2. centu. 3. casu. 286. num. 10. Bermond. dict. rub. nu. 26. Andr. Alciat. in. l. inter stuprum in prin. ff. de verbo. signifi. Gregor. in l. 16. tit. 1. par. 6. in verbo, *Despues*. D. Couarruu. in Clement. si furiosus in princ. rel. §. 2. num. 6. quæ opinio communis est. Sed vt liberè dicā q̄ sc̄ncio, falsam & iuri contrariam esse existimo. Tūm quia nullo iure fulcitur, & sine expressa lege tam grauis pœna imponenda non est, vt in auth. de trien. & semi. §. consideremus. coll. 3. Tūm quia prohibitio testam̄ti faciendi, solūm infringitur à iure post sententiam transactam in rem iudicatam, ita quod si condemnatus à condemnatione appellaue- rit, testari iure poterit. l. qui post accusationem. ff. de testam̄t. & interim eius status mutari non debet. l. eius. §. 1. ff. de testam̄t. l. qui à latronibus, ibi. Tūm quia si vera esset communis sententia, idem esset asseuerandū in homicida vel alio delinquente in crimine deprehenso, qui pœna mortis esset puniendus quod falsum est, vt dictis iuribus pbatur. Tūm quia crimen hæreseos detestabilius est cæteris criminibus cap. cum secundum leges. §. confiscationis. de hæret. li. 6. sed hæreticus potest testam̄t. fa- cere, vt in auth. vt cum de appella. cognosc. §. si quis verò de prædictis. versic. generalem autem, & est egrægia. l. 6. titu. 1. p. 6. vbi solūm prohibetur testari post sententiam dicit lex. *E aun dezimos que los herejes, despues que son condenados por sentencia de heregia, no pueden fazer testamento.*

Ergo

ergo à fortiori hoc licet Sodomita. Tum quia hanc opinionem videtur tenere Specu. (summæ apud nos autoritatis) in tit. de instrum. edi. nu. 6. dicens, quòd damnatus de crimine famoso, nempe de crimine contra naturam, est instabilis post condensationem, & sic condemnationem necessariam esse censet. Et nouissimè opinionem istam defendit Telli. Ferdinan. in d. l. 4. Tauri. nu. 35. cum sequen. vbi respondit quibusdam rationibus quæ pro communi opinione adduci poterant & sequitur doctissimus Mied. de maior. q. 1. primæ par. nu. 104. qui est videndus.

**B** *Detrudatur.* Vide Paul. Grill. in tracta. de pœnis omnifa. coitus. quæstio. 2. num. 2. quæsti. 8. Berm. Chou. in tracta. de publ. concubi. capit. de peccato Sodom. num. 37. Pet. Due. reg. 101. limi. vltim. Fabi. Montel. in praxi. arbi. 3. par. 4. par. princ. num. 486. Et licet Bermond. in allegato loco dicat, dietim vidisse apud suos clericos huius nefandi criminis reos degradari, & tradi sæculari potestati, & sæcularibus legibus puniri, id nullo iure defendi potest, antè nouissimam Pij Quinti constitutione de qua infra.

Clericus Sodomita occultus etiã per acta pœnitentiæ suspensus est.

Illud tamen huic loco accommodatissimum non ommittam, inter doctores receptum esse, Sodomitam ad hunc occultum. etiam pœnitentiã per acta, suspensum esse ab ordinis executione, ideo interim celebrantem, irregularem esse, ea sanè irregularitate: quæ à solo Romano Pontifice delectabilis sit. Quemadmodum eleganter adnotauit Antoni. & alij in cap. nisi cum pridem. §. 1. de renunti. & in ca. vlti. de tempori. ordi. & in specie proposita tenet Bele. in aposti. ad Abb. in c. clerici. de excessi. præla. Archi. Dom. & Præpo. in c. de his. in. 2. 50

dill. Mari. Soci. in c. ad audientiam. num. 27. de homi. quam opinionem communem esse testantur Bertachi. in tracta. de iure patrona. in prima par. libr. 2. quæstio. 9. artic. 18. num. 4. Couarruu. in Clementin. si furiosus. in. 1. par. relect. §. 1. num. 6. de homi. Fran. Viui. in commu. opinionibus in verbo Sodomita. Iuli. Clar. nostram annotationem, prout erat in prima editione allegans, in pract. crim. §. Sodomia. versu. item clericus. Et licet Aretin. in capi. cum non ab homine. de iud. num. 90. contrarium probare conetur & Nauar. in manu. confesso. ca. 27. num. 149. dicentes, non posse ex iuris rigore communè sententiam defendi, cum nullus sit iuris Pontificij locus, qui hanc irregularitatem inducat, tenenda tamen est communis sententia tantorum virorum autoritate fulcita. Vndè eleganter scribit Petrus Rebuff. in tract. de pacifi. possessio. nu. 208. Sodomitam non posse eligi ad Ecclesiasticum beneficium. nec validam esse beneficij collationem eidem factam. Hodie verò si crimen hoc occultum fuerit Episcopi in prædicta suspensione & irregularitate dispensare possunt sacrosancti Concilij Trident. autoritate sessione. 24. ca. 6. de reforma.

Sodomita nõ potest eligi ad ecclesiasticum beneficium.

Laicus verò si crimen hoc commiserit, à iudice Ecclesiastico puniri potest, pœna nempe excommunicationis, & à cœtu fidelium separari debet, quousque condignam faciat pœnitentiam. cap. clerici. vbi Abb. & docto. de excessi. præla. Bermond. dict. ca. num. 37. & esse communem sententiam fatetur Iuli. Clar. in pract. crimini §. fina. quæstio. 37. versu. ite quæro. quam sequitur Iacob. Meno. de arbi. iudi. quæstio. lib. 2. cent. 3. casu. 286. num. 2.

Laicus Sodomita ab ecclesiastico iudice puniatur.

*Curia traderetur.* Adde quod iur. itis imè

Pij quin-  
ti confi-  
tutio cō-  
tra cleri-  
cos So-  
domitas  
interpre-  
tatur.

Itissimè autor noster desiderabat, iā  
nouissima constitutione sanctissimi  
Pij Quinti Pontificis Romani de-  
cretum est, clericum Sodomitam de-  
gradandum esse, & iudici seculari  
tradendum: cuius tenor talis est.

*Omnes & quoscunque presbyteros,  
& alios clericos seculares, & regulares  
cuiuscunque gradus, & dignitatis tā di-  
rum nephas exercentes, omni privilegio  
clericali, omnique officio, dignitate, &  
beneficio ecclesiastico presentis canonis  
auctoritate priuamus: Ita quod per iudicē  
ecclesiasticum degradati potestati sta-  
tim seculari tradantur.* Hactenus Pij  
constitutio dat. Romæ apud san-  
ctum Petrum ann. 1568. sui Pontifi-  
catus. anno tertio. Quod quidem de-  
cretum iustissimum est, & in Hispa-  
nia nostra iam diu desideratum, nam  
pœna quæ sacris antiquis canonibus  
imposita erat, non erat tam horren-  
do crimini condigna. Fuit equidem  
itā sancitum ad supplicationem D.  
Episcopi Iacobi Septimacensis, vt ip-  
se testatur in libro disceptationum  
cap. 33. qui scribit duabus petitioni-  
bus oblatis nihil obtinuisse, donec  
tertia instantè ex libello Pont. Maxi-  
mo oblato adeptus fuit: inquit què  
quod ferè statim post publicationem  
illius constitutionis quidam clericus  
Tarraconensis illius pœnis punitus  
fuit.

Vnū tamen, vel alterū circā cōstitu-  
tionē illam notare non omitam. Pri-  
mò illam non includere quemcunq;  
clericum Sodomitam, sed solūm exer-  
centem qui quasi vsu quotidiano cri-  
men hoc cōmiserit argum. l. sciendū.  
§. illud ff. de ædili. edict. & hac ratio-  
ne positum fuit verbum, *Exercentes*,  
in dicto decreto ita interminis tenet  
insignis Martin. Nauar. in manu cō-  
fesso. cap. 27. num. 249. dicens, sibi  
itā respondisse sanctissimum Domi-

num nostrum Gregorium decimum  
tertium. Sed salua auctoritate Marti-  
ni Nauarri, mihi hæc sententia nun-  
quā placuit, imo iuris esse certissi-  
mè censeo, clericū qui vnicū crimē tan-  
tum Sodomix cōmiserit, pœna dictæ  
Extrauagantis Pij Quinti punien-  
dum esse. Tūm quia non tanta vis  
verbo, *Exercentes*, tribuenda est, vt hu-  
ius criminis reiteratio desideretur.  
Nec Pontifices nostri in canonicis  
decretis condendis, tam exactam &  
rigidam verborum proprietatem ob-  
seruare solent. Tūm quia si vnicus  
lapsus non sufficeret, vt esset locus di-  
ctæ pœnæ, sed criminum frequentia  
desideraretur, sic clarè & apertè Pon-  
tifex diffineret, nec sub verborum in-  
uolucro, rem alioqui grauem, & ma-  
ximi ponderis, dubiam relinqueret.  
Tūm hæc nostra sententia euidentis-  
simè probatur alia constitutione, à  
dicto Romano Præsule lata Ann. in  
carnationis Domin. 1566. Kalend.  
Aprilis Pontifica. sui anno primò cū  
inquit. *Si quis crimen nephandum con-  
tra naturam propter quod ira Dei venit  
in filios diffidentia perpetravit, curia se-  
culari puniendus tradatur: & si clericus  
fuerit omnibus ordinibus degradatus, si-  
mili pœna subijciatur.* Vides quo pa-  
cto nō verbo, *Exercuerit*, Sed verbo,  
*Perpetrauerit*: vtitur, quod non crimi-  
nis reiterationē exposcit. Tūm quia  
quo ad subeūdum supplicium prop-  
ter hoc immane scelus clerici & laici  
equiparantur prædicta Pontificia  
constitutione, & hac ratione, sicut  
in laicis, criminis frequentia minimè  
desideratur, par est, vt in clericis idē  
sit iudicandum. Tūm quia dicta Ex-  
tra. qua innittitur Nauarr. posterior  
est, cū Anno tertio Pōtificatus dicti  
sanctissimi edita fuerit, quæ memi-  
nit constitutionis anno primò edi-  
tæ, & non solūm eam confirmat, sed  
accruius

Nam  
opinio  
quædam  
reproba-  
tur.

accruius eodem supplicio crimen detestatur ibi, Itaq; quod nos in ipso Põti ficatus nostri in initio de hac re decreuimus plenius nũc, & fortius prosequi in sedentes, &c. Vnde nullo iure, nec ratione defendi potest, q̄ rigor primæ constitutionis (si rigor iustum supplicium appellari potest) ex illo verbo, *Exercentes*, temperetur.

Secundò quòd dicta constitutio limitanda est, vt minimè comprahendat omnem exercentem luxuriam cõtrà naturam, quæ omnem pollutionẽ extraordinariam comprahendit ex Diui Thom. sententia. 2. 2. quæstio. 154. artic. 2. nec exercentem omnem Sodomiticũ actum, qui includit omnem pollutionem factam extra vas ordinarium. Sed solum exercentem copulam Sodomiticam ita declarat Martin. Nauarr. in loco nouissimè allegato pro quo mire facit tex. in ca. fin. de sponfa. quo probatur, copula minimè consumari nisi intra naturale vas semen effundatur nec expollutione aliter facta affinitas cõtrahitur, vt in capit. extraordinaria. 35. quæstion. 2.

## Sacrilegij.

### C A P V T , LXXXVII:

- 1 *Traditur vera atque germana sacrilegij diffinitio.*
- 2 *Clericus huius criminis reus deponendus est.*
- 3 *Sacrilegij quatuor species traduntur.*

**S**acrilegium est iuxta meliorem definitionem. Doctorum, sacræ rei violatio, vel eiusdem usurpatio: quòd nempe delictum cum & in ip-

sis laicis detestabile sit, & ad puniendum illud iura inuehant in eos: quãto magis puniri debent clerici, qui in hoc deliquerint? Qualis enim erit laicorum reuerentia in personas siue res sacras, si in illas clerici (ad illarum cultum electi) irreuerentes sunt? Huius autem delicti p̄na, depositio est, vt placuit Hostien. in summa. tit. de accusa. 9. Quis sit effectus. versic. Et gratia exempli, vbi capitalia crimina, & quæ depositionem inducunt describendo, primum omnium posuit sacrilegium. Sed quia hoc se habet multipliciter deueniendum est ad eius species. Quarum prima est, quæ committitur in personam, & hæc quia multipliciter etiam variari potest, non patitur certam doctrinam: oportebit enim Iudicem considerare qualitatem delicti in personam sacram commissi, & sic in delinquentem animaduertere. Secunda species est quando quis accessum habet ad monialem: & quia de hoc particularis mentio facta est supra, superuacaneum est in hoc aliquid rescribere. Tertia est quando locus sacer violatur, vel illius cõmeterium: & hæc etiam sicut variè se habere potest, ita diuersa erit delinquentis punitio, cõsideratis his quæ in arbitrarijs consideranda describemus. Quarta verò huius delicti species committitur in auferendo rem sacram, & quæ & habet alia membra: & quia hoc ad materiam furti pertinet, & infra de hoc aliquid scribimus in suo loco, ideò nihil amplius addere libet.



**D**iffinitionem. De qua vide Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 99. arti. 3. Siluest. in summa. in verbo sacrilegium. Bald. in l. si nondum. numer. 4. C. de furt. Paul. Grill. de pœnis cõni. cõi-

**A**  
- Not.  
multa  
contra  
sacrile  
gos.  
tus

aus. quæstio. 1. qui pro totius capitis materia legendus est Petr. Follet. in practi. crimi. cano. 2. par. cap. 17. Et nota quod sacrilegus non potest ad ecclesiasticos ordines promoueri. ca. si quis presbyter. 50. distinctio. Et est infamis capitu. vltim. de furt. not. Abb. & doctor. in cap. conquestus. de foro compet. Petrus Rebuff. in pract. benefi. 2. par. ti. de modis amit. benefi. numer. 56. pagin. 472. Et non gaudet Ecclesie immunitate cap. frater. 18. quæstio. 4. tradit Nicola. Boeri. decisio. 110. num. 3. Carr. in practi. crimi. cap. 3. num. 16. Et inter laicos iudex ecclesiasticus cognoscit de hoc crimine, quia est mixti fori. Sic tradiderunt Abb. & alij in cap. cum sit de foro comp. per illum text. Cardin. in Climen. 1. de pœn. Dom. in cap. felieis de pœnis in. 6. Bofsi. de delict. tit. de sacrileg. num. 7. quæ opinionem communem esse testatur Mantua. consi. 266. Iul. Clarus. lib. 5. recep. sentent. 5. fina. quæst. 37. ver sic. vltim. quæro. quæuis apud suos dicat non seruari, sed quod iudices laici cognoscunt de crimine sacrilegij, non verò ecclesiastici, prout etiã seruari in regno Franciæ attestatur practica Mileij. fol. 74. num. 17. vbi refert se fecisse suspendi quendam, qui ab Ecclesia abstulerat vas sacre Eucharistiæ.

Apud Hispanos et iuris communis sanctionibus quæ Regijs constitutionibus sacrilegi ab ecclesiasticis iudicibus puniuntur

Apud Hispanos verò Regijs constitutionibus Episcopi, vel alij iudices Ecclesiastici ordinarij sacrilegos laicos punire possunt lex. 7. ti. 5. lib. 1. Foro legum & Regia Partitarum lex decima. tit. 18. par. 1. Quarum legum autoritate Ioan. Lup. in repeti. cap. per vestras. de donati. inter vir. & vxor. 2. not. 6. sed pulchra dubitatio. num. 24. scribit speciali iure in hoc crimine posse laicum propria autoritate à iudice ecclesiastico capi. &

in carcerem mitti quem allegat Fran. Auiles in cap. pratorum capi. 20. in verbo, *Vsurpan.* num. 14. qui ab eo videtur recedere. Sed fortè Ioan. Lupi. ex eo defendi potest quod crimè sacrilegij licet non verè saltim impropiè & largo sumpto vocabulo hæresim sapit: hæretici verò capi & puniri debèt ab Ecclesiasticis iudicibus, vt in cap. accusatus. de hæreti. in. 6. apud Hispanos tamen certò scio quod opinio Ioann. Lupi. non serua bitur.

Illud autem notare non prætermittam, quod in forensibus exercitationibus est frequentissimum quod nõ ex eo quod crimen aliquod in ecclesia commissum est, iudicem laicum non posse debitis pœnis laicos suæ iurisdictionis punire, nam si tales delinquentes ab Ecclesia extrahi poterunt, vt in cap. fin. de immun. eccles. pari ratione & à iudice laico puniri ita Abb. in ca. vltimo & in cap. cum sit generale. de foro competen. num. 27. Angel. in tracta. malefi. in parte, *Scalis sancti Petronij*, iudex tamen ecclesiasticus ob sacrilegium post debitam pœnam impositam à sæculari procedere potest, ita Abb. in dict. capit. vltimo. sequitur. Couarruu. in libr. 2. vari. resolutio. cap. 20. num. fin. Nec mirũ hoc alicui esse debet, quod pro eodem delicto quis varijs pœnis, in diuersis tribunalibus plectatur, quia hoc iuri consonum est, quando ex tali crimine, diuersæ criminum species oriuntur, ita Bar. in l. senatus. ff. de accusation. sequitur Aufer. in tracta. de potestate sæculari super ecclesi. perso. 4. reg. num. 21.

Quando verò Iudex Ecclesiasticus prius ad huius criminis punitionem processit minimè tenetur iudex sæcularis qui propria iurisdictione ad imponendas pœnas suo foro stabilitas

Delictum quæuis committitur in Ecclesia à iudice sæculari potest puniri.

In sacrilegij crimine iudex sæcularis non tenetur fidei liberè processu factò ab Ecclesia.

litas procedere vult stare processui facto ab ecclesiastico text. est quem crebrior interpretum opinio ita intelligit in. 6. si verò crimen in auth. de sanctiss. Episcop. & huius opinionis authores sunt Alexand. Socin. Iaf. Deci. Curt. Iun. in. l. magistratus. ff. de iurisd. omni. iudi. Doctores Redin. de maieft. Principis in verbo, non armis solum. 2. par. num. 154. quæ opinio commuais est.

Sunt tamen suprãdicta singulariter intelligenda procedere, quando iudex ecclesiasticus, cognoscit de sacrilegio, & iudex secularis tantum de vulnere, secus si secularis iudex incepisset prius cognoscere tam de vulnere & sacrilegio quia cum sacrilegium sit mixti fori, in quo ut dictũ est, secularis iudex iurisdictionẽ habet, tunc locus est præuentioni, ut in dict. cap. cum sit generale. de foro competent. per Ioan. Igne. in. l. necessarios. 6. non alias in verbo, sed cum à plerisque. num. 35. ff. ad Silã. & in specie tradit Socin. in capit. postulasti. num. 16. de foro compe. Roland. Valle. cons. 24. num. 13. volum. 2. & ea ratione asfirmant, quòd minime poterit postea iudex ecclesiasticus contra delinquentem in ecclesia procedere, nec illum punire, vide tamen quæ infra scribo.

Pœna verò quæ in Hispania contra laicos in Ecclesiasticis publicis tribunalibus imponi solet pecuniaria est pro modo & consuetudine regionis, quæ Ecclesijs, pijs operibus, & fiscalibus, solet applicari, quòd si crimen graue fuerit ultra dictam pœnam alia spiritualis imponi solet.

**B** In personam. Vide optimè Iacob. Menoch. de arbitr. iudi. quæsti. lib. 2. centu. 4. casu. 289. num. 15. à qua absolui non potest, nisi à summo Preside, ut in c. si quis suadente. 17. quæst.

4. de quo canone meminit tex. in capit. non est dubiũ. cum multis sequentibus de sentent. excommunic. & in capit. religioso & capi. eos. & in capit. cum quis. de sentent. excommu. lib. 6. & in. l. 4. tit. 9. par. 3. & quia hoc latius patet videndus est ultra ordinarios interpretes Martinus Nauarr. in manu. confess. capi. 27. num. 76. Dida. Perez in. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin. pag. 104. & multa circa hoc congerit Petrus Folleri. in practi. canoni. 2. par. c. 17.

Ex hac sanè iniuria clerico illata Ecclesia offenditur cap. 2. & ibi glos. de foro compe. & crimen hoc publicũ reputatur. l. si quis hoc genus. C. de Episc. & cleri. Et remissio iniuriæ à clerico facta non nocet Ecclesiæ ex Abb. sententia in capi. parochianos de sentent. excommu. In hoc tamen discrimen versatur quòd ante absolutionem impetratam non tenetur offendens: realiter Ecclesiæ satisfacere sed sufficit cautionem præstare Clerico verò iniuriam passo antè absolutionem obtentã satisfacere realiter tenetur, pro illata iniuria & demũ præstatur cautio fideiussoria de ea pœna siue pœnitentia præstanda quæ ratione criminis perpetrati imponetur ita Archi. in c. si quis de inces. 17. q. 4. Et sic non sufficeret offendentem flectere genua & misericordiam petere. nisi satisfecerit. capit. olim. de iniuri. Foll. vbi sup.

Sed utrũ laycus clerici percussor, possit à iudice Ecclesiastico puniri, vide glo. not. in auth. item nulla communitas. in verbo, ab Ecclesia. C. de Episcop. & cleri. quæ tenet ei à iure permissum esse sequitur Maranta in speculo aduocatorũ. 6. par. nu. 141. colu. 3. voluit Bar. in l. 1. num. 44. C. de summa Trinita. Aufer. in rep. Clemen. 1. de offici. ordi. tit. de potest. seculari

*Lenaof  
feditur  
ex iniu-  
riacleri  
coillata*

*Clerici  
percu-  
ssor à iu-  
dice Ec-  
clesiasti-  
co puni-  
tur.*

*Pœna  
quæ pro  
hoc cri-  
mine cõ-  
tra lay-  
cos im-  
ponitur.*



culari super Ecclesi. perso. regu. 4. fallen. 26. nu. 37. Dida. Perez in. l. 1. titu. 3. lib. 1. ordin. Quòd verum est quando iniuria est realis secus si verbalis quia cum tunc nullum sacrilegium committitur secundum Siluestrum in summa in verbo, sacrilegiu. in finali. verb. merito qui verbalem tantum iniuriam aduersus clericum intulit coram ecclesiastico iudice conueniri non potest nisi aliud de consuetudine receptum fuerit glos. in c. parochianos. de senten. excommunic. Quia nec tunc habet locum pena imposita in dict. capit. si quis suadente, vt late differit insignis D. Couarru. in lib. 1. vari. resolu. cap. 11. num. 5. & tenet glos. cum in casu speciali loquatur in cap. scelicis. in verbo in executione de poenis libro. 6. vbi additio ampliat hoc procedere etiam si qui contumeliam intulit, clericum fugientem sequatur absque manu impositione, quòd Ioann. And. ibi amplectitur & Ange. in verbo, excommunicatio. 5. num. 29. Inno. & communis in capit. nuper. de senten. excommunic. reprobata glos. contrarium tenente in cap. si quis pulsatus. de poeni. distinct. 1. & Abb. in dict. cap. parochianos.

Et hec iniuria clericis illata testibus laicis probari potest, qui ad hoc censuris ecclesiasticis possunt compelli licet in criminalibus causis de iure Pontificio testimonium proferre minime compellantur: ita tenet Innoc. illius text. autoritate innixus in capit. ceterum. de testib. cogend. que sequitur ibi Guid. Pape. col. 2. versi. & ideo.

Alij vero censent crimen hoc mixti fori esse, ita vt inter iudicem secularem & ecclesiasticu. Locus sit preuentioni, sic seruari testatur Guid. Pap. decisio. 562. numer. 3. & ita in

Parlamento Gratianop. iudicatum fuisse asseuerat Pape. lib. 1. tit. 4. art. 6. licet nonnulli censeant quòd vterque iudex procedere possit, siue delictum in ecclesia, vel contra clericum commissum sit. ad condemnationem & executionem poenaru, quæ in vtroque foro impositæ sunt vt in facti contingentiâ obseruasse refert Ama. de sind. num. 171. sequitur Iulius Clar. in practi. crimin. §. si. quest. 36. versi. sed quæro quid, & in controuersijs forenibus receptum est. Et licet de iuris rigore admitenda esset distinctio, quam supra tradidi, versi. Sunt tamẽ supradicta, sed tribunalia ecclesiastica minime eam obseruant. Nec mihi displicet imò congruentissimum iudico quòd non obstante temporali poena, contra sacrilegum imposita, puniatur etiam poena spiritali, nempe excommunicationis, vel alia ab iudice ecclesiastico, ad condignam criminis punitionem, vt resipiscat, nec deinceps audeat, rem sacram offendere, vel in sacro loco delinquere, Docto. in dict. capit. cum sit generale. de foro comp. Octavianus decisio. Pedamont. 103. nu. 7.

*Ad monialem.* Vide autorem & quæ ibi ad notauì supra cap. 81. C

*Violatur.* Adde illud maximum sacrilegium esse de quo in ca. conquestus. de senten. excommunic. quòd habet excommunicatos esse sacrilegos, qui effringunt & spoliant ecclesias, quòd quidẽ caput minime eos excommunicat, sed excommunicatos esse presupponit, & ideo iubet vt denuntientur arg. text. in cap. pastoralis. §. verum de appella. Circà quod est consideratione dignum, quòd ad incurrendum illius cap. poenam duo necessaria sunt. alterum effringere, alteru vero rapere, vel furari. scribit Abb. D  
Tex. in  
c. conquestus  
de sent.  
exco. interpretatur.

Delictu  
cõtracte  
ricu vel  
in Eccle  
sia cõmis  
sum an  
sit mixti  
fori.

Abb. in cap. si. de furt. Antoni. in. 3. par. tit. 24. ca. 12. Caieta. in sum. in in verb. excommunicatio. c. 21. Martin. Nauarr. in manu confesso. capit. 27. nu. 94. qui ex eo asseuerat quod qui effringit crucem, sacrarium, vel alia similia nephanda crimine pertrat, si non furatur: non incurrit poenam ibi statutam. Deinde animaduerti debet, quod illud quod in ecclesia illo cap. statuitur procedit in monasterijs, hospitalibus, & in alis locis pijs, Episcopi auctoritate consecratis, non vero in alijs. ita not. Abb. in dict. cap. conquestus. sequitur Nauar. in loco iam allegato.

*Rem sacrum.* Adde latissimè Iacob.

**D** Menoch. dict. casu. 289. per totum.

## Vsurarij.

### CAPVT, LXXXVIII.


**1** Clericus vsarius ipso iure infamia nota afficitur.

**2** Clericus vsarius ab officio & beneficio est suspendendus.

**R**emisso prius quæ sit usura, & quando committatur quod latius digeritur in ordinarijs titulis ac tractatibus huius materiæ. Clericis fuit inhibitum fœnerari & vsuras accipere in Concilio Laodicensi, in Canone. 5. vbi tamen nulla pœna ob id imponitur. idem etiam fuit prohibitum in Concilio Carthaginensi primo, in Canone. 13. Et sicut clericis non licet exercere fœnus suo nomine, ita neque alieno, vt in capit. Sicut suo. 47. distinctio. vbi vi. in cap. i. Non licet. Relatum Concilium Laodicense, de quo supra. Prima se offert pœ-

narum clerici vsurarij, quod est infamis, ipso iure. hoc dicit probari Patnorm. ex tex. ibi. in capit. Inter dilectos. in. 3. not. de excels. prel. Allegat tex. cum glo. in. l. Improbum fœnus. C. ex quib. cau. infam. irrog. Et in. 6. Porro. 3. quæstion. 7. Idem scripserat Bald. in dict. l. Improbum. qui etiam dicit quod adhuc post restitutionem vsurarum, & peractam pœnitentiam sunt infames <sup>b</sup> ad testimonia & dignitates, & hoc præcipit mente teneri. Hinc est quod vsurarius repellitur ab obtinendo beneficio, vt notat glos. in capi. Præterea de vsur. & Abb. in dict. capit. Inter dilectos, in. 2. column. dispensat tamen episcopus, vt ibi per eum circa beneficium, cum illo qui se correxerit. Subest etiam vsurarijs clericis alia pœna, videlicet quod ab officio suspenduntur, <sup>c</sup> vt statuit in tex. in cap. Præterea. de vsu. quoto autem tempore suspendantur, cum tex. non aperiat, videtur arbitrio iudicis relictum. sed text. in cap. 1. eodem. titu. dicit quod si clericus detestandis vsurarum lucris insistat ecclesiastici officij periculum pariat. ex quibus verbis Abb. ibi. in ultimo not. colligit, quod clericus vsurarius debet deponi ab officio ecclesiastico. non tamen meminit dict. capit. Præterea. qui suspensionis tantum pœnam imponit. Alexand. in super in consi. 72. in. 1. volum. dicit quod clericus vsurarius venit deponendus, & neminem Doctorum refert, sed allegat iura in dicto cap. Præterea. & cap. Inter dilectos. quorum nullo id probatur, cui vix parcendum censeo, & si solum Cæsari iuris culturæ vacauerit. Hostien. tamen (qui breuibus verbis plura dubia aliquando decidit, quæ tandem moderniores ipsi verborum phalera ac garrulitate laxarunt) in sum-

ma de vsur. §. fina. versi. Alia á iudice vnica ferè linea, ordine dictarum penarum scripsit, Ait enim. *Vsurarius clericus ab officio beneficioque suspenditur, & si nec adhuc desistat, degradandus est*, vt in dict. cap. 1. & 14. quæst. 4. cap. Canonum, & cap. Quoniam & cap. Si quis oblitus. Itaque si clericus desistat à crimine vsurarum degradationis pœnam euadit, & sic intelligit dicta iura, pro quo etiam refert Gofred. Et hunc intellectum bene sustinet litera dict. cap. 1. dum dicit, insillat. Facit etiam text. in capit. Episcopus. 47. distin. Stat ergo ex præmissis practica pro iudicibus, vt primò à suspensione incipiant contra vsurarium clericum. Demum eo se non corrigente procedatur ad degradationem contra illum. Etsi etiã intelligi potest Concilium Elibertinum in Canone. 20. qui clericum vsurarium statuit degradari per hæc verba. *Si quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari, & abstinere*: Quòd est relatum in capit. si quis. 47. distin. vide præterea vnde cum pœnas manifestorum vsurario, quas ponit Syluest. in verbo vsura. lo. 9. in §. Quarto quæritur.

**A**  *Q*uod est infamis. Vide Alber. in l. improbum genus C. ex quib. caus. infa. Matthe. sing. 196. & opinionem hanc comunem esse testatur D. Cou. lib. 3. var. resolu. capitu. 3. numer. 2. quam latè & eleganter explicat. Ex quo procedit, quòd vsurarius nò potest sacris ordinibus insigniri capit. maritum. 33. distinct. cap. si ditionarios. 46. distinctio. Nec poterit eligi seu præsentari ad ecclesiasticum beneficium. cap. de Petro. 47. distinct. Bertachrinus in tracta. de Episcopo. 2. lib. primæ par. q. 33. Cæsar Lamb.

de iure patrona. 2. libr. primæ part. prin. artic. 21. q. 9. Poterit tamè Episcopus hæc infamiæ notam abolere, ab eo qui iam pœnitentiam egit, ad effectum obtinendi beneficia ecclesiastica glo. celebris in capi. præterea de vsur. quam esse communem asseuerat D. Couarru. dict. capi. 3. num. 3. eamque intelligit procedere, quoad beneficia obtenta, non verò quoad obtinenda quæ infames assequi non possunt.

*Sunt infames.* Adde quòd contrariam opinionem tenuit idem Bal. in l. Casius ad finem. ff. de Sen. vbi scribit, quòd si vsurarij pœniteant & vsuras restituunt de equitate canonica famam recuperant, quem sequitur Felin. in c. 1. col. 12. versi. limita octauo. de prob. Matth. d. sing. 196.

*Suspendatur.* Vide eleganter D. Couarru. dict. cap. 3. num. 3. Et plures alias pœnas contra vsurarios tam clericos, quam laicos inflingendas, scribit nouissimè Did. Perez in prin. cip. tit. 2. libr. 8. ordin. Et quibus probationibus crimen hoc probari debebeat lege latè Iacob. Menoch. arbi. iudi. q. libr. 2. cent. 3. casu. 235.

Illud autem notandum censeo, posse iudicem ecclesiasticum ordinariū procedere contra huius seculi impios mercatores, qui merces vendunt longè supra iustum pretium, prætextu modicæ dilationis, accepto interim idoneo fideiussore, vel tuta cautione, & easdem merces: vicaria manu per interpositos suæ cupiditatis ministros, & suæ artis & fraudis consortes, nios vilissimo precio redimunt, deinde alijs cariori precio reuendunt: tripliciter peccantes, & super fenerantes super eandem mercem, eodem fere tempore, & hanc barbari eam deprædationem, non vsuram vocant sed mercantiæ cursum & fortunam

Index ecclesiasticus procedit contra laicos contractis prohibitos excedentes quos appellat molerat.

tunã (quæ illis miserrima est) sed verè scelus est & nequitia plus triplo vsura grauior, & detestabilior: Nemo sane in vera & formali vsura damnificatur nisi post longum interualum, & diutinum pecuniæ vsu, sed ista præda, ab istis nequissimis hominibus inuenta, statim absque remedio pauper damnificatur & depre datur. Et quòd indignius est hanc nequitiam vt plurimum exercere solèt, in constitutos in aliqua angustia & repentina aliqua clade aut miseria afflictos tantoque audatius & crudelius quanto promptæ pecuniolæ subsidio pauper magis indiget non minus miseria, & clade aliena abutètes quam barbari illi totius humanitatis hostes qui naufragio eiectos de prædantur. conuicti igitur de hoc crimine propter contractus annullationem & partis lesæ satisfactionem grauissimè magis quam simplices vsurarij sunt multandi quin & grauioribus pœnis pro frequentia & qualitate commissi cæteris puniri debet. appellantur æquidem apud Hyspanos huiusmodi contractus, *Moharras*. Et vtrum dicto moderato rigore possint impunè celebrari & quæ desiderètur, vt dicti contractus iustificetur vide egrægiũ Nau. in manuali cõse. c. 23. n. 91.

Poterunt etiam iudices Ecclesiastici huius vsurarij criminis ratione nõ solum contra clericos, sed etiam laicos saltim quo ad contractus annullationem procedere, qui non seruata forma extrauagantis constitutionis Pij Quinti Pontificis Maxi. editæ anno Domini Milleesimo Quingentesimo Sexagesimo octauo Quarto decimo kal. Februarii Pontificatus sui anno quarto annuos emunt, non interueniente peccunia numerata coram tabellione & testibus instrumentarijs ita iudicauit Regius Pin-

tianus, Senatus anno Domini 1583. licet post ea vidi multa decreta in contractum. Ad sedandas tamen & componendas ferè innumerabiles lites, quæ circa Extrauillam versabantur Philippus huius nominis secundus Christianissimus Hispaniarum Rex in Madritio cõuetu hoc, anno. 1587 celebrato ab horum Regnorum actõribus consultus fuit, vt quid in hijs controuersijs iudicandum diffiniedumque esset præciperet. Ipse verò Rex Maximus lege lata quæ prima est, declarauit non esse apud nos moribus receptam & ad sanctissimum Pontificem ab ea Regio nomine esse supplicatum. ideo iã in actionibus forèsibus adducenda supplicatione pendente non erit.

Nec est præmittendũ quòd quando tractatur de probanda cõsuetudine fenerandi, non verò priuati actus fenerationis testes singulares admittuntur, ita tenet Iacob. de Are. qui fuit huius opinionis antesignatus in. l. testium. C. de testi. sequitur Bal. cõsi. 406. col. li. 1. & quòd vsura testibus singularibus probetur tenuit Abb. cõsi. 81. colu. 1. & cõsi. 113. colu. 3. lib. 2. Veron. cõsi. 3. colum. 4. Calder. cõsi. 5. tit. de testib. & opinionem istam communem esse fatetur Cor. cõsi. 91. colu. 13. & cõsi. 134. col. 2. & libr. 1. & cõsi. 247. col. 7. & cõsi. 34. lib. 2. & Aym. cõsi. 73. nu. 32. vol. 1. quam ibi nu. 36. veram esse censet quando cum testibus singularibus cõcurreret verisimiles coniecturæ & cū his cõsonat Regia lex. 4. tit. 6. li. 8. noui. ord. sola itaq; consuetudo fenerandi testibus singularibus probatur.

Ex quo singularitèr consuluit Federic. cõsi. 17. non valere constitutionem synodalem Episcopi qua sancitum fuerit, quòd vsurarij manifesti testibus

Extra  
Pij Quinti  
quæ dif-  
finitur for-  
mam cõ-  
stituen-  
di an-  
nuos red-  
ditus iam  
in Hys-  
pania nõ  
seruabi-  
tur.

Cõsuetu-  
do fene-  
randi te-  
stibus sin-  
gularib; probatur

singularibus conuincantur quem doctores communiter sequuntur teste Abb. in cap. Cum in diocesi. de vsur. Folle. in practi. cano. 2. par. ca. 20. num. 17.

## A manifestis vsurarijs oblationes recipientes, eosq; ecclesiasticis sepulturis tradentes.

### CAPV T, LXXXIX.

- 1 *Sacerdotes hoc crimen perpetrantes qualiter puniantur.*
- 2 *Manifestus vsurarius quis dicatur.*

**P**œna in hoc delinquentiũ est quòd maneant suspensi ab executione officij, donec satisfaciant, ad arbitrium episcopi, & restituant quæ receperunt, vt in cap. Quia in omnibus. de vsur. Hodie verò sepelientes manifestos vsurarios scienter, sententiæ excommunicationis subiacent ipso facto, à qua nullatenus absoluedi sunt, nisi prius ad arbitriũ diocesanæ episcopi satisfaciant competenter. vt in Cle. 1. de sepult. Et aduerte quòd pœna illius tex. habet locũ etiã si aliquis de mandato prælati sepeliret talem vsurariũ secundum Cardi. ibi, in. 3. q. Quis autẽ dicatur manifestus vsurarius, vide Abb. in dict. c. Quia in omnibus. in fi. vbi post Io. And. ibi, in d. ca. 1. eo. tit. lib. 6. dicit quòd ille dicitur manifestus, qui est notorius de iure, vt quia fuit conuictus & condemnatus <sup>b</sup> de vsuris, est vel notorius notorietate facti, vt quia publicè tenet altare paratũ & mutuat

omnibus volentibus capere. Et ponit etiam idẽ Abb. alia exẽpla. & vide Car. in d. Clem. 1. in. 6. colu. 19. q. vbi per vnam ferè col. hoc examinat, vbi inter alia dicit, qd si per cõstitutiones synodales esset inductus aliquis modus ad hoc qd conuictus secundum illum diceretur manifestus vsurarius, ille modus sufficeret. Ex quo ego consulerem omnibus episcopis celebrantibus synodũ, qd præmissa matura deliberatione cum iuris peritis in vna suarum cõstitutionũ declararet casus in quibus quis esset reputandus vsurarius manifestus. tũ vt cleri appertius hoc intelligeret, & sic has pœnas iuris propter ignorantia non incurreret, tũ etiam vt cum tali declaratione facilius homines ab hoc crimine cohiberet: quòd temporibus istis (proh dolor) adeò inualuit. vt neminem ferè iam id cõmittere pudeat. Et in hoc articulo, qui dicantur vsurarij manifesti, vide Sylu. in summa. 9. 9. versu. Primò autem quæritur.



**M**anifestus vsurarius. Vide <sup>A</sup> latissimè Iac. Menoch. de arbi iudi. quæst. lib. 2. cen. 3. casu. 233.

<sup>B</sup> Et condemnatus. Adde quòd iudicis condemnatio notoriũ efficit tex. in. c. vltim. de cobabi. cleric. & muli. gloss. in hoc communiter recepta in cap. 1. de vsur. libr. 6. Nec prius quis vsurarius manifestus dicitur, etiam si testibus aut alijs probationibus fuerit conuictus, quam à iudice sit per sententiam condemnatus, tradit Federi. de Sen. consi. 64. Abb. consil. 2. lib. 2. & consil. 34. libr. 1. Hosti. & Abb. in capit. cum in diocesi de vsur. Ias. consi. 78. numer. 3. libr. 3. D. Couarr. libr. 3. vari. resolu. capi. 3. nu. 4. Iac. Menoc. d. casu. 233 nu. fin. Fures.

## Fures.

## CAPVT, XC.

1 Clericus huius criminis perpetrator qualiter puniatur, & quibus ex causis statuta poena augeatur.

2 Clericus actione furti condemnatus, infamia labe afficitur.

**V**rtum est de maioribus & grauioribus, criminibus, vt not. Abb. in c. Cum contingat. col. 6. de for. compet. allegat tex. in cap. Cum non ab homine. de iudi. & in. §. Nunc autem 26. distinct. Et ideo clericus in furto captus deponitur, vt in cap. Presbyter. 81. distinct. qui tex. est ex canonibus Apostolorum. & glo. ibi, in verbo captus intelligit & conuictus per sententiam, confessionem, vel euidetiam rei. & ne aliquibus videatur poena ista grauis, & tanquam ab Apostolis (zelo illo mirabili quo sanctam Dei ecclesiam fundabant) statuta illam etiam innouauit & infixit Innocentius. 111. in cap. Tuæ. de poenis vbi censuit clericos in latrocinis deprehensos, degradatos a suis ordinibus in arctum monasterium deberi detrudi. Hosti. in super scripsit in summa tit. de condit. furt. in. §. fina. clericum de hoc crimine accusatum, confessum vel conuictum deponi debere, & in monasterium detrudi, allegando dict. capit. Tuæ. & tex. in capit. At si clerici. §. 1. de iudi. qui de hoc crimine in specie nihil disponit, allegat etiam text. in capit. Cum non ab homine, qui de poena depositionis meminit, & si detrusione nihil dicat. Et vide etiam Hosti. in summa. tit. de accusa. §. Quis sit ef-

fectus. versic. & gratia exempli, vbi connumerat inter crimina capitalia, & quæ inducunt depositionem, delictum furti. Et quod pro furto clericus deponatur, a notat Ioann. And. a in dict. cap. Tuæ per dict. capi. Cum non ab homine. Hostien. tamen ibi, vt ipse refert, ponderat verbum, *Latrocinis*, quia magis deliquit latro quam fur: & sic videtur velle quod poena illius text. non habeat locum in simplici fure, quod Panor. ibi placet, licet Hostien. & Ioan. And. non referat, & ponderando idem verbum, *Latrocinis*, dicit quod ille tex. non habet locum in simplicibus furibus: & sic quod licet clericus pro furto possit deponi, quod forte non fiet detrusio post depositionem: quia latro dicitur qui de die & cum violentia quandoque delinquit: fur autem noctu & sine ea. Eundem intellectum dat Hostien. ad dict. cap. Tuæ. vt refert & sequitur Cardina. de Turrecremata in cap. Presbyter. 81. distinct. & sic ille. tex. non loquitur de furibus simplicibus, qui non sunt corporaliter puniendi, sed de maioribus & insignibus latronibus, & Aretin. in capitu. Cum non ab homine, de iudic. col. 9. versicu. Aduerte tamen dicit quod text. in dicto. capitulo. Tuæ. in verbo, *Latrocinis*, potest intelligi de famoso latrone, qui furca suspeditur, vt in l. Capitalium. §. famosos. ff. de poena. Ego vero & si ista nominum differentia præter id quod videatur probari in l. cum duobus. §. damna. ff. pro Soci. Et in l. 1. & quod ibi notat Doct. C. de po. & in Auct. Vt nulli iud. §. fina. colla. 9. Autoribus etiam latinæ linguæ corroborari possit. Nam vt Calepino placuit, latrones dicuntur, viarum obsessores, & qui publicè, vel per vim furantur: fures vero qui occulta frau-

de decipiant, ac nocte furentur, quia tamen secundum eum plerumque indifferenter ponuntur, aliter censere considerandum, videlicet potius qualitatem & quantitatem furti, modumque furandi. Quis enim dubitat noctu sine violentia grauius posse perpetrari furtum, quam in ipso lumine solis, & cum aliqua vi? præcipue cum in Hispania nostra iam consuetudo inualuerit, quod pro vno magno furto quis poena furcæ plectatur. <sup>b</sup> Nec enim ex eo quod pontifex in d. ca. Tuæ. post depositionem detrusionis poenam inflixit, sola à latronibus, & non à furibus commissa facinora punire fuit visus. Post depositionem namque adsignari debet monasterium deposito, vbi peccata lugeat, & ulterius illa non committat, vt in capitu. Sacerdos. 81. distinctio. Cum ergo nihil nouum statuat quare pontificis mens ad latrocinia punienda, & non furta adaptari seu interpretari debet? præcipue cum in Pontificis constitutionibus, & in ætate illa Innocentij. 111. qua non sic florebat eloquium latinæ linguæ, non ita accuratè elegans & propria vocabulorum significatio seruari solebat. Quæ quidem poena depositionis & detrusionis iustius irroganda est clerico, qui furtum admixtum sacrilegio perpetraverit. Summè enim offendit clericus, qui plus cæteris debet sacra tueri, & reuereri, si illa violet, aut offendant in eis. Si autem contingat clericum in obsequio alicuius degentem, furtum committere: cum hoc delictum inter furta grauiora annumerari soleat, adeo quod Ioan. Faber scripserit in. 5. Alia deind. inst. de publi. iudi. quod familiaris, vel seruator & iuuans illum suspenditur pro primo furto: tunc iudex ecclesiasticus

grauiori poena punire debet talem clericum, quam si extrà domum eius, cui inferuit, simile furtum faceret. Quis enim domesticos fures valebit effugere, nisi eos seuerior poena quam alios à tanto facinore retrahat? In his insuper Hispaniæ regnis ab ecclesiasticis iudicibus obseruari debere credo ac cõsulo, quod sicut per leges regias in locis desertis commissa furta grauius puniantur, sic ipsi clericos talia perpetrantes grauiori corrigant animaduersione. Res enim esset perniciosi exempli ea in clericis non censere graua, quæ in ipsis laicis pro talibus iudicantur. Aliud præterea furti genus in sacerdotibus super omnia suadeo iudicibus omnibus ecclesiasticis, vt zelo maximo corrigant quoties videlicet comper tum habuerint, quod eorum aliqui in se detinent, ac habere inficiantur bona quæ morientes (maximè peregrini) apud ipsos deposuerunt, vt suis hæredibus, vel alijs personis, quibus leges illa dari non prohibent, restituant. Hoc enim grauisimum scelus iudicandum est: offenditur enim ipse Deus: violatur defunctorum voluntas, cui tantum deferunt etiam ethnicorum leges, læduntur etiam persone illæ quibus deposita dari debebant. Datur præterea sæpe morientibus occasio, vt malint impoenitentes mori, quam sacerdotibus (quos suspectos habet propter similia) animam cum bonis commendare. Degradationem verò de qua text. in d. capit. Tuæ. meminit, verbalem non actuaalem debere esse, placuit ibi. Io. And. & idem etiam voluit Abb. in c. At si clerici. de iud. col. 13. versi. ad tertiu. Et Are. in c. Cum nõ ab homine. de iudi. column. 11. versic. Addis etiã. Est præterea aduertendum circa poenam huius criminis, quod clericus cõdem-

condemnatus aetione furti efficitur infamis, sicut laicus condemnatus in foro seculari: quia quicumque secundum leges est infamis, est etiam infamis secundum canones, nisi reperiatur oppositum statutum. facit tex. in cap. Infames. 6. q. 1. & in. 6. Hic colligitur. 2. quæst. 3. Et tenet hanc generalem conclusionem Felin. in c. Qualiter. el. 2. 6. Ad corrigendos. in. 5. colum. de accusatio. Nota tamen quod si reperiretur clericus condemnatus ad restitutionem rei furto subtractæ, quod per hoc non fieret infamis: quia potest intelligi quod fuit actum conditione furtiva, quæ non infamat, & non aetione furti. Et hoc tenet Ana. in dict. cap. Qualiter. ubi illud refert Feli. in di. 6. Ad corrigendos. in col. 3. licet ipsi non scribant hoc in clericis. Sed ego credo eandem sententiã esse tenendam in eis. Vide præterea in materia huius. c. Paul. de Castro. in Auht. Sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis, in fine, ubi scribit quatuor species furum.

**A** **D** *Ep onatur.* Adde Simon. Maiol. de irregul. libr. 5. cap. 28. num. 1. & Regiam l. 61. tit. 6. par. 1. quæ idem probat. Hæc tamen depositionis pœna imponenda non est, quando furtu est parui momenti, ut scribit Abb. in c. tuæ. de pœnis sequitur. Grego. in. d. l. 61. in verbo, *El furto.*

**B** *Plectatur.* Adde quod consuetudo hæc iure fulcitur teste Bald. in auht. sed nouo iure colu. 1. in fine. C. de serui. fug. & in c. 1. 6. iniuriam. col. 2. nu. 8. in vsib. feud. sequitur. Ang. in l. quod si nolit. 6. qui absid. ff. de edil. edi. Ang. de Are. in. 6. ex maleficijs col. 2. num. 5. Insti. de aetio. & in. 6. 1. Insti. vi bonor. raptor. Ang. in tracta. maleficiorum in parte. *vestem ce*

lestẽ abstulit, ubi testatur iuxta Bald. opinionem sententia lata furem animaduertisse Abb. in ca. inter alij. nu. 31. de imm. Ecclesi. Hypp. in. l. vnus. 6. cognituru. nu. 79. ff. de quæst. Mortal. in. l. 6. tit. 5. in glo. incip. *Muera por ello.* lib. 4. for. Alcia. in. c. cum nõ ab homine. vlti. not. de iudi. quam esse se magis communem opinionem fatetur egregius Menochius de arbit. iud. q. lib. 2. cen. 4. casu. 295. num. 9. quam vsu receptam esse attestatur D. Ant. Padilla. in. l. transigere. num. 12. C. de transaction. & in superioribus Hispaniæ tribunalibus, quibus seuerius propter publicam vtilitatem, & aliorum terrorem crimina puniuntur, eam admissam esse audio. Sed Bal. opinio pluribus displicet, & contra eam tenuerunt Fulg. Sal. Paul. in. d. auth. sed nouo iure. ubi etiam Cep. & Gui. Pap. col. fi. & alij quos allegat D. Co. uarr. lib. 2. var. resol. c. 9. n. 7. Ioã. de Ana. in. c. 1. de fur. colu. 5. las. in. l. 1. col. 2. nu. 4. C. de precib. Imper. offeren. & in. 6. ex maleficijs. nu. 12. Insti. de aetioni. Agusti. Arim. in addi. ad Ang. in tracta. malef. in di. verbo. *Et vestem caelestem abstulit.* col. 5. in fine Ant. Gom. 3. tho. ca. 5. nu. 7. & hanc appellat magis comunem opinionem eam sequutus Grego. in. l. 18. tit. 14. gloss. incipi. *Matar.* part. 7. pro qua Regiam legem ibi considerat: quam opinionem multis comprobat Iaco. Boulenc. in. l. capitalium. 6. famosos. nume. 28. ff. de pen. Roland. Valle. consi. 51. numer. 43. volum. 1. & ex Theologis Domin. Soto. in libr. 5. de iusti. & iure. quæstio. 3. articul. 3. in respons. ad. 2. argum. in fine a qua quidem magis communi, & veriori opinione non auderẽ recedere, nisi vltra magnitudinem rei furatæ aliæ qualitates crimen agrabantes interuenissent.



**C** *Puniri debet.* Nota quòd opinionem istam de more reprobatur Petrus Follerius in practi. crimi. cano. 2. par. capit. 21. num. 9. dicens, opinionem istam Fabri, quam hoc loco sequitur author esse sine lege. Ipse tamen libet authorem sequor ea innixus ratione, quòd magis delinquat is cui plus credis, cum credita fide abutatur, & idèd maiori supplicio dignus & cum hæc naturalis sit ratio, aliam legem querere, infirmitas sit intellectus, & opinio ista moribus & còsuetudine recepta est.

Sacrorum  
Iusti &  
Pastoris  
copora,  
propter  
maximam  
siccitatem  
publica  
processione  
gesta fue-  
runt.

Libuit sanè antè quam huic capiti finem imponam referre & memoriæ mandare, quòd hodie. 8. die mensis Maij anno. 1578. in hoc celeberrimo Complutensi populo, quo hæc scribimus propter maximam temporis siccitatem, ab hinc multis annis in auditam, nam ab undecimo die mensis Marcij, usque ad præsentem diem totum hoc Tolet. regnù cœlesti pluvia caret, propter quòd omnes terræ fructus iam iam exiccati pereunt, & ut Deus Opti. Maxi. tot tantisque malis, sceleribusque nostris, iuste iratus suos in nos misericordie oculos còuertat: Sacratissima corpora Diuorum Iusti & Pastoris patronorum nostrorum, solennissimo commitatu omnium ordinum religiosorum, Academiaeque nostræ, nec non vniuersæ reipublicæ, per populum istum præcedentibus crucibus, aliorumque Diuorum imaginibus gesta fuerunt.

## Simoniaci.

### CAPVT, XCI.

*Huius criminis atrocitas nec non, & pœna late & seriose per totum caput explicatur.*

**R**emissa definitione, si a moniæ, quam latius examinat Ioann. de Anan. in rubr. eiusdem titulo. in. 1. column. delictum istud computatur inter grauiora crimina, ut est text. in capitulo. fina. de purga, canon. de quo quidem terribilia verba Paschalis Papa descripsit in capi. fina. 1. quæstio. 7. videlicet, quòd omnia etiam crimina ad comparationem simoniacæ hæresis, quasi pro nihilo reputantur. Vnde Sancti illi Patres Hispaniæ, qui in concilio Toletano 8. interfuerunt, videntes quòd antiquorum patrum decreta in extirpatione tanti criminis parum profecerint, præmissis pulcherrimis verbis, quibus hoc eleganter deplorarunt, huic cæcrosopho vulnere ignitum, quòd supererat ferrum iniicere decreuerunt (ut eorum verbis utar) & in Canone. 3. sub his verbis. statuerunt. *Ut qui cunque deinceps propter accipiendum sacerdotij dignitatem, quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tempore se nouerit anathematis opprobrio condemnatum, atque à participatione Christi corporis & sanguinis alienum, ex quo illum constat execrabile Christi perpetrasse flagitium. Quòd si aliquis extierit, qui accuset, ille qui hunc ordinem munerum fuerit acceptione lucratus, & suscepto honoris gradu prohibetur, & in monasterio sub perenni penitentia religetur. Illi vero, qui hac causa munerum acceptores extierint, sit clerici fuerint, honoris amissione mulcentur. Si vero laici, anathemate perpetuo condemnentur.* Ideò propter eius grauitatem aliqua specialia statuuntur in iure, nam in eo proceditur per sola signa: <sup>b</sup> & in eius odium admittuntur <sup>b</sup> præsumptiones, ut notat Abb. ex text. ibi in cap. Sicut. de simonia. Item admittuntur ad accusandum simonia-

simoniacum serui, meretrices, & criminosi, ut in cap. Tanta. eod. titu. de quo latius in cap. Per tuas. cl. 1. eod. tit. & per Abb. & Docto. ibi. Vnde ex dispositione Alexandri & Inno. Tertij. per noua iura. in eo delinquens perpetuò deponitur ab officio & beneficio, ut in capit. De hoc. de simon. & in capit. Cum super. de confess. Si tamen crimen est occultum, non deponitur, & si ipsi iudici constet, sed penitentiam secretam debet iniungere, ut in ca. Ex tua. de simo. In correctione tamen & punitione huius criminis non potest dari certa doctrina, sed secundum qualitatem simonię aliter et aliter punitur. Quia aliquando imponitur pœna excommunicationis, aliquando detrusionis in monasterium, aliquando spoliationis omnium bonorum, aliquando depositionis, aliquando est pœna centum auroreum & infamię: ut probat text. & gloss. in dict. l. 1. ff. ad legem Iuliam, de ambitu. Aliquando imponitur pœna quadruplex, & deportationis, ut patet in dict. l. 1. C. ad legem Iul. de ambitu. Ideò vide Hosti. in summa eiusdem titu. in. §. qua pœna feriatur, per totum. Et vide Præpo. in cap. præbyter. 1. quæsti. 1. in column. fina. versic. in glos. vbi etiam refert varias pœnas de iure canonico, quem etiam vide notabiliter distinguentem, videlicet an simonia committatur in ordine, vel in beneficio, & in vtroque: an passiuè, vel actiuè, & varias etiam pœnas describentem in cap. Statuimus. 1. quæstion. 1. column. 1. & 2. Item nota quòd simonia commissa in ordine suscepto nõ solum non dat executionem, & illius ordinis, sed etiam impedit executionem omnium aliorum notat Innoc. in cap. Per tuas. & in capit. Tanta. eo. tit. Arch. in cap. Ordinationes. 1.

quæst. 1. vbi vide Præpo. qui refert & sequitur eosdem in principio, qui ponit vnum casum in quo fallit ista conclusio: licet ille casus non est proprie casus fallentię, quia in eo simonia non fuit commissa in ordine, sed in consecutio ad ordinem, ut ibi per eum. Et ipsam principalem conclusionem sequitur simpliciter in ca. Statuimus. ea. caus. & quæst. in colu. 1. Hodiè tamen per constitutiones modernorum Pontificum descriptas in supplemento, in verbo Simonia. in fine Simoniacus est priuatus ipso iure beneficio, ut dicit Felin. in capit. In nostra in. 2. corollario. in fin. de rescriptis. & idem notat ipse in capi. 3. de rescript. colum. 4. referendo ad hoc consil. Ancharra. Et vide extravagantem Paul. 2. d. quæ incipit. Cũ d. detestabile (quæ habetur inter extravagantes cõmunes sub titu. de simo.) vbi imponitur pœna excommunicationis ipso facto, cuius absolutio reseruatur Papæ: & quòd in beneficijs nullatenus eis ius queratur, & teneantur ad restitutionem fructuum, præter id quòd primò innouat omnes pœnas contra simoniacos statutas, & eas incurrere ipso facto decernit. Et vi. Sylue. in summa, verbo Simonia, in versicu. Decimonono quæritur, vbi describit quatuor pœnas Simoniacorum: & inter eas meminit de extrauagan. Martini quinti, in Concilio Constantiensi, incipien. Sacro. Et ibi plura alia refert in proposito.

**R**amissa diffinitione. De A qua simonię diffinitione vide gloss. & doctores in summ. 1. q. 1. Abb. in. c. memo. nu. 6. de simoni. Sanctum Tho. 3. 2. quæst. 100. Siluest. & summistas in verbo, simonia. in principio. Do.

Soto. libr. 9: de iusti. & iure quæsti. §. artic. 1. Franc. Mar. decisio. 544. in prin. in. 2. parte. Iul. Clar. in præcti. crimin. §. simonia. in prin. & omnium latissimè Guil. Rodoan. in tracta. de simonia prima par. capit. 2. Et crimen hoc simoniæ de quo in præfenti capite differit auctor est merè ecclesiasticum, & ea ratione iudex laicus nullam in eo cognitionem habet sentit. gloss. in ca. Cum sit generale. in gloss. fin. de foro comm. quæ opinio cõmunis est vt fatetur cõp. Anani. in c. 1 n. 9. de Simo. Iuli Cla. d. §. Simonia. versi. hoc crimen.

**B** *Sola signa.* Intellige doctrinã hãc de signis euidetibus, & reum ipsum de crimine conuincentibus gloss. fin. in cap. insinuat. de Simon. quam doctores secuntur, vt fatetur Alexa. de Nouo con. 64. nu. 2. & sequenti Clar. in d. §. simonia. in fine & vide nouissimam constitutionem sancti simi Pij Pape Quinti sanctitam Romæ apud sanctum Petrum ann. incarnationis Dominicæ. 1569. felicis simi Pontificatus sui anno. 4.

**C** *Non dat executionem.* Adde text. in cap. præter. §. verum. 32. dist. & in cap. eos. 81. dist. cap. reperiuntur. 1. quæst. 2. Abb. in capi. per tuas. in. 2. num. 5. & in ca. de simoniacæ. de simon. tex. & ibi etiam Abb. in cap. si quis. de simo. Host. in summ. tit. de simonia. §. qua pœna. Sylue. in summ. in verbo suspensio. quæ opinio communis est secundũ Couar. in Clem. si furiosus. in prima parte relection. §. 1. num. 7. de homi. & Franc. Viui. libro 2. commun. opinion. opinione 254. Quæ intelligenda est, in propria simonia. quia si alius dat, aut promittit Episcopo, in scio vel contradicente illo, qui ad ordines sacros est promouendus, non peccat: & ea ratione ordinis recipit executionem, ita te-

net Bellam. quem refert & sequitur Cardin. Alexand. in cap. statuimus. & in cap. si quis. 1. quæst. 1. Martin. Nauarr. in manu confesso. capi. 25. nu. 68. quidquid dicat gloss. in dict. cap. si quis. Quod si in beneficio acquirendo simonia commissa fuerit, idque crimen publicum sit, simoniacus est ipso iure suspensus, quo ad se ipsum, & quoad alios, tenet Inn. in cap. tanta. de simon. Abb. in capi. accusatum. eo. titu. Sanct. Thom. & Caieta. 2. 2. quæst. 100. arti. 6. Dom. Soto vbi supra allegauit. Licet ab hac opinione recedat Martin. Nauarr. in manu. confesso. cap. 23. num. 110. dices, nullo iure probari. sed superiorem ipse sententiam amplector: idcirco, si simoniacus antè peractam huius criminis condignam penitentiam, celebrauerit, irregularitatem contrahit per solum Romanum Pontificem delendam. de quo lege Villad. de irreg. capit. de simoniaco. Couarru. d. §. 1. & de pœnis simoniæ tam in ordine quam in beneficio multa scribit Guillelmus Rodoan. in tracta. de Simonia. 4. par. cap. 11. cum sequentibus.

*Extrauagantem Pauli Secundi.* Adde quod dictæ constitutionis ultra auctorem meminit Feli. in capi. de cetero. colum. vltim. de re iudi. & in c. in nostra. corro. 2. de rescrip. Floren. in. 3. par. tit. 24. c. 65. Roch. de Cur. in tracta. de iure patron. in verbo, Et vtile. quæst. 3. Extrauag. Pij Quinti, quæ incipit cum primum. per quam inuolabiliter obseruari præcipitur, Circa quam primò notandum ceseo, quod nulla Simonia neque mentalis neque cõventionalis, si modò alioquin nõ fuit realis, inducit tituli priuationem ipso facto, nec excommunicationis sententiam infligit, nec prædicta Extrauagan. Pauli secundi compræ-

**D** Interpretatur Extra. cõfi. Pauli secundi. Pont. Na. xi. quæ incip. cum detestabile.

comprehenditur, secundum Romanæ curiæ interpretationem quã Rotæ summum prætorium iam pridem sequi testatur Cassado. decis. 5. Ludou. Gome. in reg. de trienna. quæstio. 12. D. Couarru. in reg. peccatû. 2. par. relect. 5. 8. de regul. iur. libr. 6. Martin. Nauarr. in cap. si quando. 4. excep. de rescript. & in capit. vltimum. 24. de Simon. quidquid reclamet Petrus Rebuff. in practi. benefi. 3. part. titu. de Simon. in resigna. nu. 20. pag. 496. Et licet Petrus à Naua. in tract. de resti. lib. 2. cap. 2. nu. 422. aliquibus rationibus opinionem istam euertere contendat, tandem communem, & vsu receptam esse agnoscit, nec ab ipsa audet recedere.

Secundò, quòd nec locum obtinet, contra omnes, sed solum contra eos, qui Simoniam committunt dando, vel accipiendo, & ideò minimè procedit, nisi in ea Simonia in qua ad opus dandi, & accipiendi peruentum sit, ita quòd sola datio precij non sufficeret, nisi eius ratione beneficium conferatur, ita declarat egrægius Nauarr. in manu. c. 23. nu. 103.

Tertiò, quòd nullus Simoniacus præterquam in ordine & beneficio, est ipso iure excommunicatus, notat Siluest. in summ. in verbo Simo. quæst. 9. Nullo equidem antiquo iure, Simoniacus erat ipso iure excommunicatus, & ius nouum dictæ Extrauagan. constitutionis, tantum excommunicationis sententiam ipso iure imponit, contra Simoniacos in ordine & beneficio, & ea ratione ad alios extendi non debet.

Quartò, quòd illa verba dictæ constitutionis ibi, *In officijs ecclesiasticis*, &c. intelligenda & interpretanda sunt, in officijs tantum, quæ sunt beneficia, vt in cap. de multa. de præb. capitu. cum accessissent. de constitu.

Vndè qui emit aut conducit vicariam spirituales iurisdictionem habentem, non est ipso iure excommunicatus, nec inhabilis ad ecclesiastica beneficia, cum talis vicaria non sit beneficium vt latè congerit Felin. in capit. postulasti. de rescript. secus autè si vicaria esset perpetua, quæ est beneficium, vt in Clem. 1. de offic. vicar. Nauarr. vbi paulò antè allegauit.

Quintò, quòd dicta pœna hodie incurritur, si aliquid pro collatione quorùcunq; ordinum, etiam clericalis tonsuræ, aut pro literis dimissorijs aut testimonialibus, vel pro sigillo, vel alia quacunque de causa Episcopi, & alij ordinum collatores, aut eorum ministri, etiam spontè oblatum recipiant. Sic disponit sacrosanctum Conc. Trid. Sess. 21. c. 1. de reforma.

Sextò, quòd ad hoc vt locus sit pœnis dictæ constitutionis, oportet quòd datio præcedat collationem ordinum vel beneficiorum, non verò sufficeret si sequeretur. argum. gloss. not. in cap. emendari. 1. quæstio. 1. & tradit Nauarr. in manuali. confes. cap. 25. nu. 68.

Septimò quòd licet in emptione, vel venditione pensionis Simonia committatur, non tamen ea excommunicatio inducitur ipso iure, quia dicta Extrauag. constitutio solum excommunicat Simoniacum in ordine & beneficio quorum neutrum est pensio & ea ratione tanquam pœnalis restringenda & non amplianda est tenet Martinus Nauarr. in manu dicto. cap. 23. num. 11. & ita hoc anno, 1584. consului.

Nec circa huius capitis pœnas prætermittendum est, cum Simoniacis pœnis illaqueari, qui inconfidentiam (vt vocat) beneficiorum fructus aut pensionum acceperint, est quidè hoc turpissimū genus depositi, nepe

Declaratur Bullæ Apostolicæ Pij Quarti & Pij Quinti, circa confidentiam vt quis loquatur.

vt si quis beneficiū, aut pēſiones alie no nomine recipiat, quōd genus criminis cūm ad Simoniacam prauitatem spectet. Pius Quartus necnon Pius Quintus sanctissimi Pontifices, per bullas suas circa hoc promulgatas, grauiſſimis pœnis puniendum curarunt. Nimis equidem in Romana curia labe hæc irrepserat. Ideoque omnes etiam Episcopi, Patriarchæ, vel Cardinales hoc crimen committentes, ab ingressu Ecclesiæ arcentur, quam si ingrediantur irregularitatis labe contaminantur, iuxta tex. in cap. is cui. de senten. excommunic lib. 6. Inferiores verò excommunicationis Papalis sententiam ipso facto incurrunt, vt patet ex Bulla Pij Quarti ann. 1546. & Pij Quinti. anno. 1569. sunt sanè ( vt ibi sanctitum est ) qui sic delinquent inhabiles ad omnia alia beneficia, & solis præsumptionibus, testibusque singularibus, in criminis huius detestationem probatio, ad dictam pœnam infligendam fieri potest.

Et non solum dicta Simonia, ex titulo confidentiæ committitur ex parte conferentis resignantis, & presentantis, sed etiam mediatoris & recipientis eo modo beneficium, vt decretum fuit à Pio Quinto dicta cōstitutione ann. 1569. quæ ab illo anno promulgata est.

Perpetratur sanè crimen hoc multis modis, scilicet si quis resignet beneficium alicui, pascendo vt pensio sibi soluatur: sine Pontificis consensu.

Vel si quis nollens ad ordines faeros promoueri, vt beneficium requirit, vel nollens adstringi ad residentiam, resignet in alicuius fauorem, sine prædicto assensu.

Vel si criminofus, aliquo modo irregularis, beneficiū resignet, vt obtē

ta postea dispensatione, ab irregularitate idem beneficium recuperet.

Vel si quis beneficium vacans impetrauit, eo pacto & lege imposta, vt ad mandatum alicuius sit dimissurus, vt alio conferatur.

Vel si quis potestatem habens conferendi, præsentandi, aut instituendi in beneficio, contulerit, præsentauerit, instituerit, vt de fructibus aliquid sibi vel alijs conferatur.

Vel si quis ad effectum litis pendentiæ super beneficio, alicui dignitate vel pōtentia superiori resignauerit, vt obtenta victoria alteri resignetur, aut sibi restituatur, qui casus sunt notabiles, & antè quam dictæ extrauagantes emanarent erant frequentissimi circa quos & alios lege Simo. Maiol. de irreg. lib. 5. cap. 45.

## Ac periurij

### CAPVT, XCII.

- 1 *Sacerdos propter hoc crimen periurij ab ordine & beneficio est deponendus.*
- 2 *Qui promissionem interpositione fidei vallatam fregit, an ordinaria pœna periurij sit puniendus.*
- 3 *Clericus propter periurium an sit ipso iure beneficio priuatus, vel per sententiam priuandus.*
- 4 *Collatio beneficij periuro facta, an sit nulla ipso iure.*



**P**ropter periurium potest quis deponi ab ordine & beneficio, vt est text. in cap. presbyter. si. distinct. qui dicit, quōd presbyter aut diaconus captus in periurio deponitur, ita no

tat

tat Abb. in capit. Querellam, de iur. iurand. in. 2. nota. qui hoc dicit probari, in cap. Cum non ab homine. de Iudi. & dicit facere text. in capitu. Si quis episcopus. l. distinct. Et notat idem Abb. in dict. cap. Cum non ab homine. in. 4. not. ex quo dicit Cardin. Iacoba. in tractat. de concilio in lib. 2. arti. 5. colum. 2. quod quando vocati sunt ad concilium generale illi qui iurauerunt secundum formam cap. Ego enim. de iur. iur. si non veniunt possunt deponi à suis dignitatibus, quia sunt periuri, & periurium inducit pœnam depositionis. Et quod propter hoc delictum remouetur quis à beneficio, notat idem Abb.

2 in cap. 2. in. 1. nota de rescrip. Quod extende in clerico qui fregit promissionem vallatâ interpositione fidei:

a quia talis eadem pœna punitur, tenet Ioann. And. & Hostien. in cap. Querellam. ne prala. vices su. Abb. in dict. cap. Querellam. de iur. iuran. Quos sequitur Ang. in summa, in verbo periurium in. 5. 11. licet Arch. Anton. & Card. teneant contrarium in locis ibi relatis. Et hanc etiam opinionem. Hosti. & Abb. sequitur Felin. in dict. cap. querellam. in column. penultim. licet contrariam opinionem dicat benigniorem. Eandem etiam sequitur Ioann. de Selua, in tract. de beneficio, in. 3. parte principali, in quæstio. 3. Vi. tamen Ioann. Staphileum, in tracta. de gratijs & spectatiuis. fol. 28. vers. Tertio periurus, vbi dicit quod pœna priuationis non habet locum in eo, qui venit contra fidem promissam qui solû allegat Rotam decisi. 134. incipienti: Nota q̄posito in antiquis. quod dicit esse

3 notandum. Et aduerte quod periurus non est priuatus beneficio ipso iure, sed priuandus,

c vt sentit Abb. post alios, in cap. 2. de rescr. vbi vide

Felin. in. 1. column. qui refert alios idem tenentes, & dicit hanc esse communem opinionem: licet Barb. ibi teneat contrarium, imò quod statim sit priuatus, cuius fundamenta ipse refert & soluit, & contra eandem communem opinionem tenet idem Barba. in dict. cap. Cum non ab homine de iudi. in colum. 2. per tex. in dict. cap. querellam. quem coniungit cum alijs iuribus contra Abb. ibi. Qui tamen sibi contrarius in rub. de iureiurand. in Clemen. in colum. 5. sequitur communem opinionem prædictam sequendo. Card. in dict. capit. Querellam, vbi illam tenet. & vide eundem Fel. in cap. ex parte. lo. 1. de rescrip. 1. col. Et hanc etiam opinionem dicit esse communem Ioan. de Selua, vbi supra. & vide Petrum Rebus. in tracta. de pacificis possessoribus, in pagina. 37. colum. 2. vbi dicit quod licet opinio quod periurus nõ est priuatus ipso iure, sit communis: tamen opinio contraria potest sustineri in puncto iuris, & respondet ad aliqua fundamenta contraria, qui plura cumulat in proposito transferendo ferè dicta per Felin. in dicto. cap. 2. Item notat quod collatio beneficij facta periuro est ipso facto nulla, notat Abba. in dict. cap. querellam sequitur Angel. in summa, in verbo periurium. 5. 12. Contrariam tamen sententiam tenet Cardin. in dicto capitu. querellam, cui adheret Felin. ibi, in column. 3. quam etiam conclusionem videtur tandem tenere idem Felin. in cap. 2. in colum. 3. de rescriptis licet prius in colum. precedenti plura retulerit pro contrariâ opinione, videlicet quod collatio facta periuro, vel alijs criminoso est nulla. Et vide eundem latissimè de hoc scribentem in cap. ex parte, el. 1. de rescrip. colum. 2. numer. 2. Et vide Ioann.

de

4 de Selua, vbi supra: & vide Petrum Rebuff. vbi supra, in pagina. 36. colum. 2. vbi tenet quod collatio facta periuro est nulla, & refert aliquos doctores ad hoc quod tamen intelligit, quando quis esset per sententiam condemnatus & declaratus per iurus, & postea fieret eidem collatio & dicit quod Papa non dat priuationem pro periurio, nisi sit periurium iudiciale, allegat regulam Alexand. Papæ. 6. in rubr. de signatura gratiæ. Et vide Ioann. Staphileum, in tracta. & loco supra allegatis, vbi dicit quod signatura non dat priuationem beneficiorum pro periurio, nisi sit iudiciale.

A  
Nota in  
perjurij  
detesta-  
tionem



**D**eponitur. Vide Regiam. l. 61. tit. 6. par. 1. Nec iniuria quidem clericus periurus tam graui poena plectendus est cum crimen periurij grauisimum & detestabile sit. *Non pererabis in nomine meo*, ait Dominus Leui. 19. & Matth. capi. 5. & alibi, *Eyotestis velox maleficij & periurij*. Malach. 3. & Zachar. cap. 5. inquit. *Maledictio commorabitur in domo iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & consumet eam, & ligna eius, & lapides eius.* Admonet omnium ferè gentiù quæ Deum aut aliquam religionem habuerunt consensus, non peierandù ne vindicta Dei sequatur vt antiqui etiam Ethnici prodiderunt. *Nemo*, inquit Plato. li. 11. de legi. *Deo inuocato mendacium dicat, aut decipiat aut adulterare verbo vel re, quicquam audeat, nisi Deo, velit odio esse, cui quidem primum odio est, qui falso iurans Deum parui pendit.* Quod videtur Aristot. voluisse in Retho. ad Alexand. vbi agit de iureiur. dum ait. *Nemo vellet perse-*

*rare cum diuini supplicij metu, tum dedecoris apud homines.*

*Eadem poena.* Vide quæ scribit D. Couarruu. in cap. quamuis pactum. 1. par. relectio. §. 2. nume. 2. de pact. in. 6.

*Sed priuandus.* Adde glo. & doctores in cap. querellam. de iureiurand. glo. in cap. quicumque. 6. quæst. 1. & in capit. illud. de excessib. prælato. Abb. in capit. 2. de rescrip. quo loco opinionem istam communem esse fatentur. Deci. & Ripa idem asseuerat Cæsar Lamber. de iure patron. 2. par. 2. libr. quæstion. 9. artic. 15. eandem veram esse censet And. Alciat. in ca. cum non ab homine. de iudi. & esse magis communem opinionem fatetur Ludo. Gome. in §. Item si quis. num. 28. Insti. de actioni. Iuli. Clar. in practi. crimin. §. periurium. in prin. ver. Item clericus. & eam sequitur Franc. Mar. decisio. 667. num. 3. in. 2. par. Non tamen singulariter quod licet periurius non sit ipso iure beneficio priuatus, superior tamen bene potest supersedere, & non admittere renunciationem beneficij ab eo factam, donec causa criminis definitiuè fuerit iudicata. Dom. consi. 105. col. 2. sequitur Probus in addi. ad Ioann. Monach. in capit. ad Apostolicæ. de re iudi. lib. 6. num. 12. Quæ quidem opinio (vt liberè dicam quod sentio) mihi nunquam placuit, si enim clericus periurius, vel homicida, vel alius quousque priuetur, iure retinet beneficium, & fructus suos facit, sicut si nullum crimen commisisset, & iuris amissio per sententiam est infingenda. cur igitur iuri quod habet, non poterit renuntiare: certè nulla ratio in contrariù excogitari potest. Ideoque sententia priuationis: post renunciationem lata, nullius momenti est, cum iam clericus beneficio careat

C  
Clericus  
propter  
periurij  
non est  
ipso iure  
beneficio  
priuatus.

Superior  
an possit  
nō admit-  
tere be-  
neficij re-  
nuncia-  
tionem à  
periuro  
factam.

Rota in nouis decisio. 491. Ludou. Gom. in regul. de annl. quæstio. 42. D. Couarruu. in Clemen. si furiosus. 2. par. §. 3. numer. 7. de homi. & vide quæ scribo infra capit. 94. litera. A.

Periurii  
absq; do  
lo comif  
sum non  
punitur.

Excusatur clericus ab huiusmodi pœna si probet periurium, absq; dolo commissum fuisse. Bald. in l. obseruari. §. proficisci. colu. 3. ff. de offic. proconsu. quam opinionem communem esse fatetur Ias. in l. videamus. in prin. ff. de in litem iurand. Cagno. in l. si quis maior. num. 185. C. de transa. vbi Clauden. num. 41. sequitur Auend. demanda. Reg. 2. par. cap. 27. num. 10.

Nec quã  
do prop  
ter diffi  
cultatem  
iuramen  
tũ nequit  
adimple  
ri.

Similiter clericus à dicta pœna immunis rederetur, propter difficultatem ad implendi iuramentum. gloss. not. per illum tex. in cap. breui. in gl. 1. de iureiur. quam esse communiter receptam fatetur Gom. Ari. Hispanus in l. 65. Tauri. nu. 30. Iuli. Clar. in pract. crim. §. periurium. & plures alios casus in quibus quis à reatu per iurij excusatur scribit Petrus Auedanus vbi paulò antè allegauit.

Laicus  
periurus  
ab Eccle  
siastico  
iudice  
punitur.

Nec illud est prætermittendum, qd non solum clericus ob crimen periurij, à suo ecclesiastico iudice condignis iuris pœnis puniri debet, sed etiã laicus cum crimen hoc mixti fori sit itã scribit Ioã. And. in c. licet de iureiurand. libr. 6. sequitur Alexandr. in addi. ad Bar. in l. omni nouatione C. de sacro. Ecclesi. Guid. Pap. consi. 29. Couarruu. in. 4. Decretali. 2. par. cap. 6. num. 20. & est communis opinio forensi vsu recepta.

C  
Beneficij  
ecclesia  
siastici  
collatio  
periuro  
facta an  
teneat.

Nulla. Adde text. optimum in ca. accedens. de accusa. Deci. in cap. delicti. colum. 2. de excep. Nicol. Mill. in repertor. in verbo, periurus. Capell. Tholosa. quæstio. 17. quam opinionem communem esse fatentur D. Couarruu. in dict. capi. quanuis pa-

ctum. in. 1. par. relect. §. 7. num. 3. Cæsar Lamb. de iure patro. 1. par. libr. 2. quæstio. 9. artic. 15. Iul. Clarus. dict. §. periurum. versic. item clericus. quã insignis Couarruu. dict. §. 7. dupliciter limitat, Primò quando infamia quæ ex periurio oritur esset notoria, secundò quando collatio beneficij periuro facta fuerit, autoritate literarum Apostolicarum ad beneficia, quem vide quia huius rei rationem adducit.

## Falsi testimonij rei.

### CAP V T, X C I I I.

1. Clericus, qui falsum dixerit testimonium, punitur depositione & detrusione in monasterium, ibi tanti sceleris pœnitentiam agat.
2. Clericus, qui coram iudice laico falsum dixerit testimonium, non potest ab eo puniri.

**R**esbyter aut diaconus dicens falsum testimonium ab officij honore depositus, in monasteriũ detrudatur, itã censuit Concilium Agathense, vt Gratianus tradit in capitu. Si episcopus. 50. distin. vbi vide Præpo. intelligentem illum text. quando clericus est de hoc crimine directè accusatus & conuictus, vel in iure confessus: secus autem si non constat de illo via directã, sed incidenter, videlicet quando contra clericum in testem productũ probatur exceptio falsitatis, quia tunc non debet deponi, nec etiã propter hoc infamari, sed tantum repelli à testimonio. & vide Hosti. in summa, de accusa.



cusa in. 6. Quis sit effectus. versic. Et gratia exempli, vbi hoc crimen falsi testimonij commemorat inter crimina capitalia, quæ inducunt depositionem: & hoc procedit siue in civili, seu criminali causa clericus dicat falsum testimonium secundum Card. de Turre cremata post Hugo. in capit. Presbyter, Diaconi. 5. quæst. 6. qui text. est. 6. ca. Qui iuxta. eiusdem causæ & quæstionis: quod etiam voluit Archi. ibi. Ego verò in hoc articulo maximè considerandum censeo qualitatem causæ, in qua clericus falsum testimonium dixit: grauius enim est puniendus clericus, qui in causa criminali falsum testimonium dixit, quam qui in civili, & in ipsis criminalibus causis grauius si damnū fuit subsequuntur ex suo testimonio, quam si non, considerata qualitate damni vel iniuriæ illius contra quæ deposuit. In his præterea regnis, qui  
**b** bus ex lege eorum <sup>b</sup> imponi debet testi falsum deponenti eadem pœna, quæ imponderetur accusato, si verum esse delictum de quo impetitur. Multū debent Iudices ecclesiastici aduertere, quòd grauius quam alibi punire debent clericos in hoc delinquentes, cum videant tan grauitèr puniri laicos in similibus, & istud delictum graue sit in oculis populorum huius regni. Quando autem clericus dixit falsum testimonium coram iudice seculari, verior & communior opinio est quòd non possit puniri per eum,  
**c** neque principaliter, neque indicenter, vt voluit Hosti. cuius opinionem tenet Ant. post Inno. & Ioan. And. in cap. Verum. de for. compe. vbi vide Barba. col. 10. cum duabus seq. & Ioan. And. in cap. At si clerici. de iudi. & communiter Canonistæ in ca. Dilectus filius. de pœn. & in capi. 2. crim. fal. vbi per Ana. post alios. &

& hanc opinionem sequitur Matth. de Affi. in deci. Neapolitanis, deci. 230. incip. fuit per relatores.



*Extradatur.* Adde quòd sacri Apostolorum canones sacerdotes falso iurasse deprehensos sacra dignitate priuant, vt habetur in canone 24. in canoni. Apost. & vide Abba. in cap. 1. de crim. fal. Dom. Couar. in cap. quanius pactum. 1. par. relecti. 6. 7. num. 6. de pact. lib. 6. Quæ quidè pœna iustissime sacris canonibus contra clericum falsi criminis reum infligitur, & detestabile Deum enim citare in testem mendacij, nephandum scelus est. vt ait Philo lib. de calogo. & vt inquit Isidorus libr. 3. de summo bono testis falsidicus tribus est personis obnoxius. Primùm Deo, quem perierando contemnit. Deinde iudici quem mentiendo fallit. Postremo innocenti quem falso testimonio lædit. Hinc Solomon immagnitatem celeris demonstrans scribit, Prouer. 6. *Testem fallacem odit Dominus.* Et huius criminis atrocitas ex eo nostrorum traditionibus liquet. Nam generalis Principis criminum remissio falsitatem non abolet. Bart. in l. Lucius. ad finem. ff. ad Sena. consu. Turpi. Hypo. rub. ff. de fal. num. 12. quo loco scribit. Quòd licet quādo reus alicuius criminis, qui ad supplicium ducitur si ei Cardinalis obuius fiat liberari debeat: non tamen falsarius. Ang. verò in. 6. iniuriam. in aucthe. de nup. scribit, falsitatem homicidio detestabiliorem esse. Lucas de Penna in l. milites. column. 4. C. de digni lib. 12. fatetur nobilitatem ex crimine isto perdi.

Excusatur clericus ab huiusmodi pœna, quando falsitas nociua nō

est,

**A**  
 Nota  
 in falsi  
 testi-  
 monij  
 detesta-  
 tionē.

Falsitas si  
 nociua  
 non est,  
 pœna or-  
 dinaria nō  
 punitur.

est, quo casu in hoc falsi crimine pœna imponi debet. ita videtur sentire glo. in l. damus. in verb. priuatas. C. de fals. & in capit. quanto de iureiuran. Bart. in l. 1. §. vlti. ff. de fals. Cor. consi. 182. colum. penul. lib. 4. & heruditissimus Roland. Vall. consi. 38. num. 22. & 44. lib. 1. & alios eiusdem sententiæ refert Hyppo. in l. 1. §. præterea. num. 14. ff. ad leg. Corn. de Siccar. sed verior est contraria opinio quod saltem extraordinaria pœna sit imponenda ita Bald. in l. 1. nu. 2. C. de sepulch. viol. Vanti. in tracta. de nulli. tit. quoties & intrâ quod tempus. num. 62. Afflict. decisio. 21. nu. 13. quam opinionem communem esse fatetur Hyppoli. in §. 1. præterea. num. 23. Iacob. Menoch. de arbi. iudi. q. lib. 2. cent. 4. casu. 306. n. 22. eadem magis communem appellat Ludo. Bologni. consi. 30. col. pen. Plotus qui multos eam tenentes allegat in tracta. de in litem iur. §. 43. n. 15. & eam communem dicit. Iul. Clar. in pract. cri. §. falsum versicu. Item excusatur.

*Nec quando falsitas circa accidentalialia committitur.*

Secundò excusabitur clericus, ab huiusmodi ordinaria pœna, quando falsitas circa accidentalialia causæ perpetrata fuit. ita sing. tenuit Iacob. Butri. in l. Lucius vbi Ang. ff. de his qui not. infam. Bart. in l. si ex falsis. num. 10. 2. lect. C. de transactio. Specul. in titul. de teste. §. 1. versicu. Item quòd aliquid. Addi. Bar. in l. eos. colum. 2. ff. de fals. Deci. in l. 1. §. creditum. num. 7. ff. si cert. peta. & in capit. licet causam. num. 22. de probationibus. Ias. in l. 2. numer. 22. C. de bono possession. secun. tabull. & in l. si duo. §. idem. ff. de iureiurand. Hyppol. sing. 76. & in l. 1. §. præterea. ff. ad leg. Corn. de Siccar. Curt. Iunior. consi. 122. numer. 8. Socin. Iunio. consil. 31. nume. 28. Gramma. decisio. 43. numer. 4. & decisio.

60. num. 16. Iacob. Menoch. de arbi. iud. quæstion. libr. 2. centu. 4. casu. 306. & est communis & receptissima opinio vt colligitur ex Hypp. consi. 70. n. 11. Iul. Clar. in pract. cri. §. falsum versicu. sed quid si testis.

Tertiò ab hac ordinaria pœna clericus erit immunis, quando falsitas sine dolo commissa fuerit, nempe per errorem: quia falsitas non committitur sine dolo. l. nec exemplum. l. si quis de Curio. C. de fals. tradunt omnes in capi. cum Ioannes. de fide instrument. Parisi. consil. 169. num. 56. & 60. lib. 4. Ioann. Bapti. Plotus in dict. tracta. de in litem. iur. §. 43. numer. 15. quam asseuerat esse communem opinionem Socin. Iuni. consil. 39. num. 83. lib. 2. Et indubiò præsumendum est falsi crimen à clerico commissum minimè fuisse, quando causa aliqua non interuenisset. vt eleganter responderunt Socin. Seni. consi. 227. colum. 1. lib. 2. Aymon. consil. 75. num. 14. Quòd omnibus criminibus commune est, ad tollendam, vel inducendam criminis suspicionem, si causa defecerit, vel ea interuenerit. l. verum. ff. de furt. capit. occidit. 23. quæst. 8. Huc pertinet Ciceronis locus in oratione pro Roscio Amerino dū illū defendit, q̄ parentem nō occiderit causam cōsiderat, & his verbis vtitur. *Nā vt illud incredibile est mortē oblatā esse patri à filio sine plurimis & maximis causis: si hoc verisimile non est odio fuisse parētī filiū, sine causis multis & magnis & necessarijs.* Et idē Cicero in oratione pro M. Cælio ita scribit. *Qua fuit causa quamobrem ista mulieri venenū vellet dare Cælius. Et paulo post credibile est igitur tantū facinus nullam ob causam esse commissurum.* Accedit etiam egragia eiusdem Ciceronis sententia in oratione pro sexto Roscio, cuius verba hæc sunt.

*Falsitas sine dolo pœna ordinaria non puniatur.*

*Sic enim vita hominum est ut ad malefium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere. Nec ab hoc alienus est celebris Aristotikis locus lib. 2. Rhetori. qui sic loquitur. Alius locus est a causa: ut si causa extiterit factum esse dicatur, si non extiterit, non esse factum. Nam simul causa est cum eo cuius est causa, & sine causa nihil est.*

In crimine hoc cum per Inquisitionem proceditur ordinaria & pœne locus nō est.

Quartò pœna ordinaria imponenda est quando iudicio ordinario & mediante accusatione proceditur, secus si per Inquisitionem procedatur quia tunc arbitraria pœna est infringenda. glo. in l. nullum. C. de test. practi. Pap. in forma iura. testi. in gloss. verbo. falsitate. num. 4. D. Couarru. in. cap. quanuis pactum. 1. part. relection. §. 7. num. 5. de pact. in. 6. Iac. Menoc. d. lib. 2. de arbi. iudi. quæsti. Cen. 4. casu. 306.

Nec quādo falsū testimonium absq; iuramento proferitur.

Quintò minimè locus est pœne ordinariæ, quādo clericus falsum testimonium dixit, non interposito iuramento ex Bal. sent. consi. 106. vol. 1. Ang. consi. 194. col. 2. in fin. Rober. Meri. in spec. advocat. in par. inci. sextus actus qui emergit in iudicio. nu. 21. Plotus. d. §. 43. n. 10. sed opinionē contrariam, quòd falsi pœna imponenda sit, quando falsum committitur absq; iuramento tenuit Bar. in l. si quis legatum. nu. 3. ff. de fals. quam opinionē communē esse fateatur Alex. in l. edi. §. cū autē nu. 6. ff. de edend. Cur. Seni. in tract. de testi. conclusi. 15. nu. 4. Iul. Clar. lib. 5. recept. sent. §. falsum. versi. tu scis quā ipso libenter sequor.

**B** *Ex lege eorum.* Est equidem de hac re Regia. l. 83. Tauri quòd iuri communi consonū est. l. 1. §. prætereā ubi latè Hyppoli. ff. ad leg. Corn. de Siccar. quam tanquam sing. allegat Corset. in sing. in verbo, testis falsus. l. qui falso. vbi glos. ff. de testib. capit.

fatis. 23. quæst. 5. cap. hæc imago. ibi. Et diuinis legibus prius sanatum fuit Deuter. cap. 19. & Dani. 13. tradidit latissimè Bald. in l. data opera. num. 20. C. qui accusat. non poss. lat. in l. etsi legibus. num. 6. C. si contra ius vel valita publi. & in l. Diuus. ff. de re iudica. Bofsi. in tract. rerum crim. tit. de falsi. num. 138. & 169. Hyppo. in. l. qui falsam. in fine. ff. de falsi. Sic sanè in sacris tribunalibus factè Inquisitionis falsidicus testis tallionis pœna punitur Iacob. Septim. in catho. institutu. capit. 62. num. 33. vbi allegat instructionem. 4. Toletanam idem Enchirid. Inquisi. titu. 28. vbi. num. 3. allegat constitutionem Papæ Leonis decimi, qua decretum est testem falsum, qui innocentem opprimere tanquam hæreticum voluit, curiæ seculari relinquendum esse. Urget equidem maior ratio in crimine hæreticæ prauitatis, ut tallionis pœna imponatur, quam in alijs criminibus cum in eo testium nomina non publicantur capit. fin. de hæreti. in. 6. & datur maior ansa ferendi falsum testimonium. Quæ pœna locum habet, etiam si accusatus non fuit punitus, nam illud præter testis intentionē contingit & est veluti per accidens quòd non mutat naturam subiecti. l. naturaliter. §. à puni. ff. de acquiren. rer. dom. notat in terminis Ioann. Rojas in tracta. de hære. 2. par. octaua assertione. num. 160.

Testis falsidicus qui pœnis in sacrosanctæ Inquisitionis tribunalibus punitur.

In Romana quidem Curia supremus & generalis sacrosanctæ Inquisitionis senatus, minimè consuevit testes falsos seculari curiæ tradere. Sed alijs pœnis eos punit ut testatur Fran. Peñā ad. directorium Inquisitorum. 3. parti. Scho. 128. pagin. 252. ex quo ipse asseuerat, quòd quando talis casus euenerit info.

Praxis supremi senatus inquisitionis Romane Curie.

inferiores inquisitores in consulto supremo inquisitionis Senatu, non debent testes falsidicos qui grauitèr nocuerunt curiæ seculari puniendos relinquere. Itaque si testes falsi de vera & formali hæresi, contra aliquem depossuerunt, qui vt hæreticus negatiuus combustus fuit, & eius bona fuerunt publicata, si inquisitores pro tam graui crimine existimauerint ad condignam punitionem, & criminis vindictam, testes sæculari curiæ tradendos: oportet vt consulant generalem senatum Inquisitionis, quia tam grauis pœna absque expressa lege canonica prætextu cuiuslibet opinionis huius, vel illius doctoris, facile imponenda non est, quia decretum illud Leonis Decimi Pontificis Max. non est vbique receptum, nec volut lex vniversalis obseruatur: quòd si ipsi propria autoritate eos punire decreuerint, pœna perpetui carceris, aut condemnatio ad triremes erit imponenda, productis prius tanti criminis reis, in publicum spectaculum, coram quo eius facinus publicetur. Ita Eymericus in. 3. parte. Director. inquisitorum in. 12. modo processum fidei terminandi. num. 209. pagi. 339. column. 2.

Quibus assimilari possunt illi testes, qui licet nõ de formali hæresi depossuerint, grauisimum & irreparabile damnum intulerunt horrendaq; facta, vel dicta contra aliquem falso affirmarunt, ex quibus vehemens hæresis suspitio orta fuit.

Quòd si testes leuiter nocuerint, mitiori pœna arbitraria plecti solent. teste Zanchino in tract. de hæreti. c. 14. Quæ frequentissimè ea imponi solent, vt infami tegumento inducti, in publicum spectaculum, vel fidei actione producantur, & eorum crimine publicato fustibus cæsi, vel in trire-

mes, vel in exilium, prout qualitas commissi criminis postulauerit, miti solent. Siman. dict. titutul. 62. numero. 91.

Et quòd de testibus falsis, scriptissimus locum obtinet, in illis qui donis præcibus, aut precio, testes vt falsum testimoniũ proferant corrumpunt, imò plus delinquere isti videntur quia prius habent nocendi animũ. Idem in eo qui mandauit. l. is damnus. ff. de regul. iur. vbi Dec. Cagn. & alij interpretes Siman. d. titulo. 62. numero. 96.

*Non potest puniri per eum.* Adde Bar. in. l. D. Pius. ff. de fals. Paul. de Cast. in. l. nullũ C. de test. quã opinionem cõmunem esse testan. Cur. Iuni in. l. 1. n. 23. ff. de iud. Ioã. Long. in re peti. l. Imperiũ. nu. 142. ff. de iurisd. omni. iud. Rolan. Valle qui multos al legat con. 12. n. 48. vol. 2. Capi. deci. 2. n. 13. Dom. Coua in pract. q. c. 18. n. 8. Domi. Anto. Pad. in. l. transigere. n. 112. C. de transact. Boss. in pract. crimi. ti. de fals. n. 10. Iuli. Clar. in practi. cri. §. fi. q. 38. vers. sed hic quæro. & hanc opinionem magis cõmunem esse testantur Mar. in specul. aur. aduoca. 6. par. in. 12. actu. n. 4. & Matt. de Afflict. dicēs eã tutiore esse decis. si. Neapol. 230. Ioã. Graci. in reg. & fall. reg. 9. n. 6. Quãuis glo. Cin. Bal. & Sali. in d. l. nullũ. contrariã opinionem professi. fuerint & Federi. consil. 93. eamq; apud Gallos seruari testatur Guil. Bened. in c. Rainuntius. de testa. in verbo & vxorẽ nomine Adelasiam. num. 434. Sed nostri autoris opinio verior est & communior & sequenda. Quam vltra supra allegatos comunior opinionem esse profitetur, doctissimus Doctor Didacus Sahagun qui in inclita Salmãticẽsi Achademia vesperorum cathre dã iuris Põtificij magno cũ nomine

C  
Clericus  
falsum te  
simoniũ  
proferens  
corã Iu-  
dice sæ-  
culari, ab  
eo puniri  
nõ po-  
test.

Doctor  
Didacus  
Sahagun  
laudatur.

moderatur, in elegantissima illa & omnibus numeris absolutissima relectione tex. in c. fin. de sequestratione num. 91. benè tamen poterit secularis iudex in civili causa cognoscere, de falsitate quam coram eo clericus commisit, nò equidem ad effectum puniendi ipsum, sed tantum expediendi causam, quæ coram ipso controuertitur, quòd omnes fatentur, vt asseuerat D. Couarr. dict. c. 18. in vltimis verbis.

Laicus falsum testimonium coram iudice ecclesiastico dicit ab ipso nec non à seculari puniri potest.

Iudex ecclesiasticus procedit contra laicum et contumelia afficiet, ratione cause que coram eo pendet.

Si autem laicus falsum testimonium coram iudice ecclesiastico protulerit poterit ab eo necnon à seculari iudice puniri, inter quos locus est præbitioni, ita tenet Matth. de Afflict. decis. 219. vbi testatur, ita in facti contingentia decisum fuisse in sacro Neapo. consi. & idem sequuti sunt Couarr. & Clar. in locis nouissimè allegatis, & sic nò semel decisum vidi.

Nec illud prætermittendum erit quod sicut iudex Ecclesiasticus ob offensam eius dignitatem, ex periurio contra laicum cognitionem habet: idè asseuerandum censeo, si à laico contumelia afficiatur & hæc iniuria procedit ex ea causa quæ coram eo pendet, vt nouissimè scribit Doctor Segura in director. iudi. Ecclesiæ. 2. p. ca. 6. nu. 10. Veluti si quis iudici irreuerenter loquatur dicendo ei tu, aut vos, in locis in quibus non viget talis consuetudo, vel nimio contemptu coram eo cõparet aut si cum arrogantia aut digito erecto tendit ad eius faciem, de quibus & alijs contumelijs disserit Puteus in tract. sindi. in verbo, notorium iudici. num. 11. fol. 182.

Pari ratione idem iudicandum existimo quando laici litigantes coram iudice ecclesiastico se ipsos contumelijs & iniurijs afficiunt, vel si immoderate & excessiua loquantur, vel sint insolentes aut coram iudice vociferentur

not. Bar. in l. librarius. ff. de reg. iur.

Forma verò procedendi & puniendi ea ex irreuerentiæ qualitate mensuranda erit. Nã aliquando expedit, vt verbali correctione aliquando multa seu carceris pœna & hoc frequentius sumatin sine processu faciendum est, & procedi debet tanquã in notorijs. Quia crimen omne commissum coram iudice pro tribunali sedente notorium dicitur, & iudiciarium ordinem non requirit not. Lucas de Pena in l. quoties. C. de dig. lib. 12. Paris de Puteo, vbi iam elegaui. Hoc de actu irreuerentiæ puniendo à iudice Ecclesiastico, si verò aliud grauius crimè interuenerit, vt seueriori pœna plectatur seculari iudici remittendum est.

Forma que seruari debet, in criminibus irreuerentiæ

## Homicidæ.

### CAPVT, XCIIII.

- 1 Clericus homicida qualiter puniatur.
- 2 Priuatio beneficij contra clericum homicidam ipso iure non infligitur, sed per sententiam.
- 3 Clericus homicida in quibus causis ab ordinaria criminis pœna excusetur.



Homicidium quidè inter grauiora & horribiora crimina computatur, vt not. Abb. in c. Cũ contingat. in col. 6. de for. compe. per tex. in ca. Quæsitum. de temp. ordin. Et inc. Inquisitionis. de accu. & in c. Mir. 50. dist. Ideo clericus homicida deponendus est, vt in c. præbyter. 81. dist. quod est ex canonibus Apostolorum, & in c. Cũ non ab homine. de iud. & in capitu. Inquisitionis. in princi. de accus. Committitur autem homicidium per clericum, factò, præcepto, consilio, lingua, siue adhortatione, & in

& in quocunq; istorum casuum deponendus est, vt not. glo. in capit. Si cut dignū. de homici. in. §. Clericos. in verbo consilium. per iura de quibus ibi. quā quidem glo. benè nota, quia magistra est in materia huius c. Et post depositionem detrudendus in monasterium, vt probatur in dict. capitu. Cum non ab homine. iuncto cap. Tuæ. de pœnis. & voluit per eadem iura Ioan. de Ana. in capitu. 1. penul. col. de patr. qui filio. occid. & probat aperte tex. in dicto. §. Clericos. ex quo insuper benè colligitur quòd ista detrusio nō debet esse perpetua, ne longi tēporis: cū ibi Roma. Ponti. disponendo contra homicidas illius sancti viri Thomæ Archiepiscopi Cantuarien̄ iubet clericos delinquentes perpetuò. depositos recludi in monasteriū, vsq; ad septennium, vel quinquennium: verū est tamē quòd ille. §. Clericos. disponit in clericis, qui cōsilio perpetrarunt homicidium, qui licet eadem depositionis pœna puniantur quā & occidētes actu si clerici essent: tamen nemo dubitat in reclusione non ita diuturna pœna puniendum consiliū præbentē sicut verè occidētē. Intellige tamē suprādicta, quando iniuste & voluntariè est commissum homicidiū secundū Hosti. in summa, de homicid. §. Qua pœna. versic. Et hoc intelliges. Itē etiā præter hoc clericus priuandus est beneficio per sententiam: quia homicida nō est priuatus beneficio ipso iure, vt voluit Inno. in ca. Cū nostris. de concess. præb. quod sequitur Bal. in l. Cū fratrem. C. de his qui vt indig. & Philip. in ca. sciscitatus. 1. col. de rescrip. & in c. ex parte. lo. 1. col. 1. eo. tit. Philip. Decius cōsi. 166. in prin. in. 1. vol. cōsi. incip. Ego Philippus. E hanc opinionē dicit teneri cōmuniter Ana. & Feli. in cap.

Inquisitionis. 1. colum. de accusa. & eandem etiā opinionem sequitur Præpo. in capi. Studeat. 50. d. distinct. in colum. fina. post Gemi. & respondet ad rationes Archi. ibi, & allegat Ioan. de Imo. in dict. capi. Cum nostris. dicentem quòd opinio Innoc. contra Archi. tenetur communiter. Et vide etiā Anto. Corse. in suis singularibus, in verbo sententia, EL. 2. vbi dicit quòd opinio Innoc. communiter tenetur, & respondet ad aliqua iura quæ in contrarium videntur argere: quanuis Barba. in capit. Cum non ab homine. de iudi. in col. 2. ad fi. teneat quòd committens homicidium est priuatus beneficio ipso facto, per text. quem dicit ad hoc formalem in capita. Ex literis. de excess. præla. iunctis alijs iuribus de quibus per eum. Et aduerte, quod licet Episcopus possit cum homicida etiā voluntario misericorditer dispensare, vt ex text. nota. in capita. 2. in fin. de cleric. pug. in duel. & in capiu. studeat. 50. dist. per quæ iura & per ea quæ notat. Innoc. in c. 2. de cler. non ord. mi. itā tenet Staphileus in tract. de gratijs expectatiuis. fol. 78. versic. Potest tamē Episcopus. Si aut aliquis impetraret beneficium conferendum sibi in euentū priuationis, non posset amplius cū eo Episcopus dispensare etiā ante litis pendentiam ex quo impetranti iam est quæsitum ius ad rem prout singulariter tenet Domi. consili. 105. in fina. column. quem ad hoc refert Staphileus, vbi suprā. Crederem præterea in ista materia clericum in his casibus excusari à pœna ordinaria homicidij, in quibus laicus homicida excusatur à pœna mortis, quorum viginti & quinque enumerat Hippoly. in l. 1. ff. ad l. Corneliam. de siccar. à. 1. columna. vsque ad 14. & quadraginta

quinque ponit Iacob. Boulen. in re-  
pert. §. famulos. l. capitalium. ff. de  
pœn. fol. 36. vsque ad finem.

**A**  
Clericus  
homici-  
da nō est  
ipso iure  
benefi-  
cio pri-  
uatus.

**I**psa iure. Adde Cardin. in  
Clem. constitutionem §. cæ-  
terum. in fine de electi. Ar-  
chi. in cap. scripturis. §. q.  
1. Abb. in cap. vlti. not. pen. de exce-  
lib. prælat. Anchar. in reg. peccatum  
1. oppo. de reg. iu. in. 6. Feli. in sicita-  
tus colum. 1. & in cap. 2. colum. 3. de  
rescri. Capella Tholosa. quæst. 207.  
quam opinionem communem esse  
fatetur insignis Mar. Nauarr. in ma-  
nu. ca. 27. num. 249. & in ca. si quan-  
do. 9. excep. de rescrip. Alcia. in cap.  
cum non ab homine. num. 16. de iu-  
di. Gome. in ca. 1. num. 7. de rescrip.  
& in ca. 2. num. 41. de consi. lib. 6.  
& in reg. Cancell. de anna. posse.  
quæst. 42. D. Couarr. in Clem. si fu-  
rius. 2. part. relection. §. 3. num. 6.  
de homici. Cels. in addition. ac Col-  
lect. in cap. cum dilecti. de accusa. Pe-  
trus Foller. in practi. crimi. fol. 276.  
num. 37. Iuli. Clar. li. 5. recepta. resen-  
ten. §. homicidiū. Hyppol. in practi.  
crimina. §. postquam. num. 41. & con-  
si. 52. Thom. Ferra. consi. 44. Nico.  
Ploui. in tractat. de irregular. reg. 44.  
numer. 30. auth. nostr. in doctri. ma-  
gistrat. doctri. 120. incip. Homici-  
da. Petr. Abiax. in dicti. election. 2.  
part. capitu. 30. Ludo. Montal. in tra-  
ctat. de reprobatio. sententi. Pila. ar-  
ticul. 2. numer. 3. Caro. Moli. in reg.  
Cancel. reg. de infirmita. resig. num.  
162. Petr. Plaça libro. 1. epitom. deli-  
cto. capitulo. 11. numer. 2. Et equi-  
dem in simplici homicida, qui ani-  
mo deliberato homicidium non per-  
petrauit, opinio hæc ab omnibus re-  
cipitur. vt fatetur Ioann. Igne. in l.  
necessarios. §. nō alias. in lect. num.

13. ff. ad Sillania. Sed in homicida  
qui deliberato animo homicidium  
commisit, multi contrarium tenuerunt.  
inter quos Ancharan. consi.  
158. colum. 3. Abb. in capit. at si cle-  
rici. col. 3. nu. 39. de iud. Feli. in ca.  
inquisitionis. nu. 5. de accusa. & cæ-  
teri multi quos longū esset eos recē-  
sere. dicit tamē Ioā. Igne. in loco. no-  
uissimō allegato, quod omnes pœnæ  
Canonistæ & Legistarū schola con-  
trarium tenet, & opinionem contra-  
riam veriorē & cōmuniorem esse  
fatetur Hyerony. Gab. i. consi. 196.  
num. 4.

Qua ratione, poterit clericus inte-  
rin adhuc pendēte lite, & accusatio-  
ne, eidem beneficio renūciare, prius  
quam condemnetur glo. celebris in  
c. 2. in verbo finita. vt lite pend. in. 6.  
quam doctores ibi approbūt & Fe-  
lin. in d. ca. inquisitionis. de accusa.  
Ppilip. Probus in addi. ad Ioan. Mo-  
na. in ca. alma mater. de sent. excōm.  
lib. 6. nu. 6. Petrus Rebuff. in tracta.  
de pacifi. possessori. nu. 261. Gome.  
in reg. de anna. possessi. quæst. 42.  
nu. 3. Ferra. caut. 44. Barth. Chassa.  
consil. 44. numer. 22. Quæ quidem  
opinio communis est et si nouissimē  
ab ea recedat Caro. Moli. in Reg. Cā-  
cellari. 18. numero. 55. quandō talis  
renuntiatio fieret in fauorem certę  
personæ cuius meminit D. Coua. in  
dict. Clem. si furiosus. 2. part. rele-  
ction. §. 3. numero. 7. dicens quod  
opinio, hæc fortassis est de iure ve-  
rior & æquior, ob fraudem: quæ ma-  
nifesta videtur, tandem non audet  
decidere sed relinquit cogitandum.  
Ego quidem minimē auderem a cō-  
muni opinione recedere.

De iuris tamen rigore (prout no-  
nulli arbitrantur) non tenetur supe-  
rior renūciationē hæc admittere, sed  
poterit supersedere, donec causa  
fuerit

Clericus  
homici-  
da litē pē-  
dēte suo  
benefi-  
cio renū-  
ciare nō  
prohibe-  
tur.

fuerit definitiue iudicata, ex doctrina Barba. consi. 11. num. 18. volum. 1. Domi. consi. 105. Boeri. decis. 2. num. 5. Petr. Rebuff. in comp. de aliena. bono. Ecclesie pagin. 2. nume. 4. Telli. Ferd. in. l. 4. Tauri. nu. 64. vide tamen quæ dixit supra capitul. 92. litera. c. vbi ab hac opinione recessi.

Sunt etiam qui censent effectum huius renuntiationis impediri, si quis prius à Summo Pontifice beneficium clerici homicidæ impetrauit, in euentum priuationis, quod tenuit Domi. dict. consi. 105. existimans renuntiationem hanc nullam esse, nec ex ea impediri, quod lis agitur, ita vt si priuationis sententia sequatur renuntiatione præcedens inutilis sit, quem sequitur noster autor hoc capit. nu. 3. Contrarium tamen ex dict. glo. in d. cap. 2. probat glo. in reg. Cancellariæ. 27. colum. 4. Barth. Cassa. consi. 44. num. 2. Ioan. Staphi. de liter. gratiæ & iustitiæ. fol. 64. Auff. in Capella. Tolosa. decis. 436. quorum opinionem magis communem esse testatur Couarruu. dicto. §. 3. numer. 7. quem vide.

Nec desunt qui autument, hanc beneficii renuntiationem inuolidam esse, quando fit data scientia prioris impetrationis, ex eo quod in fraudem facta esse censeatur cap. 2. de renun. in. 6. Ant. de Butrio consi. 1. con. 43. Sequitur Feli. in. c. in nostra. nu. 38. de rescrip. Auff. dict. decis. 436. sed opinio hæc vera non est, nec iure fulciri potest: nam is qui renuntiat iure suo utitur, & ideo nullam fraudem committit, sibi vel amico consulens in d. verò capi. 2. fraus ex eo colligitur, quod non vt sibi consuleret, sed vt impetranti noceret, beneficio renuntiauit, alijque non leuibus coniecturijs interuenientibus, ideo merito Antoni. de

Butr. opinionem falsam esse docet. D. Couarr. vbi supra.

Ex quibus omnibus sequitur, clericum homicidam omnes beneficii sui fructus suos facere, donec per sententiam priuetur, nec eos restituere tenetur. sicuti Felin. omnium diligentissime explicat in capi. de quarta. numer. 33. de præscrip. Nicola. Boeri. decis. 98. num. 4. Ioann. Igne. in dict. rep. §. non alias num. 14. Domi. Couarruu. in. 4. Decreta. 2. par. capit. 6. §. 8. nu. 7. Quidquid in contrarium voluerint Bald. Ang. Paul. de Castro in. l. prædonis. ff. de peti. hæc. & Paul. in di. l. 1. C. de his quib. vt indig. Hypp. sing. 525. Anton. de Burg. in cap. ad nostram. colum. 11. de empti. & vendi. Rip. in. l. vltim. quæstio. 46. C. de reue. dona.

Notatu tamen dignum est, quod licet clericus homicida prius acquisita beneficia retineat, donec priuetur, non tamen poterit de nouo beneficium acquirere, sine dispensatione ita videtur sentire Inno. in dict. cap. cum in nostris. vbi Anton. column. 7. censet quod per modum collationis homicida potest beneficium acquirere non autem per viam electionis, idemque asseuerat tenere Calde. in capitul. querellam. de iureiurand. Miles in repet. in verbo irregularis, versic. irregularis. vt homicida Parisi. consi. 36. numer. 40. volum. 4. Alber. Troti. de vero & perfectò cleri. libr. 2. capit. 26. num. 9. circa quod vide Martin. Nauarr. in manu. confesso. cap. 27. num. 149.

Procedit equidem Inno. & communis sententia in casu in quo loquitur nempe in clerico, qui iam beneficium quæsitum habet, secus autem si solum haberet ius ad rem, per expectatiuam gratiam quæsitum, quia huiusmodi ius expirat, per

Clericus  
homici-  
da pēdē  
te accu-  
satione,  
fructus  
beneficij  
suos fa-  
cit.



irregularitatem contractam ex homicidio, vel alia causa, quod pingui minerua declarat Martin. Nauarr. in dicto cap. si quando. excep. 9. fol. 33.

**B**  
Episcopus utrum possit dispensare cum homicida quo ad ordines, aut beneficia.

*Dispensare.* Adde quod opinio hæc intelligenda est, cum homicida voluntario, quo ad simplex beneficium obtinendum, ut tradiderunt Fel. & Socin. in dict. ca. ad audientiam. de homi. Ioann. Staph. de liter. gratiæ & iusti. fol. 78. qui secus esse existimat, quo ad beneficium curam habens animarum argum. text. in ca. 1. de fil. præsb. lib. 6. Quamuis Ioann. de Ana. in c. 2. de cleri. pug. in duello teneat hoc casu Episcopum posse dispensare, hoc quo ad beneficia, at quo ad ordinis ministerium, ad tollendum irregularitatis vitium, ex homicidio contractum, solus Romanus Pontifex dispensare poterit, ita tenuerunt Inno. Hostien. Abb. Soc. num. 95. in cap. sicut dignum. §. fina. de homi. Siluest. in summ. in verbo irregularitas. ad finem Alber. Troti. lib. 2. de vero & perfecto cleri. c. 26. Ferr. caus. 44. quorum opinionem communem esse fatetur. Villad. de irregul. cap. fin. Quæ dispensatio difficilimè obtineri solet, nisi is eam impetrat, qui religiosus est, vel esse velit in aliquo mendicantium ordine, ut testatur. Lud. Gom. in tractat. de expect. num. 88. & Ioann. Staphi. de liter. gratiæ. fo. 193. colum. 2. Qui etiam referunt, solere Romanum Pontificem cum voluntario homicida, etiam publico, quo ad altaris ministerium dispensare, hac quidem lege, quod intra triennium minimè altari ministret, & deinde extrâ locum, ubi homicidium commissum fuit.

Quod locum habet etiam si homicidium fuerit casuale, quia cum tali homicida, ut sacris ministret, vel ad sacros ordines promoueatur, solus Pa-

pa dispensat, tenet Abb. in ca. continebatur. de homi. doctores ubi late Socin. num. 95. in dict. cap. ad audientiam. de homi. Regia. l. 51. tit. 6. par. 1. Episcopus verò benè dispensare potest, cum quocunq; homicida, ut in minoribus ordinibus iam susceptis possit ministrare. Ita Innoc. Hostien. Ioann. And. Cardi. & omnes in dict. cap. 2. de cleri. pugna. in duello hoc ex illo tex. colligentes, quorum opinione magis comunè esse fatetur D. Couar. in Clem. si furiosus, 2. par. §. 3. nu. 5. quæ solum procedit in homicida casuali, non verò in uoluntario. Abb. in d. capit. 2. Anan. in cap. ad audientiam. ubi Felin. colum. fin. & Soci. nu. 95.

Hodie autem sacrosanctum Concilium Tridentin. Sess. 14. cap. 7. de reforma. sancitum est, quod is qui homicidium voluntarium commisit etiam si occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines sit promouendus, nec illi aliquod ecclesiasticum beneficium conferri poterit, etiam si careat animarum cura. Si verò homicidium casuale fuerit, vel vim vi repellendo perpetretur, casu quo dispensatio concedenda sit, tam ad sacrorum ordinum & altaris ministerium, quàm ad beneficia & dignitates, & ea committenda est ordinario, aut ex causa metropolitano, seu viciniore Episcopo, qui non nisi causa cognita, & verificatis precibus dispensare potest. Et sic sacrosanctum concilium tollit facultatem Episcopis concessam, qua poterant dispensare, etiam cum homicida voluntario, quo ad ministerium altaris, in susceptis ordinibus, si is omninò occultus esset ita Ancharra. in reg. peccatum. colum. 3. de reg. iur. lib. 6. Federi. consi. 168. Quibus suffragatur tex. in capi. nisi cum

Concil.  
Triden.  
Sess. 14.  
c. 7. de re  
for. inter  
pretatur

pridem. de renun. versi. *si tamen culpa latet*. quam opinionem non solum quo ad susceptos, sed suscipiendos ordines, sequitur Ang. in summi. in verbo homicidium. 5. quaestio. 1. eam colligens ex Abb. in capi. ex tenore, colum. 3. de tempo. ordi. quam sequitur Alphon. à Castro religione pietate & literis insignis libr. 2. de potest. leg. poena cap. ultim. Quavis dom. Couarruu. (sub dubio tamen forte) asseueret concilij decretum illud intelligi posse, in homicidijs quæ licet occulta sint, probari tamen possunt, & ea ratione non sunt omnino occulta, & sic innuit, in omnino occultis, quæ nullis testibus probari possunt, nec aliter quam per propriam confessionem, Episcopum posse dispensare, remaneatque in hoc ius commune intactum. Sed quod stante Concilio Trident. etiam in occultissimo homicidio necessaria sit summi Præsulis dispensatio. tenet Simo Maiolus de irreg. lib. 5. cap. 48. num. fi. quod verius censeo.

Et vide concili. Trident. Sessi. 24. cap. 6. de reformati. vbi Episcopis dispensare permittitur in foro conscientie in omnibus irregularitatibus suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & alijs ductis ad forum contentiosum.

**C** *Episcopus dispensare.* Adde quod ista opinionem Domi. quam autor hoc cap. refert & sequitur supra reprobaui. quæ eo casu vera esse potest, quando in primis literis impetrationis, ea clausula apposita est, quod renuntia- tio litè pendente, ab ipso priuando facta, cedat in vtilitatem ipsius impetrantis, cuius clausulæ meminit Ioã. Staphi. de liter. gratiæ. fol. 64. Probus in addi. ad Ioann. Monach. in dict. cap. Alma mater. quæ clausula

concedi solet, post primam priuationis sententiam, non antea quod in dict. loco Stephanus testatur.

*A poena mortis.* Adde plures alios **D** casus, in quibus homicida à poena **Plures** mortis excusatur, quos congerit Io. **casus** à Neui. in Silua nup. libr. 1. fol. 18. vñ **quibus** que ad. 20. Felin. in c. querenti. col. **homici** 2. de offi. deleg. Lucas de Pena in l. si **da à pœ** aparitor. C. de coartali. lib. 12. Ias. in. **na mor** l. debitoribus. num. 15. ff. de re iudi. **tis ex-** Ioann. Monto. in promptuar. iur. in **cusatur** verbo mors. quo loco septem casus scribit & vide Cosm. in pragmatica sancti Galli. titu. quomodo officium diuin. sit celeb. §. statuti in glo. incip. *Inclinet.* fol. 206. Ioann. à Villam. in l. Diuus. num. 104. ff. de sicca. Add. Abb. in cap. sanè. de celebr. mil. Ludou. Car. in pract. crimi. fol. 121. Anton. Gome. in tractat. delictor. capit. 3.

## Benefici.

### CAPVT, XCV.

- 1 *Clericus beneficis qualiter iure pontificio puniatur.*
- 1 *Veneni, preparatio animo occidendi contingens, an sit punienda morte non sequuta.*
- 3 *Huius criminis atrocitas quanta sit scribitur.*



**C**lericus qui veneno quem quam occidit, præter id quod in poenam homicidij, de qua supra incidit, quia verò grauius delinquit quam simplex homicida, dignè post depositionem grauiori detrusione & lon-  
X § giori

giori puniendus est. Plus enim est veneno hominem necare, quam gladio, ut in l. 1. C. de male. & mathe. Vnde dicunt Butri. & Bald. in l. Nemo. C. de summa. tri. & fide catholica, quod qui veneno occidit, dicitur proditorie occidere: <sup>a</sup> quod refert Ioann. de Ana. in cap. 1. colum. 1. de homici. Et idem dicit Bald. in l. Cū fratrem. de his quibus ut indig. ut refert idem Ana. in cap. 1. 3. colum. in fin. de fortileg. & Decius in cap. que in ecclesiarum: colum. 5. num. 14. de consti. qui alia allegans infert ad statutum. Ex quo dantur aliqua specialia in occidendo veneno, que non militant in homicida simplici, ut ibi per eos. Et huius tam execrabilis delicti odio crederem etiam quod clericus qui venenum emit ut daret alicui tamen parauit, & per eum non stetit eadem pœna puniatur, ac si dedisset, <sup>b</sup> iuxta sententiam Bar. in tex. ibi, in l. 1. in fin. ff. ad l. Pompe. de parric. cuius meminit Ioan. de Ana. in rub. de patr. qui fili. occi. circa principiū. & Felinus, in tracta. Quando conatus puniatur, colum. 2. num. 9. versic. falit. 5. licet Barto. ibi seuerius hoc dicat, & non curet an stet per emptorē veneni vel non, quominus occidat. Quod præcipue magis locum sibi vendicat in his Hispaniæ regnis: cū per. l. 7. tit. 8. part. 7. taliter emens venenum ut homicida puniatur. <sup>c</sup> Nec hoc alicui videatur crudele, cū tanta sit huius facinoris nequitia: sufficit namque hominibus inter tot armorum genera natis mortem ipsam formidare, absque eo quod in ipso cibo & potu (sine quibus viuere impossibile est) mortis timor misceatur. Quid enim miserabilius est, quam vno eodemque tempore, cum spe viuendi, & timore moriendi cibum sumere? Vnde ut tantum scelus ex mē-

tibus hominum euellatur, nulla pœna iniuste potest statui. In vna parte rea huius delicti specie debent iudices seuerius animaduertere, si quando forsitan cōpertum habuerint clericum aliquem occidisse, vel occidere procurasse alterum veneno in calice propinato: neque arbitretur quispiā hoc tam nefandum scelus nusquam accidisse. <sup>d</sup> Intellexi ego & temporibus istis clericum clerico, & religiosum religioso in calice, dum sacramenta celebrarent miscuisse venenum, quanuis diuina misericordia, aut debilitate veneni neminem mori contigerit. Quis enim in tantum nefas committentes non inuehatur, qui cum ipso vitæ æternæ poculo saluberrimo, temporalem miscent interitum, qui insuper cum ipso redemptoris sanguine preciosissimo, quo cunctorum animæ redemptæ sunt, necē corporum inuoluūt? Hoc equidem abominabile scelus pœna traditionis curiæ seculari, ex noua ecclesiæ, aut Roma. pontifi. declaratione puniendum dignissime censerem, vbi de dilectione Dei, & proximi mandatum, in quo tota lex pendet, infringitur. Et alicui vnquam iudici citra ecclesiæ declarationem propter criminis enormitatem opinio Ancharra. & Abb. de qua in cap. seq. latius tractabimus, iusta & sequenda videbitur, in hoc tali facinore potius quam in aliquo alio locum habere poterit.



**P**roditorie occidere. Adde **A** Alexand. consil. 145. nu. 6. lib. 7. Cudo. Carr. in practica. crimi. 9. homicid. fo. 34. Bofsi. in delictorum. tracta. titul. de homici. num. 14. pag. 202. Hypp. in rub. de Siccar. nu. 5. Anto. Gom. in. 3. tho. c. 3. nu. 7. qui pro hac opinione allegat Regiā. l. 16. ti. 23. par. 3.

B  
Tentas  
aliquem  
veneno  
occide-  
re quādo  
ordinaria  
criminis  
pœna pu-  
niatur.

*Ac si dedisset.* Adde vt melius no-  
stri authoris traditionē, & quod di-  
fufē nimis, doctores diuerfis locis  
tradiderunt perfectioris interpreta-  
tionis causa, duo à nobis casus sunt  
constituendi.

Primus cū quis tentauit aliō vene-  
no occidere, & ea ratione, venenū  
emit sed non propinauit, quā forte  
pœnituit, vel fuit impeditus, equidē  
pœna extraordinaria, iudicis arbi-  
trio plectēdus est. Bal. cōf. 443. lib. 3  
Ang. in l. 1. §. sit iniuria. ff. de extra-  
ordi. crimi. Paris. cōf. 167. nu. 13. lib.  
. 4. Crem. sing. 49. Gram. decis. 2.  
nn. 7. & cōf. 36. nu. 19. D. Couar. in  
Clem. si furiosus. 2. par. relict. nume.  
11. quo loco scribit, hoc casu intelli-  
gendam esse eam consuetudinem,  
quam toto terrarum orbe vigere do-  
ctores testantur. nempē conatum ad  
effectum minimē productum, non  
puniri: intelligendum quidem est, de  
conatu remoto, vt is non puniatur  
ordinaria criminis pœna, sed extra-  
ordinaria.

Secūdus casus est, cū quis ad actū  
proximū accessit vt quā venenū pro-  
pinauit, sed venenatus adhibitis me-  
dicamentis, mortē effugit: is ordina-  
ria pœna animaduertēdus est. Itā in-  
telligēdus est autor noster & docto-  
res ab eo allegati & D. Couar. d. nu.  
11. qui tradiderūt in his atrocioribus  
criminibus, conatum actui proximi-  
mū, ordinaria pœna puniri. & sic in-  
terpretatur glo. in ca. 1. in verbo, ad  
mortem. vbi Bald. de præsun. & ten-  
tit Bossi. in dict. tit. de homi. numer.  
13. & titu. de mandato ad homicid.  
nume. 14. & in Gallia sic receptum  
esse testatur Pap. li. 23. Rhapsod. are-  
sto. 1. & 2. Petrus Grego. in. 3. part.  
syntag. iuris vniuersi. lib. 26. cap. 18.  
num. 18. qui multa in huius criminis  
detestatione diligentissimē scribit.

Ex quo colliges verba authoris non  
percepisse Petr. Foll. in practi. crim.  
cano. 2. par. cap. 23. nume. 3. qui pas-  
sin' non pro ratione sed ad emula-  
tionem carpere conatur.

*Puniatur.* Adde tex. in l. 3. ff. de Sic  
car. vbi. Ang. & Hyppo. de Marfi. &  
quo pacto hoc intelligendum sit ex-  
plicat Gregor. in dict. l. 7. in verbo,  
*asabiendas.* & Antoni. Gome. lib. 3.  
delictor. cap. 3. nume. 9.

*Accidisse.* Adde Caro. Moli. in  
consuetud. Pari. 1. par. tit. 1. in prin.  
nume. 99. qui scribit Imperatorē Ro-  
bertum vtriusq; Sciliae Regē die. 15.  
Agusti ann. 1313. scelestissimo mor-  
tis genere, nempē Eucharistia intoxi-  
cata. interfectum fuisse.

D  
Factum  
memora-  
bile.

## Parricidique.

### CAPVT, XCVI.

- 1 Clerici parricidium vel aliud enorme  
homicidiū perpetrantes, cui pœna  
sint obnoxii.
- 2 Refertur casus memorauit qui con-  
tingit ciuitate Hspalen. ann. Do-  
mini. 1536. mense Iuli.
- 3 Petri Rebuffi opinio quadam consuta-  
tur.

**P**arricidium commitentes,  
a vel alias homicidiū enor-  
me perpetrantes, vt si Epif-  
copum vel præbiterū oc-  
ciderent concludit Abb. in cap. At  
si cleric. in prin. de iudi. colu. ante-  
pe. post Petrum de Ancha. in quadā  
disputatione sua, & in repeti. regu-  
læ, ea quæ. 19. quæst. de regu. iuris &  
in cōsilio 158. Ex narratis in facto.  
colum.

colum. 2. debere deponi, & tradi statim curiæ seculari, non expectata incorrigibilitate, & tradi etiam Abb. in cap. Cum non ab homine. colum. 7. de iudi. & ibi etiam Bald. Idem Abb. in cap. 1. in fin. de homi. & in. c. Nouimus. de verb. signifi. & Barba. in cõs. 65. col. 3. lib. 1. Et Felin. in. c. 1. in. 16. col. de cõst. vbi in simili plura adducit. Idem Felin. in. capi. inquisitionis. col. 2. in princip. de accusa. & ista opinio videtur habere magnam æquitatem, vt delicta puniantur debita pœna, vt dicit Decius in d. c. ca. At si clerici. in col. 23. versic. Et prædicta. qui dicit vidisse illam seruari Florentiæ per vnum commissarium. Et vide Angelum in tractat. maleficiorum, in parte, & ibi. caput à spatulis amputetur. 12. colum. dicentem notandam esse sententiam Ancharra. quia de facto vidit eam seruari in raptore adulterante quandam mulierem. Et vidi ibi Augustinum in additionibus asserentem, quòd stringunt rationes Ancharra. & Abb. & quòd ita alias practicauit, quia multi doctores moderni illam partem tenent, & alias fuit cum doctoribus iuris Canonici in maxima disputatione. qui semper volunt defendere clericos. Et vide Floren. in. 3. parte, titu. 27. cap. 4. in colum. fin. in fin. qui refert temporibus suis Papam Martinum tradidisse curiæ seculari sacerdotem quendam degradatum, qui interfecerat Sacristam sancti Petri, vt rapere posset bona Sacristiæ, qui fuit occisus per iudicem secularem, quãuis iurisperiti consuluerunt non esse tradendum curiæ propter tale delictum. Et vide Guliel. Benedicti in 3. parte repetit. cap. Rainutius. de testam. in quest. de homicidio. vbi dictam opin. Petri de Anchar. late examinat in casu occurrenti contra quẽ

dam clericum presbyterum, qui comisit qualificatum homicidium, & in pen. colum. illius. quest. dicit, quòd dicta opinio per ea, quæ ipse refert, remaneret communior, & quòd quãuis non esset communior, videretur magis tenenda quàm alia, ex eo quòd fulcitur textibus & rationibus euidentibus, quæ quidem opinio in casu illo ita fuit seruata. Nã ille presbyter fuit actualiter degradatus & traditus curiæ seculari, vt cõstat ex processu ibi antè quætionem in summa relato. Et ego etiam audiui à fide digno doctore Parisiensi. vidisse cù Anno domini. 1530. Episcopum Parisiensem Franciscum Fõcher degradasse quendam sacerdotem ad valuas Ecclesiæ maioris Parisiensis, & tradidisse eum curiæ seculari, quem susceptum iudex secularis damnauit, primò ad pœnam abscissionis manus antè ianuam collegij Eduensis, & demum vt viuus combureretur in platea sancti Iohannis Engreua, prout factum fuit ipso vidente. Quam pœnam passus est, eo quòd occiderat animo deprædandi rectorem cuiusdam opidi non longè distantis habitantem in dicto collegio Eduensi, cuius ille famulus fuerat, & vices in parochia gerebat. Et vide Arnaldum Alber. in cap. Quoniam. de hæret. lib. 6. colum. 124. qui postquam retulit hanc opinionem, & eius fundamenta per sex column. præcedentes dicit, quòd attenta malignitate modernorum temporum in quibus clerici, & omne genus hominum procliuè est ad malum, non esset ponere os in cælum, seruare istam opinionem in practica, & in hoc cõsuleretur pacifico statui Reipubl. & multi effrenati clerici à malis retraherentur. Et hæc opinio practica fuit anno. 1536. in mense Iulio, in celebri illa ciuitate Hispalens. per Reuerend.

do. Cardin. Archiepisc. illius Iudicē à sede Apostolica delegatum contra quatuor religiosos monasterij ordinis sancti Augustini ipsius ciuitatis, qui diabolica suggestionē decepti fratrem Ioannem *de las Casas*, in sacra Theologia magistrum prouincialem suum occiderunt, qui omnes publicè degradati statim traditi fuerunt curiæ seculari, & furca suspensi quorum vnus vocabatur frater Alfonso *de Badajoz*, qui erat prior illius monasterij, alius frater Rodericus *de la Rocha*, & alij duo fratres Andreas *de la Cruz*, & frater Ioannes *Piloto*, qui eodem die (quia cum magno cordis dolore seipsum accusantes, post damnationis sententiam delictum fuerunt confessi publice) è furca depositi cū maximo honore associantibus fratribus omnium ordinū in proprio monasterio sepulti sunt. Qui autem tanquam iurisperiti fuerunt ad determinationem causæ vocati. & quorum consilio, sententia lata fuit, sunt sequentes. Dominus Sebastianus *Ramirez* Episcopus sancti Dominici, in insula *Spanola*. licentiatus Ioannes *Suarez de Carvajal*, nostri regalis consilij Indiarum vnus, licentiatus *Bruceño*, eiusdem ciuitatis *Hispalen.* præsides, licentiatus Ioanes *Teminno*, eiusdem & totius Archiepiscopatus prouisor, licentiatus Petrus *Corral*, illius officialis ac generalis Vicarius, licentiatus *del Corro*, & doctor Petrus *Diaz* hæreticæ prauitatis inquisitores, & licentiatus *Oralor*, Iudex audientiæ supremæ illius ciuitatis, quam vulgus *grados*, vocat. Vt autem de tenore Apostolicæ commissionis eidem Archiepiscopo Cardinali super hoc factæ habeatur notitia, tenor literarum in forma breuis super hoc expeditarum talis est.

Dilecto filio nostro Alfonso Basilicæ duodecim Apostolorum præsbytero Cardinali *Hipalen.* nūcupato Paulus Papatertius.

**D**ilecte fili noster salutem & Apostolicam benedictionē. Exponi nobis fecisti, quod licet alias tu certos fratres domus sancti Augustini extramuros *Hispalen.* ordinis fratrum Eremitarum eiusdem sancti, qui diabolica (ut creditur) suggestionē seducti, nocturno tempore eorum tūc prouincialem in lecto requiescentem appensata conspiratione laqueo suffocatum vulneratumq; inhumaniter interfecerant, quibusdam alijs etiam dicti ordinis fratribus sibi ad id opem, auxilium, consilium, & fauorem præstantibus, ne fugam arriperent carceribus mancipari mandaueris & feceris. Quia tamen tu in eosdem malefactores iuxta priuilegia & indulta Apostolica dicto ordini concessa, nullam iurisdictionem habere sciebas, tandem in præmissis duxisti supersedendum, donec nos & Apostolicam sedem quid super eo fieri oporteret consuleres. Consulationi itaque tuæ super hoc nobis porrectæ respondentes, circumspectioni tuæ per præsentem committimus & mandamus, quatenus si & postquam (assistentibus tibi ad hoc duobus dicti ordinis fratribus, quos ad id duxeris eligendos) ex actis de & super præmissis coram te hætenus habitis, vel in posterum habendis, tibi legitime constiterit ita esse prout superius enarratur (ne si tam horrendum facinus impunitum remaneat, alijs ad similia & deteriora perpetranda inuitentur) contra dictos fratres malefactores, ac quoscūque alios etiam exemptos, quos tanti facinoris inueneris

neneris patratores seu culpabilis iustitia mediante procedas. Nos enim tam illos qui ad capiendum & detinendum, inquirendūque & examinandum dictos malefactores, quam etiam executioni demandandi sententiam contra ipsos de super legitime ferendam, vel alias quomodolibet in eos premissorum occasione manus iniecerunt violentas, etiam si ad ultimum supplicium deueniendum, excommunicationis sententiam à canone generaliter promulgatam, irregularitatisque & inhabilitatis, aut alias censuras & pœnas ecclesiasticas minimè incurrisse, neque incurrere, sicque per quoscumque iudices iudicari, diffiniri & interpretari debere, sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi, diffinendi & interpretandi facultate & autoritate decernimus. Teque & eorum singulos à sententiâ cœsuris & pœnis prædictis, si quas premissorum occasione ex dicta carceratione forsitan incurristis, Apostolica autoritate tenore præsentium absolvimus. Volumus que ut si locus sit degradationi & traditioni curiæ seculari, tu vel catholicus Antistes per te eligendus vna cum duobus alijs Episcopi, aut si eorum copia cōmode haberi non poterit, cum vno Episcopo & vno Abbate ad degradationem huiusmodi procedere valeatis. Nō obstantibus præmissis, ac de certo episcoporum numero in degradationibus huiusmodi adhibendo, nec non quibusuis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, privilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis dicto ordini & illius fratribus cōcessis, quibus illorum omnium tenores & formas eisdē præsentibus pro expressis habentes hac vice duntaxat illis alias in suo robore permansuris harum serie specialiter & expresse derogamus. Ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, Die 21. Octobris. 1535. Pontificatus nostri anno primo Blosius. Vi-

gore cuius commissionis dictus dominicus Cardinalis vt seruaret illius feriem assumpsit secū duos prouinciales dicti ordinis, qui vna cum eo in processu & diffinitione causæ assisterent. Fateor tñ quòd sæpius sum miratus quomodò in prædicta commissione Apostolica bis conditionaliter dictum fuerit, videlicet, *Etiam si ad vltimum supplicium esset, deueniendum, & iterum, Si locus sit degradationi & traditioni curiæ seculari*: cum conditio ista in casu præsentis potius erat iuris quam facti, & ideo consultores Romani pontificis quorū consilio prædictę literę emanarūt, melius nosse poterant vel debuerant, an narratione prædicta existente vera & probata prædicti fratres essent post degradationem tradendi curiæ seculari vel non. Nisi fortè tacitè voluerunt sentire quòd Romanus Pontifex concederet dicto Cardinali potestatem arbitrandi, an attempta probatione & qualitate facinoris, & alijs circumstantijs, illi essent tradendi curiæ seculari, vel nō: Nō obstantē quòd ille casus non esset expressus in iure, propter quem possit tradi sacerdos curiæ seculari: quamobrè vt quisque valeat super hoc considerare mētem pontificis, libuit prædictam commissionem inserere. Contrariam tamen opinionem sequitur & dicit esse cōmunem Areti. in d. cap. Cum non ab homine. in col. 9. inf. qui in duabus col. sequentibus refert fundamenta Abb. & respōdet ad ea, & eam dicit de iure veriore Decius, vbi supra, qui etiam refert fundamenta Abb. & quæ ad ea respondet Aret. & dicit, quod pro hac opinione plura adducit & fileuia Andr. Siculus ibi, & ponderat pro ea idem Decius tripliciter tex. in dict. cap. Cum non ab homine: & hanc dicit esse cōmunē opini.

opini. gl. of. Docto. Arnal. Alber. vbi supra, in fin. dict. column. 124. versi. Nihilominus tamē. & sic quod clericus quantuncunq; graue delictum commiserit etiam qualificatum non debeat actualiter degradari, & tradi curiæ seculari, nisi sequuta incorrigibilitate, aut in casibus expressis in iure à qua communi opinione dicit non esse recedendum in iudicando & consulendo: quem vide per. 16. colum. sequētes, vbi refert plura fundamenta huius communis opinionis, & tandem respondet ad ea quæ adduxerat pro opinione contraria. Mihi verò (saluo semper meliori iudicio) videtur quod si in aliquibus casibus ob immanitatem criminis, & magnum scandalum populi inde sequutum visum fuerit iudicibus delegatis vel ordinarijs sequendam opi. Ancha. & Abb. quod hoc solum posset habere locum in clericis primæ tonsuræ tantum sic enormia homicidia perpetrantibus, cum illi non possint sic appellari Christi Domini, illisque beneficium (ne per secularem puniantur iudicem) magis ab ecclesia, quam à iure diuino concessum videatur. Quorum numerus ultra mentem ecclesiæ tantum excreuit, & quorum malitia tanta est, vt grauiora semper ferè audatius & frequentius ab illis, quam ab alijs perpetrarentur. In cuius mex opinionis confirmationem possem alia non impertinenter referre, quæ collegit Hispanus noster Ioannes Lupi. in tracta. de libertate ecclesiastica, in. 2. par. q. 5. quæ tamen transcribere nolo, cum volētibus ea legere facilitas adsit. In alijs verò sacri ordinis clericis sacerdotibus maxime communem opinionem sequendam censeo, tametsi iustum iudicarem quod hodie per concilium, aut per Roma. Pontifi. aliqui

grauissimi excessus annotarentur, in quibus clericus etiam sacerdos post degradationem traderetur curiæ seculari, vt saltem timore pœnæ aliquorum clericorum insolentia temperaretur. Et aduerte, quod Petrus Rebu. in tractat. de pacificis possessoribus in pagina. 48. videtur extēdere text. in capit. 1. de homi. in. 6. dum imponit pœnam priuationis beneficiorū ipso iure mandantibus alios interficere per assassinos, ad illos qui interficiunt parentes vel alterum eorum, seu fratres, aut clericum, vt tales etiā ipso iure sint priuati beneficijs. Pro quo allegat Fel. in cap. Inquisitionis de accusatio. & An. in cons. 63. quanuis ibi Ana. nihil de priuatione beneficiorum scripserit: saluo tamen meliori iudicio ego credo quod hæc opinio non sit vera: quia nõ sufficit Doctorum autoritas ad iudicandam priuationem beneficiorum ipso iure propter quancunq; grauitatem delictorum: hoc est enim conditoris canonum, non Doctorum scribentium. Nec sufficit quod Fel. adducit, quia licet sint plures doctores asserētes, quod clericus committens delictum qualificatum possit tradi curiæ seculari, non seruata forma cap. cum non ab homine. vt ego supra latius scripsi. non sequitur per hoc quod talia delicta qualificata inducant priuationem beneficiorum ipso iure, cū hoc doctores non dicāt, nec ad hoc sufficeret eorum autoritas.



*Arriidum committentes.*  
Vide multa quæ circa huius criminis grauitatem & punitionem elegantissimè scribit D. Couarr. in Clemen. si furiosus. 2. par. in in initio num. 12. de homicidio Petrus Gregori. 2. par. Synogua lib. 26. cap. 2. 4. De quo elegā

*Nota in huius criminis detestatione.*



ter Plato. 9. de legibus inquit. Si possibile esset sapius aliquem morti instissimum esset sapius parricidam interfici. Et Solon (quod neminem commissurum tam graue scelus existimasset nihil de eo decreuit, vt Cicero pro Roscio Amerino refert.

**B** *Non expectata incorrigibilitate.* Ad de Alciat. in cap. cum non ab homine. num. 22. de iudi. qui opinionem istam sepius in practica receptam fuisse testatur eamque communem esse fatetur Ludo. Carr. in practi. crimi. fol. 240. num. 5. secundum nouissimam editionem D. Episco. Couar. lib. 2. var. resoluti. cap. 20. nu. 7. quanuis ipse authorem nostrum sequutus in hoc cap. versi. *Mihi vero*, contrariam opinionem amplectitur, quam appellat comunem Petrus Plaça, lib. 1. epito. delicto. cap. 23. num. 43. cui suffragatur tex. in cap. cum ab homine. qui in principio docet, in omni crimine, quantuncunque graui secularem iudicem, nõ posse clericos punire, eos tamèn esse deponendos, & si incorrigibiles fuerint, curiæ seculari tradendos fore. Ecce Romani Pontificis apertissimum testimonium, ex quo manifestè constat, quòd etiam ob enorme crimen, nisi accesserit pertinacia, traditio fieri non debet. Circa quàm disputationem vide late Gregor. in l. 61. in verbo, *Homicidio*. tit. 6. par. 1. Ferdinand Mencha. de testamen. §. 22. fol. 75.

## Per assassinos alios interfici mandantes.

### CAPVT, XCVI.

**1** *Clericus huius criminis Reus quæ pœna afficiatur.*

**2** *In hoc assassinatus crimine propter criminis grauitatem indicia, & argumenta sufficere constat.*

**3** *Testium dicta lite non contestata, & etiam parte absente recipi possunt.*

**4** *Clericus assassinus nulla degradatione precedente, per secularem iudicem potest puniri.*

**5** *Pœna tex. in cap. 1. de homi. libr. 6. an in interfectoibus, seu percusso ribus locum habeat.*

**6** *Pœna etiam dict. cap. 1. an locum habeat contra mandantem, etiam si mors sequuta non fuerit.*



**E**cclesiastica persona aliquem Christianorum faciens interfici per assassinos, vel mandans, vel eos receptans, vel defendens, seu occultans incurrit ipse facto sententiam excommunicationis & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio: & beneficio, & beneficia possunt alijs liberè per collatores conferri, vt in c. 1. de hom. in. 6. Et habet vnũ speciale hoc delictũ, vt probari possit probabilibus argumentis, vt ibi, vbi vide Phil. in. 11. not. tenentem quòd in isto casu ratione periculi valent testes recepti lite non contestata etiam parte absente & non citata: quia tex. ibi non dicit testibus, sed probabilibus argumentis. Item aliud quòd clericus assassinus potest puniri per secularem, sine eo quòd precedat degradatio<sup>b</sup> secundum Lapum in dict. cap. 1. & Domi. ibi in fin. quia ipso iure videntur degradati: & videtur data vnicuique potestas ipsos capiendi, & per ius videntur spoliati omni priuilegio clericali, vt per Docto. ibi. Et prædictam conclusionem Domini refert & sequitur Barba. in capi. At si clerici. de iudi. in colum. 32. nu.

129. Refert etiam Hyppoly. in pract. criminali. in. 9. Examinanda. in column. 3. Et hoc etiam tenent plures doctores relati in decisionibus Nicolai Boerij in. quæstio. 69. in n. 18. & vide Ioan. Lup. in tract. de libertate ecclesiastica. in quæstio. 9. vbi dicit quòd datur à iure quædam degradatio quæ habetur loco realis, videlicet in dicto capit. 1. de homi. vbi clericus delinquens vt supra, à iure & à concilio habetur pro realiter degradato, vt possit capi. & puniri per secularem, de quo vide latius Arnal. Alber. in capi. Quoniam. de hæreti. libr. 6. in column. 147. versic. 8. & ultimò fallit. cum. 11. colum. sequentib. qui primò adducit quinque fundamenta contra communem intellectum doct. ad dict. cap. 1. qui habet quòd clerici delinquentes in hoc delicto sunt ipso facto degradati, adeò vt iudices seculares possint procedere contra eos, sicut contra laicos. Et postea benè corroborat hanc communem conclusionem, & respondet ad fundamenta in contrarium adducta. Et nota vnum quòd ipse dicit in proposito, quòd pœna illius text. non videtur habere locum in interficiente, sed in mandante: & quòd fortè multi in hoc errarent, allegat Aretin. hoc sic ponderat in consil. 165. incip. Sicut Ioannes. dicit, column. 11. versic. Tertiò allegant. Aduerte præterea quòd pœna illius text. in dict. cap. 1. habet locum contra mandantem, etiam si mors non sit secuta, a vt probant apertè verba illius, dum dicit. quanquam mors ex hoc forsitan non sequatur: quòd videtur esse speciale in hoc delicto, vt voluit Augu. in additio. ad Ange. in parte. Et Sempronium Rodulphi, in. 4. additione: quia aliàs mandataris non puniretur pœna ordi-

naria maleficio non secuto: nisi dicamus secundum eum post Ioan. And. in regula, in pœnis. de regu. iuris. in. 6. quòd quo ad pœnas de quibus in dicto capitu. primò. facta mandato delictum est perfectum, & ideo nimirum si puniatur pœna ordinaria, ac si delictum esset consummatum: quod etiam videtur sequi Philip. in dict. cap. 1. in colum. penult. in versic. in glo. & per prædictum text. videtur reprobari de iure canonico. opinio Dini. & Ange. in. l. Item apud. 6. Si curauerit. ff. de iniur. dum dicunt quòd in assassinato si do pecuniam alicui vt aliquem occidat, homicidio non sequuto non punitur mandans: quam decisionem refert August. vbi supra, & dicit eos verè dicere, quòd mandans non punitur de homicidio, sed pœna extraordinaria mandato.



*Ite non contestata.* Adde Felin. in cap. quoniam frequenter. pen. col. vt lite non contest. Hypp. in pract. 9. diligenter. & in. l. de vno quoque casu. 50. ff. de re iud. Gramm. consil. 40. Carr. in practi. crimin. fol. 140. Petr. Foll. in practi. in parte & si confitebuntur. nume. 44. pag. 245. licet ab hac opinione discedat Felin. in capit. in nomine Domini. 5. limi. de testib. Gramm. voto. 11. Ipse verò tenet primam opinionem autorem sequutus, quæ ea ratione fulcitur, quia iuxta comunem nostrorum traditionem, assassinatus crimen læsæ maiestatis celeri equiparatur. vt tradit latè Hipp. cõs. 19. vo. 2. Tho. Gram. voto. 9. At in læsæ maiestatis crimine, testes ad hunc lite non contestata fidem faciunt. vt tradit Hyppo. in dict. l. de vnoquoque. & Felin. & Carr. in locis nouissimè allegatis. Sunt equi-

**A**  
In crimine  
assassini lite  
non contestata  
proceditur.

equidē multa specialia in hoc crimine propter ipsius atrocitatem statuta, ut inquit Bossi. in practica criminali. de mandato ad homicidium. num. 46. ubi allegans authorem nostram dicit non guisse perfecte materiam quae forte nostris annotationibus elucidabitur.

**B** *Præcedat degradatio.* Adde Hypo. in l. vni. nume. 107. C. de rap. virgin. Ioann. Igne. in l. necessarios. §. non alias. num. 448. colu. 3. fol. 177. ff. ad Sillan. Nicol. Euerar. in locis legalibus fol. 264. Thom. Gramma. voto. 8. & 11. Carr. in practic. fol. 139. nume. 24. Bartho. Cassa. in commentar. in consuetudi. Burg. rubr. 1. §. in gloss. *Silna grace.* num. 50. Antoni. Capi. decisio. Neapolit. 155. nume. 26. quam opinionem communem esse testatur Stepha. Auffe. in Clementin. 1. de offici. ordin. regul. 1. fallen. 18. D. Episcopus Couarruu. libr. 2. vari. resolu. capit. 20. num. 10. Cap. Neapolit. decisio. 112. num. 2. Remig. Goni. in tracta. de immu. Ecclesiar. fallen. 15. nume. 10.

Clericus  
assassinus  
ut possit  
puniri a  
iudice se-  
culari  
prius de-  
bet ab ec-  
clesiasti-  
co decla-  
rari assas-  
si nō cō-  
missio.

Notauis tamen utiliter, quod ad hoc, ut iuste assassinus clericus a iudice seculari puniri possit, requiritur sententia declaratoria, qua iudex pronunciet, ipsum esse assassinum. illa est communis opinio teste Carr. in practi. crimina. fol. 289. num. 11. Capi. dict. decisione. 112. num. 2. Plaça. libr. 1. Epitem. delict. cap. 19. num. 27. Qua declaratione facta, non requiritur alia sententia, qua imponantur pœnæ text. in capit. 1. de homicid. libr. 6. sed statim illas incurrit, ita frequentiori doctorum suffragio receptum est, ut scribit Alexand. consi. 166. num. 5. libr. 7. Et declaratio hæc ad iudi-

com ecclesiasticum spectat, ut scribit Iul. Clar. libr. 5. recep. sentent. §. in quaestio. 26. versic. sed quero. quauis apud suos hoc non seruetur, & contrarium obseruat Neapolitanum consilium, ut fatetur Capi. decisio. 155. nume. 25. Gramma. voto. 8. num. 11.

*In interficiente.* Adde quod hanc opinionem Aretin. sequutus, tenet Alberti. in capi. 1. de hæreti. libr. 6. question. 11. ad finem. sed contrariam opinionem, in eo quod dicta constitutionis pœnæ percussorem vel interfectorem comprehendant, perspecta legis ratione, tenet Ang. in tractat. maleficior. in parte Sempronium mandatore, in principio Ang. in l. 1. C. de sepul. viola. Capi. decisio. 155. Paris de Puteo in tracta. syndi. in verbo, inquisitio. Thom. Gramma. voto. 9. in fine. D. Couarruu. libr. 2. variar. resolu. capitul. 20. numer. 10. quem vide propius controuersæ opinionis resolutione.

*Non sit sequens.* Adde Ang. consil. 14. Bartho. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. videndum. num. 7. Ioann. Andr. in reg. in pœnis. de regul. iur. libro. 6. Thom. Gramma. dict. voto. 9. ubi Matth. de Afflict. in constitu. Neapolitan. libr. 1. rub. 14. num. 16. idem fatetur Capi. decisio. 155. & hanc fatetur communem esse sententiam Remigi. de Goni. de immuni. Ecclesiar. fol. 143. Iul. Clari. libr. 5. recep. sentent. §. assassinum. versic. scias etiam. eandem opinionem amplectitur Carr. in practic. crimin. rubr. de homi. §. 2. num. 12. & §. 5. num. 8. Licet Ang. dict. consil. 14. & in l. item apud Labonem. §. si curauit. ff. de iniur. existimat pius esse quod iudex pœnam ordinariam in mitiorem commutet.

Sed

*Qui fue-  
runt Af-  
falsini  
explica-  
tur.*

Sed quia diffusè nimis ( nè dicam  
confusè, à nostratibus articulus iste  
disputatur: pro perfectiori declara-  
tione, tres casus à nobis constituèn-  
di sunt. Primus in casu text. in di-  
cto. capi. 1. de homi. libr. 6. nempe  
in proprio crimine affalsinij, cum  
tractatur peccunia data vel promif-  
sa, de occidendo homine Christiano,  
per ministerium alicuius infide-  
lis, ex gente affalsiorum. Erant  
equidem affalsini populi quidam  
ex Syria, qui ita à pueritia instruc-  
bantur, vt Regis inimicos, aut domi-  
ni sui cui obtemporabant, eius man-  
dato incautos percutiebant, aut occi-  
debant, ita testatur Volaterr. libr. 11.  
capit. de lectis. Sirriae D. Couarru.  
libr. 2. vari. resolu. capitu. 20. numer.  
10. & quanuis de affalsinis multi  
multa tradiderint, qui tamen ij fue-  
runt, & vnde originem traxerint Pau-  
lus Aemilius Veronensis libro quin-  
to de rebus gestis Francorum in Lu-  
doui. Iuni. & in libr. 7. in D. Ludo.  
vita dilucidè & egragie explicauit  
asserens quòd ideo Affalsini appella-  
bantur quia Princeps qui illorum  
factionis ab illis eligebatur Arfacida  
diceretur & videndus est etiã Polid.  
Virgi. lib. 16. Historia Angl. equi-  
dem hoc casu, punitur mandans ho-  
mucidum, etiam effectu non secuto,  
atque punitur cognatus pœna mor-  
tis ordinaria ex dict. capit. 1. vbi Frã-  
cus D. Couarru. in dict. Clementi.  
si furiosus. 2. part. in innitio. num. 9.  
qui egragie scribit hoc non tantum  
esse cognatum, quantum delictum  
consummatum, ex mandatis latere,  
cum per eum non steterit quin homi-  
cidium sequatur Jacob. Menoch.  
de arbi. iud. quæstio. libr. 2. centur.  
2. casu. 360. numer. 41. Petrus  
Piaça libr. 1. epit. delictorum capit.  
10. numer. 9.

Secundus casus quãdo loquimur  
de affalsino ex communi & frequen-  
tissima interpretatione, qua intelli-  
gimus affalsinum, qui peccunia ac-  
cepta vel promissa, aliquem occide-  
rit, iste igitur affalsinus siue Christia-  
nus, siue Infidelis si ad actum occi-  
dendi deuenit, & conatum om-  
nem adhibuerit, itaque quòd per  
eum non steterit, quin occiderit: pœ-  
na ordinaria punitur ex decissione  
text. in dict. capit. 1. ita scribit, vltra  
alios Matth. de Afflict. in consti.  
Neapoli. libr. 1. rub. 12. numer. 16.  
Andr. Tiraquell. in tractat. de pen-  
legum causa. 37. num. 4. Cassane. in  
consuetud. Burg. rubr. 1. §. viden-  
dum num. 7. qui asserit hoc vidisse  
obseruari Mediolani. & aliquandò  
obseruatum fuisse in consilio Nea-  
poli. fatetur Gramma. voto. 9.

Tertiùs casus, quandò is mandans  
tentauit mandatarium, vt peccuniã  
acciperet & occideret, & mandata-  
rius recusauit, hoc casu solùm man-  
dans punitur extraordinaria pœna,  
cum talis cognatus remotus sit ab  
ipso effectu. Hæc est communis sen-  
tentia, vt constat ex doctorum tra-  
ditionibus quos supra allegauimus.

In criminalibus capi-  
talibusquè causis ac-  
cusatores, aduocati  
Procuratores, con-  
trà reos in seculari-  
bus tribunalibus sti-  
terunt.

CAPVT, XCVIII.

Y 2 Quòd

Quòd nouè æditum  
est, latè que eo interpre-  
tatur Bonifacij Octau-  
i egrægia constitutio  
quæ secunda est  
tit. de hom.  
lib. 6.

- 1 Clerici criminales causas agitare pro-  
hibentur.
- 2 Clerici præmissa iuris protestatione,  
coram secularibus iudicibus, accu-  
satione possunt proponere.
- 3 Iure positivo statuta est irregularita-  
tis pœna contra clericos, in causis  
capitalibus accusantes.
- 4 Clericus qui non præmissa protesta-  
tione accusat, mortalem culpam  
contrahit.
- 5 Clericis prohibita est accusatio in cau-  
sa sanguinis.
- 6 Si omissa protestatione, non impone-  
retur pœna mortis, vel membri  
mutilationis, clericus accusans nõ  
esset irregularis.
- 7 Clericus tunc facta protestatione, ac-  
cusare poterit, quando suam vel  
suorum iniuriam accusat, non ve-  
rò alias.
- 8 Clericus ab irregularitatis labe im-  
munis est, accusans præmissa  
protestatione, quibuscunque ver-  
bis utatur.
- 9 Tacita protestatio, in accusationibus  
proponendis à clericis, nõ liberat  
ab irregularitate sed expressa re-  
quiritur.
- 10 Clericus, facta protestatione irregu-  
laritatem non contrahit, quanuis  
ea prætermissa, iudex capitale[m]  
pœnam imponat.
- 11 Protestatio excusat ab irregularita-  
te, quanuis evidentissimè sit, quòd  
iudex capitale[m] pœnam imponit.
- 12 Quando causa civilis est, protesta-  
tio non requiritur, & quanuis ex  
accidenti contingat mors, vel mè-  
bri mutilatio, clerico quo ad irre-  
gularitatem non nocet.
- 13 Clericus omittens protestatione[m], irre-  
gularitatis nota non afficitur, quã-  
do iudex secularis: contra iuris  
sanctiones reum condemnauit.
- 14 Protestatio necessaria non est,  
quando accusatio coram iudice  
Ecclesiastico proponitur.
- 15 Clericus qui habet animum prote-  
stationi contrarium, an incidat in  
irregularitatem.
- 16 Clericus qui omisit protestatione[m],  
in capitali accusatione, irregu-  
laris efficitur, quanuis animo ne-  
quaquam consentiat quòd capi-  
taliter reus puniatur.
- 17 Clericus qui præmissa dicta prote-  
statione, criminis reu[m], quem forte  
fraganti crimine reperiuit, iudici  
seculari puniendum tradidit irre-  
ris non est.
- 18 Clerici in criminalibus causis, ad-  
uocationis munere fungentes, se-  
quuta morte, vel membri mutila-  
tione, irregulares efficiuntur.
- 19 Nec clerici precedenti casu excusa-  
rentur, si protestati fuerint, quòd  
non intendunt, ut pœna mortis, vel  
mutilationis membri infligatur.
- 20 Clerici utrùm in fauorem rei, ad-  
uocationis munus possunt sine ir-  
regularitatis metu exercere.
- 21 Clerici in criminalibus causis coram  
iudicibus secularibus, testes esse  
prohibentur.
- 22 Clerici in reorum fauorem, in di-  
ctis causis, testimonium proferre  
possunt.
- 23 Clericus non potest esse testis coram  
iudice seculari, absq; sui iudicis li-  
centia.

24 *Consuetudo quadam Curie Gratio napolitana, quæ obseruatur in testimonijs Clericorum coram secularibus iudicibus proferendis reprobat.*

25 *Testimonium Clerici, vel Regularis, absque sui iudicis & superioris facultate prolatum, firmitatem obtinet.*

26 *Iudex Ecclesiasticus non debet, nec potest, in criminalibus controversijs, clericis facultatem præstare, ut coram secularibus magistratibus testimoniũ proferant, quod si præstiterit non est illi obtemperandum.*



Vltis equidem iustissimisque causis, sacris constitutionibus clericis interdictum est, criminales cõ

certationes agitare, denigratur quidem ex hoc sacerdotalis candor eius quæ puritas nimis contaminatur.

Vnde concilio Tõletano vndecimo, anno Domini sexcentesimo sexagesimo can. 6. ita decretũ fuit.

*His à quibus domini sacramenta tractanda sunt iudicium sanguinis agitare non liceat, quod si quisquam immemor horum præceptorum aut in ecclesiæ suæ famulis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit ordinis honore priuetur. Et loco sub perpetuo quoque damnationis teneatur relegatus ergastulo.*

Quem locum Gratianus intexuit in capit. his à quibus. 23. quæstio. 8. Propterea quidquid continetur in cap. clericis & in cap. sententiam. ne clerici vel monachi ius nouum non continet, sed ad vetustiora iura refertur.

Et ideo nec accusatores, aduocati, procuratores, testesve esse in dictis capitalibus causis in secularibus tribunalibus possunt capit. postulasti.

de homi. cap. 1. 50. distinctio. text. in d. c. capit. sententiam sanguinis. capit. ex literis. de excessibus prela. capit. aliquantos. capit. si quis post acceptum. 51. distinctio. quod si his constitutionibus contrauerint irregularitatis labe afficiuntur.

Possunt tamen clerici absque irregularitatis nota, in dictis causis accu- 2  
tare, dummodo protestati fuerint, quod non ad mortem, nec membri mutilationem procedatur, de quo stat Bonifacij Pontificis Maximi egregia constitutio quæ secunda est titulo de homici. lib. 6. quam hoc loco quia accommodatissimus est, & mirè cõuenit huius practicæ argumẽto, multis aductis, pro virili elucidauo. Est equidem materia hæc vtilissima & in forensibus actionibus frequentissima.

Primò, iure tantum humano Pon- 3  
tificio statutum esse, quod propter criminalem accusationem, simpliciter prolatam condemnatione sequuta, clericum irregularitatem contrahere, ut in dict. capit. postulasti, de homici. vbi est communis sententia & in dict. capit. 2. Ex quo deducitur posse Summum Pontificem, eam irregularitatem iam contractam dispensatione tollere, vel à principio accusationem licitam facere, ut animaduertit insignis Couarruu. in Clementi. si furiosus. 2. par. relect. 6. 5. nu. 1. de homicidio.

Secundò, clericum qui absque 4  
dicta protestatione accusationem proposuerit, mortalem culpam contrahere, cum in materia graui iura sacra violet. scribit Martin. Nauarr. in manu. confessor. capitul. 27. nume. 226.

Tertiò prohibitam esse clericis hæc 5  
criminalẽ accusationem, etiã vbi causa sanguinis agitur d. c. postulasti.

c. accusasti. de accu. vbi clericus accusatur pœnitentiam agere cõpellitur. non tamèn ità grauem, si pro bono pacis accusasset.

6 Quartò quòd si protestatione omiſſa, non sequeretur effectus accusationis criminalis nec imponeretur pœna mortis, vel mutilationis membrorum, non esset clericus irregularis, etiam si alia sanguinis vindicta imponeretur. tenet Abb. in dict. capit. sententiam. & in dict. capit. clericis. ne clerici vel monachi & in capit. si aliquis. de homi. sequitur Siluest. in summ. in verbo Homicidium. 3. versic. secundò queritur.

7 Quintò notatu dignum est, quòd dicta criminalis accusatio protestatione interueniente clericis permissa est, quando suas causas iniuriasque proprias fuerint prosequuti, secus verò si alienas colligo ex text. in dict. capitu. 2. ibi. *Suis malefactoribus*, & ibi, *Petunt emendam sibi fieri*, & ibi, *De suis malefactoribus*, & ità post alios tenet Fran. ibi quam esse communem sententiam fatetur Martin. Nauarr. in manu. confessor. capit. 27. numer. 116. Quæ sanè ità intelligenda est, vt nihilominus clerico permissum sit protestatione facta, absque irregularitatis metu, delictum aliquod præcogitatum, in maximum reipublicæ detrimentum, aut proximi grauissimum damnum, in medelam potiùs, quàm ad criminis punitionem cautè denuntiare, quando alitèr quam per denunciationem, non potest tali malo prouideri sic tenet Caietan. in 2. 2. quæstion. 33. articul. 7. Mart. Nauarr. in capitu. inter verba. 11. quæstion. 3. Corr. 58. Couarruu. in dict. Clementin. si furiosus. §. 5. numer. 4. Quibus suffragatur text.

in dict. capit. accusasti de accusa. ibi. *Nisi pro pace*. Quæ singularis est interpretatio ad text. in dict. capit. 2.

8 Sextò, clericus præmissa protestatione, immunis est ab irregularitate, modò vtatur in accusatione verbo conqueror, vel accuso, nihil sanè interest tenet Ioann. And. in dict. capit. 2. sequitur Ioann. de Anani. in dict. capit. postulasti. de homi. num. 3. Socin. in dict. cap. ad audientiam. num. 55.

9 Septimò, quòd sacerdos non incurrit irregularitatem, si expressè fuerit protestatus, non tamèn sufficit quòd tacitè id faciat, vt colligitur ex dict. capitu. 2. ibi, *Protestando expressè*, & ibi ad hoc notant doctores maximè gløf. in verbo, *Protestando*, quæ dicit quòd cautè faceret clericus si de hac protestatione faceret fieri publicum instrumentum, Praxis tamen iam recepit, eam sententiã q̄ protestatio in limine querellæ, vel accusationis fiat.

10 Octauò, nec illud est omittendum, liberum esse clericum ab irregularitate, præmissa dicta protestatione, etiam si ea omiſſa iudex ad pœnam sanguinis, vel membri mutilationis præcesserit, vt expressè in dict. cap. 2. probatur vbi concors est nostrorum sententia.

11 Nonò, quòd dicta protestatio supradictum effectum operatur etiam si non solùm verisimilè sed certum sit ex qualitate criminis in accusatione propositi ad mortem processurum ità not. Ioann. Andr. Abb. & Felin. & omnes in dict. capitu. postulasti Felin. in dict. cap. ad audientiam de hom. n. 54. Decimò est equidem in hac materia obseruandum, quòd hæc protestatio tunc necessaria est cum clericus quempiam apud iudicem

iudicēsecularem accusat ratione aliquius sceleris, vel delicti perpetrati. Secus verò si causa ciuilis foret, licet ex accidenti contingerit, quòd iudex secularis, vel eius ministri clerici aduersarium, defacto resistentem, interficerent, vel aliquo membro mutilauerint, non sanè hoc clerico iustè petenti, & nihil de hoc existimanti imputari debet. text. egrægius in dict. capit. postulasti. de homi. vbi Anani. & docto. not. & D. Couar. in dict. §. 5.

13 Undecimò, & quòd singulariter circa illius tex. interpretationem notandum est quòd scribit Ioan. Ana. in dict. cap. postulasti. censens nò imputari clerico accusatori, etiam nò protestanti, mortem vel mutilationē membri reo accusato cōtra iuris præcepta illatam. Non equidem fuit in culpa clericus, qui ea ratione protestationem omisit, quòd manifestè compertum haberet nullam corporalem pœnam à iudice irrogari, & hoc sequitur Couarruu. dicto. §. 5. numer. 3.

14 Duodecimò (& quòd libentèr prætermissem nisi vidissem multos in hoc alucinari) quòd nunquam ea protestatio facienda est, quando accusatio coram iudice ecclesiastico proponitur, etiam si delictum henorissimum sit, & propter illud clericus qui de illo accusatur pœna realis degradationis sit puniendus ità deducitur ex dict. cap. 2. & excōmuni. docto rum traditione.

15 Decimotertiò illud præmissis aptè conuenit quod aliquorum calculis probatum est, quòd vsque adeò iam sèpè dicta protestatio ab irregularitate clericum protestantem liberum reddit, quòd etiam si animum habeat protestationi contrarium irregularis non erit iudicandus. Sic

tenet Felin. in dict. capitu. postulasti. quem sequitur D. Couarruu. dict. §. 5. numer. 1. Nam per solam voluntatem sinè opere exteriori irregularitas non incurritur, vt multis in locis istarum annotationum probauimus.

Sed opinio hæc nullo modò placebitur in hoc egrægius D. Couarruu. sequor in hoc Ioan. Andr. Domi. & Peru. in dicto. capitu. 2. Ioann. And. in dict. capit. postulasti. & hanc sequitur Nauarr. in manuali cap. 27. num. 226. Nec Ioann. And. contrariam sententiam amplexus est vt D. Couarruu. censuit sed potius contrariam, vt constat ex allegatione Dom. & Perus. in dictis locis & ex ipsius verbis clarè perpenditur quia ipse se remittit ad Hostiè. in summ. titul. de homi. §. qua pœna. versi. si verum. vbi latissimè hoc defendit. Et huic opinioni minimè refragatur, quòd voluntate sola irregularitas non contrahitur, quia in proposito casu, cum voluntate concurrat quærimonia, & accusatio exterior dicta equidem protestatio mendax & fallax est, nec talis est: qualem sacrum ius canonicum requirit ad irregularitatis labem excusandam, & quibus hoc contingerit oportet dispensationem impetrare, vt non semel fatetur consuluisse Martin. Nauarr. dict. cap. 27. num. 226.

16 Decimoquartò nec erit obliuioni tradendum, non posse clericum ab irregularitate excusari, qui protestationem omisit, eo quòd in animo non habuit, quòd iudex ad mortem, vel membri mutilationem, procederet, sed potius contrariam voluntatem, quæ voluntas cum in animo retenta fuit, nihil operari potest: cum actus exterius directè cōtrarius sit. tenet glos. sing. in dict. cap. 2.

Y 4 quam

Opinio  
quædam in  
signis D.  
Did. Co.  
confuta  
tur.



quam communem esse asseuerat D. Couarrun. d. 5. 5. quæ procedit etiam in animæ iudicio, vt scribunt Calde. & Franc. ibi licet Andr. Tiraquel. post leges conu. glo. 5. contrarium fuerit opinatus à quo in hoc cauendum est.

17 Decimo quintò supradictis addendum est, quòd adeò protestatio ab irregularitate liberat, quòd non solum locum obtinet, circa quærellam, vel accusationem, verum etiam procedit respectu personalis capturæ, nam si clericus reum quem in fraganti crimine reperuit, capiat, & iudici ad debitam punitionem tradiderit, modò dicta protestatione vsus fuerit irregularis non erit, ex quacunque corporali pœna à iudice imposita Fran. post alios in dict. cap. 2. Socin. in dict. ca. ad audientiam. num. 52. & 53.

18 Nec clerici, vt in huius capituli limine scripsi, aduocati nec procuratores in dictis capitalibus causis esse possunt. Sunt sanè irregulares si mors, vel membri mutilatio inde sequatur. text. glof. & doctores in dict. cap. aliquantos. 51. distin. & videtur tex. in cap. illud. 23. quæstion. 4. & tradunt vltra ordinarios interpretes Siluest. in summ. in verbo, homicidium. 3. versic. secundò quæritur. Maiolus de irreg. lib. 2. cap. 9. num. 1. Alber. Troti. libr. 2. de verò & perfectò cleri. ca. 23. num. 4.

19 Imò clericus minimè ab irregularitate liberatur, si causam accusatoris tanquam eius patronus, vel aduocatus sequendam suscepisset, etiam si dicta protestatione, de qua hoc capite abundè dictum est vteretur singulariter tenet Ioann. Imo. in dict. cap. postulasti. cuius opinionem communem esse testatur insignis D. Couar. dict. 5. 5.

20 Sunt etiam qui censent, nõ esse cle-

ricis concessum, etiam in fauorem rei aduocati munus exercere. glof. in dict. c. aliquantos. vbi Archid. Spec. in tit. de dispensatione. 5. iuxta. vers. Item si quis. idem in ti. de aduocato. 5. obijcitur. vers. in causa autem. Albert. Troti. in dict. cap. 23. Præterea dicebat Hosti. in cap. 1. de postulan. quòd licet accusati defensio clericis aliquandò permissa sit capi. reos. 23. quæsti. 5. cap. inter alia. de immu. ecclési. eos tamèn ab ea abstinere ortatur, nã contingere enim potest quòd ipsorum culpa, imperitia, vel negligètia, accusatus damnetur vel nimis subtilitatibus, aut calumniosis allegationibus non solum absoluator, sed accusator tallionis pœna puniatur. Vnde ipse Hostien. in dict. capit. ad audientiam. de homi. commemorat quendam clericum in criminali causa suscepisse fratris sui patrocinium, adque adeò solerter eam defendisse, vt absolutus fuerit, clericum verò irregularem effectum, quia accusator fuit de capitatus. Quæ opinio verissima est quando non solum clericus reum defendit sed petit accusatorem calumniantem puniri, qui si à iudice occidatur, vel membro mutiletur, clericus irregularis efficitur; Si autem tantum reum defendit, iustamq; operam defensionis dans. nec petit accusatorem puniri, licet postea, à iudice tallionis pœna imponatur non erit clerico ad irregularitatem imputandum licet nulla in defensione rei accusati, circa accusatorem. vsus sit protestatione, cù defensio accusati, de per se non tendit ad accusatoris mortem, sed tantum ad tutelam & licitam accusati defensionem. Sic colligo ex Hosti. Maiol. Couar. in locis iam allegatis.

Non est tamen in hoc silentio præmittendum, quòd licet clericus aduocati, vel procuratoris, munere fungens

Clericus  
an p reo  
in capta  
li causa  
possit pa  
trociniu  
præstare.

gens dictis causis, solum contrahat irregularitatem, quando secuta est mors, vel membri mutilatio, grauitè tamen in alijs sic delinquens, ab ordinario pro facti qualitate plectendus est, sunt equidem munera hæc clericis interdicta, vt præcedentibus capitibus latè probauimus.

**¶** Est etiam clerico interdictum in dictis criminalibus causis testimonium proferre. glos. in capi. testimonium. 11. quæstio. 1. & in cap. de cætero de testib. nemo sanè est qui tantum cooperetur sanguinis iudicio, quantum ipse testis à quo totius criminis veritas elicitur, & super cuius attestazione firmatur sententia, & ea ratione si ex eius testimonio mors fuerit illata, irregularis efficitur, etiã præmissa dicta protestatione, vt scribit Felin. in dict. cap. postulasti. post glo. ibi, & est glos. notanda quæ in laico loquitur in capit. 1. 51. distinct. & in clerico glos. in cap. testimoniũ. 11. quæstio. 1. Abb. in cap. de cætero colum. 1. de testib. Crotus in tracta. de testib. num. 69. quam communè esse sententiam profitetur D. Couar. dict. §. 5. num. 5. Iul. Clar. in practica criminali. §. fina. quæsti. 24. versi. sed quid. Nec refragari potest respectu laici, quòd is inuictus, & coactus & iudicis præcepto compulsus, testimonium protulerit: nam etiã si quis per vim vel metum, qui in virum constãtem cadat, cogatur delinquẽtem exhibere & rebelare, semper erit irregularis, si ille puniatur pœna mortis, vel membri mutilatione, quia licet vis illa excuset à peccato, non verò ab irregularitate. tenet Taur. in summa in verbo irregularitas. 2. num. 22. Maio. de irregulari. libr. 2. capitu. 8. num. 2.

Si autem ex tali testimonio, dicta pœna non fuerit secuta, sed alia mi-

tior, vel arbitraria, vel quia innocens erat accusatus fuit absolutus, nihilominus clericus pro modo culpæ iudicis arbitrio, puniendus est, & sic receptum vidi. Nullam verò clericus pœnam patietur, si in ea causa criminali. in qua testimonium protulit. de pœna sanguinis nõ agebatur, Abb. not. 1. in. capit. de cætero de testib. & ibi doctores, & itã debet intelligi tex. in dict. capit. testimonium. quæ sic intelligit glos. in cap. 1. 51. distinct. & vide text. in cap. quandoque. 14. quæst. 2. Saluberrimum tamèn consilium est, quòd in quacunque criminali causa clerici testimonium non proferant.

Procedunt equidem quæ prædiximus quando clericus testimonium profert, in faborem accusatoris secus si clericus produceretur in testem, in fauorem rei quia cum hoc prohibitum non sit nullam pœnam incurrit. Imò vnum censeo perpetua memoria dignum quòd nouum est nec meminisse legisse apud aliquem, quòd licet ex tali testimonio quòd directè & principaliter ad probandam rei innocentiam tendit, ex accidẽti tamèn ex causæ processu, accusatoris calumnia detegitur, ideoque tallionis pœna imponitur non imputabitur clerico ad irregularitatem, satis sanè ei inoscendum est, cuius testimonium non ad mortem accusatoris. sed ad tutelam rei accusati tendit, & id quod præter eius intentionem contingit, est veluti peraccidens, quòd subiecti naturam non mutat. l. naturaliter. §. apud ff. de acquirend. hæredi. Quæ doctrina mirè confirmatur ex supra traditis, circa patrociniũ clericum pro reo in criminali iudicio.

Sed ad hoc vt clericus iustè possit suum testimonium proferre, necessaria est sui ecclesiastici iudicis facultas,

tas, vt seruari de consuetudine affirmat Fran. Mar. decis. 777. num. 4. Quod iure consentaneum est, quia nec in causa civili, clericus testificari potest, nisi dicta facultas præcesserit, quanuis si de facto deponat licet malè faciat, minimè tamen eius testimonium vitaretur. glo. fina. vbi Abb. & omnes in capi. 1. de iuram. calum. Idem in religiosis seruandum est glo. in auth. de monach. 4. cogitandum. col. 9. sed hoc temperandum est vt procedat in iudicijs non verò in contractibus, quibus clerici liberè sine alicuius poenæ metu iurare possunt. Deindè nec licentia requiritur quandò clericus vult testificari coram alio iudice ecclesiastico, qui non sit suus: ex Abb. sententia in dict. ca. 1. Quo loco scribit, quòd non tantum Episcopus, sed alius Prælatus inferior potest dictam licentiam concedere quòd verum censeo in civilibus controuersijs, non autem in criminalibus causis ad tutelam defensam rei accusati, quia tunc ab Episcopo, vel ab eius Vicario generali, maturo iudicio & præuia causæ cognitione concedenda est non verò ab inferioribus iudicibus qui causarum criminalium non habent cognitionem & hoc iure vtimur.

24  
Reprobatur  
consuetudo  
cuiusdam  
curiæ  
Gratian.

Vndè nullo modò iure defendi potest, consuetudo quæ semper in curia Gratianopolitana & in alijs inferioribus curijs Delphinatus receptam vidisse testatur Guido Pap. decisio. 65. num. 2. nempe quòd si clerici nollunt in causa civili, coram seculari iudice dicere testimonium, cogi ad id possunt modicà coertione, ab eodem iudice seculari, nec ad id adeundus est iudex ecclesiasticus nec Abbas, vel alijs Prælatus respectu monachi nollentis testificari. Quòd si causa fuerit criminalis suo-

rum Prælatorum licentia desideratur. Est tamen illa consuetudo inniqua, & sacris canonicis constitutionibus contraria & ideò merito releganda est.

Fateor tamèn iuri consonum esse quòd in dictis curijs seruari testatur. 25  
Guid. Pap. præcitata decisione in prin. quòd si clerici vel monachi absque suorum superiorum còsensu testimonium protulerint siuè in causa civili vel criminali eorum depositiones non ex hoc vitari nec inuvalidari, quòd optimè fulcitur autoritate glo. Abb. & aliorum in dict. ca. 1. de iuramen. calumn. supra allegat.

In criminali causa contra reum, 26  
nec debet nec potest iudex Ecclesiasticus licentiam clericis præstare, vt ferant testimonium, & si de facto ea præstiterint, non est obtemperandum tenet Antiquissimus Gofredus in summa tit. de testibus cogend. Inno. in cap. dilectorum. eo titu. Imò singulariter scribit Ioann. And. in nouel. ibi quòd laicus qui ad clericatum aspirat, etiam in foro seculari cogi non potest, vt in dictis causis testificatur quem sequitur Addi. Guido. Pap. d. decis. quòd summa innititur equitate, sed praxis forensis non recepit.

## Truncationes membrorum per se facientes, aut faciendas iudicantes.

### CAPVT, XCIX.

- 1 Clerici membrorum truncationes facientes, vel faciendas esse iudicantes ab officio & beneficio sunt deponendi.

2 Quòd

2 Quòd autem dicatur membrum, remissive traditur.

**C**lericis in sacris ordinibus constitutis ex Concilio Toletano iudicium sanguinis agitare non licet.

Vnde prohibemus ne aut per se truncationes membrorum faciant, aut iudicant faciendas: quòd si quis tale quid fecerit, honore priuetur & loco verba sunt text. in capit. Clericis. ne cleri. vel monac. Còcilium autem illud Toletanum, de quo supra mentio fit, duodecimum est in Canone.

6. Vnde pœna delicti huius est depositio ab officio & beneficio: quia secundum expositionem Ioan. Andreæ, verbum text. honore exponitur, id est ordine, & verbum loco, id est, beneficio: & sic vult text. q̄ priuetur ordine & beneficio, & per consequens deponatur secundum Abb. ibi, in. 1. notab. qui sequitur expositionem Ioan. Andr. Et aduerte quòd cum pœna ista imponatur facienti,

**a** vel iudicanti <sup>a</sup> truncationem membrorum, quòd etiam si membrum debilitaretur facto vel sententia clerici non puniretur ista pœna, quia per

**b** id non efficitur irregularis, <sup>b</sup> ita sentit Abb. ibi. item etiam est aliud aduertendum, quòd videtur text. imponere hanc pœnam clericis per solum iudicium, & sic per solam sententiæ prolationem, sine eo quòd sequatur illius executio. Ego tamèn credo quòd mens conditoris canonis fuit punire clericum quòdò succedit executio, & sic crederem per solam sententiam non ita acerrimè puniendū

**c** Quòd autem dicatur membrum <sup>c</sup> quia hæc materia in varijs locis latè describitur, sufficiat ad illa lectores remittere: quæ quidem inter alios co-

piofius colligit Corsetus in repertorio Abbatis, in parte, membrum.



**I**udicanti. Adde quòd tunc prædicta pœna incurritur quòdò clericus ipse personalitèr pœnam truncationis membrorum inflingerit, si verò iurisdictionem haberet temporalem, vel esset Prælatus & proprii muneris ratione committeret, alicuius causæ cognitionem alteri. vt iustitiã faceret, etiam si talis iudex ordinarius, vel delegatus, cui causa commissa est, accusatum morti traderet Prælatus vel clericus habens temporalem iurisdictionem qui talem delegationem fecerit nullam irregularitatem contrahit text. egregius in cap. vltim. ne cleri. vel monachi in. 6. Sed quid ex contrariò an Prælatus, vel sacerdos possit cognoscere de causis criminalibus ad puniendos laicos ex commissione Principis secularis text. celebris in cap. in Archiepiscopatu de raptor. expressè probat hæc delegationem firmitatem obtinere & quòd eius ratione iure poterit talis delegatus de his causis cognoscere, & sententiam proferre hanc lege, vt sententiam sanguinis minimè proferat quem text. præter alios interpretæ dicit sing. Aretin. consi. 58. colu. 3. & 5. quo loco scribit censeri huic delegato commissam causam quoad ipsam ordinariam criminis punitionem nec enim videtur Princeps aliquam remissionem facere eo quòd causam ei delegauerit qui sanguinis iudicium non poterit proferre cum hoc casu is delegatus teneatur punitionem dimittere committenti quem sequitur Couarruu. in Clemen. si furiosus. 2. par. relecti. 5. 5. nume. 8. quo loco aliqua circa hoc notatu digna scribit,

**A** Prælatus vel clericus, qui iurisdictionem habet temporealem potest alteri criminales causas iudicandas remittere.

Clericus an ex delegatione Principis secularis possit in criminibus contra laicos pcedere.

Item

Clericus  
absq; ir-  
regulari-  
tatis no-  
ta, cōsule  
re potest  
generali-  
ter, vt p  
aliquo  
crimine,  
mortis  
pœna im-  
ponatur.

Item tunc huius capitis pœna imponenda est, quando clericus super facto contingenti, & in iudicio iam deducto, iudicat mortis pœnam, vel mutilationis membrorum faciendam esse, alioquin si extra contingentiam facti, nulla irregularitatis pœna, vel alia incurritur. Nam & clerici de iure respondere possunt & opinari q̄ certis casibus vltimum supplicium, vel membri mutilatio imponatur. Et ea ratione scribentes tractatus, commentarios, vel criminalia, consilia quibus iudices instruunt pro futuris criminibus, vt aliquas pœnas corporales inferant, non sunt irregulares iudicandi. Nam clericis interdictum non est leges & statuta facere, quæ criminales controversias concernat aut Principi consulere, vt committentibus certa delicta irroget mortis pœnam, vel aliam corporalem. gl. not. in capit. ex literis. in verbo, consuluit. de excessi. Præla. vbi Abb. & omnes sequuntur Innoc. in capi. ad audientiam. de homi. Specula. in tit. de dispensa. §. iuxta. versi. Quid si iudex. Abb. in cap. 1. de furt. Bald. in auth. habita. C. ne filius pro patre Siluest. in summ. in verbo Homicidium. 3. questio. 5. versic. quartum. Maiolus de irregu. lib. 2. cap. 9. num. 9. & est communis sententia.

In sacra  
Inquisi-  
tionis tri-  
bunalib9  
huius ca-  
pitis san-  
ctio loci  
non obti-  
net.

Præterea huius capitis pœna limitanda est vt locum minimè obtineat in sacra Inquisitionis tribunalibus: nam quis quis siuè Cardinalis, siuè Episcopus aut sacerdos qui interfuerit sacrosanctis Inquisitorum cōgregationibus in quibus tractatur de aliquo delicto, iam in iudicium deducto, in quo pœna sanguinis imponenda est, consulendo, vel suffragium præstando, nullam irregularitatem incurrit, ex Summi Præsidis indulgentia propter fidei fauorem

ita decreuit Paul. 4. Pontifex Maxi. die. 29. Aprilis anno. 1557. vt refert iudiciale Inquisitorum. 4. decreto Simo Maiolus de irregularitate lib. 2. d. c. 9. nu. 8.

*Puniendum.* Hæc sanè opinio Domini Episcopi mihi nūquam placuit. Tūm quia est contrā expressa verba tex. in dict. capit. clericis. ne clerici, vel monachi ibi. *Aut iudicet inferendas.* Tūm quia Speculator cuius autoritas apud non est maxima contrariam sententiam tuetur titulo de dispensatione. §. iuxta propositiones. quem sequitur Petrus Folleri. in pract. crim. cano. 2. par. cap. 24. sic sola iudicis sententia damnatum instabilem reddit & testamentum prius factum tollit. l. si quis filio ex hereditate. §. irritum. ff. de iniusto rup.

*Irregularis.* Adde Calderi. Abb. & Cardi. in cap. 1. qui cleri. vel vouen. Cardi. in Clemen. si furiosus. quæst. 31. de homi. Steph. Auffe. in Capell. Tholosa. quæst. 207. quam opinionem communem esse fatetur D. Couarruu. in dict. Clement. si furiosus. 3. par. in initio. num. 9. Quæ secundum illum procedit, etiam si membrum corpori ad heres, omninò inutile sit, adhuc in hoc casu nulla afficitur percussor irregularitate, sed verior est contraria opinio quam tenuerunt Cardin. Abb. & Præposi. in dict. cap. 1. Siluest. in summ. in verbo homicidium. 3. versi. Tertium. & eā sequitur rationibus confirmans insignis. Martin. Nauarr. in manu. confesso. c. 27. nu. 207.

*Dicatur membrum.* Adde Bar. in l. publicorum. nu. 13. ff. de publi. iudi. vbi Imo. & doctores qui illa propriè membra esse censent, quibus diuerso & proprio officio corpus mouetur. aut iuuatur, vt oculo, ad videndum, pedibus ad progressum, auribus ad audien-

B  
Ioā. Ber.  
opinio  
de qua  
hoc cap.  
reprobatur.

D. Couarruu.  
opinio  
confutatur.

D  
Membrū  
q̄ propriè  
dicatur.

audiendum, manibus ad palpandum, naribus ad odoratum, lingua ad sermonem, idem Bald. affirmat in capi. 1. de noua forma. fidei. numer. 5. quod manifestè Aristot. autoritate constat lib. 1. de par. anima. c. 5. tex. not. in l. idè Offilius. ff. de ædili. edi. l. nō sunt liberi. ff. de sta. homi. Idēq; Diuus Paulus insinuat ad Roma. ca. 12. dicens membra in corpore distinetam operationem habere. *Omnia autem membra (inquit) non eundem effectum habent.* Quod latius explicat D. Couarruu. in dict. Clement. si furiosus. 3. pat. in initio. num. 8.

*Caietan*  
*ni*  
*D. Soto*  
*opinio*  
*quæ*  
*dā consuetud.*  
*atur.*

Ex quo sequitur lapsum fuisse Caietan. existimantem, abscindentem digitum irregularem esse, quem sequutus fuit Domi. Soto. lib. 2. de iust. & iur. quæstio. 1. arti. 1. eo quod digitus sit membrum cuius contrarium manifestè docet Bar. & doctores in dict. l. publicorum. Bald. in di. cap. 1. Felin. in cap. cum illorum. de senten. excomm. & in cap. Ego enim colum. 2. de iureiuran. Gonsa. à Villa diego de irregula. cap. de percussore. colum. 1. Anto. Rubens conf. 83. Cassa. in consuetud. Burg. rubr. 1. §. 5. quam sententiam aduersus Caietan. & Sotum communem esse testantur Martin. Nauarr. in manu confessor. cap. 27. num. 206. & eius discipulus non pœnitendus D. Couarruu. vbi paulo antè allegauit. Cui communi sententiæ suffragatur di. l. idem Offilius, vbi decisum stat quod habens digitum abscissum habet abscissam partem membri, non verò membrum & dict. l. non sunt liberi. ff. de statu. homi. ex qua colligitur, habentem equò plures digitos, non habere equò plura membra.

*Ab-*  
*scindēs*  
*cartila*

Deducitur etiam ex suprā traditis abscindentem cartilaginem, quæ circā aurem est, non incurrere huius

capitis pœnam nec irregularitatem, ea ratione: quia licet auris membrum sit, illa verò cartilago potius ad decorem & membri tutelam quam ad peculiare auris obsequium à natura ipsa ingenita est, quod ex Bald. colligit D. Couarruu. dict. nu. 8.

*ginē au-*  
*ris non*  
*est irre-*  
*gularis*

Nec ab hoc loco alienum est, inquirere, vtrum sit vera doctrina Bald. qui in l. data opera. num. 75. C. qui accusa. non poss. scribit, mamillam in fceminis membrum esse de qua merito dubitat insignis D. Couarruu. in præcitato loco intelligens veram esse quo ad latam significationem, non verò quoad germanam & propriam & ea ratione censet non esse irregularem, qui mamillam fceminæ absciderit, cuius opinio mihi summè placet, quia summa innittitur æquitate quæ in pœnalibus amplectenda est.

*Ab-*  
*scindēs*  
*mami-*  
*lam ma-*  
*lieris*  
*non est*  
*irregu-*  
*laris.*

## Duellum alijs spontè offerentes, seù oblatum suscipientes.

### C A P V T, C.

1. Clericus huius criminis reus est depœnendus.

**P**œna huius delicti est depœositionis, vt in capit. 1. de cler. pug. in duel. quod procedit siue clericus fuerit victor siue victus: poterit tamen episcopus cum eo dispensare, si mors vel mutilatio membri non fuerit inde secuta, vt ibi. Et aduerte, quod pœna illius text. procedit quando talis clericus spontè iniuit duellum, secus autem si aliquo facto necessitatis, licet

licet necessitas fuerit cuitabili: quia tunc necessitas alleuiat culpā & non punietur pena depositionis, sed mitiori: quia text. ille requirit actum spontaneum ad incurrendam poenā depositionis, secundum Abbatem. ibi.

**A**  
Duello-  
rū graui-  
tas, nec  
nō & pœ-  
næ ex  
Trid. C8  
ei. expli-  
catur.



**D**e depositionis. Adde Roland. Valle consil. 4. numer. 22. volum. 1. Et ex hoc colliges clericum qui hoc crimen commiserit nō esse suspensum vt existimauit Siluest. in sum. in verbo suspensionem. versic. 11. Tibi. ibi sed verum non est quia text. in cap. 1. de cleri. pug. in duello, solum dicit deponendum fore & ideo merito eos reprehendit Martin. Nauarr. in manu. confesso. cap. 27. num. 156. Et de materia duelli vide, vltra alios Andr. Alciat. in tractat. de singulari. certamine Nauarr. in manuali confesso. cap. 11. num. 39. & capit. 15. num. 9. & multa congerit Petrus Gregorius Tholosanus. 3. par. Syntag. iuris tit. 48. cap. 15. per totum. Et nota quod duellorum vīus à Diauolo fuit institutus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur. Proterea in tanti criminis detestatio- nem nouissimæ pœnæ in sacro Cō- cilio Tridentino statutę sunt Sessio- ne. 25. cap. 19. de reformati. vbi con- trā Imperatores, Reges, vel alios Magnates, qui in terris suis inter Christianos duellum concesserint, eō ipso sunt excommunicati, & do- minio ciuitatis, vel castri, aut loci, in quo duellum fieri permisserint: si ab Ecclesia obtinent priuati sunt, si lo- ca verò fœudalia sunt directis domi- nis acquiruntur. Illi verò qui duelli causa, in arenam descenderint, nec non qui illorum nomine ibi inter- sunt (quos patronos vocant) excom-

municationis ac omnium bonorum suorum proscriptionis ac perpetuæ infamiae pœnam incurrunt, & vt ho- micidæ iuxta Sacrorum Canonum sanctiones, sunt animaduertendi: q̄ si in ipso conflictu decesserint. sepul- tura ecclesiastica priuati sunt. Qui verò consilium dederint, vel suasse- rint, vel vt spectatores interfuerint excommunicationis ac perpetuę ma- ledictionis vinculo ligantur.

Circā verò caput nostrum & di- ctum Tridentini decretum, illud est consideratione dignissimum. Mini- mē locum esse pœnis dictis locis sta- tutis, ex quibuscunq; singularibus certaminibus, pugnisve innito etiā consilio factis, etiamsi percussio, vel mors contingerit, dummodò duelli forma non seruetur, nempe loci de- stinatio, armorum præfixio, patro- norum & spectatorum constitutio, & alia quæ in his impijs spectaculis à charitate Christiana alienis, adhibe- ri consuetum est. Cū enim dictę constitutiones pœnales sint, & in duellis loquantur, non sunt alia sin- gularia certamina extendendæ reg. Rodia. cū simili. de reg. iur. in. 6. Quod manifeste ex dicto Sacro Cō- cilio colliges quod tantum loquitur de duello, antiqua solennitate facien- do, & ita pœnam inflingit contrā lo- corum dominos, si duella suis locis fieri permisserint. nec non contrā pa- tronos, quorum ope tam immane cę- lus perpetratur, & contrā eos qui in causa duelli, tam in iure, quam in fa- cto consilium præstiterint, vides le- ctor candide quo pacto loquitur, de iure duelli, & sic de eo duello, quod impijs illius legis seruatis efficitur, & ita censeo quod iudicabitur, in casu grauissimo qui nūc pendet in Curia Regia hoc anno. 1579. & post hæc scripta compertum habui ita fuisse iudica-

Concl.  
Tri. Sess.  
25. ca. 19.  
de refor.  
quod de  
pœnis  
duellorū  
loquitur  
explicat  
tur.

*V. M. M. M.*  
*13973.*

iudicatum à sapientissimis viris. Ideoque nota quia multoties continget.

**B** *Sed mitiori.* Adde quod hæc autoris opinio, ex eo vera non videtur, quia si loquimur de duello quod inter nobiles nouissimis temporibus fit, nulla necessitas clericum compellingere potest ad hoc singulare certamen subeundum, cum maxime à suo sacro instituto sit alienum. Nec iactura honoris necessitatem inducit, ut scribit Præposi. in rub. de cleri. pug. in duello & opinionem istam sequutus est Petrus Foll. in pract. crimina. canon. 2. par. cap. 27. num. 1. quæ practica opere isto absoluto, ad manus meas peruenit.

Naues ad pugnam gubernantes, & conflictum personaliter exercentes, ac alios ad pugnam incitantes.

CAPVT, CI.

**1** Clericus propter hæc tria crimina depositionem meretur.

**2** Clericus, qui in bello interfuit, quando efficiatur irregularis.

**1** **T** Ropter hæc tria delicta deponendus est clericus, ut in capi. Quod in dubijs. de pœnis. aduerte tamen quod in defensione bene possunt clerici gubernare naues, & alios ad pugnam defensionis incitare & in tantum colligere in hostes, quod eos dimittant, ut placuit Inno. ibi. Abb.

autem in eo. cap. videtur eius sententiam restringere, videlicet quod si necessitas non erat inuitabilis, licet clericus interfuit bello causa defensionis: si sequitur mors, vel mutilatio membri ex percussione sua, efficiatur irregularis, secus si percussione aliorum. Ego tamen crederem quod Innocen. potest simpliciter intelligi, quoad terminos text. quem declarat quia ad hoc ut non patiatur pœnam depositionis, de qua ibi, sufficit quod clericus prætendat defensionem, licet causa non esset inuitabilis. Quam verò ad irregularitatem incurram feruabitur consideratio Abb. nec contradicit sententiæ Innocen. quia ipse nihil de irregularitate disponit iudicio meo **b**.

**E**fficiatur irregularis. Adde text. optimum in cap. petiti. de homi. quo loco apparet quem esse irregulare si adhuc in bello iusto propria pugnaverit manu & aliquem occiderit aut membro mutilauerit idem probat glos. in cap. Scitatis. 7. quæsti. 1. quæ sententia communis est, ut profitetur D. Episcopus Couarruu. in Clementin. si furiosus. 2. part. relecti. §. 3. num. 2. de homici. Et circa huius capitis materiam vide latissime S. Thom. & Caietan. 2. 2. q. 40. arti. 2. Abb. Card. Henr. Felin. & doctores in dict. cap. petiti. Florent. 3. par. tit. 18. cap. 2. §. 6. Martin. Nauarr. in manu. confess. cap. 27. num. 215. Maio. de irreg. libr. 5. capit. 49. & optimè Greg. Lup. in l. 52. in verbo, Deuen. jr. tit. 6. par. 1. quo loco alios allegas disputat. An summus Præsul possit facultatem clericis cōcedere, ut absq; irregularitatis metu possint in bello pugnare.

*Iudicio meo.* Vide Petrum Folle-  
rium

**A** Irregularis qui in bello iusto hominem interficit.



rium in practi. crim. cano. c. 52. licet immodeste & in verecunde autorem istum alioqui doctissimum somnial se dicat.

## Violentia quæ illatores.

### CAPUT, CII.

*1 Clericus in personis, rebus seu beneficijs violentiam inferens, qualiter puniatur, breuiter & dilucide per totum caput explicatur.*



**C**lerici violentiam inferre solent<sup>a</sup> aut possunt in personis, rebus, seu beneficijs. Primò casu, quando ab ipsis fuerat vis illata personis citra homicidium, tunc pro qualitate iniuriæ ac damnorum, ac consideratis his, quæ in arbitrarijs penis consideranda fore infra trademus, iudicis arbitrio puniri debent. Si quando verò contingat clericos eripere aliquem de manibus familiæ, qui sententia iudicis ducebatur ad mortem, vel aliud corporale supplicium, tunc quidem distinguendum est. Nam aut manifestè apparebat illum condemnatum iniq̃, & tunc videtur nullam imponendam pœnam<sup>b</sup> propter hoc, ut sentit Alber. in l. addictos. C. de episcop. audi. per tex. in cap. Hi qui. 14. quæstion. 6. vbi bona glos. & melior in cap. Reos, 23. quæst. 5. facit quòd notat Archid. in ea. Cùm homo. 23. quæstio. 5. & vide Hyppel. in l. lege Cornelia. colum. 10. num. 23. ff. ad l. Cornel. de Siccar. in practica causarum criminalium, fol. 56. num. 41. in verbo. attingam. vbi refert dictam

conclusionem Albert. & ponit alia, per quæ potest corroborari. Si tamè in tali ereptione condemnati clerici scandalum fecerint, vnde deteriora contingant quàm in iniusta hominis occisione: tunc bene crederem eos puniendos per suum iudicem iuxta scâdali & perpetratorum mensuram. Si verò damnatum iuste, eriperent, tunc puniendi sunt. Idem quândò esset dubium iuste an ne damnaretur, cum præsumere debent clerici pro iudice damnante. In hac autem illicita ereptione aduertere debent multum iudices circa modum eripiendi, an cum armis, & scandalo id fiat, an etiam ruptis carceribus, vel non: & alia cõsiderare, quæ solent similla leuora, vel grauiora facere hæc delicta in laicis.<sup>c</sup> Aduertendum tamen est quòd si clericus eximit à carceribus captum pro debito, tenebitur ad id quòd fisco, & priuato debebatur, per id quòd notat Bart. in l. Quoties, de exactoribus tribu. lib. 10. Faber. in §. Penales. instit. de action. Ias. ibi colu. 17. vers. 3. circa prædicta, quòd intelligerem verum pro illis debitis, pro quibus erat incarceratus, vel recomendatus: non verò tenebitur omnibus creditoribus licet obstat generalitas notabilis decisionis Bal. in dict. l. Addictos. dum tenet quòd eximens aliquem de manibus curiæ, tenetur ac si fideiussisset pro eo in omnem casum. Secundo verò casu videlicet quândò clerici res inuaserint violenter, tunc si erat res tēporalis ppria vel aliena, cuius possessio erat apud aliū cõstituta partiuntur penã legis. Si quis in tantam. C. Vnde vi. quæ etiam habet locum in clericis, ut sentit gloss. in cap. 1. de dolo & cont. cui assentitur ibi Abb. in 6. colum. versic. Quoad tertium, quòd confirmatur ex traditis per Felin. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. de const.

constitu. colum. 4. versicu. quaritur primò, videlicet quòd leges Imperatorum & Regum comprehendunt clericos: & melius ex quæ ibi notat in colum. 23. versiculo. Sequitur etiam. Tertiò autem quando in beneficijs faciunt violentiam, tunc qui temeritate dignitatis, personatus, aut alia quæcunque beneficia ecclesiastica occupare non verentur, hoc ipso, ius (si quod indignitatibus vel beneficijs taliter occupatis, vel ad ea competebat) amittunt. Ità disponitur in capit. Eum qui. in fin. de præbend. libr. 6. Si verò beneficium cui animarum cura imminet vi occupat clericus, beneficio simili cum cura quòd primitus obtinebat, est ipso iure priuatus vt voluit ibi text. in princip.

**A**  
Clerici,  
Regis va  
ssalli, qui  
regni il  
latis vio  
lentijs per  
turbat ab  
eo expel  
li possunt.



**N**ferre solent. Adde singulariter circa caput hoc, quòd ultra pœnas eos dispositas, si clerici vassallis Regis violentias intulerint, à quibus desistere nollunt possunt à Regno expelli & priuari iure originis. tex. in. l. quicumque. C. de Episcop. & cleric. vbi Paul. not. Bartholom. Cassa. in consuetudin. Burg. rubri. 1. §. 5. in glos. *Sim la graci.* nume. 81. Petr. Auenda. de manda. Regum. 2. par. cap. 6. nume. 12. Vnde apud suprema Regia tribunalia receptum est quòd si ecclesiastici iudices vim intulerint, nec eorum mandatis parere volunt, eis præcipitur, vt à Regno exeant cuius praxis meminit D. Coarruu. in practi. quæstio. capi. 35. num. 3. Guil. Benedi. in cap. Rainuntius. de testam. in verbo, *Et uxorem nomine Adelasiam.* 2. decisio. num. 460. de testamen. Caro. de Grassa. libr. 2. Regn. Fran. iure. 7. column. penult. & eius pœnæ mentio fit in. l.

5. titul. 1. l. br. 3. ordin. antiqui.

Quauis insignis vir Mart. Nauar. in manu. confessor. capi. 27. nu. 67. ex casu decimo. censurarum cenæ colligit, imò dicit iam ibi definitum esse, vt nullo modo liceat secularibus iudicibus, Episcopis non parentibus suis iussibus præcipere, vt à Regno exeant, & non solum iuuenes, sed & lectores iussa exequentes, & opem ad id ferentes, & consulentes, censuris ligantur, si verò iuuerent curiam Regis exire, vel aliū locum, qui non esset eorum diocesisum nò ligantur dictis censuris. Ego tamen (salua in omnibus Romanæ Ecclesiæ dignissima censura) & interin quòd ipsa contrarium iudicauerit, & non ultra, existimo, dictum decimum casum cenæ, nullo modo Regiæ potestati derogare, sed tunc procedere: cum Episcopi & alij prælati superiores iniuste, & nulla legitima causa subsistente à Regno expellantur. ità ex eo colligitur cum loquatur contra percutientes, interficientes, vulnerantes, vel verberantes & hostiliter in sequentes. S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, & sedis Apostolicæ legatos, & si verba quæ statim subiiciuntur cum dicit, *Aut eos deiecientes,* &c. Intelligenda sunt de iijctione violenta, & iniusta, si cùt sunt percussiones, verbera & alia de quibus in principio loquitur.

Pro quorum interpretatione animaduerti oportet, quòd apud nos illud est frequentissimum, & vsitatum, à tempore quòd hominum excedit memoriam, quòd potentissimi Hispanorum Reges eorumque suprema tribunalia, iudicibus ecclesiasticis obuiant, ne post, vel contra appellationem vim vilam faciant appellantis, imò cogunt eos reponere omnia in eum statum quo

Z tempore

Interpretatur decimus casus censurarum contra Mar. Nauarro.

Supremā Regis Hispaniæ tribunalia, potestatem habent cognoscendi per modum (vt dicunt) violentiæ in causis spiritualibus.

tempore appellationis res habebat. Si verò laicus per ecclesiasticum iudicem grauetur, eo quòd ipse illius causæ de qua controuertitur, iudex non sit competens, si appellationem interposuerit, literæ Regiæ dantur quibus præcipitur iudici ecclesiastico, ne amplius de causa illa cognoscat, sed potius ad iudicem secularem remittat, vel mittat, processum ad Regiam curiam, qua viso processu: si causa spectat ad secularem iudicem, non agitur de appellatione deferenda, sed inhibetur iudex ecclesiasticus causa verò ad secularem remittitur, si autem ad ecclesiasticum pertinet ei remittitur, declaraturque nullam vim inferre ita Regijs instructionibus missis ad suprema tribunalia dispositum est. Quarum meminit D. Couar. d. ca. 35. de quo stat hodie. l. 3. 6. tit. 5. libr. 2. Regij ordinam. noui. Et vide doctissimum Gregor. in. l. 13. tit. 13. par. 2. in verbo, *Nim fuerça*. Qui quidem forensis vsus nõ tantum in his Regnijs, sed etiam apud Gallos est frequentissimus, prout testatur auferr. in add. repet. Clementin. 1. de offci. ordin. reg. 2. fallen. 30. Carol. de Grassa. lib. 2. Regul. Fran. iure. 7. Et apud Lusitanos idem seruari alleuerat egrægius Martin. Nauarr. in capit. cum contingat. 1. remedio. column. 2. de rescrip. dicens non tantum hoc concessum esse supremis tribunalibus, sed inferioribus iudicibus qui cognoscere possunt, de omni. vi noua contra clericos modò intrá annum & diem querella proponatur iuxta illorum Regiam. l. ordin. li. 2. ti. 1. §.

*Epondera.*

Quæ quidem praxis, ex eo non vulgariter fulcitur, nam licet inter doctores sit controuersum, an se motis priuilegijs, vel consuetudini-

bus, Reges eorum quæ iudices de vi & possessione beneficiorum, & aliorum spiritualium cognoscere possint. Est tamen exploratissimi iures quòd saltim ex tacita Summi Pontificis approbatione, possunt Reges de huiusmodi vi iudicare, de quo legendus est Guido Papa decisio. Delphi. quæstion. 1. & 71. & 85. Fran. Marchin. quæsti. 190. & 512. Vbi scribit curiam illam sic semper seruasse. Idem frequentissimè obseruat Curia Burdega. vt memoriae protulit Boeri. quæstio. 69. nume. 23. Idem in Curia Neapolit. consuetudine receptum esse fatetur Afflict. decisio. 2. num. 10. & 11. & decisio. 24. numer. 9. Gramma. decisio. 78.

Et in Mediolanensi Senatu vt testatur Andre. Alciatus consil. 24. numer. 1. Quòd vniuersa Gallia idem obseruat, si credimus Petro Rebuff. in communem. consuetudin. Fran. 3. tomo tit. de possessioni. benefic. 8. articul. gloss. 2. Guill. Benedict. in capitulo. Raintunt. de testament. 1. parte in verbo, Et vxorem nomine Adelasiam numer. 39. similiter in Senatu patriæ Pedamontium idem receptum est tradit Iacob. Menoch. de recuperand. possession. 15. remedio numer. 210. Ofancus quem post hæc scripta legi decisio. Pedamó. 30. Et apud Hispanos idem refert Martin. Nauarr. in dict. capitu. cum contingat. 1. remedio fol. 3. versic. octauo facit. Petrus Auendan. de manda. Regum: 1. par. cap. 1. num. 32. quem frequentissimum vsus multis probat Ioan. Igne. in. l. necessarios. §. & non alias. 2. par. colum. 1. 2. & 3. ff. ad Sillani. Roland. Valde consil. 23. col. 1. & 2. li. 1. & hæc dicit communem & veram opinionem Ripa

clorù, se  
motis pri  
uilegijs  
possint  
cognos  
cere.

Reges eo  
rumque iu  
dices, an  
de vi &  
possessione  
benefici

Ripa. in Rub. de iudi. num 90. circa quam legendus est Menoch. vbi supra & Marcus Anton. Natte. consi. 411. vol. 2. nu. 1.

Deinde huic praxi suffragatur tex. optimus in cap. filijs. 16. quæst. 7. quod habet Archiepiscopis, vel Episcopis negligentibus obuiare rectoribus, qui Ecclesiarum iuris patronatus bonis abutuntur Regem adiri posse vbi glo. in verbo, Reges. Addit hæc verba. *Vt corrigat cum per Ecclesiasticum iudicem cogi non potest.* Et quanuis Abb. in c. qualiter & quando. in. 2. column. de iudi. aliter text. illum interpretetur dicens tex. illum per iura noua correctum esse. Equidem nulla est correctio, in his quæ ad vim & violentiam pertinet. Imò omnium ferè Regnorum antiquissima consuetudo probat, quæ non contra voluntatem Apostolicæ sedis, secundum ipsam fuit introducta.

Rursus conducit tex. egrægius in capi. Regum. 23. quæstion. 3. *Regum* (inquit) *officium est proprium facere iudicium atq; iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos.* Et habetur Hierem. cap. 21. & 22. & est optima. l. 13. tit. 13. par. 2. ibi, *E para defendeos, que no reciban mal, ni fuerça.* text. in cap. Princeps. 23. quæstio. 5. cuius autoritate scribit Guil. Bened. in dict. cap. Rainuntius. in dict. verbo, *Nomine Adelasiam.* numer. 454. quod ubicunq; ecclesiastica potestas deficit, aut quia non potest, aut quia Prælatorum dissimulatione non vult, secularis potestas se intromittit ne delictorum atrocitate pax publica turbetur.

Quæ iura, quomodo sint interpretanda, elucidavi anno Domini. 1584. defendens causam huius Cõplutensis Achademix, à seditione quæ quorundam culpa contingit

dicto anno die verò Sancti Nicolai, quæ sexta est mensis Decembris, vt in nostra iuris consultatione quæ in Archiuo Collegi serbatur latius continetur. Causa verò illa agitata fuit corã D. Licenciato Ioã. Gomecio Regiæ tunc curiæ iudice integerrimo & in corruptissimo, qui iam ad Regium supremum consilium, multis ei nominibus debitum est premotus.

Idem manifestissima ratione comprobatur, nam si remedium hoc, ac veluti fortissimum scutum, aduersus ecclesiasticos iudices, longè à Romana curia iudicantes non adhiberetur, possent equidem pro libito suo quem velent excommunicare & excommunicatum denunciare, & quibus volent locis interdicare, sine aliquo iuris remedio quam quod à Romana curia, post longam vexationem, cum maximisque expensis traderetur.

Prætereá rem hanc fulcit, nam si res hæc recto animo perpendatur, non solum non afficitur iniuria iudex ad quem est appellatum, ex hac violentiæ cognitione, sed summo honore prosequitur nam Seculares Principes eorũ quæ Senatores minima cognoscunt de iustitia, vel iniustitiæ appellationis ad Summum Præsullem defferendæ, ad hoc vt ab ipsis sententia confirmetur, vel reuocetur: sed solum ad finem pronuncian di, an fiat, vel ne per iudicem vis appellanti, qui quidem finis faciliorem causæ appellationis exitum parat, cum forte iudex qui appellationi defferre tenetur, iniustissimè sententiã exequatur, superiorem vilipendens, & partem grauans. circa quæ omnia videnda sunt quæ doctissimè de more scribit Nauarr. in dict. capitulo. cum contingat. primo remedio

Licen.  
Ioann.  
Gome.  
Regius  
cõsilia-  
rius lau-  
datur.

& D. Couarruu. dict. capitu. 35.

Quòd vsque adeò procedit, quòd in huiusmodi cognitione, locum habet, expensarum condemnatio contra vim inferentem. ita tenet Benedict. in loco nouissimè allegato. numer. 320. Gregor. & Auenda. in dictis locis.

Hinc etiam emanat, quòd si clericus iuste timet coram suo Episcopo, vel eius vicario comparere, potest Regem eius consiliarios supremos addire, ab eis quæ literas Regias petere, quæ concedi solent. Quibus præcipitur ne grauetur, sed q̄ seruato iuris ordine prædicti Ecclesiastici iudices procedant, vt asseuerat Olancus dict. decis. 30.

Quæ sanè non temerè aduximus, sed vt ex hac Regia potestate, sic iure fulcita, intelligamus, posse Reges nostros integros eorumque Senatores, Episcopos, aliosque ecclesiasticos iudices violentiam partibus litigantibus inferentes, nolentes ab ea desistere à Regnis suis expellere, & eos priuare amissione rerum temporalium, quas in his regnis obtinet, nam alias inutilis foret dicta Regia potestas si transgressores debitis p̄enis non punirentur. Sicut equidem Romanus Pontifex, non censetur derogare iuri Christianis Principibus siue iure, siue immemoriali consuetudine quæsito, sic per dictum casum decimum cenæ, minimè credendum est voluisse tollere eam potestatem, imponendi p̄enas, quæ necessariae sunt ad dicti iuris executionem. Pro quo mirè facit, quòd scribit: Guido. Pap. decis. 1. Delphi. nempe Martinum Papam (cuius bullæ tenorem ibi scribit) declarasse ad instantiam Caroli Regis Francorum se per illam suam sanctionem qua graues p̄enas statuit,

aduersus clericos quoquo modo conuenientes, vel se conueniri patientes coram iudicibus secularibus non intellixisse in illis casibus, in quibus Rex à tempore immemoriali cognoscebat.

Nec etiam superioribus & Regiæ potestati refragatur, alius casus nempe. 14. bullæ Cenæ Domini ibi, *Vel alias executionem literarum Apostolicarum, vel executorialium, sub prætextu violentiæ prohibendæ, vel quo ad nos informandos (vt ipsi aiunt) supplicauerint, aut supplicari fecerint.* Nā verba illa intelligenda sunt, quando literarum Apostolicarum executio, ob eam causam impeditur, vt iurisdicctio Ecclesiastica perturbetur. Hoc sanè alienum est à Regibus nostris eorumque Senatoribus, qui pro ipsorum religione, Pontificum decreta colunt, & venerantur, secus verò quando ad tollendam vim & oppræssionem, dicto saluberrimo, & summè necessario remedio vtuntur præcitatus casus minimè denegat. Alienum profus est à summi Præfulis mente quòd voluerit quemquam opprimi aut grauari sic egragie declarat Martin. Nauarr. in manu. capit. 27. numer. 69. & 70. Frater Anton. Cordoua in summ. quæstion. 35.

Et licet dictum remedium saluberrimum & præstantissimum sit, ad propulsandas iniurias iudicum ecclesiasticorum, tamèn speciali iure sanctitum est Regijs constitutionibus, ne quispiam secularium iudicum, quantacunque dignitate, ac potestate sic prædictus, conoscere vilo modo possit, de causis civilibus aut criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquisitores hæreticæ prauitatis, & ad iudices bonorum publicatorum etiam sub prætextu

Sing. interpretatur Decimus Quartus casus censuræ ce.

In causis criminalibus, quæ sunt cognitio ad inquisitores pertinet, nec in civilibus bonorum publicatorum locum habet auxiliū vulgari dicitur.

De la fuerça.

Suprema Hispania rû tribu- nalia in causis violentiæ ex p̄nis pos- sunt mul- tare.

Clericus qui timet coram suo episcopo comparere Regis auxilium potest implorare.

Hispania rû Reges ius habent contra p̄ncipales & Ecclesiasticos iudices vim inferentes expellendi à suis regnis, & priuandi illos amissione rerum temporalium.

pretextu subleuandi vi oppressos. Sed qui dicti, casibus appellare voluerit adire tenetur sacrosanctum senatum supremum sancte Inquisitionis de quo stat Regium decretum datum Burgis die. 17. Martij. anno. 1508. innovatum anno. 1553. circa quod legendus est D. Episcopus Iacob. Septima. in chato. inflitu. titul. 36. num. 2.

**B** *Penam.* vide Prover. cap. 24. *erue eos* (inquit) *qui ducuntur ad mortem & qui trahuntur ad interitum liberare necesses.* cap. non inferenda. 23. quæsti. 3. tex. in. l. prohibitum. vbi Bart. & docto. & in. l. defensionis facultas. C. de iure fis. & in. l. quoniã iudices. vbi glo. in verbo, resistere. C. de appela. gl. & doctores in ver. denuntie tis in cap. ex literis de offi. deleg. vbi Inno. Abb. Deci. & alij tradiderunt glos. in. l. nõ videtur data. in verbo, qui iussu. ff. de reg. iur. Din. in reg. quod quis de reg. iur. lib. 6. Ias. post alios in. l. vt vim num. 19. ff. de iusti. & iur. vbi Dec. col. 2. num. 25. tradit Aug. Areti. in tract. malefi. in verbo, *fama publica.* versi. secundo quæro. & in parte, *presente Gato & appellante.* versi. Quod autem. Hypp. in. l. 1. nu. 15. ff. de quæsti. Cassa. in consuetu. Burg. Rubr. 1. §. 7. glos. *de simple res consue.* nu. 15. cum sequen. & latissi. Carre. in pract. crimi. fo. 172. nu. 19. secundum nouissimam æditionem Thom. Gramm. voto. 51.

**C** *In laicis.* Aduerte lector candide quod ad hanc arbitrariam penam clericis, pro hoc crimine clericis imponendam diligenter iudices ecclesiastici perpendere debent, quæ penæ iure Cæsarium aduersus laicos statutæ sunt, vt incè colligant, an maior vel minor pena sit infringenda vt voluit not. Innocen. in cap. qualiter & quando de accusati. & do

ctores communiter in cap. at si clerici & in cap. cum non ab homine de iudi. Petrus Follerii. in practic. criminal. can. in verbo, & si confess. num. 154. Quas quidem penas, propositis quibusdam conclusionibus elucidauo.

**Prima conclusio.** Eripiens violentum raptorem, nondum confessum, conuictum, vel condemnatum, puniatur pena decem librarum auri text. in aut. vt omnes obedi. iudi. §. arripiatur autem nullus. coll. 5.

**Secunda conclusio.** Eximens confessum & condemnatum de crimine, tenetur crimine lesæ Maiestatis tex. in. l. cuiuscunque. vbi Bar. ff. ad leg. Iuli. Magesta tradit Bart. in. l. ad dictos. C. de Episcop. audi. & in extraua. ad Repri. in verbo, *tangat.* Ias. in. l. 1. §. Prætor. vbi Alexandr. ff. ne quis cum qui in ius voca. est vi eximat Aug. Areti. in tractat. malefici in verbo, *fama publica,* num. 55. Hypol. in. l. 1. in princip. ff. de quæstionib. & in. l. 1. in princi. de Siccar. & in Repeti. rubri. ff. de fideiussor. numero. 16. & in sing. 273. Cæpol. in tractat. cautel. 1. Guilli. Benedict. in capit. Rainuntius. in verbo, *Mortuo itaque testator.* el. 1. numer. 180. Ias. in. §. penales Instit. de actionib. 102. & ibi Gome. numer. 48. Ioann. Bernar. in regu. & fallen. regul. 97. vbi dixi Petrus Duñ. reg. 281. quæ opinio communis est, de iure Regio probatur in. l. 5. titul. 12. libr. 8. ordin. veter. & in. l. 14. tit. 29. par. 7. & l. 11. titul. 13. libr. 4. For. Ideoque iudex ecclesiasticus grauissimis penis clericum condemnauit qui in causa huius secundæ propositæ conclusionis delinquerit.

Est tamen circa hoc consideratione dignissimum, quod siue privilegio,

septem  
assertio  
nibus in  
terpreta  
tur.

Cardina  
lis obis  
condena  
to, an a  
mortali  
beret.

vel consuetudine Cardinalibus indultum est, quod si damnatum ad mortem & ductum iam ad patibulum obient possunt eum eximere & liberare tenet Bald. & Salicet. in dict. ad ductos. Cepola caut. 2. Mari. Socin. in tractat. de citatione articul. 35. questio. 5. Hyppo. in l. colu. 1. 3. C. de fals. & in sing. 237. Barba. in capi. querenti. num. 19. de officio delega. quanuis ipse in tracta. de prest. Cardin. nona questione contrarium teneat.

Tertia conclusio. Eximens reum maleficę artis seu magicę punitur pena ultimi supplicij. l. fina. C. de malefic.

Quarta conclusio. Eximens incarceratum vel captum a iudicis familia, in alijs omnibus casibus quam supra traditis puniendus est eadem poena, qua reus ipse qui fuit liberatus. l. 1. C. de his qui latro. occulta.

Quinta conclusio, Eximens aliquem violenter de carceribus, qui non est reus alicuius criminis, sed solum incarceratus erat pro debito, siue publico, siue priuato, tenetur creditonibus satisfacere ex proprio patrimonio tex. egragius in l. quoties. C. de exactori. tribu. lib. 1. not. autor noster hoc capite & Gom. Arias. in l. 64. num. 9. Tanti.

Sexta conclusio. Eximens violenter & defacto aliquem de carceribus, qui nullum crimen commisserat, nec pro aliquo debito erat incarceratus, multari potest pecuniaria multa, secudum potestatem iurisdictionis. vt in rub. ff. si quis ius. d. non obten. & ibi Bar. in pen. quest. tradit Specula. in tit. de sent. prola. §. species. vers. Nunquid titulus. & Puniri debet iudicis arbitrio. l. 1. §. effractores. ff. de effra. etori. & expilla. Ias. in l. 1. §. 1. ff. nequis eu qui in ius vocatus est vi exi.

Greg. Lup. in dict. l. 14. in verbo, De via reicibit.

Septima & vltima conclusio, Resistens iudici, vel eius ministris, vel eos offendens: grauissimis poenis puniendus est tradit Guid. Pap. decis. 557. de quo multa scripsi in iuuentute mea in annota. ad istum dominum Episcopum in reg. 382. Hodię verõ in his Hispaniarum Regnis committens crimen resistentię, vel iudicem percutiens eo casu, quo secundum criminis qualitatē, erat corporalis poena imponenda, per vias publicas ignominiosę ferendus est, & per octo annorum spacium ad Regias triremes mittendus, nisi delicti grauitas, maiorem & grauiorem poenam postulet. de quo est. l. 7. titu. 22. lib. 8. ord. noui.

In clericis. Adde Iac. Men. de rece. D. poss. remedi. 9. nu. 101. & 277.

## Literas ad alios directas aperientes, & ad uersarijs ostendentes.

### CAPVT, C III.

- 1 *Aperiens literas, easque aduersario mittentis ostendens, in falsi poenam incidit.*
- 2 *Clericus scelus hoc comittens, qualiter puniatur.*
- 3 *Aperiens literas vt legeret, easque minimẽ alijs ostendens extraordinarie puniatur.*




**A**periens literas, & aduersario mittentis ostendens, incidit in poenam falsi. ita Bart. in l. Qui testamentum ad. l. Cornel. de fals. ff. per. l. 1. §. is qui depositam. eo. tit. & sequitur Panor. in ca. Cum olim. lo. 2. de offi. de lega. vbi vide glos. & Felin. num. 2. Syluest.

*Iudici, vel eius ministris resistens, quibus poenis in his Hispaniarum Regnis puniatur.*

Syluestr. in verbo falsarius. §. 1. in summa sua, & Ias. in §. pœnales. nu. 26. in situ. de actio. & Augustin. in addit. ad Angel. in tracta. de malef. in verbo, falsario. num. 10. & Iason. in l. Non dubium. in colum. antepe. C. de legi. Clericus verò hoc faciens, incurrit penam depositionis. ita scripsit Roman. consil. 365. incip. Quæritur primò, qua pena. circa fin. hoc solo fundamento motus, quòd de iure Canonico pena falsi est depositio in clerico, per text. in cap. Ad falsariorum. de crimi. fal. sed salua eius auctoritate hoc nõ videtur verum: quia ille textus non imponit penam depositionis clerico pro qualibet falsitate, sed quando utitur falsis literis

**b** Papa: b non ergo videtur posse illud extendi ad hoc delictum. Vnde crederem clericum in hoc puniendum esse arbitrariè, consideratis his quæ in arbitrarijs pœnis consideranda inferius declarabimus. Si verò aliquis aperuit literas vt videret, & alijs non ostendit tunc non tenetur pena falsi, sed extraordinariè punietur. ita Bart. & Rom. Panor. & Iason. vbi supra. & idem notat Felinus, post Inno. in dict. cap. Cum olim, qui dicit quòd isto casu pena est arbitraria. Vnde idem dicendum est in clerico.

**A**  *N* pœnam falsi. Vide Ias. in l. admonendi. in repet. num. 150. ff. de iureiuran. Martin. Nauarr. in cap. Sacerdos. num. 10. de pœni. distin. 6. Et eadem pena plectendus est, qui de alienis literis sigillum remouet Bar. in l. Paulus. ff. de fals. Ioann. Bertachi. in tracta. de Episcopo. 1. parte. vers. ulterius quæro. num. 36. Hyero. Gig. in tract. de crimine lesæ mag. libr. 1. quæst. 21. nu. 12.

Remouens sigillum de alienis literis pena falsi punitur.

Est equidem huius capituli pena tã

to crimini condigna. Nam fraudulenter ambulat (inquit Sapiens Proverb. 11.) quisquis reuelat arcana. Et cum eo (inquit idem Sapiens Proverb. 20.) qui reuelat mysteria & ambulat fraudulenter. & dilatat labia sua ne commiseris. Reuelare sanè secreta grauissimū crimē omni quo iudicatum fuit. Ferrum apud Ethnicos Silyphum illum ob id quòd Deorum arcana hominibus patefecit, apud Inferos eam penam sustinere, nempe, vt ingens iaxum ad montis cacumen deferat, à quo proiciat. & iterum statim repetat, & in huiusmodi labore perpetuò assidus sit. autor est Seruius ad Virg. lib. 6. Aeneidos sic Tarquinius Romanorum Rex M. Tullium. Duum virum quòd librum secreta ciuiliū sacrorum continētem, custodiæ suæ commissum corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo in furum in mare abijci iussit testis est Valerius Maxi. lib. 1. ti. de cultu Deorum.

Vndè (mea sententia) rectè de *Cõsiliarius* morè scribit Bald. in l. nullum. num. 5. C. de testibus quòd ciuitatis consiliarius siue Decurio qui secreta detexerit, cum ratione iuramenti & officij tacere debuit, quare periurius cū *reuelas secretum* sit ab officio, & dignitate amoueri *qua pœna puniatur.* debet. idem Bald. in ti. de pace Constant. in verbo, *Credentis.* Sequitur Cæpo. consil. crimi. consil. 39. num. 29. qui Patauij ita decisum fuisse testatur Hyppo. consil. 1. num. 9. Villadiego in tractat. de legato. 3. par. quæstio. 1. num. 36. Curia Pisana in 3. parte in princi. & magis in specie scribit Ang. in l. Athletas. §. calumniator. num. 4. ff. de his qui. not. infra. scribens ciuitatis consiliarios detegentes siue reuelantes, secreta suæ ciuitatis esse preuaricatores, & hostes.



*Canonici* Ex quibus asseuerandum censeo  
*cus re-* canonicos, qui capituli sui secreta re  
*uelans* uelant, si iuramento ab eis præstito  
*capituli* de non reuelando contraueniunt,  
*secreta* pœnis Sacrorum Canonum contrâ  
*qua pœ-* priarios clericos sancitis, de quibus  
*naple-* iuo loco cum autore dixi sunt ple-  
*Et edus* ctendi: si verò nullum præstiterunt  
*fit.* iuramentum pro modo culpæ pœna  
 arbitraria puniendi sunt.

B *Falsis literis Papæ.* Adde Hostien.  
 in summ. tit. de schisma. §. Qua pœna  
 numer. 10.

Ecclesiasticos viros,  
 vt sua resignent be-  
 neficia, ac ne citati  
 ad curiam accedant  
 capientes.

#### CAPV T, C IIII.

1 *Clericus huius criminis reus qualiter  
 puniatur.*

1 **P**ersonæ Ecclesiasticæ hoc  
 vt fiat procurantes, si fue-  
 rint prælati inferiores, eo  
 ipso obtētis beneficijs sunt  
 priuati. ita disponit text. in Clemen.  
 multorum. de pœnis. intellige tamen  
 quòd per solam capturam factam ad  
 finem quòd quis renunciet, si tamèn  
 in effectu non renunciauit, non in-  
 currit capiens istam pœnam. Sic de-  
 clarat Cardi. ibi post Zenzeli. in. 6.  
 quæst. & idem dicit post Paul. ibi. in  
 quæst. 10. quãdo liquido posset pro-  
 bari quòd detentio non fuit causa  
 quòd captus non accederet ad cu-  
 riam, quia tunc capiens non incur-  
 rit pœnam.

#### ANNOTATIO.

**A**D de casum vndecimum. co-  
 naz Domini.

#### Incendiarij.

#### CAPV T, C V.

1 *Clericus, qui hoc crimen commisi-  
 rit, cum certa pœna in iure expres-  
 sa non sit, arbitrio iudicis est pu-  
 niendus.*

**I**ncendiariorum malitiam  
 pœssimam de populatrice  
 ac horrèdam appellat text.  
 in cap. Pœssimam. 23. quæ.  
 8. & in eo describitur pœna laicis in-  
 cendiarijs imponenda per ecclesiam  
 quæ grauius est: & de ea latè scripsit  
 August. in addition. ad Angelum. de  
 maleficijs, verbo incendiario. nu. 6.  
 Clericis tamen delicti huius pœna in  
 fingenda in canonibus scripta non  
 reperitur: forsàn enim non sunt arbi-  
 trati conditores canonum aliquem  
 clericorum in tantum scelus incurru-  
 rum, absq; vlla sui utilitate seu volup-  
 tate, ac magna aliorum iactura, ideo  
 erit arbitrio iudicis relinquenda, iux-  
 tà doli ac loci, & damnorum qualita-  
 tem & quantitatem: qui scmp̄ etiã  
 in hoc attendere debebit, qualiter cu-  
 iuscunq; regni leges in hoc animad-  
 uertant, vt vbi fuerit legum censura  
 grauior, ibi etiam sit pœna seuerior.

#### ANNOTATIO.

**V**ide multa quæ de huius cri-  
 minis prauitate & detesta-  
 tione tradit Hosti. in sum.  
 isto ti. §. Et qua pœna Abb.  
 Felin. & doctores in cap. tua nos. de  
 senten.

senten. excommun. Ludo. in practic. crimin. cap. 103. pagi. 352. Iaco. Menoch. de arbi. iudi. quaestio. lib. 2. centu. 4. casu. 390. & latissimè Petrus Grego. 3. par. syntag. l. b. 36. cap. 19. Et nota quòd incendiarius loci sacri vel monasterij ipso iure excommunicatus est si tamen locus sacer non est excommunicandus erit ita Abb. & doctores in cap. conquesti. & in ca. tua. de senten. excommuni. quam esse communem sententiã fatetur Martin. Naugar. in manuali. c. 17. nu. 100.

**Raptorum & ecclesiarum, violatorum non satisfaciētium, sepulturis interefentes, eorumque eleemosynas recipientes, ac de eorum rapina participantibus.**

CAPVT, C VI.

- 1 Raptor manifestus vel violator ecclesie nisi ablata restituat, firmam & plenariam securitatem emendandi præstiterit, beneficium penitentiae ei est denegandum.
- 2 Clericus, qui aliquod huius capituli delictum perpetraverit, est deponendus.
- 3 Episcopus non potest clericum depositum propter aliquod istorum criminum restituere, sed solus summus ecclesie Praesul.
- 4 Raptori vel violatori qui in morte penituerunt, qui tamen non potuerunt, satisfacere, licet sepultura denegetur, non tamen censuram.

§ Clericus, qui prædictos raptores seu violatores ad penitentiam aliorum criminum admisit, immunis est à poena.



**M**anifestus raptor, vel ecclesiae violator nisi prius ablata restituat si potest, vel emendandi firmam & plenam securitatem fecerit, beneficium penitentiae ei penitus denegatur. Qui autem in sanitate, obstinata mente non penituerit vel emendauerit, & in morte securitatem præstare nequieverit, solennitas penitentiae parum ei prodesse videtur. Sed de peccato contrito corde viaticum non negatur. ita tamen quòd nullus clericorum sepulturis illius interfit, nec eius eleemosynam præsumat recipere. Quòd si aliqui clericorum vel presbyterorum contra hoc in vitam vel in morte penitentias dare attenta uerint, aut sepulturae eorum interesse, vel eleemosynas accipere: aut si aliqui eorum huiusmodi rapinae participes inuenti fuerint patiuntur ordinis sui damnum irrecuperabiliter. ita disponit tex. in c. 2. de raptoribus & incend. Et sic clericus in hoc delinquens debet deponi, & priuari beneficio: ut not. Abb. ibi. In quantum autem supra dicitur quòd damnum ordinis, & sic depositio fit irrecuperabiliter. dicit Abbas ibi post Ioan. And. quòd hoc ideo dicitur. ad denotandum quòd episcopus proprius non potest clericum propter hoc depositum restituere, sed requiritur dispensatio Papae: quòd etiam notat Antonius, licet cum Abbas non alleget: In beneficio tamen credit Abbas. quòd poterit Episcopus dispensare, allegat tex. in capit. Salonitanæ. 63. distinct. & borū. tex. in ca. 2. de clericis pug. in duel. ubi Episcopus dispensat cum

4 sat cum homicida in beneficio, & ad  
 ibi dicta se remittit. Item aduerte q  
 licet raptori vel violatori predictis  
 qui poenituerunt in morte, quando  
 non potuerunt satisfacere, cenegetur  
 sepultura in ecclesia, coemeterium ta  
 men non denegatur, vt per glos. fin.  
 5 ibi. Clerici tamen etiam in sepultura  
 coemeterij non debent interesse, vt  
 notat. Abb. vbi supra, in fina. verbis,  
 quod etiam voluit Anto. ibi. Dum  
 autem supradictum est, quod talibus  
 non est danda poenitentia in vita,  
 nec in morte sub poena supra dicta.  
 Intelligent tamen sacerdotes quod  
 possunt admittere dictos raptores  
 seu violatores ad poenitentiam alio  
 rum criminum sine metu poenae, si ip  
 si velint de ipsis poenitentiam agere,  
 vt per glossam & doctores ibi: qua  
 uis illa ad vitam aeternam non sit fru  
 ctuosa, vt per eos ibi.

## Sortilegij.

### CAPVT, CVII.

1. *Sortilegij qui dicantur.*  
 2. *Clericus propter hoc crimen qualiter  
 puniatur.*

1 **S**ortilegij (vt beato Isidoro  
 placuit) illi sunt qui sub no  
 mine fictae religionis per  
 quasdam, quas sanctorum  
 seu Apostolorum vocant sortes, di  
 uinationis scientiam profitentur, aut  
 quaruncunq; scripturarum inspe  
 ctione futura promittunt, vt habe  
 2 tur in ca. vno. 26. quaest. 1. Poena cle  
 3 rici sortilegij secundum Antonium  
 de Butrio in cap. At si clerici. de iud.  
 est quod depositus tradatur curiae se  
 4 culari, pro qua allegat text. in capit.

Admoneat. 26. quaest. 7. & sic addit  
 ipse quartum casum ad gloss. in cap.  
 Ad abolendam, de haereticis. in quo  
 quis statim post depositionem tradi  
 tur curiae seculari. sed Abb. ibi in ce  
 lum. 13. credit quod Anton. in hoc  
 non bene dicat: quia illud capit. Ad  
 moneant. non dicit quod sortilegus  
 debet seculari curiae tradi, sed quod  
 debeat degradari si clericus est, &  
 quod cum materia sit odiosa & val  
 de exorbitans, debet intelligi de de  
 gradatione verbali. Vnde Abbas vi  
 detur concludere, quod poena huius  
 delicti sit illa de qua in cap. Tur. de  
 poenis. Et quod illud delictum com  
 prehendatur sub verbis (magis sceler  
 ribus) in dict. cap. positus, & sic quod  
 clericus in hoc delinquens, verbaliter  
 degradetur, & in monasterium  
 detrudatur. & istam opinionem Abb.  
 contra Anton. sequitur Aretin. in  
 cap. Cum non ab homine. column.  
 10. de iudi. vers. addit etiam. Et sequi  
 tur etiam Decius in cap. At si cleri  
 ci. column. 22. de iudi. vers. Quartus  
 casus. Arnaldus in repeti. cap. Quo  
 niam. de haereti. in. 6. in colum. 114.  
 versic. Quarto fallit. & videtur eun  
 dem Abb. in cap. 2. de sortile. in glo.  
 1. vbi ex ea, & ex text. colligit vnum  
 valde notandum videlicet quod in  
 poena imponenda sortilegis, vel eos  
 consulentibus, debet animaduertere  
 iudex ad qualitatem, & quantitatem  
 delicti, & ad animum delinquentis,  
 & secundum hoc poenam impone  
 re, quandoque acerrimam, quandoque  
 grauem, quandoque leuem: ex quo  
 videtur quod non potest dari certa  
 regula: cuius opinionem sequitur  
 Paul. Grillan. in tract. de sortilegijs,  
 in quaest. 11. in colum. 2. versic. Cleri  
 ci vero. Quem vide in illo tract. quia  
 per quindecim folia & amplius. plu  
 ra colligit in materia sortilegiorum,  
 quoru

quorum aliqua concernunt clericos quæ quidem transcribere noui. Et vide hodie decretum Concilij Lateranens. sub Leone decimo celebrati, in nona sessione, vbi disponitur quod clerici qui inuenti fuerint culpabiles in sortilegijs per inuocationem demonum incantationibus, ac diuinationibus, superstitionibus, arbitrio superiorum infamia notentur. Si vero nõ destiterint, deponantur, atq; in monasterium ad tempus arbitrio superiorum præfiniendum detrudantur, beneficijsque & officijs ecclesiasticis priuentur. tex. autem in Canone. 68. concilij Agatensis proijciendos ab Ecclesia iubebat clericos magos, aut incantatores siue facientes filacteria.

**A**  
Sortilegi  
& diuina  
gones acri  
ter cõsu  
tati.



**F**utura promittunt. Nulla fere hodie est frequentior disputatio, quam quæ de sortilegijs, & diuinationibus suscipitur, ob vanas innaniam hominum superstitiones & opiniones: qui vt desiderijs suis impiè satisfaciant, minimè verentur, grauissima hæc crimin a quæ lex Dei acriter de testatur & punit perpetrare. Sunt equidem qui per sortes inquirunt futura contingentia, vel præsentia, & præterita quæ per naturam cognosci non possunt, vani & falsi, & operantur illicitæ ac superstitionis rei, quæ non caret suggestionem Demonum, vt ait, Sanct. Thom. & Caieta. 2. 2. quæstio. 95. artic. 8. Syluest. in sum. in verbo, superstitione. quæst. 9. Et isti sunt qui Dei permissu elementa concutunt, & turbant mentes hominum, minus confidentium in Deo ac sine villo veneni haustu, violentia tantum carminum interimunt, vt dicit Diuus Augustinus libr. 10. de ciuitate Dei habetur in cap. nec mirum. 9. magi.

26. quæst. 5. Præterea non immerito l. vltim. C. de malef. & matth. cõmunis salutis hostes hos appellat. Et cõlatè pateat de sortilegijs, & diuinationibus argumentum, vt breui oratione consequi nequeat, fontes indicauo vnde copiosè petatur differunt quidem latissimè Paul. Grilla. integro tracta. de sortilegijs Zauchinus de hæreti. cap. 22. vbi Campegius Alberti in tract. de agnoscend. asser quæst. 11. num. 3. Alfons. à Castro li. 1. de iusta. hæreti. pugni. c. 13. Sanct. Thom. 2. 2. quæsti. 95. Alexandr. de Ale. 2. par. quæst. 185. Sima. in cath. insti. tit. 62. Alber. Pignius. lib. 8. de libero homi. cap. 4. Locatus in opere iudi in verbo, *Diuinationes*, Schilacensis in tracta. de fide catho. in ca. 1. cum multis sequenti. Bernardus Commenfis in lucerna Inquisitorum in verbo, *Sortilegi*. Vnum tamèn vel alterum circa hoc non prætermittã. Primò, quod Chiromantia, quæ per manuum lineas diuinat, non caret summa superstitione de quo legendi sunt Paul. Grillan. de sortilegijs. q. 3. num. 14. Alphon. Castro. libr. 1. de iusta hæreti. puni. cap. 13. Fran. Caso nus tracta. 1. de iudicijs ex persona. cap. 6. num. 4. & hæc elegantissimè, & longa manu refutat Petrus Ciruelus libr. peculiari de reprobatione superstitionum.

*Chiromantia quæ per manuum lineas diuinat non caret superstitione.*

Nec caret superstitione, vt locus sit penis de quibus in hoc capite describitur Astrologia iudiciaria, quæ in interrogatoria nuncupatur, de qua loquitur Phtolomeus (si is est) in centiloquio sententia 14. quam grauitèr refutauit etiam Petrus Ciruelus li. 4. fontis Sapientiæ Picus Mirandula. lib. 4. aduersus Astrologos capit. 13. Ex quibus hæc verissima assertio colligitur, nempe quod pars hæc astrologiæ iudiciariæ, quæ interrogatoria appella

*Astrologia iudiciaria, quæ interrogatoria nuncupatur, superstitione nõ caret.*

appellatur, cum nulla nitatur ratione naturali, illicita & superstitiosa est: quæ tunc hæresim sapiet, quando certo aliquid pronuntiare audeat, ex his rebus, quæ naturaliter sciri minimè possunt.

Et generalitèr quando crimen sortilegij perpetrantes Inquisitorum hæreticæ prauitatis iudicio subiacent. vide Alphons. à Castro lib. 1. de iust. hære. dict. cap. 13. Jacob. Septiman. in catho. illis & hæruditissimis insti. cap. 62. *cap. 21.*

**B.** *Pœna clerici sort. leg. 4.* Pœna verò laici ab ecclesiastico iudice pro hoc crimine imponenda ea quidem est quòd si seruus fuerit verberetur, si verò liber pœna perpetui carceris punitur *tex. in capi. contra Idolorum. 26. quæst. 5. notat Roma. sing. 660. Felin. in cap. cum sit num. 20. de foro competent. Consuetudo tamen iam recepit. vt publica inno miniosa pœna imponatur. Nempe vt qui cœlus hoc commiserint publicè fustigentur ducanturque per vias publicas cum mitra melleq; vncti & plumis circumdati, vel circa Ecclesiam, vel domum Episcopi in Scala collocentur, vt ab omnibus deludantur. ita scribit Abb. in cap. 1. de forti. per *tex. in cap. Episcopi. 26. quæst. 5. ibi, Et si aliquem virum aut mulierem huiusmodi celevis sectatorem inueniunt turpiter de honestatum de parochis suis deiciant. l. 4. tit. 31. part. 7. ad finem ibi, O le ponen en des honra en la picota, ô le desnudan hæziendole estar al sol, vntan dolo de miel; orque le coman las moscas alguna ora del dia.**

Consulentesque aruspices, Incantatores, Ariolos, augures,

Sortilegos, ac eos qui artem magicam profitentur.

### CAPVT, CVIII.

**I.** Clericus, qui hoc crimen commiserit, quæ pœna puniatur.

**R.** Resbyter, diaconus, vel quilibet de ordinibus clericorum, qui fuerit deprehensus consuluisse prædictos vel aliquos ipsorum, ab honore dignitatis suæ suspensus, monasterij curam excipiat, ibique penitentiae perpetuæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat. Ita sanxit quartum concilium Toletanum, in Canone 28. quòd refert Gratianus in cap. Si quis episcopus. 26. quæst. 5.

Peccatores, qui sibi confessi sunt, signis aut verbis prodentes.

### CAPVT, CIX.

- 1.** Sacerdos hoc graue scelus committens cui pœna sit obnoxius.
- 2.** Confessionem sacramentalem qui nouit, omnis tam celet.
- 3.** Sacerdos dicitur reuelare confessionem si diceret quòd talis habet peccata nominando eum, à quibus nõ potest ipse eum absoluerè, sed pœnæ ordinariæ in hoc casu locus non est.
- 4.** Sacerdoti dicenti se habuisse licentiam penitentis ad reuelandam confessionem, an credi debeat.

Sicut



**S**icut enim mortalibus cunctis immortalem illam vitam amantibus expedit, ut quæ non puduit committere scelera fateri non erubescant sacerdotibus, uti veris animarum medicis, & quibus solis illis mederi concessum est. Sic enim summè cernitur necessarium sacerdotibus ipsis, reuelatorum sibi scelerum, secretum indicare, ut tantò apertius sua pandant facinora perpetrantes, quãto securius illa propalare cognouerint: pauci quidem animæ suæ salutem (cum famæ, rerum ac vitæ dispendio quærerent. Hinc est quòd eadem cura qua in sacris canonibus confessio peccatorum fieri præcipitur, reuelari prohibetur, ac ultra prohibitionem contrarium facientibus, condigna pena conscribitur. Vnde Gregor. statuit quòd peccata sibi confessa reuelans deponatur, & quòd omnibus diebus vitæ suæ peregrinando pergat, ut in cap. Sacerdos. de pœnit. distincti. 6. Eadem etiam depositionis pœna imposita fuit per concilium generale: & ultra id fuit additum quòd propter hoc depositus in arctum monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudatur, <sup>a</sup> ut in capit. Omnis vtriusque. de pœnit. & remis. & si timetur de fuga, possit detrudi in strictum carcerem, ut notat ibi Abb. in. 2. colum. 7. notabi allegando tex. in cap. Ut famę de senten. excomm. quòd secutus bonus illæ præsul Veronensis Io. Mattheus in suis cõstitutionibus tit. 9. capit. 3. Clericum hoc facinus perpetrantem beneficijs officijsque eo ipso suspensum, priuatum perpetuisque vinculis voluit, ac declarauit. Et nota quòd ad celandum confessionem nõ solum tenetur qui illam audiuit, verum etiam interpretes, & ille qui casu illam audiuit, & is

rui de licentia confitentis sacerdos reuelauit, & qui fingit se confessorè esse, & qui latèter absconditus cõfessionem audit. <sup>b</sup> Item sacerdos qui dimidiã cõfessionem audiuit, vel qui alias post auditam confessionem nõ absoluit, ut notat Florentin. referendo Petrum de Palude in. 3. parte. tit. 17. ci. 22. in. §. 1. in fin. & in. §. 2. Et Siluest. in summa, verbo confessio. lo. 3. §. 1. Vnde benè crederem quòd si aliquis prædictorum, qui clericus esset, reuelaret peccata sic audita puniendus esset prædicta ordinaria pœna: <sup>c</sup> quia omnes illi verè dicuntur audire confessionem, licet interpreti & illi qui casu audit, vel cui de licentia reuelata est confessio, vel qui absconditus audiuit, non possit dici quòd verè fuit pœnitens confessus. Sufficit enim quòd verum est illos audisse peccata in confessione dicta, & quæ soli Deo in præsentia hominis dicebantur: quanuis benè verum sit quòd non omnium prædictorum par sit culpa vel dolus in reuelando, quod operabitur ut in detrusione monasterij vel carceris mitius se habeat Iudex cū vno, quàm cū alio. Et <sup>3</sup> aduerte quòd dicitur sacerdos reuelare confessionem, si diceret quòd talis habet peccata (nominando eum) à quibus ipse non potest eum absolvere, ut notat Florentin. in dict. §. 1. referendo Petrum de Palude, qui etiam addit quòd idem est si sacerdos dicat: ego audiui talem (nominando etiam eum) in confessione, & nõ absolui illum. Crederem tamen quod in his duobus casibus sacerdos non esset puniendus dicta pœna ordinaria: <sup>d</sup> quia non potest verè dici quòd reuelauerit pecca confitentis, licet sit verum reuelasse confessionem: & iura in dict. cap. Sacerdos. & in capit. Omnis imponunt pœnam reuelanti peccata

peccata, non verò reuelanti confessionem, vt patet ex eis, quauis bene crederem ipsum alias bene puniendum iuxta qualitatem delicti. Sacerdoti verò bonę famę, & honestę vitę dicente se habuisse licentiam pœnitentis ad reuelandum confessionem, credi debet: cum talis actus licentię secretò fieri soleat, & nullo interueniente teste, ad hoc saltem vt transferat onus probandi in asserentem sine licentiã reuelasse. itã placuit Lapo in allegatione. 94. incipien. Quidam presbyter. in colum. 2. qui dicit hoc præsertim procedere quando tertius accusat sacerdotem de reuelatione. Quando verò idem, qui peccata confessus est, tunc fortè dicit secus esse: quem vide declarantẽ quomodo possit contra sacerdotem probari quòd sine licentiã reuelauerit confessionem. Et vide etiam eundem asserentem post Hostien. quòd sacerdos affirmet se aliter sciuisse illud quàm per confessionem, quòd vt puniatur pœna dict. capi. Omnis. oportet vt probetur quòd per confessionem illud sciuerit. & vide Abb. in dict. capit. Omnis. in vltima quæstion. vbi referendo Hostiẽ. si dicit quòd nisi sacerdos doceat aliud de illud habuisse, præsumendum est illud habuisse in confessione, non tamen punitur pœna ordinaria illius text. sed pœna arbitraria, quia aperte non conuincitur de delicto. Et illud dictum Hostien. dicit sing. Barba. in 2. volum. consil. 70. incip. Sapienter non fallor. in colum. 7. in princip. Et sic ad euitandam pœnam arbitrariã tenebitur sacerdos probare quòd aliunde sciuerit. quòd videtur procedere in proprio sacerdote, vt text. ibi loquitur, & Docto. Si verò confessor sit vigore specialis priuilegij assumptus, vel de licentiã proprii sa-

cerdotis, non esset præsumptio contra eum nisi peccatum diceretur commissum eo anno quo extraneus sacerdos inculpatus confessionem audiuit. Sed in hoc tandem non potest dari certa doctrina: hanc enim præsumptionem qualitas peccati, confessoris, & pœnitentis augebit aut minuet.



*Errudatur.* Vide optimam **A** l. 35. titu. 4. par. 1. & ibi doctissimum Gregor. in glo. in verbo. *Encerado.* Et sic hodie clerico, qui crimen hoc commisit, peregrinationis pœna imponenda non est, quia peregrinatio clerici per orbem ignominiosa non illi soli est dedecori, sed vniuerso clero. text. in cap. diaconi. 93. distinctio. not. Calder. con. 1. de vita & honest. cleri. Quæ ratio (vt existimo) fuit in causa, vt concilium illud catholicum cap. omnis vtriusque sexus. de pœni. & rem. peregrinationem in capi. Sacerdos. de pœni. distinct. 6. statutam in monasterij detractionem commutaret.

Erit tamen clericus (vt multi autu-

*Sacramentalis confessio de crimine committendo facta an possit reuocari.*

Nauarr.

Nauarr. in dict. cap. Sacerdos. 3. quæstio. num. 11. Hieron. Gig. in tract. de crimi. lesa magest. lib. 2. capit. 18. num. 11. qui hanc opinionem dicit esse communem Canonistarum & eam esse magis communem testatur Cardin. Albanus in locubrationibus ad Bar. in l. vt vim. num. 22. ff. de iusti. & iur. Sed contrarium est communis Theologorum Schola in 4. sent. distinct. 21. vbi Gab. 1. quæst. conclus. 3. Ioann. Maior. quæstio. 3. Adria. in. 4. in tract. de confess. sigillo Caieta. in opusculo. 27. quæstion. cap. 15. Domi. Soto in relectione de secreto membro. 3. quæst. 4. conclusione. 2. Ioan. à Medi. in tract. de confessi. c. de confessione celanda. quæ opinionem tenuerunt ex nostris vi re & doctrina & antiquitate venerandi. Host. in summa de pœni. §. quoniam. Colecta. & Cardi. col. fin. in dict. cap. c. mnis vtriusq; sexus & eã sequitur Mar. Nauarr nunc feliciter vibens & cum his merito adequandus in dict. cap. sacerdos. nu. 120. & hanc esse frequentissimam Theologorum traditionem fatetur D. Episcopus Couarru. in 4. lib. decretali. 2. par. cap. 8. §. 12. nu. 10. quam ipse libenter sequor illud asseuerans tene rem sacerdotē præfacto damno publico obiare, si potest id efficere, aliter quam confessionem reuelando.

Sunt etiam ex nostris, non pœnitendæ autoritatis viri, qui censet: clericum esse excusandum ab huius modo crimine, quando sacramentalem confessionem in iudicio patefecerit, vt matrimonium aliquod probetur, quia hoc casu, arcanum sacramentalis confessiones reuelari liceat. ita scribit Roma. in l. si nõ speciali. pen. col. C. de testa. dicens ad hoc esse glossa. sing. in c. tua nos. in verbo, *constiterit*. de sponsalib. quam dicit esse sing.

Confessio sacramentalis an matrimonij fauore possit reuelari.

Ias. in l. 1. §. huius studij colu. 2. ff. de iusti. & iur. & in l. reprehendenda. C. de iusti. & substi. & in l. patre furioso. col. 2. ff. de his quæ sunt sui vel alieni iur. Cardin. Alban. ad Bar. in d. l. vt vim. n. 23. Cuius opinionis error ex iam dictis comuincitur, nullus quidem fauor quantumcũq; publicus, considerari potest: vt tanti sacramenti Sigillum naturali & diuino iure inductũ violetur. & ideo iustissime dictum opinionem increpat D. Couar. d. §. 10. nu. 9. & antè eum Fortuni. in l. 1. §. huius studij nu. 21. ff. de iusti. & iure Nemo sanè publicum bonum inquirere debet, aut dānum impedire, per media illicita, vt per mendatium, aut fornicationem, aut aliud huiusmodi, quale est confessionem sacramentalem reuelare, quod semper illicitũ est. Nec prædicte opinioni repugnat Glossa in dict. c. tua nos. de sponsalib. in verbo, qualiter, tibi constituerit. nam si diligenter inspiciatur minimè scribit confessione factam in foro pœnitentiali, posse adduci vt in foro iudiciali probationem faciat, sed tantum in eodẽ foro pœnitentię. vt non obscure insinuat verba illa, *Hoc ei confessus fuit pœnitentiali iudicio in quo cuilibet est credendum*, exponit verbũ in quo (idest) in quo iudicio pœnitentiali, & non iudiciali cum de hoc foro nulla mentio facta fuerit, & ideò ad illud, non potest fieri relatio.

Vnus tamen fasus iurè permissus est quo sacramentalem confessionem impune sacerdoti reuelare licet, nec alius ex cogitari potest, & is est quando tales reuelatio fit ex proprio confidentis consensu ita tenuit D. Thom. in. 4. dist. 21. & ibi Paluda. q. 3. & alij Diuus Antoni. in 3. par. ti. 22. §. 1. Ioan. à Medi. in tract. de confessi. ca. delicencia confitentis ad reuelandũ

Sacramentalis confessio consensu ipsius confitentis si in eius fauorem tedit pate fieri potest.

con



confessionem Archid. & doctores in cap. ipsi Apostoli. 2. quæstion. 7. Cardin. Sancti Sixti in d. capi. sacerdos. vbi Martin. Nauarr. num. 151. Ioan. And. in c. lect. de renun. Abb. & doctores in c. significasti. de adulter. Lap. alleg. 94. Felin. in cap. Mattheus. de Simo. & in cap. veniens. in primò colum. penult. de testib. Ripa. in dict. tract. de peste. §. fi. num. 108. Calderi. consi. 2. de testib. Hypoli. in l. 1. §. idem Cornelio. ad finem. ff. de quæstion. Adri. vbi supra allegauit quam opinionem communem esse testantur Felin. & Ripa in locis iam allegatis & cum eis Couarruu. dict. §. 10. num. 11. & non dubito hanc esse magis communem opinionem Theologorum & Sacrorum Canonum interpretum cui suffragatur tex. in dict. cap. lectæ. de renun. & in cap. nemo. & in cap. Mattheus. de Simo. cap. significasti. de adulter. capit. officij. de pœni. & remissi & neuisimè opinionem istam fatetur esse communem Ioseph. Mascard. quem post hæc scripta legi in tract. de probati. volum. 1. conclusio. 377. nu. 10. Et potissima ratio est, quia hoc casu cessat obligatio celandi confessionem quæ in eo versatur, ne ex reuelatione eius redatur nimis hodiola & honerosa, vbi verò eius sigillum ex confitentis consensu reuelatur, non solum non reditur hodiola sed fortè utilis & sic cessat occultationis necessitas argum. tex. in cap. cum cessante. de appella. l. adigere. §. quanuis ff. de iure patrona. Quæ opinio verissima est licet Scotus Duran. Ioan. Maior. & Alma. ad fin. in. 4. sentent. distinct. 21. contrarium tenuerint asseuerantes, arcanum sacramentalis confessionis, nec expressa licentia confitentis detegi posse: & ex nostris sequitur Collect. in dict. cap. omnis.

num. 63. quæ opinio & Christianæ religioni & Sacramento pœnitentiæ expediret quòd obseruaretur, vt scribit D. Couarruu. in loco præcitato licet ipse primam & communem, & in puncto iuris veriore esse arbitretur à qua ipse recedere non audeat. Quæ passim admittenda non est, sed tunc tantum quando hic expressus confitentis consensus in nõ vulgarem utilitatem suam, vel alterius tenderet. ita egrè animaduertit Medina vbi supra, & Nauar. in dict. capitu. sacerdos. num. 158. Dom. Soto in relectione de secreto quæstione vltim. conclusione. 5. Et tunc equidem sacerdoti reuelanti confessionem integra fides dabitur. vt ex multorum doctorum allegatione resoluit Anto. Gabriel. lib. 1. communi. opinion. ff. de testib. conclusio. 1. & tradit Lap. alleg. 94. Felin. in capi. testimonium. num. 35. de testib. quam opinionem fatetur esse comm. Fran. Viui. in suis commu. opin. in verbo, confessio.

Non tamen deficiunt, qui existiment posse sacerdotem sacramentalis confessionem reuelare, quando aliquis se hereticum esse confitetur, & minime vult de tam graui crimine pœnitentiam agere, nec alios prode re quos hereticos esse scit ita tenet Alberic. n. 8. post Rainer. in rub. C. de hereti. Sed opinio hæc falsissima est, quia hoc casu sacerdos obligatur sigillo sacramenti, quòd ei nullo modo fragere aut aperire licet. Neque potest vnquam, tam graue periculum hæresis Ecclesiæ imminere, quòd nõ sit grauius huius confessionis secretum reuelare sic tenet Hostiè. in sum. de pœnit. §. in quo tenentur. Archi. in dict. cap. sacerdos. Theologi omnes in. 4. distin. 21. Nauarr. in dict. cap. sacerdos. num. 119. Alber. de agnoscendi assertioni. quæst. Ioann. à Medi.

Sacerdos  
an possit  
patetace  
revelare  
talem  
confessionem  
illius qui  
fatur se  
hereticum  
esse.

Medin. de pen. tit. de confess. celan. Soto de secreto meab. 3. q. 4. & opinionem istam comunem esse testatur Iac. Sep. in cath. inst. ti. 42. n. 14. qui tamen sequeri numero alleuerat, tunc licere sacerdoti heresim in confessione detectam reuelare, cum heretici simulata confessione, haereses suas persuadere conantur ipsi sacerdoti, cui confitentur quod nonnullos hereticos Lutheranos tentasse dicitur in qua sola specie, verus esse potest, vulgatus ille versiculus. *Crimen heresis quod neque confessio celat.*

Sacerdos si reuelat ei sacramentalem confessionem nulla fides adhibenda est.

Quod si sacerdos extra casus supra constitutos sacramentalem confessionem reuelauerit, ultra id quod grauissimas luet poenas nulla fides eius testimonio adhibenda est, ex Baldi testimonio in l. Arch. gerontos. C. de Episc. audi. vbi Paul. de Cast. Fel. in c. 1. de excep. Tinda. in tract. de testib. fol. 20. quae sententia comunis est & contradictorem non habet. scientia quidem quam sacerdos ex sacramentali confessione habet, nihil prorsus ad iudicalem controuersiam spectat. c. dilectus. de excelsib. prael. c. 2. de offi. ord. Et hac ratione si sacerdos intellet, producat iurare tenetur se nihil scire quia verè non scit, vt homo, sed tanquam Deus ita tenet Ab. & comunis in d. c. omnis. & in c. si sacerdos. de offi. ord. & in c. qualiter. de accusa. & in c. cum dilectus. de excelsi. praelator. Mart. Nauarr. in d. c. sacerdos. n. 141. Iuxta illud Bernardi. *Nil minus scio quod per confessionem scio.*

Peccati illud dicitur de testu, quod quis sacramenta si confessione fuit confessus non verò

Est autem perpetua memoria dignum quod solum peccatum illud dicitur de testu in penitentia, quando illud quis confitetur quærens salutem animæ suæ. secus autem si sacerdoti patefaciat, dicens illud secretum dicere ei in penitentia. ita tenent Innoc. doctores in

d. c. omnis. quam dicit esse communem sententia Mart. Nauarr. in cap. inter verba. 11. quæst. 3. conclusi. 6. corr. 58. nu. 55. Vbi dicit quod in hoc multi decipiuntur, quia huiusmodi arcanum non magis obligat quam aliud extra sacramentalem confessionem idem in c. sacerdos. n. 39. Imò quod notatu dignum est, id procedit etiam si quis arcanum aliquod reuelauerit, flexis genibus, incipiens à signo crucis, in forma confessionis. ita resoluit Domi. de Soto in d. tract. de ratione tegendi. 2. membro. q. 7. pag. pen. Caieta. 2. 2. q. 7. arti. 1. qui addit idem esse etiam si incipisset à generali confessione dicens. *Ego peccator. &c.* quia quando quis non confitetur omnia sua peccata, cum intentione se ipsum accusandi, nullum est sacramentum atque, ideo, non interuenit sigillum sacramentalis confessionis. Unde si clericus huiusmodi arcanum reuelauerit, licet mortalem culpam contrahat, non tamen in foro exteriori huius capitis poena puniri debet.

Nec silentio prætermittendum est, sacerdotem absque metu poenæ dicere posse, imò superiore iubente, teneri ad dicendum quæ per confessionem nouit, si alia via id compertum habuerit, hac lege, vt ita patefaciat ac si nulloatenus per confessionem nosset, siue illa nouerit antè confessionem, siue post ita tenet S. Th. in d. dist. 1. quæ omnes sequuti sunt vt fatetur Naua. in d. ca. sacerdos, nu. 161. & in d. c. inter verba. corro. 66. nu. 306.

Nec erit omittendum, quod minime dicitur clericus sigillum confessionis sacramentalis violasse, si alicui sacramentalem absolutionem impedisse fateretur cum frequentissime publice præstari soleat ea absolutio, nec ex hoc peccatum aliquod detegatur. Est tamen satis controuersum, an sacer-

illud, quod aliunde secretissimum sacerdos nouit, vt poenæ huius capitis sit locus vel non.

Sacerdos iubente superiore, detegere debet peccatum, quod sacramentali confessioni nouit, si extra illud compertum habuit.

Sacerdos  
qui abso-  
lutionem  
sacramen-  
talē impē-  
ditate fate-  
tur, mini-  
mē sigilli  
cōfessio-  
nis violat  
se dicitur  
& an fi-  
des hoc  
casu ei  
adhiben-  
da sit.

doti hoc asseueranti, integra fides sit  
præstanda (putā) si asserat aliquem he-  
reticum absoluisse vel testificetur de  
innocētia alicuius viui, vel difuncti.  
Quod dubium videtur fuisse diffini-  
tum in concilio Tarraconensi, quod  
nouissimē refert Fran. Pegñ. in anno-  
tationibus doctissimis ad Director.  
Inquisito. 2. par. lib. 2. Scholio. 20. ex  
quo manifestē constat ei fidem inte-  
gram non esse denegādam. Nec hoc  
prorsus à iuris regulis alienum vide-  
tur, quia sicut ratione officij creditur  
notario, vel alio circa illa quæ ad suū  
munus spectant. cap. ad audientiam.  
de præscrip. vbi Abb. nu. 5. l. si quis.  
Decurio. C. de falsis. §. si verò. in au-  
then. de instr. cautela & fide. pari igi-  
tur ratione idem in hoc casu videtur  
affirmandum. Nec refert quod vni-  
cus sit testis, quia aliquando vnico te-  
sti spectatæ vitæ integra fides præsta-  
tur cap. Nouissimus, vbi glo. & Ar-  
chid. §. 6. distinct. cap. 1. 8. q. 3. & suf-  
fragatur glo. in. l. Titio fundus. ff. de  
condi. & demost. & in cap. expedit.  
12. q. 1. circa quod multa tradit Grā-  
ma. consil. crimi. 13. nu. 13. Quæ opi-  
nio summa innititur equitate, & cle-  
mentia prerogatiua, & innocentia  
favor, hoc postulare videntur, cū pro-  
niores maximē in his criminibus esse  
debemus ad absoluendum, quam ad  
condemnandum. Mea tamen senten-  
tia cōtraria opinio verior est, & idēo  
amplectenda, quæ appertē colligitur  
ex Narbonensi concilio ca. 28. quod  
celebratum fuit circa annos Domini  
1280. quō ita scriptum est. *Vtrum au-  
tem soli confessori credi debeat de absolu-  
tione, seu pœnitētia defuncti, seu viui, li-  
cet satis videatur quod non, nequid tamē  
Ecclesie possit impingi, Domini Pappæ  
responsio expectetur.* Hactenus concilium.  
cuius decissione, antiquatū fuit  
concilium Tarracon. supra allegatū.

Esset equidem nimis difficilē quod  
propter testimonium solius confesso-  
ris, in re tam ardua, a iuris regulis, &  
legitimo procedendi ordine recede-  
retur. Deindē euidentissima damna.  
in reipublicæ perniciem sequeretur.  
Fateor tamē quod in causę progres-  
su dictum confessoris in fauorem rei  
maximi fore momenti, vt asseuerat  
Fran. Pegñ. Schol. 20.

*Confessionem audit.* Adde S. Tho. B  
& Palud in. 4. dist. 21. vbi est recep-  
tissima Theologorum sentētia quod  
tam clericus, quam laicus, licitē siue il-  
licite, siue mediatē, siue immediatē,  
cōfessionem sacramentale didicerit,  
ad celandam illam tenetur. tradit op-  
timē Marti. Nauarr. in. d. c. sacerdos.  
nu. 42. Res nam quæ ad quencunq;  
transeat cum onere suo transit. l. 2. &  
3. C. quibus casib. pig. tacitē cōtra. c.  
pastoralis. de decim. cap. ex literis. de  
pign. at confessio simul ac facta est,  
itā vt sacramentalem formā habeat,  
illud onus annexum habet, q̄ omni-  
no taceri debeat, ergo ad quencūq;  
perueniat, cum onere suo transit.

*Pœna ordinaria.* Vide Hostien. & C  
Collect. in c. omnis vtriusq; sexus.  
Mart. Nauar. in. d. ca. sacerdos. q. 1.  
nu. 41. cum multis sequentibus vbi  
multa ex his quæ hoc capite adducit  
autor elegantē explicat.

*Credi debet.* Vide Fran. de Ripa in D  
tract. de peste vlt. par. nu. 108. Catel.  
Cottam in suis memor. iur. in verbo,  
Iuramentū probat difficultatem. post  
medium & opinionē istā cōmunem  
esse fatetur Fran. Viui. in tract. cōm.  
opini. in verbo, *Confessio seu ea quæ  
fuerunt dicta sacerdoti.* Quæ vide.

*Pœna ordinaria.* Vide Greg. Lup. E  
integritate vitæ & bonis omnibus  
commendandum. in. l. 35. tit. 4. part.  
Non tamēn prætermittam, quod cū  
huius capitis materiam ad secundam  
edi-

ditionem pararem, grauissima febris me incautum, nihil tale metuentem arripuit anno. 1579. die vero. 23. Augusti cuius tanta grauitas fuit, ut iam, tã in ultimo vite spiritu fuerim constitutus, & cum medici, de mea salute desperarem, Deus Optimus Maximus tanquam verus medicus sua inefabili clementia, post plures menses me pristinae salutis restituit, propter quod sempiternas gratias hagam.

## Blasphemi.

### CAPVT, C X.

1 *Vehemens in blasphemios inuectio.*

2 *Clericus propter blasphemiam crimen qualiter puniatur.*

1 **B**lasphemiam scelus temporibus istis ex hoc ( ut pie credendum est) tot calamitatibus plenis fatis in usu est. Cumq; hoc magis quam alia crimina ipsum Deum creatorem omnium offendat, ac ad illud perpetrandum nullus alliciat carnalis appetitus, nec auaritia sitis vlla comoueat, nulla deniq; instiget astrorum influentia, mitiori plectitur poena. Scuiunt humanae leges communes ac Regiae in falsam monetam fabricantes, extra regna res veritas deferentes, inq; latruncolorum aures, consuetudinaria poena confurgit: mutilantur manibus, ac pedibus ob leuiora sapius homines. Sola blasphemantium lingua peccat impunè, quos Iudaeis deteriores vocat Host. in summa, de excessibus praetator. & clericus, quia fratrum decidunt membra illius, qui eos proprio sanguine redemit, cuius corpus saltem Iudaei integrum reseruarunt. Qui in lege veteri blasphema-

bat nomen domini lapidibus opprimebatur ab vniuerso populo? quae poena ab ipso omnipotente Deo imposita est, quo tempore nondum Deus talia ac tanta concesserat hominibus dona. Nunc autem quando Deus homo factus ( ut hominibus amissum reddere honorem) vitam & sanguinem praestitit, blasphemis passim ab eisdem hominibus in honoratur: nec qui blasphemam poenam, sed qui reprehendit periculum subiit: & , quod deterius est, audientes qui ad vindictam, seu ad correctionem saltem moueri debent, prouocantur ad risum. Iustinianus ille, & si non inter omnes Christianos Principes sanctior, ultimo supplicio blasphemos damnari censuit, pares eos nefandi criminis reis iudicando, & iuste quidem. Quid enim magis nefarium, quid enim naturae ipsi magis aduersum, quam ut creatura in suum inuehatur creatorem? Quid a brutis ipsis alienius, quorum nullum quauis innata feritate vigeat, suum offendit benefactorem, nec in offendendo solum se gratum ostendere credit, nisi defendat opportunitate concessa, ac membris ferè omnibus sui corporis se debitorem fateri conetur. Cumq; lingua id fari natura non dederit, eadem saltem benefactoris pedes lambendo fatetur. O seculum infelix, o aetas iam omnino lutea, o homines Christianorum nomene usurpantes, ad maiorem in die iudicij confusionem, & in gehenna poenam. Insurgit, quisque vestrum ac furit si Principem suum terrenum si dominum, amicum, famulum, si denique seruum iniuria afficere audit. Si creatorem ac redemptorem vestrum, & praesentis vitae huius, ( quae vobis tam dulcis est, quia futurae timetis amarum) largitorem & auctorem, ac futurum iudicem asperrimum blasphemare

mare auditis, obmutescitis? Vbi fides? vbi religio? Quid prodest Christiani sanguinis antiqui iactantia, quæ vobis solum ad neophitorum improbatum seruit contemptum? De decus ac infamię notam censetis, si quorum cibus ad tempus nutrimini ( etiam cum vitæ iactura ) iniuriam linquitis inultam. Nonne maiorem ignominiam oporteret iudicare illius per quem estis, quicquid estis, blasphemiam patienter audire, ac tepidè reprehendere, & blasphemantium sæpius cœtibus admisceri, ac quo blasphemi conueniant fouere ludos? O nobiles ( quos sæpius non parentum virtus, sed rapinę, violentiæ, aliq; ignobiles actus ad diuitias primùm, ac inde ad nobilitatem euexerunt ) qui inimicos amicorum vsq; ad necem ex lege quadã nobilitatis persequimini, & inimicos Dei & creatoris vestri intra familiam alitis, defenditis, substinētisq;. In quo fiduciam cęlestis regni possidendi ponitis, si inimicos vestros, quos Deus diligere præcipit, odio habetis suos autem suum nomen blasphemantes diligitis? O ignaui, ac infelices iudices, qui potestate diuina in terris utimini, quorũ iussis ob id cęteri homines natura pares, & meritis sæpius meliores obtemperant, quo negotiorum maiori deceret versari sollicitudine, quàm vt diuini nominis blasphemos insequeremini, captos nullo personarum discrimine, nulla legalis pœnę dispensatione puniretis? O summa pietas, qui solus bonus es, & cuius soliũ omnia opera bona sunt: non possum nisi cum David seiscitari. Vsq; quo Domine improperabit inimicus, irritabit aduersarius nomẽ tuum? ac cum eo deprecari. Vt exurgas Deus & iudices causam tuam, & memor sis improperiorum tuorũ co-

rum, quæ ab insipientibus sunt tota die. Maior quidem erit pietas, si tã criminis perpetratores viuentes paterno affligas amore, vt resipiscant, quàm si mortuos eos cruciari iubeas in æternum, vt loquelam damnatorum quam viui fari cœperunt, perpetuo luctu nõquã fari prætermittãt, non in tuæ gloriæ diminutionem, sed in suæ potiũs miserię calamitatisq; augmentum. His igitur in demonstrationem huius criminis grauitatis, sic prælibatis ad pœnam clericis illud cõmittentibus infligendã veniamus, quę quidẽ tãto grauior in eis esse deberet, quantõ ab ipsis grauius quàm à laicis in hoc delinquitur, ea potissimum ratione. Nam præter id quod sicut & ceteri hominum manu ipsius Dei teneantur, eius suspendijs, vnigeniti filij sui Domini nostri patrimonio particulariter aluntur. Et tex. in. c. Si quis per capillum. 22. q. 1. contra clericũ statuit in hæc verba: Si quis per capillum Dei vel caput iurauerit vel alio modo contra Deum blasphemia vsus fuerit, si in aliquo ordine ecclesiastico est, deponatur. cuius canonis antiqui pœnam tanquam vetustate collapsam cessare censuit Host. b in summa, de male. in. b. 4. blasphemantes. vers. grauior etiam. & hodie arbitraria pœna censuit puniendum clericum blasphemantem: cuius sententię videtur adhærere Io. And. Ancha. Ant. & Car. in. ca. 2. de maled. vbi Abb. dicit q; itã communiter dicitur. Quauis contrarium scripserit Bonifacius de Vitellinis in suo tract. maleficiorũ fo. 13. in rub. de pœnis blasphemantium Deum & Sãctos, neminem pro sua opinione referens. Cum autem clericus rebellis fuerit vel sæpius hoc delictum commisserit, tunc degradandum eum iuxta dispositionem dicti canonis scripsit

scripsit Host. in supra. de quo memi-  
nit Guiliel. benedicti, in. 3. p. rep. ca.  
Rainunti. in. q. de homi. nu. 39. col.  
16. fol. 48. ex quo videtur velle solū  
data incorrigibilitate vel consuetudi-  
ne blasphemandi clericū esse deponē-  
dum pro isto crimine : cuius in hoc  
sententiæ adhæsit Alexand. in consi.  
72. in. 1. volu. col. 4. versic. Præterea.  
dum referendo Hostien. vbi supra,  
dicit quòd clericus propter hoc non  
potest deponi, nisi sæpius sit consue-  
tus: qui plus audet affirmare, quòd  
non sufficeret probare quòd bis vel  
ter blasphemauit ad hoc vt dicatur  
consuetus blasphemare. pro quo alle-  
gat Cinum in. l. 2. C. de re credi. & q̄  
talis consuetudo blasphemandi de-  
bet probari per testes non singula-  
res. pro quo refert Cinū Ioann. An-  
drex. Paul. de Elea. & Anton. in va-  
rijs locis. Panor. autem in dict. ca. 2.  
de male. dicit, quòd ita graue potest  
esse delictum, quòd fieret depositio:  
& allegat text. in dict. ca. Si quis per  
capillum, & de consuetudine blasphe-  
mandi nihil dicit: ex quo videtur te-  
nere quòd quando grauis esset blas-  
phemia, tunc habeat locum pœna ca-  
nonis antiqui de quo supra. Pœnam  
verò in dict. cap. 2. de maledi. descrip-  
tam clericus non subire. <sup>c</sup> Host. tenet  
in supra. illius tit. & Ioan. Andr. & Pa-  
nor. ibi. eo capit. 2. licet Alexand. in  
dict. consi. referat Host. aliter tenere  
& corruptè, quia oppositum tenuit  
eius ad quod aliegatur ab Alexand.  
Hodie vero in Concilio Lateranen-  
si <sup>d</sup> sub Lednè. 10. celebrato, clericis  
blasphemantibus pœna decreta est  
sub his verbis. Quicumque Deo pa-  
lam seu publicè maledixerit, contu-  
meliosisque atque obscœnis verbis  
Dominum nostrū Iesum Christum,  
vel gloriosam virginem Mariam eius  
genitricem expræse blasphemauerit

si clericus vel sacerdos fuerit, eo ip-  
so, quòd delictò huiusmodi fuerit  
conuictus, etiam beneficiorum quæ-  
cunque habuerit fructibus (applicā-  
do vt infra) vnius anni mulctetur: &  
hoc sit pro prima vice, pro secunda  
verò si ita deliquerit, & conuictus, vt  
præfertur, fuerit, si vnicum habuerit  
beneficium, eo priuetur, si autem plu-  
ra quòd ordinarius maluerit id amit-  
tere cogatur. Quòd si tertio eius sce-  
leris agatur & conuincatur, dignita-  
tibus & beneficijs omnibus quæcun-  
que habuerit eo ipso priuatus exi-  
stat, ad eaque vltèrius retinenda in-  
habilis reddatur, eaque liberè impe-  
trari, & cõferri possint. Distributio  
verò prædictorum fructuum (vt ex  
dict. capit. Concilij. colligi potest, in  
alio casu quo etiam amissionem fru-  
ctuum imponit) in fabricas benefi-  
ciorum huiusmodi, vel pauperū elee-  
mosynas facienda est.



**R**apidibus opprimebatur: quā  
grauè, quam enorme, sit  
blasphemæ crimen, nullis  
verbis potest explicari. Im-  
pij quidem blasphemij qui cum Deo  
Optim. Maxim. ob innumerabilia  
beneficia illis collata, Christiana  
pietate gratias agere tenerentur, diui-  
num numen execrantur. Propterea  
(vt par est) multis criminibus conta-  
minantur. quia vt præclarè Propheta  
inquit Abissus abissum inuocat. Et  
quanta sit huius criminis grauitas,  
atq; atrocitas: acruissima & varia  
mortis genera blasphemijs diuini-  
tùs illata, exemplo esse nobis pos-  
sunt. Ob blasphemiam, filius mulie-  
ris Israelitidis, præcepto Domini la-  
pidibus fuit obrutus, eo quòd nomē  
Domini blasphemasset Leui. cap. 24.  
Ob blasphemiam, seruorum Sennach.  
Regis Assyrorum, Angelus Domi-

**A**  
Blaspho-  
mia gra-  
uitas ex-  
plicatur

ni. 185. millia hominum de exercitu eius percussit. 4. Regū. c. 19. Ob blasphemiam Holofernes feminae manu victus fuit Iudit. 12. Ob blasphemiam, Hyeremiae populus gladio, & fame consumptus est Hyeremię. c. 44. Ob blasphemiam, Antiochus in sanabili & inuisibili plaga percussus fuit. 2. Macha. c. 9. Ob blasphemiam, Ninacor. cum armis suis ruit. 2. Macha. c. 15. Ob blasphemiam, Gigans Israelē blasphemās à Ionatha occiditur Regul. 2. c. 21. Ob blasphemiam, qui Beelzebub consulerunt consumpti sunt igne à cęlo dimisso Reg. 4. ca. 1. Ob blasphemiam, Core, Datam, & Abiron negantes Moysem esse constitutum ducē populi deuorati à terra fuerunt. Nec omittendū est quòd in huius criminis detestationem dicere solbat Aragonum & Sciliae Rex prudentissimus, propterea Deum tantopere in blasphemos seuire, quòd cum homines decipiunt, interponat Deum ipsum tanquam criminis mediatorem. Et varias pœnas diuinæ ultionis blasphemis illatas diligentèr recēset Boeri. decis. 301. & multa lectu non indigna circa instius criminis punitione scribunt Iul. Cla. lib. 5. recep. sent. 4. blasphemia. D. Couar. in. c. quauis pactū. 1. par. relecti. 7. nu. 8. cū seq. de pactis. li. 6. Rep. in. qui. in verbo Blasphemus. Contra. Brunus lib. 5. de hæret. c. 20. Frā. Episcop. Squillacensis in tract. de fide Catho. c. 16. Alber. in tract. de agn. assertio. q. 27. per totā & q. 6. n. 14. & q. 22. n. 63. Alphó. Castro li. 1. de iust. hæret. puni. c. 12. Simanchas in catho. insti. tit. 8. Iac. Menoch. lib. 2. de arbi. iudi. cent. 4. casu. 375. Auilès in. c. prætor. c. 25. glos. 1. qui legendi sunt.

Et multis etiam Pótificum decretis statuta pœnae sunt in blasphemos nā ultra decretum Leonis Decimi in La

teranensi concilio Sess. 9. q. lic auctor. allegat Iul. Papa Tertius seuerū rescriptū in blasphemos ædedit ann. Domini. 1554. incip. *In multis deprauatis*. Et postremo Piu. Quintus Pótifex Maximus in bulla seu motu proprio incip. *Cum primum Apostolatus officium*. Vbi de pœnis tum clericorum quàm laicorum agit.

Est equidem nostro instituto notā dū, blasphemiae crimen mixti fori esse, & ea ratione blasphemantem tam per iudicē ecclesiasticū, quàm secularē: puniri posse tex. in. c. 2. de maled. que ad hoc not. allegatèr Barth. Soc. cōf. 119. li. 4. & tenet ferè omnes nouissimè allegati, si verò iudex ecclesiasticus prius de hoc crimine cognouerit, pœnamq; leuem imposuerit, iure optimo poterit secularis iudex, de huiusmodi causa iudicare, supplebitque vsq; ad condignam condēnationem. tenet Bal. in auth. clericos. colu. 2. C. de Episc. & cler. & in. l. 1. col. 6. C. de summ. tri. & fide cath. Matt. de Affli. in const. Regn. Sciliae. ti. de *Patrenis*. lib. 1. n. 28. Itaq; mitior ab eo pœna imponenda est, quā si à principio cognouisset. vt scribit Nic. Boe. decis. 289. Rob. Mar. in Speculo aduocatorum. 6. p. n. 97. fol. 147. insignis Coua. lib. 2. var. resol. c. 10. nu. 6. Petrus Auen. in. c. prætor. 2. p. c. 5. n. 18. Qua ratioe, oportet qd iudices ecclesiasticis, in puniendis his criminibus contra laicos, non benignitate, sed potius rigore vtantur, ne ansa detur secularibus iudicibus, vt seuerius eos puniāt, in inominiam ecclesiasticorum tribunalium.

Et licet opinio istā verissima sit & communis, in actionibus tamē forensibus, nunquām vidi hoc pœnae supplementum, à iudice laico imponi. Tūm quia ipse nō tenetur stare pcessui iudicis ecclesiastici ad supplendam

*Blasphemia crimen est mixti fori.*

plendam poenā. Tūm propter maxi-  
mam in certitudinem quā veritatur,  
in discernendo, quomodo, & quan-  
dō poena legitime suppleatur vel nē.  
Tūm quia ad iudicem Ecclesiasti-  
cum tanquam digniorem, spectat  
hec declaratio & semper declaravit,  
condignam poenam impositā fuisse.

Inquisi-  
tores here-  
ticæ pra-  
uitatis in  
blasphemie  
crimine ali-  
quidō in  
iurisdictionem  
obtin-  
cent.

Quandoque tamen, hæreticæ pra-  
uitatis Inquisitores in hoc blasphemie  
nephando crimine, cognitionem habent.  
Nempē quando blasphemia cum hæresi  
connexione habet itā Cardina. in Clementin. 1. §. sanē  
de vsur. Fran. Squillacen. de fide catho-  
lica. cap. 16. Alberti. de agno. asser.  
quæst. 6. num. 24. & quæst. 22. num.  
63. & quæst. 27. & 36. num. 18. Mat-  
thæ. de Afflict. in dict. const. Scilicet  
lib. 3. rub. 54. Nicol. Boeri. decisio.  
301. Gramma. decisio. 50. D. Co-  
uarruu. vbi supra allegauit Alphons.  
à Castro Camorensis. libr. 1. de iust.  
hæreti. c. 12. & est communis & ve-  
rissima opini. circa quam multa scri-  
bit Iacob. Septiman. in catho. insti.  
capit. 8.

Blasphemie  
hæreticæ  
quæ dicuntur.

Et quia sepius controuerti so-  
let, quæ dicuntur blasphemie hæreti-  
cales: equidem sunt, quæ huiusmo-  
di verbis concipiuntur, abnego  
Deum, non credo in Deum, quæ  
vernaculo sermone sonant. *Descreo  
en Dios, reniego de Dios, ó de la fee, ó  
de la Cruz, ó de dela crisma, de la frente,  
ó reniego de la puridad de nuestra Señora.*  
Habent equidem verba hæc ne-  
phanda, infidelitatis significationem  
& fidei confessioni opponuntur.  
Aliæ verò blasphemie; quæ Hispa-  
næ sonant, *Pese à Dios, por vida de  
Dios, mal grado aya Dios, ó despecho  
de Dios.* Et similes hæreticales non  
sunt, quia fidei confessioni non op-  
ponuntur, quanuis grauissima blas-  
phemie sunt, quia negant aliquid in

Deo quod ei conuenit, vel tribuunt  
Deo quod minimè ei conuenit & ea  
ratione earum pugnitio ad ordina-  
rios iudices pertinet tex. not. in cap.  
2. de maledi. & tradit Sanct. Thom.  
2. 2. quæ. 13. arti. 1. & Quodlib. 9. ar.  
14. Castro. in d. cap. 12. Dom. Soto  
de iusti. & iur. lib. 8. quæst. 2. artic. 3.  
quem vide.

Pœna autem quæ imponi solet ab  
Inquisitoribus pro his blasphemijs,  
in quibus cognitionem habet, ea qui-  
dem est: quod si blasphemus infimæ  
sortis, fuerit flagellis ceditur cum pu-  
blica pœnitentia in publicoq; specta-  
culo lingua ferro, vel ligno compræ-  
hensa cum abiuratione de leui ad tri-  
remes Regias pro graui blasphemia  
condemnatur. Si verò fuerit nobilis  
pœna pecuniaria multatur, & ad tem-  
pus in monasterium detruditur itā  
testatur D. Ioan. Rojas quondam In-  
quisitor Valentini nunc verò Reue-  
rendissimus Patensis Episcopus de  
hæreti. 2 par. nu. 176.

Pœna  
quæ so-  
let impo-  
ni in blas-  
phemie  
crimine  
ab Inqui-  
sitoribus.

In alijs autē blasphemijs leuioribus  
Inquisitores solent condemnare blas-  
phemum, vt aliquo die festo: in Eccle-  
sia dum diuina munera celebrantur,  
stet nudo capite sine clamide, nudis  
pedibus, sine veste succintus, dextera  
proferens ardentem faciem, & sacris  
peractis, legitur publicè sententia cō-  
tra ipsum lata. Inducuntur etiā ieiu-  
nia, pœcationes, & pecuniaria mul-  
ta solet imponi, vt refert D. Episco-  
pus Siman. in catho. inst. ti. 8. nu. 11.

Sed locus iste accomodatissimè ex-  
poscit, vt tantisper de illis qui per io-  
cum hæreticalia verba proferunt dis-  
feramus. Et illud in primis scitu dig-  
num est, quod quanuis regulariter  
dictum vel factum iocosum pœ-  
nam non mereatur. l. sicut semel.  
C. de liber. causal. 1. §. Diuus. ff. ad  
leg. Corne. de Siccar. l. obligationum

Proferens  
verba hæ-  
reticalia  
per iocū  
quæ pœna  
pietatis  
dus sit.



substantia §. vlti. ff. de action. & obligatio. capi. 1. de senten. excommuni. In crimine tamèn hæresis longè aliter iudicandum est, nam si quis aliquid in Deum, vel in fidem, vel in sanctos prorumpit pœna condigna plectendus est. Cardin. in Clemen. 1. §. hæreti. quæst. 1. num. 7. Nicol. Arela. in tract. de hæret. notauit. 28. Fran. Squilla. in tract. de fide catho. capit. 19. num. 3. in fin. Pal. Rub. in allega. hæresis. §. 4. in fine Siman. de insti. catho. tit. 17. num. 22. & 23. Rojas in sing. fidèi. 103. quia vt rectè scripsit Gerson par. 2. tract. vltim.

*Non patitur ludum fama, fides, oculus.*

Sed vtrum qui talia verba proferunt sint ab Episcopo, vel hæreticæ prauitatis Inquisitoribus plectendi. multi & non infimæ autoritatis viri dubitant. Sed mihi prouabilior ea sententia videtur, vt ab Inquisitoribus plectantur, nam ex eo quòd quis hæreticalia verba profert, statim illorum iurisdictioni se submittit, & ideò ad eos pertinet iudicare, & discernere, an seriò, vel iocose verba prolata fuerint, ità tenet Cardin. & Ioan. Rojas in præcitatis locis quam sententiam communiorem appellat Fran. Pegna. ad Directorum inqui. 3. par. Schoi. 17. Negari certè non potest, quòd qui hæc nephanda in Deum vel Sanctos proferunt suspectos fieri, vnde iure consonum est, quòd Inquisitores contra eos procedant.

Qua verò pœna istius criminis rei plectendi sunt, in iure definitum non est, ideò arbitraria pœna erit iungenda. Est equidem iuris exploratissimi non esse eos tanquam hæreticos plectendos, sed læuius quia minime interueniunt quæ ad hæresim constituendam necessaria sunt, videlicet, error in intellectu, & pertinacia in voluntate. Punientur igitur pœna

pecuniaria pijs locis eroganda, vt scribunt Villadiego & Rojas, vbi paulò antè allegaui. Quæ quidem pœna augenda, vel minuenda est, iuxta personæ iocantis qualitatem. Perpendi etiam debet locus, scandalum, si aliquid inde ortum fuit, necnon qualitas personarum audiètiarum, & ideò si viri Theologi & religiosi, coram laicis hæc dictoria, & facetias protulerint, seuerissimè sunt plectendi.

Est igitur circa hoc diligenter præcauendum, non esse facile fides acomodanda, illis qui per iocū hæreticalia verba dixisse asseuerarèt, sed maturiori consilio res expedienda erit, ne hac sumpta occasione, impij & celeratissimi homines, & qui verè hæretici sunt, condignas tanti criminis pœnas effugiant. Nec debent Inquisitores faciles esse ad credendum talem excusationem. vt piè satis & eleganter scribit Cald. in tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi in rub. de hæreti. credenti. nu. 6. quem vide.

Quæ sanè sunt obseruanda aduersus eos, qui verba Sacræ scripturæ ad iocosa, scurrilia, & inania trahunt nec erubescunt sæpenumerò ex diuini verbis impudenter (vt vulgus loquitur) *Paschines*, componere, sunt equidem diris & grauissimis pœnis coercendi cum Spiritus sancti verba Sacrosancta: in ludrium conuertantur, cuius criminis perpetratore, ab Episcopis puniendos esse, seuerissimis pœnis præcipit Concilium Trident. Sessi. 4. in fine dicens. *Post hac temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque conuertuntur, & torquentur verba & sententiæ Sacræ scripturæ, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias & Diabolicas incantationes diuinationes, sortes, libellos etiam famo-*

Qui verba Sacræ scripturæ ad iocosa trahunt libellos componunt (ques paschines appellat) ab Episcopis & Inquisitoribus possunt puniri.

fos, mandat & precipit ad tollendam huiusmodi irreuerentiam & contemptum ne de cetero quisquam quomodolibet, verba scripturae Sacrae ad haec & similia audeat usurpare, ut omnes huius generis homines temeratores, & violatores verbi Dei, iuris, & arbitrij poenis per Episcopos coerceantur. Haec tenus Catholicum concilium. Et quanuis ibi horum criminum punitione Episcopis demandetur, quando vero haeresim sapiunt iure optimo Inquisitores ad punitionem & coercionem illorum procedunt, ut iam praediximus. Nouissimè verò dicti libelli famosi siuè, *Pasquines*, prohibiti sunt ab Reuerendissimo D. Gaspar. Quiroga Cardinali & Archiepiscopo Toletano regula decima in Catalogo librorum prohibitorum edito hoc anno. 1583. in principi. inter alias regulas quas ad haereticorum labe ex tirpandas, tanquam generalis horum regnorum Inquisitor prudenter cōdidit.

Supradictis addendum erit, an qui animo indeliberato, veluti per lubricum linguę, in blasphemiam vel haeresim prorumpit, nec equidem puniendi videntur quia non facile lubricum linguę ad poenam trahendū est. l. 1. C. si quis Imp. maled. l. famosi. ff. ad leg. Iul. Maiestati. cap. quod autem ait 22. quaest. 2. not. Zanchin. in tract. de haere. cap. 7. num. 9.

Sed veriùs est crimen hoc non esse inultum relinquendum, sed eos qui per lubricū linguę delinquerint, extraordinariè puniendos Lap. & Card. in dict. Clement. vni. de usur. Campegii. apud Zanchin. capi. 7. Albertinus in tract. de agnosced. asser. quaestio. 3. num. 10. Villadiego de haeret. quaest. 1. num. 7. Rojas eod. tractat. 1. par. num. 66. plectendi quidē erunt peccuniaria pēna in vltus pios

eroganda, vel alia arbitraria, consideratis his qualitatibus, & circumstantijs de quibus paulò antè agebamus. Erit tamen magni momenti ad dictam pēnam minuendam, vel nullam infligendam, quando qui ea verba dixit, statim palinodiam recantauit, & pēnituit, licet grauitèr erit reprehendendus, & summè monēdus, ut deinceps caueat.

Excusabitur autem, is qui blasphemiam, vel haereticalia verba cum esset inebrietate protulit, nā perindè de eo iudicandum est, ac de furioso & mentecapto. l. rescipiendum. §. delinquant. ff. de pēni. l. omne delictū. §. per vinum. ff. de re milita. ca. ā crepula. de vita & honest. clerico. Zanchi. de haeret. cap. 7. num. 10. cesante verò ebrietate grauitèr est corrigendus.

Erunt etiam à pēna immunes dormientes, cum furiosis equiparentur. l. 1. §. adipiscuntur. ff. de acquirend. pos. & ideò non sunt puniendi Clem. vni. de homi. tradit latissimè Tiraq. de pēnis causa. 5. nu. 1.

*Censuit Hosti.* Adde optimè D. B. Couarruu. in dict. capi. quanuis pēctum. 1. par. §. 7. nu. 10.

*Clericos non subire* Adde Abb. in C. cap. 2. de maledi. vbi autor hic allegat qui num. 8. opinionem istam communem esse fatetur idem etiam profitetur Iacob. Septim. in catho. insti. cap. 8. num. 12. Iul. Clar. in dicto. §. blasphemia versic. sed quaero. Et potissima ratio est quia clericus non facit publicam pēnitentiam text. in capit. 1. de bigami. & in cap. de his. 50. distinctio. & in cap. praesbyter. 82. distincti. Ne grex fidelium scandalum patiatur nève dignitas sacerdotalis vilescat cui summa reuerētia debetur ut ostēdit Chrysost. li. 3. de sacerdotio & Ambr. lib. de digni. sacerdotali.

**D** *Concilio Lateranensi.* Adde quòd de dicti Sacrosancti concilij constitutione meminerunt & ad literam referunt Martin. Nauarr. in capit. inter verba. 11. quæ. 3. corrol. 57. nu. 148. D. Couarruu. in dict. 9. 7.

## Apostata.

### CAPVT, C XI.

*1. Apostasia triplex species constituitur.*

*2. Clericus Apostata qualiter puniatur.*

**R**emisso prius quòd est triplex species Apostasia, vt per glos. in cap. 1. de Apostata. & ibi Inn. & per Hostien. in summa eiusdē tit. in 9. Quot species scilicet perfidiæ, in obedientiæ, & irregularitatis. Omissa prima specie quia magis videtur pertinere ad materiam hæresis. Quæ fuerit pœna antiquorum canonum illius qui religionis professionem apostatauit posuit Concilium Arelatense secundum, Canone finali. in hæc verba: Si qui post sanctâ religionis professionem apostatant, & ad seculū redeunt & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia communionem pœnitentis non accipiant, quos etiam iuuenimus ad clericatus officium non admitti, & quicumque ille sit, post penitentiam. secularem habitum nò præsumat, quòd si præsumperit, ab ecclesia alienus habeatur. Pœna clerici apostatae in secunda specie scilicet inobedientiæ est quòd infamis efficitur durante Apostasia & à testimonio repellitur & excommunicatur: vt notat Hostien. vbi supra, in

9. Qualiter puniantur. per tex. in cap. Si quis a vero. 3. quæst. 4. Et in ca. Si autem vobis. 11. quæst. 3. Et si non respuerit, degradatur secundū eum. Vide tamen Abb. in dict. capi. 1. vbi aliter distinguit, videlicet qd si quis non vult obedire Papæ seu eius canonibus, credendo eum non habere potestatem, punitur vt hæreticus. Si verò hoc facit ex contemptu, debet deponi: & si fuerit incorrigibilis, traditur curiæ seculari & poterit excommunicari. Si autem inobediens est ex aliqua cōcupiscentia, tunc mitius punitur. Pœna insuper apostatæ in tertia specie irregularitatis quæ fit multis modis secundum Innocen. in dict. cap. 1. post glo. ibi, scilicet quando quis recedit ab ordine suo, siue sumptæ religionis dimittendo tonsuram, vel coronam. vel accipiendo uxorem, vel abiiciendo religionis vestem, vel clericalem, redeundo ad seculum, est quòd illa durante repellitur ab accusatione & testimonio, & est infamis ipso iure, vt in cap. Alieni. 2. quæstio. 7. & in cap. Beatus. 3. quæst. 4. secundum Hostien. vbi supra. Nec potest ad dignitatem eligi, vt in cap. Legi. 16. quæsti. 1. & clericus admonitus si se non correxerit, deponendus est, vt in cap. Sine ornatu. & in cap. Præcipimus. 21. quæsti. 4. & in cap. Sin autem, cum duob. sequent. 16. quæst. 3. secundum eū ibi. Item quòd caret priuilegio clericali, vt in cap. 1. eo tit. vbi tex. dicit quòd clerici qui relicto ordine clericali, & habitu suo in Apostasia tanquam laici conuersantur, si in criminibus cōprehensi teneantur, non liberantur per censuram ecclesiasticam. Quæ pœnæ procedunt quando constat de de Apostasia. Si verò de illa fuerint grauiter infamati, deficiente probatione compelluntur per ecclesiasticā distri-

distinctionem ad se purgandum, vt in cap. Tuæ. eo. tit. Quando autem clericus non potest induci ad resumendum male dimissum habitum, tunc potest incarcerari sub graui custodia, ita quod solum sibi vita misera referuetur, donec a sue presumptionis nequitia resipiscat, vt sunt verba tex. in cap. A nobis eod. tit.

## Schismatici.

### CAPVT, CXII.

*1 Clerici huius tanti criminis rei, qualiter puniantur.*

**C**lerici facientes schisma contra episcopum, puniuntur per Concilium Carthaginense secundum in canone. 8. sub verbis huiusmodi: Si quis presbyter a preposito suo excommunicatus vel correptus fuerit, decet utique apud vicinos Episcopos conquiri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, se superbia (quod absit) inflatus, se cernendum se ab Episcopi sui communionem duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obtulerit, loco amisso Anathema habeatur, & locum amittat. Nihilominus & de ciuitate, & congregatione in qua fuerit longius repellatur. Nunc autem schismaticus clericus degradatur, & traditur curiæ seculari, ita vult Bonaguida, quem refert Ioann. And. in ca. Cum non ab homine. de Iudi. motus per tex. in ca. de Liguribus. 23. quæst. 5. quod intelligitur de incorrigibili, vt per glo. in dict. capi. Cum non ab homine. de Iudi. quod

etiam sequitur ibi Ioann. And. vt refert Abb. in cap. At si clerici de Iud. colum. 13. & probatur in eod. ca. de Liguribus. dum dicit, si contempserit & permanferit, per publicas potestates opprimatur, & ita etiam intelligit Decius in cap. At si clerici. in colum. 22. versi. Quintus casus. de Iud. dicit tamen Ioann. And. vbi supra vt refert Abb. dict. loco, quod si esset schisma contra Ecclesiam Romanam, posset procedere dictum illud Bonaguidæ: quia tunc posset includi schisma sub casu hæresis, quod non placet Abb. indistinctè, ideo ipse distinguit. Aut enim schismaticus credit ecclesiam esse penes alterum tantum ex pluribus qui gerunt pro summis Pontificibus, & tunc est schisma sine hæresi. Aut credit ecclesiam posse consistere penes duos in solidum, & tunc est schisma cum hæresi: & hoc ultimo casu posset saluari opinio Io. And. & idem dicit quando plures erigerent capita contra ecclesiam Romanam facientes nouam sectam, & noua statuta: quia tunc etiam est schisma cum hæresi. Et istam distinctionem Abb. sequitur Areti. in cap. Cum non ab homine, col. 10. de iudi.

### ANNOTATIO:

**A**dde quod Apostasia est temerarius a statu fidei, & obedientiæ, vel religionis recessus. sic tradiderunt Alexand. de Ales par. 2. quæstio. 183. & Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 12. art. 1. Et vtrū infidelitas hæretici & apostate sint duæ infidelitatis species distincte tradit Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 12. art. 1. & latissimè Melchior Canus lib. 12. cap. 9. de locis Theologicis. Et vide multa circa huius criminis punitionem ultra ordinarios interpretes qua

quæ tradiderunt Alphon. à Castro lib. 1. de iusta hæreti. pugni. cap. 7. & 23. Jacob. Septim. in catho. insti. ca. 7. Arnal. Arber. in rep. rub. de hæret. lib. 6. quæst. 11. Bern. Com. in lacer. na in verb. Apostata. Nicol. Arela. in tract. d. hæret. not. 44. elegantissimè Cano. dict. cap. 9.

## ANNOTATIO.

Not. cõ  
tra schis  
mati-  
cos.



**A**D de quòd schisma est illicita ab unitate discessio, vel est scisura, quæ unitati opponitur, ut scribit Alexan. Alens. 2. par. quæst. 182. & S. Tho. 2. 2. quæst. 39. Et nota quòd schisma summum malū est & à Deo grauius punitum quam parricidium aut idolatria, ut optimè probat Optatus episcopus Mileuitanus. lib. 1. contra Parmenianum Ireneus. lib. 3. aduersus hæreses cap. 64. Schisma equidē & hæresis sunt sorores, ut explicat Origines, in Ezechielē, Homeli. 9. cū nullum schisma sit quòd non confingat hæresim, ut in cap. inter. 24. quæ. 3. Et ut scirent homines quam graue, & detestabile sit hoc crimen ostendit Dominus in Datham & Abiron quos terra viuos absoruit hæc & alia multa ex factis literis contra schismaticos referunt Cape. in fine hierarchiæ Ecclesi. Faber contra Lutheram tracta. 6. tex. 8. Brun. lib. 5. de hæret. ca. 18. & vide latius circa istius capituli materiam Siluest. & Caiet. in summa. in verbo, schisma Frā. Picum. li. de fide Theodor. 17. Pelag. lib. 1. de planctu Ecclesiæ artic. 65. Alphon. à Castro. lib. 1. aduersus hæreses capi. 9. Jacob. Septiman. in catho. institu. cap. 56. Petrum Rebuff. in pract. benefic. 3. par. de modis amittendi benefic. num. 29. & nouissimè post primam huius operis editionem plura

congefsit Ioann. Rojas in tractat. de hæreti. 1. par. num. 498. Palat. Rubi. de Regno Nauarrę. par. 5. 6. 7. Locatus in opere iudi. in verbo schisma.

## Hæretici.

## CAPVT, C XIII.

- 1 *Hæreticus quis dicatur remissiuè traditur.*
- 2 *Clericus hæreticus ipso iure est beneficio priuatus.*
- 3 *Clericus hæreticus est degradandus & seculari curiæ tradendus.*
- 4 *Bona hæretici clerici confiscantur, & ecclesia à qua stipendia recepit applicantur.*



**R**emisso prius quis dicatur hæreticus, cum non sit presentis speculationis, quia varijs in locis hoc doctores enucleant, præcipuè Hostien. in summa. de hæret. 5. 1. & Bonifa. in tract. maleficiorum. rubr. De crimine hæresis. Et doctor noster Hispanus Didacus de Villadiego in suo tractatu contra hæreticam prauitatem in. 1. quæst. & Arnal. Arber. in repe. Rubri. de hæreti. in. 6. fol. 1. in. 1. quæst. Vna pœnarum qua damnatur clericus hæreticus est quòd ipso iure est priuatus beneficio, ut probat text. iuncta glos. in capit. Quo iure. 8. distinct. & ibi notat. Præpo. post. Domini. & notat Compostel. in capit. Quod sicut. de electio. in colum. 11. dum dicit quòd crimen hæresis ipso facto inducit priuationem. idē etiā notat Ancharra. in conf. 288. incip. Ultra alia solenniter. ut refert Felin. in capitul. 2. de rescrip. in. 3. column. Et notat Nicolaus de Milis in suo re-  
patorio,

pectorio, in verbo hæretici, ex quo  
 resultat primus effectus, quod non  
 poterit renunciare post commissum  
 delictum. Secundus quod agendi peti-  
 torio pro beneficio quod semel ha-  
 buit, obstat exceptio quod sit hæreticus.  
 Notat Abb. referendo Inno. in capi.  
 inter dilectos. de excels. prælat. prope  
 fin. & prædicta conclusio, videlicet  
 quod hæreticus sit priuatus ipso iure  
 beneficio, fuit potissimum fundamē-  
 tum dominorum de Rota, qui tenuerunt  
 quod regula Cancellariæ. 32. quæ  
 disponit quod impetrans beneficiū  
 pacificè possessum debet exprimere  
 ea de quibus ibi, non habet locum in  
 impetrante beneficio hæretici, ut  
 refert Guiljel. Casador. in decis. Ro-  
 tæ per eum collectis, in deci. 14. qui  
 ita dicit fuisse iudicatum per maiorem  
 partem dominorum de Rota licet alij  
 quatuor eorum fuerit in cōtraria opi-  
 nione, per quem poteris videre fun-  
 damenta utriusque opinionis. Et vi-  
 de Phili. in ca. Ut commissi. prope fi.  
 de hæreti. libr. 6. vbi dicit referendo  
 Domi. & Imo. quod clericus hæreti-  
 cus rediens ad fidem, antè sententiā  
 recuperat beneficium, <sup>b</sup> secus autem  
 si post, quia tunc non nisi ex dispen-  
 satione. Alia & principalior pœna est  
 quod degradatus traditur curiæ se-  
 culari, <sup>c</sup> ut in cap. Ab abolendam. de  
 hæret. Quod fallit, nisi talis hæreti-  
 cus velit se corrigere, ut in ca. pen. de  
 hæret. Et notat Abb. in dict. capi. Ad  
 abolendam. & ibi Ioann. de Anan.  
 quia tunc depositus detruditur in  
 carcerem, ut concludit Abb. in capi.  
 At si clerici. de Iudi. colum. 12. Idem  
 Abb. & Ana. in dict. cap. penultim.  
 & Domi. in cap. 1. in. 5. not. de here.  
 in. 6. & in ca. Nec licuit. 17. distinct.  
 & not. Philip. in ca. Ut commissi. in  
 4. nota. de hæret. libr. 6. Decius in  
 dict. cap. At si cler. colum. 21. versic.

Et quando. Et nota quod etiam si nō  
 sit tradendus curiæ seculari clericus  
 hæreticus, sed perpetuo carceri man-  
 cipandus, debet degradari, <sup>d</sup> ut nota-  
 tur in cap. 1. de hæreti. in. 6. maxime  
 per Arnal. ibi in. 6. nota. Si tamē se-  
 mel deliquit & se correxit, & postea  
 iteratō delinquat, nihilominus tradi-  
 tur curiæ seculari. ita Domini. in di.  
 cap. Nec licuit. per tex. in cap. Super  
 eo. de hæret. lib. 6. Sequitur Felin. in  
 dict. ca. At si clerici. colum. fin. & vo-  
 luit ibi Abb. in dict. column. 12.  
 veasi. Ad tertium. Vide. l. antepenul-  
 tit. 6. par. 1. Quæ videtur ponere tres  
 casus in quibus in ista materia hære-  
 sis clericus traditur curiæ seculari,  
 quando fuerit inuētus in hæresi, aut  
 abiurauit eam, <sup>e</sup> & fuit relapsus, aut  
 quando se compurgauit. & reincidit  
 in eā, & degradatio hæretici potest  
 fieri per episcopum proprium solum  
 ut in ca. 1. de hæret. in. 6. vocatis alijs  
 personis de quibus ibi. Est alia & ter-  
 tia pœna quam clericus hæreticus pa-  
 titur, quod bona eius publicantur, &  
 ecclesiæ à qua stipendia receperat ap-  
 plicantur, <sup>f</sup> ut disponitur in cap. Ex-  
 communicamus, lo. 1. §. damnari ve-  
 rò de hæreti. Vbi vide glo. in verbo,  
 Stipendia, declarantem quod si cleri-  
 cus habeat plura stipendia in varijs  
 ecclesijs: tunc bona diuidentur pro  
 rata inter eas: quam ibi sequitur An-  
 to. Et quia ille tex. non aperit cui ap-  
 plicantur bona clerici hæretici non  
 habentis ecclesias, vide ibi Abb. in  
 1. colum. credentem quod tunc de-  
 beat applicari episcopo loci, qui di-  
 stribuat ea in pios vsus, quod sequi-  
 tur Ana. in. 2. colum. Quando autē  
 talis clericus habet bona emphyteo-  
 ticaria à domino temporali, tunc illa  
 deberent applicari domino rei em-  
 phyteoticæ, <sup>g</sup> ut videtur velle Oldra.  
 in consi. 17. incip. Thema tale est.  
 Quidam

Quidam clericus. Cardin. tamen in Clement. 2. de hære. in versic. Inquisitoribus, in. 7. quæst. post bonam huius articuli examinationem concludit verius esse dicendum quod emphyteosis clerici damnati applicatur ecclesiæ, sicut & alia eius bona, quia non apparet ratio diuersitatis: erit tamen talis emphyteosis obnoxia domino temporali, quò ad hoc quòd ei debeatur sua pensio, quem vide respondentem ad fundamenta. Oldrad. quanuis Felin. in dict. capi. excommunicamus. in prin. non benè refert Cardin. dum dicit post Anchar. & Ana. quòd bona etiam patrimonialia clerici applicantur fisco ecclesiæ, nisi in illis recognosceret dominium utile à domino seculari: quia illud non confiscabitur, sed reuertetur ad dominum directi: quia vt supra diximus loquendo in emphyteosi in qua clericus solum habet dominium utile & dominus secularis directum, contrarium expresse tenet Card. Ad quod benè aduerte, nè decipiatis in prædicta limitatione Felin. quam supra dictis verbis succinctis scripsit: & vi. in hoc quòd latius scribimus infra in verbo. Bonorù publicatione. Clerici verò credentes, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi subiacent, ita vt postquam quis eorum fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit intra annum, ab officio & beneficio deponatur, vt in ca. Excomunicamus. §. Credentes. versic. Si verò clericus. de hæret. Ex ratione, quia in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta. Inquantum autem supra dicitur credentes, intelligendum est de credentibus hæreticos esse bonos viros, nam alias clerici credentes erroribus hæreticorum cum ex hoc dicantur hæretici, poena

hæreticorum de qua supra puniendi sunt, & ita intelligit illud verbum credentes, Anton. in cap. Excommunicamus. el. 2. eod. titu. quem sequitur Ioann. de Anan. in dict. §. Credentes. quem ibi vide colum. penul. & si. declarantem etiam qui dicantur credentes, receptatores, & fautores. Et nota quòd prædicta poena depositionis imponitur clericis vltra alias poenas impositas in tex. ibi, quas etiam habere locum in clericis dicit Hosti. ibi, quem refert & sequitur Anan. hodie fautores & receptatores hæreticorum sunt excommunicati ipso iure, vt patet in bulla quæ legitur in cena Domini, & sic etiam erant tempore Hostien. prout refert Ana. ibi. Et vide Syluest. in summa. in parte hæresis. lo. 1. versic. Octauò quæritur. qui colligit. 14. poenas hæreticorum, quæ omnes clericos comprehendunt. exceptis sex, aut septem: quia illæ concernunt hæreticos habentes liberos, & vxores.



**P**riuatus beneficio. Adde opinionem contrariam quod clericus hæreticus non sit ipso iure priuatus beneficio sed per sententiam priuandus. tenit Alphon. à Castro lib. 2. de iust. hæret. puni. ca. 9. ea potissimum ratione motus quia iura quibus hæc poena statuitur non imponunt aliqua verba late sententiæ vt patet in capi. ad abolendam. & in c. excommunicamus. §. credentes. de hæreti. cuius quidem opinio benignior est, & fortassis verior, vt asserit Iac. Sept. in catho. insti cap. 45. num. 26. & vide D. Episcopum Couarruu. lib. 2. vari. resolu. cap. 8. num. 4. Quanuis Petrus Rebuff. in pract. benefi. 3. par. de modis amittendi beneficia num. 4. hanc autoris opinionem sequutus pro

**A**  
Hæreticus an sit ipso iure beneficio priuatus, vel per sententiã priuandus.

pro ea ponderat tex. in dict. capit. ad abolendam. §. 1. ibi, *Et sic omni beneficio spoliatus.* Quæ quidem verba executionem inducunt, probantque priuationem ipso iure infligi, ex his quæ adducit Anton. de Butrio in capit. vltim. colum. 2. de postu. Felin in ca. Rodolphus. quæ opinio mihi verior videtur.

Quæ hodie nouissimo iure est, confirmata nam Pius Quintus Pontifex Maxim. rescripto quodam incipi, cum ex Apostolatus quod habetur in literis Apostolicis, pro officio sanctæ Inquisitionis fol. 115. vbi definiuit omnia beneficia, cuiuscunque generis fuerint, vbicunque vacantia propter hæresis crimen à quocunque commissio ordinationi & dispositioni Sedis Apostolicæ esse reseruata, ex qua reseruatione aperte supponit ipso iure ea beneficia vacare. Et hunc pertinet id decretum de quo meminit. Locatus in fine operis iudicialis impræsi Rom. 1570. pag. 473. quo cautum asserit quod cum hæreticorum beneficia, vacent à die commissi criminis, si ea resignentur nullum ius resignatarijs acquiritur, quia hæretici omne ius suum amiserunt, & ideo sunt reseruata ordinationi Apostolicæ quod refert etiam F. Pegñ. in director. inquis. lib. 3. Scholio. 155.

Sicque collatio beneficij hæretico facta est ipso iure nulla, vt multis probat Lamber. de iure patrona. lib. 2. par. articul. 6. 9. quæ sit. in princ. in fine ex quo fit, vt omnes fructus perceptos restituere teneatur cū ius nullum habuerit vt scribit Alphons. à Castro. lib. 2. de iusta hære. peni. capitul. 9.

Fateor tamèn sententiã declaratoriam necessariam esse in qua opinio ne fuerunt Innoc. in cap. cum in nostris de concessi. præbend. Compost.

in cap. considerabimus. de election. Anchar. consi. 293. num. 4. Alciatus in cap. 1. de iudi. num. 37. Jacob. Menoch. de arbi. iudi. lib. 2. centu. 5. casu. 416. num. 64.

Quinimo filij hæreticorum & eorum receptatorum, priuantur ipso iure beneficijs obtentis tempore commissi criminis, vt est communis opinio teste Ioann. Lup. de Regno. Nauarræ. 5. par. §. 8. quem refert Couar. dict. num. 4. & de ea egregie disputat Fran. Pegñ. ad Director. inquis. lib. 3. Scho. 46 fo. 180. Fatetur tamèn D. Episcopus Siman. in catho. institutu. cap. 29. num. 7. pia & benigna consideratione, receptum esse, quod nec per sententiam priuentur, & asseuerat ita pronuntiatum fuisse per inquisitores Valisoletanos, & opinionem istam dicit mitiorem & benigniorè esse Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. §. hæresis. vers. Item clericus.

*Recuperat beneficium.* Adde septè requisita, quæ omninò necessaria sunt, vt hæreticus semel lapsus nihilominus retinere possit beneficium ecclesiasticum quæ congerit Petrus Rebuff. in pract. bene. 3. par. de modis amittendi benefi. num. 6. cum sequent. & vide nouissimè F. Pegñ. ad Director. inquis. 3. par. Schol. 155.

*Traditur curiæ seculari.* Adde Iaco. Septim. in catho. insti. cap. 45. num. 25. Paul. Grill. in tract. de hæret. q. 7. Gund. à Villadiego eodem tractat. quæ sit. 19.

Fuit aliquandò controuersum an in die festo hæc traditio curiæ seculari facienda est, & omni prætermissa disputatione, semper mihi earum inquisitionum ritus placuit in quibus, huiusmodi sententiæ diebus festiuis solent pronuciari. nam vt scribit Io. And. in cap. vt commissi. de hæreti. lib. 6. expedit multitudinem populi

Filij Hæreticorum, & eorum receptatorum, ipso iure beneficijs priuantur.

B

C

Hæreticorum traditio seculari curiæ in die festo fieri potest.

con-



congregari ad videndum; reorum cruciatus & pœnas, ut inde discant timere homines, & à malo committendo longè repellantur unde valde conueniens videtur ut hoc publice & diebus festiuis fiat, cum maior tunc ad sit populi confluentis multitudo. Et forte propter hoc Hispania nostra publica fidei actio diebus festiuis solet celebrari, de quo fiat instructio facta Mantue Carpentanorum ann. 1561. cap. 77. in hæc verba latinitati donata. *Vbi reorum processus condusi fuerint, & ordinata sententia, Inquisitores diem feriatum, in quo fiat publica fidei actio, assignabunt quem diem significabunt capitalis Ecclesie & consistorio ciuitatis: & ubi fuerit Regius Senatus intimabitur etiã præfidi, & auditoribus, qui omnes inuitabuntur, ut fidei actione committentur iuxta consuetudinem cuiusque loci. Curent autem inquisitores ut hæc tam commodo tempore fiat, ut executio sententiarum eorum qui tradendi sunt curie seculari possit fieri ob euitanda incommoda.* Hæc ibi celebratur sanè in Hispania, hæc actio fidei tanta autoritate & magestate, ut videatur horrendum ac tremendum spectaculum & sit veluti imago futuri iudicij quò nihil esse potest ad terrorem incutiendum aptius ex quo plures utilitates oriuntur.

**D** *Debet degradari.* Not. quod apud antiquos valde dubitatum & controuersum fuit an sacerdos qui ob crimè hæresis in perpetuum carcerem erat detrudendus, prius foret à suis ordinibus actualiter degradandus sed iam rem diffiniuit Urbanus Quartus summus Ecclesie Præsul rescripto incipi. Consultus. 6. quæstioni. ut refert Frã. Pegn. ad Directio. inquisit. Scho. 65. fo. 185. his verbis, Quæstioni verò qua quæritur vtrum constitutus in sacris deprehensus in hæ-

resi & propter hoc immurandus perpetuo prius sit ad ordinibus à suo Episcopo degradandus, antè quam tradatur huiusmodi penitentiae: respondemus quod talis qui est perpetuo immurandus prius debet à suis ordinibus degradari hæc ibi. Quæ sanè degradatio realis & actualis esse debet Directori inquisi. 3. part. in decimo modo terminandi processum fidei fo. 333. Albertinus in c. quoniã de hæretic. lib. 6. in principi. num. 55. Campegi apud Zanchi. in tracta. de hæreti. cap. 20. versi. obserua deniq;. Et licet hæc de iure verissima sunt cum tamèn dispensari soleat, cum illis qui in perpetuum carcerem solent condemnari, ideo non realiter, sed verbaliter tantum degradari solent, quòd sancti officij benignitas laudabiliter introduxit, ut testetur Franc. Pegna dicto Scholi. 65.

*Aut abiurauit eam.* Fuit sanè olim salubriter institutus abiurationis vsus, ob continuas frequentesque hæreticorum fraudes impias, ut abiurationis robore adacti & quasi firmissimo vinculo alligati cogèrentur in vnitatem & puritatem Ecclesie permanere, nè eis liberum esse impune quoties vellent recedere, ut grauius constituit. Leo huius nominis primus epistola. 84. ut refert Conrad. Brunus. lib. 3. de hæret. cap. 6. Et abiuratio res antiquissima est in Dei Ecclesia de qua fit mentio in prima Nicæna Synodo. cap. 8. Eiusdem abiurationis meminit Concilium Ephesium sub. Celestino Primo celebrato & concilium Laodicenum cap. 7. Et ex sacris concilijs & multorum sanctorum patrum testimonijs hæc catholicam veritatem probat Grati. in cap. Saluberrimum. & in cap. donatum. 1. quæst. 7. vbi nullus hæreticus ad Ecclesie vnitatem rescipiendus est, nisi

**E** Antiquissimus est in Dei Ecclesia abiurationis vsus ad repellendas hæreticorum fraudes.

Clericus in perpetuo carcerem detrudendus an prius debeat degradari.

nisi prius hæresim abiuret & anathematizet quòd labentibus seculis idè semper cum hærecis redeuntibus obseruatum est, vt in concil. Constantinensi, cap. 19.

De qua abiuratione multa, differunt Zanchin. de hære. capit. 20. nu. 2. vbi Campegius Bernard. Comen. in lucerna in verbo, abiuratio. Albe. de agnoscent. asser. quæst. 30. nu. 6. Siman. in insti. Catho. tit. 1. & in enchirid. tit. 53. Ioan. Rojas in sing. fide. 11. & in tracta. de hæreti. 2. par. asser. 41. num. 331. Et est de hac abiuratione singularis locus in concilio Tolosano cap. 11. & in concilio Narbonensi. c. 6. & in cõc. Biterrensi, c. 29.

Quòd verò author hoc lo scribit clericum tradendum esse curiæ seculari si relabatur in hæresim post abiurationem, intelligendum est, quãdò abiurauit de vehementi, secus dicendū est, si de leui tantum nam quauis re incidat in hæresim siue abiuratam siue aliam, non putatur relapsus nec relapsorum pennis plectendus est, capi. accusatus. in prin. de hæret. lib. 6. Si man. diti. 1. n. 9. Rojas dict. sing. 1. licet opinionè contrariã tenuerit Ancha. di. c. accusatus not. 6. Matth. de Affli. in const. Regni Sciliæ ti. 1. col. 8. quã egregiè cõfutauit. F. Peg. ad Direct. inquisi. lib. 2. Scho. 64. dicēs eam esse falsam neq; vsu receptam quia misericordia Sancti officij excludit.

**F** *Applicantur.* Vide Regiam l. 2. ti. 26. par. 7. Bald. in l. si quis presbyter. C. de Episc. & cler. Petrum de Anchar. in c. cum secundū leges. de hære. li. 6. Fel. in c. vrgētis. de hęc. Bru. li. 5. de hęc. c. 6. Lud. Car. in pra. cri. in tra. de hęcet. fol. 275. n. 13. Bona verò patrimonij clericorū hæreticorū deferuntur Episcopis, qui in vsus pios eã distribuere tenētur, vt asserunt Anc.

Ab. An. Mari. Soc. in Fel. in c. excõmunicamus. 1. de hęcet. Ioã. Lup. in rep. rub. de don. inter vir. & vxor. 6. 39. Sed quòd bona immobilia clerici cõmittentis crimen hæreseos pertineant ad Principem Seculare probat Oldr. consi. 17. Io. And. in addi. ad Specul. tit. de feud. 5. pen. Petr. de Ancha. in c. ea quæ. q. 22. de re iudi. lib. 6. Guil. Benedi. in c. Rainuntius de testa. in parte & vxorē. nu. 242. Iac. Sept. in catho. insti. c. 9. nu. 91. Ruppella forensi. inst. lib. 3. fol. 307. Bos. tit. de hæret. num. 33. Quibus suffragatur quòd Felin. in c. irrefrabili. 5. ceterum. col. 1. de officio ordi. scribit dicens ideò ad Principē Seculare pertinere bona hæreticorū quia ad eum expectat executio confiscationis pænæ huius criminis. Quæ quidè opinio in Hispania seruatur, vbi bona siue mouilia, siue immouilia, etiã clerici hæreseos damnati, etiã habentis ecclesiasticum beneficiū, ad fiscū Regiū pertinet atq; ita praxis obtinuit, quæ iuri consona est cum præter Oldr. & aliorum sententiam Rex ipse Catholicus curam nõ vulgarem habet, constituendi summum illud prætorium catholicæ fidei pro pugnaculū, quòd in eius curia, & apud ipsum Principem totius Hispaniæ causas ad debitam tanti criminis punitiõnem expectantes tractat, cui præest vnus ex Sumis Præsulibus qui Regis non vulgaribus expensis, per totam Hispaniam, nõ sine Summa Christianæ reipublicè vtilitate, constituit ac mittit hæruditissimos, & summæ integritatis viros, hæreticæ prauitatis Inquisitores, ad labem hæreticorum extirpandam. Quo fit, vt mirum nõ sit, bona omnia hæreticorum ad Regium fiscum deferri, ad tot expensarum subministrationem, itaque cautum est extrauaganti consti-

Ioan. Bernard. opinio quædam dubia interpretatur.

Hæreticorū bona quibus applicantur.

*Sæcte  
Inquisi-  
tionis  
officiũ  
quando  
in His-  
pania  
institũ  
habuit.*

tutione Bonifacii, vt referũt Bofsi. & Simancas in locis iam allegatis.

Fuit equidem, vt hoc obiter recenseam, sanctissimum inquisitionis officium primum in Hispania Beato Dominico commissum ab eoq; prima exordia sumpsit anno Domini. 1200. qui cum ellet illustri (vt fama est) Guzmanorum familia ortus & sanctitate insignis, & Theologiæ peritia præclarus, & verbi Dei orator celeberrimus, fidei Zelo incensus magna omnium admiratione, aduersus Albigenſium & aliorum hæeres munus hoc exercuit. Postea in Italiã transmigravit, & cum Beato Francisco non vulgarem familiaritatem habuit, & hi sanctissimi viri duas clarissimas religiones, veluti duo clarissima sidera constituerunt & officium inquisitionis suis filijs exercendum, relinquerunt, quod in Italia ad huc, vt audio, exercent. Postea verò, vt fidelissimè Historiæ nostræ testantur in Hispania Ferdinandus Aragoniæ & Castellæ Rex huius nominis Quintus anno. 1476. n. unus hoc abstulit à fratribus Dominicanis, & secularibus clericis tradidit. Qua tempestate à Catholico Rege autoritate Apostolica concessum fuit hoc munus Illustrissimo Cardinali Mendocio, qui consilio sapientissimorum, & piorum virorum, leges & ordinationes eius composuit.

In regno tamen Franciæ, vt ad rē redeam, ex consuetudine generali inductum est, vt bona immouilia clerici ad degradationem, vel perpetuos carceres condemnati ad Regem spectant, vel ad dominum temporale imperium ibi habentem, mouilia verò Episcopo adiudicantur. cuius consuetudinis meminit Masuerius in practi. rub. de poenis. §. Item condemnatio facta ad carceres. Oldrald.

confi. 27. colu. 2. Ioan. And. in addi. ad Specul. r. tu. de feud. §. pen. versic. Quadragesimo quæritur Aufesi. in addi. ad Capellam Tholosæ. c. uæ. 150. & ita seruetur vsu & stilo curiarũ vt fatetur Petrus Reb. in præem. confi. Fran. 1. thom. glo. 5. num. 35. & hæc consuetudo fuit confirmata arelto magni consilij, vt habetur in tract. arelto. in stylo Parliamenti arelto. 50. & de hac consuetudine nouissimè meminit Petrus Gregorius Tholosanus syntag. iur. 3. parti. lib. 31. cap. 31. nu. 7.

*Domini rei emphiteoticæ. Vide D Carr. & doctores quos ipse refert. dict. fol. 275. num. 14.*

Hæreticis, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum ecclesiastica sacramenta adhibentes, ac eos Christianæ sepulturæ tradentes, & eorum elemosynas ac oblationes recipientes.

#### CAPVT, CXV.

*1. Clericus horum criminum reus cui poena sit obnoxius.*

**P**œna clericorum in hoc delinquentium est, vt suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absquẽ indulto sedis Apostolicæ speciali, vt in c. excommunicatus. in §. Credentes. versic. Sanè clerici. de hæret. Quæ poena procedit etiã in clericis regula-

regularibus, quibus & alia adiungitur, videlicet ut sua sibi privilegia non obseruentur in illa dicecesi in qua talia præsumpserint perpetrare, ut ibi. Et notat Hostien. in summa de here. in. §. Quæ pœna. in fin. versi. Tales etiam. Intellige tamen hoc quod dictis privilegijs solum delinquentes in hoc spoliantur, non verò tota religio secundum Anton. ibi, quem refert & sequitur Anan. ibi, penult. colum. licet alij doctores aliter hoc intellexerint secundum eum. Item nota quod licet text. in dict. §. Credentes, imponat pœnas de quibus ibi, credentibus, receptatoribus, & cæteris si satisfacere contempserint intra annum. Clerici tamen in casu huius nostri capituli. debent abstinere ab exhibitione sacramentorum, & traditione sepulturæ & receptione elemosinarum, postquam tales credentes, receptatores, & cæteri fuerint denunciati, etiam intra terminum illius anni qui datur ad alias pœnas incurrendas. ita videtur intelligere versic. Sane clerici, prædictum Hostie. vbi supra. licet text. hoc non dicat, qui forte ex eo ad hoc motus fuit, quia postquam sunt denunciati excommunicati propter tale crimen, deneganda sunt ecclesiastica sacramenta, & sepultura. Item aduerte, quod tales non solum non in ecclesia, nec in cœmeterio, nec alibi admodum christianorum sunt tumulandi, sed sunt iactandi in signum damnationis secundum Anan. ibi, penultim. column. in principio. Ex quo videtur quod clerici incurrerent prædictam pœnam quomodocumque interessent sepulturæ prædictorum. quia text. ibi dicit: nec eos Christiani præsumant tradere sepulturæ. pro quo etiam facit quod supra diximus, in verbo raptorum, &c. prope fin.

## NOTATIO:



Ide multa lectu non indigna, quæ de his receptatoribus & fautoribus hæreticorum congerit Lud. Car. in pract. crimin. tract. de hæreticis. §. vlti. fol. 280. Paul. Grill. in tracta. de hæreti. quæst. 9. Gund. à Villadiego eod. tract. quæsti. 16. Bern. Com. in lucerna in verbo Fautor. & in verbo, Defensor. Locatus in opere iudi. in verbo, Fautores Zanchin. de Hæreti. cap. 5. & duodecim pœnas contra Fautores hæreticorum congeffit directorium. 2. par. §. credentes nu 5. Pius Quintus Põ. Maxi. rescripto quodam incip. si de protegendi, quod continetur in bullario literarum Apostolicarum fol. 117. grauissimas pœnas statuit, contra hæreticorum defensores quas ibi vide.

**Excõmunicationis maioris vinculo innodati, per annum, vel multo tempore, contumaciter steterunt.**

## CAPVT, C XVI.

**Quod nouæ æditum est.**

- 1 *Excommunicatio grauissima semper iudicata fuit, cuius veluti imago apud Ethnicos fuit.*
- 2 *Excõmunicati, quibus bonis caveant.*
- 3 *Tex. in c. 1. de senten. excomm. lib. 6. contra impium Lutherum interpretatur.*

- 4 Annalis perseverantia in excommunicatione operatur, ut excommunicatus, pro confesso, & convicto, in criminalibus habeatur.
- 5 Perseverantia annalis in excommunicatione, non inducit beneficiorum privationem.
- 6 Defenduntur Regia Hispanorum constitutiones, Prima, & secunda, titul. 5. libr. 8. ordin. noni, penas aduersus excommunicatos statuentes.
- 7 Iudices Ecclesiastici condemnare possunt, pecuniaria multa excommunicatos laicos, qui pertinaciter in excommunicatione permanet.
- 8 Iudices Ecclesiastici, nullum emolumentum percipere possunt, ex pecuniaria poena, contra laicos excommunicatos illata, nisi illam quae Regijs constitutionibus illis competit.
- 9 Perseverantia annalis in excommunicatione, ex causa civili, operatur quod excommunicatus pro confesso habeatur.
- 10 Annalis perseverantia in excommunicatione, minime, pracludit viam excommunicatis, quin possint innocentiam suam ostendere.
- 11 Text. in capit. rursus. 11. questio. 3. interpretatur.
- 12 Sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 3. de reform. & alia iura communis loci, ei consona interpretantur.
- 13 Perseverantia in excommunicatione, ultra annum operatur, ut excommunicatus ecclesiasticis beneficijs privandus sit.
- 14 Anno lapsa excommunicationis, quantum tempus a iudice expectandum sit ante quam, ad declarationem, & privationem beneficiorum procedat.



Excommunicatio non solum apud Christiane fidei cultores sed apud Ethnicos fuit veluti eius imago quae grauiissima sepe iudicata fuit. Plato enim Philosophus omnium grauiissimus ad fine li. 9. de legib. sic loquitur. Si quis de vi parietibus, allata danatus fuerit primum quidem ex vrbe egrediatur in exiliumque perpetuum proficiscatur ac sacris omnibus arceatur. Eum autem qui non se arcuerit Agronomi verberibus cedat et omnino, ut hi quidem voluerint. Reuersus vero ex exilio morte mulctetur. Siquis vero ex liberis hominibus cum tali viro comederit, vel viberet, vel re alia quacumque cum eo communicauerit atque ideo si ei obnoxius eius sua sponte tetigerit: neque in templum ingredia tur, neque in forum, neque omnino in urbem priusquam purgetur. Putet. n. se cum homine caelesto communicauisse. Haecenus Plato. Quae omnino ferè similia sunt nrae Christianae religionis excommunicationi.

Apud Athenienses etiam antiquitus publicitate erant quaedam detestationes veluti in eos qui viam non monstrassent erranti ut testatur Tullius lib. 3. offi. in quarum detestationum locum successit excommunicatio, ut scribit Erasimus Chiliadis prima centu. 2. cap. 84.

Romanos etiam his diris execrationibus usos fuisse, ut qui illis esset obnoxius grauiissimas penas dare maximisque calamitatibus & erumis affici necesse erat, ut commemorat Plutarcus in Crasso ibi refert Aetium Trib. Pleb. his diris execrationibus Crassum in Parthos proficiscere confixisse. Ex quo est illud Lucani lib. 3. Pharsaliae. Crassum quae in bella secutos. Siqua Tribunitiae vouerunt praelia dirae.

De his etiam execrationibus meminit Tullius lib. 1. de Diuinatione. M. Crasso quid acciderit, videmus dirarum obnuntiatione neglecta. Et de huiusmodi diris mentio fit a Plinio.

lib. 28.

Excom-  
municatio  
grauiissima  
sempet  
iudicata  
fuit  
cuius de  
lucina  
go fuit  
apud  
Ethni-  
cos.

Apud  
Athe-  
nienses  
imago  
quaedam  
fuit no-  
stra ex  
communi-  
cationis.  
Simili-  
ter apud  
Roma-  
nos.

libr. 28. capit. 2. & à Liuiio. libr. 6. tertiæ Decadis qui sic loquitur. *Qui victus acie excessisset, eum ne quis vberectio mensallare reciperet diram & execrationem in populares obestationemque sanctissimam potuerunt aduersus hospites composuerunt.* Hactenus ille. Cæsar etiam in commentarijs belli Gallici mores Druidum referens his verbis descripsit. *Si quis aut priuatus, aut populus eorum decreto non steterit sacrificijs interdicitur: hac pœna apud eos grauissima. Quibus ita est interdictum y numero impiorum ac sceleratorum habentur, ab ijs omnes decedunt aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid contagione incommodi accipiant neque honos vllus communicatur.*

**2** Hactenus Cæsar in quibus vide nostre excommunicationis imaginem. Nam excommunicati primum sacrificijs interdicitur capitulo. si quis Episcopus. capi. placuit. & alijs multis. 11. quæstion. 3. Deindè his communicati prohibetur sermone, mensa, & consuetudine, aut alio quouis modo capit. sicut. capit. excommunicato capit. qui communicauerit. 11. quæstion. 3. Excommunicati etiam proprio & peculiari vocabulo impij appellantur capit. cæteram. 24. quæstion. 3. Excommunicatis etiam petentibus ius denegatur capit. intelligimus. de iudi. capit. exceptionem. de excepti. capit. 1. eo titul. in. 6. capit. 1. de rescrip. eo. libr. Nec ad honores dignitates vel beneficia admittuntur capitulo. postulastis. cap. sequenti de cleri excommunic. capitulo. cum bonæ. de ætate & quali capit. cum dilectus. de consuetudin. capit. ad probandum. de senten. & re iudi. Quòd etiam in dignitatibus secularibus locum obtinet capit. per venerabilem. versicu.

*Sed nunquid enim, ibi, Sacrilegum quæcunque, vel excommunicatum.* Et rursus versicu. *Sunt enim notoria.* Vbi etiam not. Abb. Cardin. in capitu. perpendimus. n. 40. de sent. excōmunic. Deci. in capit. dilecti. column. 1. de excep. tradit Andr. Tiraquel. libr. 1. de retracta. §. 1. glos. 9. num. 171. Sunt equidem excommunicati infames. Vt dicit glos. in cap. 1. versic. nisi iusta. in verbo infanti. quo tempore miles, & in cap. 1. §. vlti. in glo. vltima. ad finem ti. per quos fiat inuesti. & est text. optimus in capit. infames. 6. quæstio. 1. quem dicit esse sing. Rom. sing. 678. & quomodo hoc intelligendum sit, vide Innocen. & doctores in capi. testimonium. de testib. Roman. singu. 685. Et excommunicati Sathanæ malinisque eius Angelis traduntur cap. omnis Christianus. 11. quæstio. 3. Et tanquam membra putrida à Chætolica Ecclesia abijciuntur. capit. nihil ead. causa & quæstion. Et multa in execratione excommunicationis vide per Paul. Diaconum. lib. 23. rerum Romanarum Theophylact. 1. ad Timot. cap. 1. Lindanum lib. 4. Panopliæ Euangelicæ cap. 58. Confessi. Poloni. de fide & Symbolo. c. 31. Sot. lib. 4. senten. distin. 22. Iaco. Septim. in cath. instit. tit. 27. D. Episcop. Couarr. in capit. Alma. mater. 1. par. relecti. in inni. Tiraquel. vbi iam allegauit.

Est igitur excommunicatio horribilis & pertimescenda pœna, sed impius & nephandus Lutherus omnia tentans euertere ex capit. 1. de senten. excommunic. lib. 6. quo cautum est medicinale esse excommunicationem, argumētatur & inter impia sua deliramenta, hoc quoque tradidit excommunicationem non priuare bonis spiritualibus nec

**3** *Tex. in e.*  
i. de sen.  
excōm.  
lib. 6. c. 2.  
tra Ne.  
phandus  
Lutherus  
interpretatur.

communione, neque suffragijs Ecclesie, cum alioquin si priuaret, mortalis esset non medicinalis ideo plus diligendam esse (inquit) quam timendam. Nephanda quidem blasphemia contra Diuum Paulum Apostolum, sacraque concilia, & contra catholicæ Ecclesie traditionem. Et vt hanc argumentationem longè repellamus, animaduertere oportet, quod excommunicatio medicinalis ex fine esse dicitur, quia eius finis est mederi peccatori, morbo peccati laboranti. Ideo nempe excommunicatio contra eum profertur, vt resipiscat, pœniteat, & Ecclesie satisfaciatur, neque quod spiritualibus bonis priuet lethalis est iudicanda. Nam corporales medicinae, tametsi corpus multis alioquin malis afficiant, mederi tamen dicuntur, est igitur medicinalis excommunicatio, si ea inodatus minimè contempserit sed probe attendens quod mali egerit pœniteat. Istum esse excommunicationis finem constat ex Diuo Paulo. 1. ad Thimoth. 1. Tradidi (inquit) eum Sathanae, vt discant non blasphemare. Et ex eodem Paulo. 1. ad Corint. c. 5. Iudicauit eum tradere Sathanae in interitum carnis, vt spiritus eius saluus fiat in die Domini. Sic interpretatur Origenes lib. iudicium. De Ecclesia (inquit) per sacerdotem pellitur, vt notatus ab omnibus erubescat, & conuerso eueniat ei, illud quod sequitur, vt spiritus saluus fiat in die Domini. Imò etiam si cor illius induratum sit, contra quem prolata fuit excommunicatio, ita quod ei fuerit lethalis, nihilominus tamen dicitur medicinalis reliquis Ecclesie membris, & per eam consulitur incolumitati totius reliquæ communione. Nam vnum peccus morbidum, omne peccus inficit, ideo separandum est, ne reliquas oves contactu

suo inficiat. Nam vt elegantissimè scribit Diuus Hieronymus apud Gratianum in c. ressecandæ. 24. quæst. 3. *Ressecandæ sunt putrida carnes, & scariosa, ovis à caulis repellenda ne tota domus massa, corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant.* Plato enim Diuinus li. 9. de legibus ait. *Quos insanabiles legislator esse senserit, ultimo supplicio hos afficiet, non ignorans, satius fore his qui insanabiles sunt, mori quam viuere, ac si vita priuantur dupliciter prodesse ceteris. Nam horum exemplo a peccato ceteri deterrentur, & improbis hominibus ciuitas ipsa mundatur.* Et Parens eloquentiæ Cicero in Philippica c. 8. præclare (inquit.) *In corpore siquidem eius modi est, quod reliquo corpori nocet, vti ac secari patimur, vt membrorum aliquod, potius quam totum corpus intereat. Sic in reipublica corpore, vt totum saluum sit, quidquid est pestiferum amputatur. Vt bene ille cecinit. Prius tentanda, sed immedicabile vulnus. Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.* Et secundum istum germanum intellectum post alios. Interpretatur textum illum D. Couaruius in dicto capit. Alma mater. 1. par. in inni. numer. 9. Vnde igitur perfide & insane Lutheri, colligis excommunicationem ipsam diligendam esse, & non timendam, non aliter quidem diligenda est, quam à sanis pharmaca, vel ab innocentibus iniquorum hominum pœna. Pœna sanè quæ f. cinorosis hominibus imponitur, medicina est improbitatis, vt elegantissimè docet Plato lib. 9. de legib. scribens nullum supplicium lege factum ad malum tendit, sed duorum alterum ferè semper solet efficere. nam aut melior, aut certè minus prauus qui pœnas dedit fieri solet. Vide etiam circa hoc argumentum Diuum Chrysostomum ad populū

populum Antiochenum. Homelia. 6.

Non est igitur, ut ex superioribus apparet, excommunicatio pœna eradicans, sed pœna disciplinæ. nec est pœna ultima delictorum, sed vexatio quædam, dans probum intellectû, quæ in eum scopum dirigitur ut excommunicatus corrigatur, salutemque spirituales modis omnibus querat, ut sic satisfaciatur ecclesiasticæ disciplinæ, quòd si excommunicatus ea induretur, alia maiora pharmaca adhibenda sunt capit. 1. de sentent. excomm. lib. 6. capi. excommunicamus. §. qui autem. & §. quia verò de hæreti. capit. notandum. 24. quæstion. 3. l. placet. & ibi gloss. Bald. & doctores. C. de sacrosancti. Ecclesi.

Idem egregia est doctorum nostrorum disputatio quæ huius capituli argumento conuenit, qua pœna plectendus est, qui per annum, vel ultra, excommunicatione innodatus perseuerat. Et quia multis difficultatibus est inuoluta, propositis his assertionibus, pro nostra tenuitate elucidauimus.

**4** Prima assertio, Annalis perseuerantia in excommunicatione in criminalibus causis, solum operatur, ut excommunicatus habeatur pro confesso, & conuicto, de crimine cuius causa fuit excommunicatus, atque ita pœnam non auget scribit Abb. in cap. 1. de iudi. num. 25. quam opinionem communem esse testantur Ripa. ibi. num. 77. Alciat. nu. 54. D. Episcopus Couarruu. in dict. capit. Alma mater. 1. par. relect. §. 7. nu. 10. Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæst. lib. 2. centu. 5. calu. 416. nu. 11. eamque sequitur Auctri ad Capell. Tholosæ. quæstio. 366. Ioann. Lup. in cap. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. §. 18. num. 24. Paul. Gril. in tractat. de

hæreti. quæstio. 8. ad finem quæ manifestè probatur in cap. rursus. & in cap. quicumque. 11. quæst. 2. & iuri cõsona est nam quanuis sola contumacia ad condemnationem non sufficiat, ut in cap. nullus. de præsump. tamen quia cum tali contumacia concurrat dicta perseuerantia in excommunicatione sufficit. quia vehemens inducitur præsumptio quæ ad condemnationem sufficit cap. afferre. de præsumpt. & ita tenendum est quid quid contra communem reclamet Decius in dict. cap. 1. 2. lectura num. 19. & Ioan. de Selua de benefi. 3. part. q. 4. num. 53.

Ex qua assertione duo à nobis sunt annotanda. Primò pertinacem per annum in excommunicatione, priuatum esse ipso iure vel priuandum beneficio ecclesiastico, si crimine ab ipso commissum ea priuatione dignum fuit quòd doctores supra allegati communi consensu profitentur. Secundò non esse dictum contumacem excommunicatum priuatum, vel priuandum ecclesiasticis beneficijs, si crimen de quo accusatus fuit non est ea pœna dignum, quod similiter doctores præcitati fatentur.

Secunda assertio annalis excommunicatio, licet non indocet beneficiorum priuationem, si alias pro illo crimine ea priuationis pœna iure statuta non est, poterit tamen talis excommunicatus, etiam intra annum arbitraria pœna puniri. ita scribunt Ioan. Andr. & Fel. in cap. postulasti de homi. D. Couarr. dict. §. 7. & quanuis de ea dubitet Iacob. Menoch. dicto casu. 416. dicit tamen ibi, quòd si iudex esset Ioan. Andr. & aliorum opinionem sequeretur ad coercendam pertinaciam, & audaciam eorum qui tanto tempore, excommunicatione innodati fuerunt.

**5** Annalis perseuerantia in excommunicatione, non inducit beneficiorum priuationem.



6 Hinc sequitur iustissimas esse Re-  
 gas nostras constitutiones, quibus  
 decretum est, laicos qui per mensem  
 excommunicatione permanserint  
 à seculari iudice esse multandos, &  
 si per sex mensis contumaces fuerint  
 grauiori poena plectantur, quòd si  
 per annum inforduerint longè acrius  
 puniantur. L. 1. & 2. tit. 5. lib. ordina.  
 noui. Sic etenim stat in Neapolita-  
 no Regno Synodalis constitutio in  
 ordine. 71. quæ incipit. Item quòd  
 nonnulli, qua sancitū est, quod & ma-  
 nentes in excommunicatione per  
 mensem soluere tenentur vnum auri  
 Aloreñū de qua meminit Petrus Fol-  
 leri. in practi. crimin. cano. in verbo,  
 non comparentes. num. 61.

Nec quidem hoc exemplo caret nā  
 in concilio Triburiensi antiquitus  
 patres decreuerunt. *Ut qui post ex-  
 communicationem non fuerint ad poeni-  
 tentiam inclinati, per secularem Princi-  
 pem puniatur, ut quos Dei timor nō cor-  
 rigit saltem poena temporalis corripiat.*  
 ita concili. Triburi. cap. 3.

7 Possunt etiam ecclesiastici iudices  
 (imò maiorem ad hoc iurisdictionē,  
 & potestatem habet) punire laicos pec-  
 cuniaria multa, qui per tempus illud  
 Regijs legibus expressum excommu-  
 nicatione fuerūt innodati. quòd sic  
 clari, & explorati iuris est, ut nulla in-  
 digeat probatione, & ita forensi vsu  
 receptum est. Sicquē absolutionis tē-  
 pore, post Ecclesie satisfactionem so-  
 let peccuniaria poena imponi, quæ  
 iustè exigì potest, & in pios vsus cō-  
 uerti, ut præcedentibus annis cētus  
 Cardinalium Paulo Tertio Ponti-  
 fici maximo respondit ut testatur D.  
 Episcopus Simancas in catho. insti.  
 tit. 27. num. 5.

8 Non tamē licet ecclesiasticis iu-  
 dicibus ex proprijs sententijs, contra  
 excommunicatos contumaces latas

commodam alicuod extraordina-  
 rium reportare, sed pecuniariam cō-  
 demnationem in vsus pios Ecclesie,  
 vel pauperum convertere, licet ali-  
 quando contrarium iniustissimè vi-  
 di iudicari sed iam placata fuit illa  
 tempestas, apud nos verò cum dicta  
 Regia cōstitutione prima, tertia pars  
 pecuniariae condemnationis, quæ  
 contra excommunicatos contuma-  
 ces profertur, ad Praelatos se alios ec-  
 clesiasticos iudices, qui excommuni-  
 cationem protulerunt pertineat, iustè  
 ab eis exigì potest sicuti alia poenæ  
 quæ legibus, vel statutis eis tribuun-  
 tur ita scribit D. Præsul. Calagurrita-  
 nus infra. capi. 140. & ibi dixi.

In hoc autem amplissimo Archie-  
 piscopatu Toletano qua poena pu-  
 niendus sit clericus, vel laicus in tri-  
 bunalibus ecclesiasticis, qui in excō-  
 municatione per annum steterit,  
 vide in Synodalibus consi. capit. 2.  
 rub. de senten. excommu. lib. 5.

9 Tertia assertio, perseverantia in  
 excommunicatione per annum, etiā  
 in causa ciuili efficit, ut excommuni-  
 catus habeatur pro confesso. hanc  
 conclusionem sic constitutam tradit  
 D. Episcopus Couarrun. in dict. ca.  
 Alma mater. d. 4. 7. licet ad eius pro-  
 bationem nulla autoritate, sed sua  
 (quæ maxima est) innitatur quinimò  
 aliquos pro ea allegat, qui vel nō di-  
 cunt, vel contrarium scribunt, ut est  
 Ripa quem statim allegauo. Verissi-  
 ma tamen est hæc sententia, quam ea  
 neruosa ratione corrobore, nam si  
 dicta perseverantia excommunica-  
 tione, dictum effectum in causa cri-  
 minali operatur, in qua clariore  
 probationes desiderantur, ut in: l. f.  
 C. de proba. multò fortius operari cū  
 debet, in causa ciuili. vnde labitur  
 Ripa. in d. c. 1. de iud. nu. 77. qui hac  
 opinionē in causa ciuili improbauit.

Quarta

mentem  
 percipere  
 repossit,  
 ex poena  
 cōtra ex-  
 communi-  
 catos im-  
 posita, nō  
 si illud qd  
 Regijs le-  
 gibus eis  
 cōpetit.

9 Perseue-  
 rantia an-  
 nalis in  
 excōmuni-  
 catione  
 operatur  
 ut excō-  
 muni-  
 catus ex  
 causa ci-  
 uili, pro  
 confesso  
 habeatur.

Iudices  
 Ecclesi-  
 stici nul-  
 lū emole

10  
Persecutio  
ratio an-  
nalis in  
excommu-  
nicatio-  
ne, mini-  
mè exco-  
municato-  
riam præ-  
cludit, ut  
suâ inno-  
centiam  
possit o-  
stendere.

Quarta conclusio, annalis perseue-  
rantia in excommunicatione, mini-  
mè excommunicato viam præcludit,  
quin possit innocentiam suam ostē-  
dere ita egragie tenet Antonius de  
Butrio in dict. cap. 1. de iudi. vbi Ri-  
pa. num. 77. glo. not. in dict. capi. rur-  
sus. 1. quæst. 3. sentit. Innocen. in d.  
cap. cum bonæ. num. 2. versu. *Post ta-*  
*lem*, de ætate & qualitate. Prædicta  
quidem perseuerantia, solum prodest  
accusatori fisco, vel actori, ut ab ho-  
nore probandi accusationem, vel pro-  
positam actionem releuetur, cuius pro-  
bationis loco lex, hanc contumaciã  
induratum excommunicationis, sub-  
rogauit. vnde poterit reus quæ ad suã  
innocentiam concernunt modis om-  
nibus probare. l. 2. C. de requi. reis q  
multis comprobatur Ioann. à Neuiza.  
consil. 60. num. 2. 3. & 4. Et innocen-  
tiæ probatio nunquam exclusa cen-  
setur, etiam si iam lata fuerit sententia  
ut optimè probat Dec. in cap. ex par-  
te. in. 2. num. 7. de offi. delega.

11  
Tex. inc.  
forlus. 11.  
q. 3. in cer-  
pretatur.

Nec huic assertioni refraga-  
tur tex. in dict. cap. rursus. qui proba-  
re videtur hunc perseuerantem in ex-  
communicatione, nullatenus audien-  
dum esse. quem ad hoc perpedit Bar-  
ba. in dict. cap. 1. nu. 134. qui text.  
ille loquitur quando excommunicatus  
non solum neglexit suam proba-  
re innocentiam, & privatiuè & im-  
propriè contempsit, sed positiuè, &  
propriè, ut quia pluries monitus re-  
nuit verbis, vel facto, suam innocen-  
tiam purgare, ideò mirum non est q  
lex pœnitens eum excludat. ita text.  
illum interpretatur Jacob. Menoch.  
de arbi. iudi. quæst. lib. 2. centu. 5. ca-  
su. 41. 6. quem videt.

12  
Egragie  
interpretatur  
cõ. ei. Trid.  
Sess. 25 c.  
3. de ref.

Quinta assertio, perseuerantia an-  
nalis in excommunicatione reddit  
excommunicatum de hæresis crimi-  
ne suspectum concil. Tridenti. Sess.

25. cap. 3. de reform. Presumitur qui-  
dem is, perperam de potestate clauium  
Ecclesiæ sentire inquit sacrosanctum  
Concilium. *Excommunicatus vero qui-  
dem, si post legitimas monitiones non re-  
suerit, non solum ad sacramenta, &  
communione fidelium, ac familiaritate  
non recipiantur: Sed si in iurato animo,  
cæsaris annexus, in illis per annum infor-  
duerit, etiam, contra eum, tãquam de hæ-  
resi suspectum procedi possit.* Hactenus  
concilium circa quod, aliqua lectu  
non indigna notanda censeo.

Primò, qd nõ solũ eius sanctio pro-  
cedit, quando excommunicatio lata  
fuit ob causam criminalem, verum  
etiam ciuilem: nam pertinacia hæc  
vniformis est, nam semper & in om-  
ni casu, perseuerando dicitur contē-  
nere, imò maior videtur contemptus  
excommunicationis ex causa ciuili,  
quã criminali: quæ pro leuiori causã  
lata fuit, & quæ minus eum retardare  
deberet, quin ad iudicem iret, quã  
pro criminali quæ ob pœnam cor-  
poralem fortè imponendam, magis  
excommunicatus timeret. Quod ex  
verbis concilij clarè perpeditur, ibi,  
*Quæcumque*, quæ verba compræhen-  
dum excommunicatum, tam ex cau-  
sa criminali, quã ciuili, cum paulò  
ante concilium decreuerit, ob vtrãq;  
posse excommunicari.

Secundò, quòd quatenus conci-  
lium ait. *Per annum inforduerit*, intel-  
ligendum esse de anno perfecto. l.  
vrbana familia. §. pernoctare. ff. de  
verbo. signi. not. Francus in capi. cū  
contumacia. de hæreti. l. b. 6. not. 2.

Tertiò, quòd licet excommunica-  
tus, qui per annum integrum indura-  
to animo, stetit in excommunicatio-  
ne, de hæresi suspectus sit: non tamẽ  
tanquam hæreticus est condemnan-  
dus. glos. sing. in capi. contingit. de  
dolo, & contumacia est equidem sus-

Bb 5 pitie

pitio hæc leuis, vt scribit autor directorij Inquisitorum. 2. p. quæsti. 47. sequitur insignis Couarruu. in dict. cap. Alma mater. §. 7. Iacob. Septim. in catho. inst. tit. 27. nu. 4.

Quartò, quòd licet dicta suspitio leuis sit, sufficiens tamen est ad purgationem indicendam, quam si excommunicatus subuire nolluerit, sed excommunicatione permanferit, tunc veluti hæreticus pertinax est condèmandus. capit. excommunicamus. §. qui autem. de hæreti. cap. cum contumacia. eo. tit. in. 6. tradit Inno. & ceteri in cap. vltim. de penis Hostien. Henr. Cardi. & Felin. in dict. §. qui autem. Hostien. in summ. ti. de hære. colum. 3. Calderi. consi. 5. tit. de hæreti. Fran. in dict. ca. cum contumacia. Rip. in di. c. 1. de iud. nu. 77. Gonfa. & Villadiego de hæreti. quæsti. 9. Capell. Tolosa. vbi Auff. decisio. 361. Alberti. in rub. de hæreti. lib. 6. quæ. 13. num. 34. Brunus. lib. 1. de hæreti. capit. 4. Ioann. Lup. in c. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. §. 18. nu. 24. Carreri. in practi. crimi. in tract. de hære. nu. 21.

Quintò, quòd si causa excommunicationis, ex eo emanauit quòd de hæresi suspectus quis sit, ab hæreticæ prauitatis Inquisitoribus vocatus, sicut fugiens iudicium, comparere nolluit & ob contumaciam, excommunicatione fuit innotatus. in qua integro anno permansit, hoc sanè casu, vt hæreticus est puniendus text. egregius in dict. cap. cum contumacia. de hæret. lib. 6. & ad idem in simili est text. in cap. excommunicamus. §. qui autem. de hæret. & in auth. Gazaros. C. eo. tit. l. 2. tit. 9. part. 1. tradunt vltra ordinarios interpretes direct. Inquisitorum. 2. par. quæ. 47. Capell. Tholosa. vbi Auffe. quæsti. 365. Ad hoc tamè quòd dicta pœna imponenda

sit requiritur, quòd is sit verus contumax, quòd si fictus contumax fuerit, dicta decisio locum non habet. vt optimè resoluit Gundi. a Villadiego de hæreti. quæsti. 12. Couarruu. dict. §. 7.

Imò & quòd existimo perpetua memoria dignum, quòd si anno lapsò, antè condemnationem: qui contumax fuit, cõpareat in iudicio suãq; innocentiam voluerit ostendere, audiendus est, ad effugiendam bonorum confiscationem: ita tenet Andr. de Iser. in dict. auth. Gazaros. nu. 37. Quòd si iam condènatus, & captus fuerit, & tanquam verè penitens voluerit se Ecclesiæ reconciliari audiendus est, & si ostendat legitimè impeditum fuisse, ita vt contumax nõ fuerit: omnem pœnam effugiet, quòd si de legitimo impedimento non docuerit, sed solum innocentiam obiecti criminis docuerit, sententia reuocabitur, quo ad corporale condemnatione & infamie notam, non verò quo ad bonorum confiscationem. l. 2. & pen. C. de requi. re. Quòd facilius admitti debet, quardò contumax ipse spontè se carceri exhibuit, vt sancte Inquisitionis decreto diffinitum esse testatur D. Episcopus Iaco. Septiman. in catho. insti. cap. 2. num. 20.

Sextò erit etiam memoriæ commendandum, quòd cum annalis pœseuerantia in excommunicatione, solum suspensionem hæresis inducat, & ideò non erit locus bonorum confiscationi, nisi postea verè hæreticus excommunicatus apparuerit, quia quãdò bona hæreticorum publicantur locum id obtinet, in verò hæretico, nõ verò in suspecto. ca. accusatus. §. pœro. de hæreti. tradit, vltra interpretes ordinarios Zanchinus in tractat. de hæreti. ca. 25. de confis. bono. Balne. reg. in iudi. inquisit. in verb. Bona hæreticorū.

*vericorum.* Jacob. Menoch. conf. 159. num. 16. volum. 2.

13  
Perseuerantia ex  
communicacionis,  
vltra an-  
ni opera-  
tur, vt ex  
communi-  
catur ec-  
clesiasti-  
cis bene-  
ficijs pri-  
uatus sit.

Sexta & vltima assertio, perseuerantia in excommunicatione, vltra annum operatur, vt excommunicatus priuandus sit beneficijs, & dignitatibus ita tenet Abb. in dicto. cap. 1. de iudi. num. 25. vbi And. Alciat. num. 78. quae manifeste probatur in cap. cum bonae, de aetate & qualita. circa cuius interpretationem labitur doctissimus Ripa in dicto. cap. 1. num. 78. scribens quod tex ille loquitur quando Pontifex Maximus de plenitudine procedit, prout in casu illius tex. Nam nunquam praesumendum est sic Principem velle procedere. Imo nomen hoc absolutae potestatis, cum iuri contrarium sit merito a iure consultis omnino oblegandum esse, multis rationibus, & clarissimorum virorum testimonio prouabatur in meis annot. ad illum dominum Episcopum in regulis & fallen. reg. 219. versu. Quarto amplia. Nec refragatur consideratio Decij in dicto. cap. 1. num. 19. in 2. lecti. a communi recedens asseuerans, tex. illum requirere perseuerantiam & contumaciam triennalem, nam vt recte respondit Alcia dicto. cap. 1. num. 37. is tex. in dicto. cap. cum bonae. non inducit dispositionem super triennio, sed super temporis diuturnitate, vltra annum. Vnde videmus quod ante biennium sufficeret vt in cap. vltim. de penis qui tex. & si loquatur de laico at tamen idem in clerico iudicandum est, cum vel nulla sit differentia, vel si aliqua est, fortius clericus ligatur cum is magis parere teneatur, vt scribit Cardin. a Turrecrem. in cap. misas totas. num. 2. de consecra. distin. 1. Mart. Nauarr. in cap. 1. §. ingratus. num. 4. de peni. dist. 5.

Quae quidem assertio locum ob-

tinet, etiam si excommunicatio lata fuit ob causam civilem, nam vt supra scripti pertinacia haec vniuersalis est, nec quo ad hoc institutum attendi debet an procedat, ex causa criminali. vel civili: solum perpendi debet crimen illud, ab illa contumacia & perseuerantia prouenies. Hinc constat longe errasse Abb. in dicto. cap. 1. nu. 27. Ripa. num. 77. Roman. sing. 303. Ang. de Clauasi. in summa in verbo. Excommunicatio vltimo. nu. 17. asseuerantes, excommunicatum ex causa civili, & in ea perseuerantes etiam per mille annos, non posse suis beneficijs priuari quos omnes iuste reprobatur Jacob. Menoc. de arbi. iud. quae sti. lib. 2. centu. 5. casu. 416. numer. 55.

Dubitari tamen solet per quod temporis spacium iudex expectare debeat excommunicatum lapso anno ante quam ad declarationem vel priuationem beneficiorum procedat circa quam controuersiam Abb. in dicto. cap. 1. num. 25. de iudi. versiculo fautor. sentire videtur per triennium expectandum esse. vt in cap. cum bona, de aetate & qualitate sed Abb. non loquitur taxatiue prout nec taxatiue ibi loquitur Andre. Alciatus nume. 37. Quo circa totum hoc iudicis arbitrio relinquendum esse censeo, sequor in hoc doctissimum Jac. Menoch. de arbi. iud. quae sti. lib. 2. centu. 5. casu. 416. num. 66.

Prudens equidem ecclesiasticus iudex elapso aliquo tempore post annum, excommunicatum citari praecipit, vt coram eo compareat. ad allegandum quas defensiones habet, vt haereticus declarari non debeat, cum tandiu excommunicatione fuerit ligatus, quod si nullum alleget impedimentum, nec iustam causam, quae ei suffragari possit, haereticus declarabitur,

14  
Anno lapso excommunicationis, quantum tempus a iudice expectandum sit ante quam ad priuationem beneficii procedat.

bitur, & priuatum esse beneficijs & ecclesiasticis, dignitatibus, hanc praxim docet Gundi. à Villadiego in tractat. de hæret. quæstio. 12. in fine Ioann. Anani. in capi. excommunicamus. 4. qui autem. in fine de hæret. Auferi ad Capell. Thol. quæsti. 366. ad finem.

## Falsarij.

### CAPVT, CXVII.

- 1 Clerici falsarij literarum apostolicarum qualiter puniantur.
- 2 Vitians siue falsans literas delegati apostolici vel aliorum inferiorum iudicum, qua pœna corripiatur.
- 3 Literarum autem regiarum falsarij cui pœna sint obnoxij.
- 4 Clericus, qui falsis literis apostolicis viuitur, officijs & beneficijs priuatur.
- 5 Apponens manum in apostolicis literis, etiam literam unicam corrigendo, vel punctum, exceptis officialibus quibus commissum est, eo ipso excommunicationis sententiam incurrit à qua Papa tantum absoluit.

**I** Clerici qui falsarij literarum Apostolicarum fuerint deprehensi, & per se falsitatis vitium exercuerint, omnibus ecclesiasticis officijs & beneficijs priuati & per ecclesiasticum iudicem degradati seculari potestati traduntur puniendi, secundum legitimas constitutiones, per quas laici de falsitate conuicti puniuntur, vt in ca. Ad falsariorum. de crim. falsid. & pœna laicorum videtur esse deportatio, & omnium bonorum

publicatio in libero homine, vt per glos. ibi allegando tex. in l. 1. §. fin. ad l. Corneliam, de falsis. licet in l. Vbi falsi. C. eod. dicat quòd crimen. falsi debet puniri capitali supplicio, si id exigat magnitudo commissi: & licet iure communi in hoc casu non videatur apposita pœna mortis expressè: in his tamè regnis dispositum est quòd falsans epistolam, priuilegium, vel bullam Papæ, vel qui facit, vt alius id efficiat. debet mori, vt in l. 6. tit. 7. part. 7. Vnde non est dubium tunc quòd hodie iudex secularis damnabit tunc talem clericum ad pœnam mortis. Et vide Concilium Constantiense in. 18. Sessione, in capit. 3. vbi statutum est quòd omnes qui dolum & fraudem se falsitatem aliquam circa literas bullandas dicunt. Synodi committerent, & illi etiam qui in hoc consentirent, aut alia fieri procurarent, vel literis falsis scienter vterentur, incurrerent censuras illas ecclesiasticas & pœnas quas falsificatores literarum Apostolicarum, & qui illis literis scienter vtuntur, necnon participes incurrunt iuxta canonicas sanctiones: & licet prouisio illius concilij circa literas eius solummodo, & non in futurum videatur disponere, argumento tamen illius videtur idem esse iudicandum, si pro tempore casus similis occurreret, cum videatur esse eadem ratio: literarum verò Cancellariæ vel pœnitentiarij Papæ falsarij qualiter puniantur, vide Host. Ioan. Andr. Butri. & alios in capit. ex literis. de fin. instrumen. Vitians autem siue falsans literas Iudicis delegati apostolici non debet ita acriter puniri, Pano. in cap. Olim. in. 2. not. ex text. ibi, de rescrip. Et vide Feli. in capi. 2. de rescrip. colum. 9. vbi se remittit ad plenè dicta per Maria. in dict. ca. Ad falsariorum. Falsantes autem literas inferior-

Inferiorum Iudicum, si criminaliter a culantur, depositionis ab ordine & priuationis omnium beneficiorum, detractionisque in monasterium poenas sustinere debent. notat idem Panor. vbi supra allegans tex. in capit. Si episcopus. 50. dist. qui tex. statuit contra presbyterum, aut diaconum qui chartam falsauerit, quod depositus ab officij honore in monasterium detrudatur, & eundem text. (& si corrupte alleget) sic intelligit Hostien. in summa de crimi. fal. §. fin. in falsario literarum episcop. Falsarius autem per modum inquisitionis conuictus, tam in literis episcopi, quam capituli ab officio & beneficio suspendendus est, siue suspendus nuciandus secundum Hostien. vbi supra, donec indulgentiam Apostolicę sedis mereatur obtinere, pro quo allegat tex. in cap. Tam literis. de testis. Literarum autem Regiarum falsarij degradantur, & illis aliquis character imponitur, & in exilium mittuntur extra prouinciam, vt in ca. Ad audientiam. de crim. fal. Idem transcriptum fuit in. l. antepe titu. 6. par. 1. quę declarat quod exiliu debet esse extra regnum vel dominium Regis, in cuius literis deliquit, quod extendit procedere in falsario cuiuslibet Principis secularis. Hostien. in summa de crimi. fal. §. fin. versic. Si quis autem. motus ea solum ratione, quia de similibus idem est iudicium. per iura vulgaria quę ipse refert. Qui vero Apostolicis literis falsis utitur, officijs & beneficijs priuatur, vt in dict. capit. Ad falsariorum. Vnum tamen nota, quod si tales velint se purgare allegantes ignorantiam, audiendi sunt, si se purgant, & deceptorem exhibeant. ita tenet Archi. in ca. In memoriam. 19. distinct. quod ibi sequitur Card. de Turrecremata, in. §. Ad quartum.

qui respondet ad dictum capit. Ad falsariorum, dum dicit non excusare ignorantiam: quod intelligitur de ignorantia supina, vel quando non vult exhibere deceptorem. Et vide Hostien. in summa, in titu. de crimine falsi. §. Porro. versicu. Sed hodie, vbi dicit quod hodie preceptum est quod in literis domini Papę, nec in magno, nec in modico audeat quis manum aponere, etiam literam vnicam vel punctum vnicum corrigendo exceptis officialibus, quibus hoc est commissum: alioquin manum opponens ex canone lato in curia, ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, quę non potest per aliquem extra sedem Apostolicam relaxari. Cuius verba ad literam refert & sequitur Floren. in. 3. parte. titu. 24. capitu. 16. & sequitur etiam Feli. in capitu. 2. §. Stylus. de rescrip. qui etiam dicit quod tales falsarij excommunicantur in processu annali per Papam in die Iouis sancti, & allegat consti. Martini. 5. quam ad literam Florent. scribit in dict. 3. parte, titu. 24. capitu. 72. vbi aperte patet quod excommunicantur omnes falsantes literas Apostolicas bullas & supplicationes Sum Pontificis, se Vicecancellarij, seu gerentis officium, vel vices Cancellarij. Et nota quod Floren. in dict. cap. 16. referend Richar. dicit quod qui ludo & non intentione vtendi literis Papę, quarum efficacia iam expirauit, aliquam literam in eis formatam reformaret, vel punctum faceret, vel aliquid in ea immutaret, non esse excommunicatus ipso iure. Contra quod tamen arguit ipse, vt videre poteris: licet Feli. simpliciter secutus fuerit vbi supra hanc declarationem Richard. & Floren. quem ibi corrupte allegat in vtroque loco per eum citato.

**A** Clericus qui falsis literis Apostolicis commissis seculari curiae tradendus est.



*Raduntur puniendi. Vide Regiam. l. 60. tit. 6. part. 1. & ibi insignem Gregori. Lup. & eundem in. l. 6. ti.*

7. par. 7. in glo. *De Papa, & de Rey. Matth. de fili. decisio. 22. nu. 2.* Quam quidem penam, prateritis diebus receptam vidimus in Regali curia, contra quosdam clericos qui literas quosdam falsas confecerant, fingentes esse Summi Pontificis, quarum literarum ratione, multi in gradibus prohibitis constituti, matrimonium contraxerunt. Et huius criminis ratione, post realem degradationem, seculari curiae traditi fuerunt & publice suspensi. Unde apud Hispanos inuicibiliter observari debet decisio. text. in ca. ad falsarium. de crimine falsi quavis regulariter non seruari affirmat Ioann. de Anan. in rubr. de falsis circa finem quem refert Iulius Clar. in pract. cri. §. h. quæ. 36. versi. videmus.

Et nota, quod huius criminis rei excommunicantur in cena Domini, in quinto casu his verbis. *Excommunicamus omnes falsarios bullarum, seu literarum Apostolicarum, & supplicationum, gratiarum, vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut gerentium vices predictorum, signantes supplicationes easdem. Extendentes constitutionem Felicis recordationis Innoc. Papa Tertii, quæ incipit ad falsariorum, cum omnibus penis in ea contentis, ad falsificantes, seu mutantes supplicationes, per nos seu de mandato nostro signatas, & datas, sine nostra, aut Datarum nostri licentia.*

Penatex. in cap. ad falsarium. locum non obtinet in clericis qui

Illud autem notandum censeo, non esse locum dictæ penæ, si literæ Episcoporum, vel Nutii falsificantur,

vel etiam literæ Penitentiarie, quia hæc non sunt literæ Papæ, sed eius commissarii constituti vix vocis oraculo. ita egregie scribit Martin. Nauarr. in manu confelso. c. 27. nu. 62.

Nec incurrit dictam penam qui subreptitiè, vel obretitiè impetrat literas Apostolicas, vel post impetrationem illis utitur, quia constitutiones Romanorum Pontificum, quæ circa impositionem dictarum penarum disponunt, loquuntur de falsificantibus: & diuersum quidem est falsum conficere, vel falsis literis uti in dict. cap. ad falsariorum, de crimine. falsi tradit Nauarr. dict. cap. 27.

Erit etiam à dicta pena ordinaria immunis, qui dictarum literarum Apostolicarum mutat punctum, vel corrigit literam aliquam, quando non mutatur substantia, vt scribit Ioann. Gersonian. 2. par. Alph. 32. cap. Quidam. fo. 118. Martin. Nauarr. in manu confelso. dict. cap. 27. contra Hostiè. in summa de crimine falsi. §. porro. versi. sed hodie. & Caieta. in summa in verbo Excommunicatio. capi. 26. quorum opinionem saltem quo ad forum conscientie reprobatur Nauarr. in d. loco. Idemque ipse asseuerandum censeo, quod ad iudicium exterius. Nam cum falsitas hæc nemini sit noscitur, puniri non debet saltem pena ordinaria. Vt tradit Specul. in tit. de teste. §. 1. versi. Item quod aliquid. Bar. Paul. & Iaf. num. 10. in. l. si ex falsis. C. de transactio Bar. in. l. eos. col. 2. ff. de falsis Angelus in. l. Lucius. ff. de his qui not. infam. & consi. 194. Deci. in l. 1. §. credendum. num. 7. ff. si cert. petat. & colligitur ex glos. in. l. damus. in verbo, *Privatus*. C. de falsis quam communiter doctores sequuntur, vt fatetur Alexand. consi. 145. column. 1. libr. 6. idem fatetur Barba. consi. 52. num. 4. libr. 3. Socin. consi.

falsum dicitur in literis Episcoporum Nutii, vel penitentiarie.

Qui mutat punctum vel corrigit literas Apostolicas, si sententia non mutatur an immunis sit à pena.

103. num. 1. & 2. lib. 1. Viui. lib. com-  
muni. opinio. in verbo, falsitas quæ  
memini. & est communis practica  
qua aduocati sepe vtuntur, vt testa-  
tur Curt. Iuni. defend. 4. par. in pri-  
ma causa amissionis feudi quæstio.  
10. Iul. Clar. in pract. crimi. §. falsum.  
vers. item excusatur. qui plures alle-  
gat qui eam communem esse faten-  
tur, & egrægiè de more eam declarat,  
& ita interpretari debet opinio D.  
Episcopi Ioann. Bernardi. de qua in  
hoc cap. nume. 5. opinionem tamen  
nostram Apostolicæ sedis censuræ  
libenter submitimus.

Qui in  
moneta  
Summi  
Pontificis  
falsum co-  
mittit an  
incidat  
in pena  
tex. in c.  
ad falsa-  
riis de  
crimi. fal-  
s.

Sed an puniatur huius capituli pœ-  
na clericus, qui in moneta Summi  
Præsidis falsum comisit. Vide Ab.  
in cap. tua. num. 4. de pœnis asseue-  
rantem, cum deponendum & in car-  
cerem mittendum esse, negatquè hoc  
casu locum habere traditionem cu-  
riæ seculari quia tex. in dict. cap. ad  
falsariorum. Loquitur tantum de fal-  
sarijs literarum, ideo cum pœnalis &  
hodiola sit illa constitutio, ad alios  
casus extendenda non est. cap. is qui  
de senten. excomm. lib. 6. l. penul. ff.  
de pœnis Sed cum hoc falsi crimen  
quod in moneta Romani Pontificis  
perpetratur grauissimum & atrocissi-  
mum sit ab Abb. sententia recedere  
videtur. D. Didac. Perez in l. 23. tit.  
19. lib. 8. ordin. vers. Quarto prin-  
cipaliter. Ego tamen Abbatis opinio-  
nem libenter sequor.

## Conspiratores.

### CAPVT, CXVIII.

*Clerici hoc crimen perpetrantes qua-  
liter puniantur.*



Clerici conspirantes aut cõs-  
piratores. aut iniurias po-  
nentes Episcopis aut cleri-  
cis è gradu suo proprio pe-  
nitus abijciantur, vt in capitu. Si qui  
clerici. & in capitu. Si clerici. 11. q. 1.  
Et in capitu. Coniurationum. ea. caus.  
& quæstio. & habetur ille tex. in cõ-  
cilio Calcedonensi in canone. 18.  
qui contra fidem homenagij negat  
episcopum suum dominum esse, vel  
in foro seculari disponit contra eum  
de rebus spiritualibus quæstionem,  
aut qui inuasori suo, & locijs cau-  
sam & consilium præstat, ab officio  
& beneficio deponitur, vt in c. Gra-  
uem. de exces. præla. & vide text. in  
capit. Si quis sacerdotum. 11. quæsti.  
1. qui clericum suo Episcopo inobe-  
dientem, aut ei insidias parantem,  
aut contumeliam, calumniam, seu cõ-  
uicia inferentem. deponi iubet, & cu-  
riæ tradi. Sed aduerte, quod ille text.  
de incorrigibili intelligitur, vt con-  
cludat Abb. in capi. At si clerici. de  
iudi. colum. 13. sequendo glos. in ca-  
pitu. Cum non ab homine. de iud. &  
in cap. Si quis & in ca. Si quæ sunt.  
2. quæ. 7. & in c. Nouimus. de verb.  
signi & dicit quod ista opinio tan-  
quam mitior cõmuniter approbatur  
per Doct. in capit. fina. de testi. cogẽ.  
& in capi. Cum non ab homine. de  
iudi. quem refert & sequitur Decius,  
ibi, col. 21. versicu. Tertius casus. qui  
respondet ad verbum mox, positum  
in dict. cap. Si quis. quandoquè in-  
intelligitur cum intervallo, vt. l. Sed  
& si conditione. §. Seruus. ff. de here-  
dit. insti. & in cap. 2. vbi glo. 20. q. 2.  
& tradit Alexand. in l. 1. §. qui præ-  
sens. ff. de verb. oblig. & eam dicit  
communem sententiam Aretin. in  
dict. cap. Cum non ab homine. de iu-  
di. colum. 2. vers. Tertius casus, & vi-  
de Præpo. in cap. clericus. 3. quæ. 4.  
qui



qui post Archi. notat glo. ibi, ad hoc quod clericus conpirationem facies contra proprium episcopum non traditur curiæ seculari, nisi sit incorrigibilis. & vide eandem in cap. Hi qui. ca. cau. & quæsti. vbi notat ibi text. pro illa glo. dum tex. disponit quod clericus persecutor episcopi sit infamis, & traditur exilio, non tamen præcipit illum curiæ tradi. Et vide. l. 60. tit. 6. part. 1. vbi ponitur casus inter eos, quibus clericus traditur curiæ seculari: & videtur lex illa ex pluribus casibus disiunctiue positis in dict. capi. Si quis sacerdotum, solum ad duos casus poenam illam reducere. Primò quando et clericus def. honestate a su. Obispo, & no le quisieffe obedecer. Secundo, si lo acechasse en qualquier manera para le matar. Et illa b  
 in nihil dicit de incorrigibilitate, b  
 quæ si velit, in illis duobus casibus seruare dispositionem illius capituli. Si quis sacerdotum, quæ quidem interpretatio legalis videtur in Hispania seruanda, quum sicut doctorum expositionibus, ac consuetudine temperatur rigor antiquorum canonum, multo melius videtur hoc faciendum ex lege principis magna deliberatione promulgata: & tunc posset merito dubitari qua pena esset clericus puniendus, qui propter tale facinus traderetur curiæ seculari.

## ANNO TATIO.

**V**ide multa quæ circa huius capituli argumentum scripsit Hiero. Gig. in tracta. de crimine lesæ Maiest. lib. 2. Rub. quo modo, & per quæ &c. quæstion. 22.

**A** De incorrigibili intelligitur. Adde Siluest. in summ. in verbo, degradatio, & opinionem istam communem

esse fatetur Angl. Arist. ad Ang. in tracta. malef. in verb. *Præ capud. nu. 42.* Iul. Clar. lib. 5. recep. senten. 9. si. quæst. 35. vers. Hinc infertur.

**De incorrigibilitate.** Nota quod dicta Regia Partitarum lex intelligenda est secundum ius canonicum & receptam & communem traditionem nempe, ut sit necessaria incorrigibilitas.

## Lesæ Maiestatis rei.

## CAPVT, CXIX.

**Episcopus, presbyter, vel diaconus, qui lesæ maiestatis crimen commiserit qualiter puniatur breuiter, & dilucide per totum caput explicatur.**

**E**piscopus, presbyter, aut diaconus qui & domini sui regnum peruersè & dolose tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur, debet degradari. ita dicit tex. in capitu. Siquis laicus. 22. quæst. 5. quem tex. dicit notab. Abb. in capitu. At si clerici. in princ. in fina. verbis de iudic. ad hoc quod presbyter, vel alius clericus vel episcopus de gradatur, pro conpiratione facta contra principem, seu dominum terræ, & allegat Docto. in capiti. Petitio. de iure iuran. & dicit posse hoc intelligi de actuali degradatione propter immanitatem criminis, argum. l. Quisquis. C. ad l. Iuliam maiest. Barba. autem in dicto. capitu. At si clerici. in princ. in fina. verbis, scribit quod vidit istum casum de facto, & consuluit contra doctrinam Abb. & quod d. capitu. Si quis est palea, & intelligitur de

de degradatione verbali, & quod nō habet locum in clerico: quia non potest dici reus maiestatis laici, <sup>a</sup> quia nō est subditus laici: & refert Card. in cap. V. urgentis. de hereticis. & ut aliquis dicatur reus lesę maiestatis, oportet ut sit subditus, <sup>b</sup> per ea quę ipse allegat. Et reperies illud consilium suum in. 3. volum. in consi. 21. A loque principium. Et vide Arnal. Alber. in capit. Quoniam. de hereti. in. 6. in quęstio. 11. versic. Septimō fallit, vbi postquam per quinque ferē col. tractat. de isto articulo, dicit concludendum clericum non teneri crimine Lesę Maiestatis temporalis. Dicit tamen (saluo meliori iudicio) & sacrosanctę sedis Apostolicę autoritatē, quod clericus siue Episcopus tale crimen grauissimum committens, erit degradandus, & beneficijs spoliandus, & consequenter curię seculari tradendus, & remittit se ad ea quę latius dicit in eodem cap. in. 15. q. vbi in. 2. col. d. q. versic. hinc sumpta. mouet quęstionem. An clericus vel Episcopus rebellans contra Regem committat crimen Lesę Maiestatis, & concludit etiam quod nōn, & respondet ad cap. Si quis laicus (pręsupposito quod ille tex. esset decretū authenticum, quod non est) quod ille tex. procedit quando episcopus vel clericus pręstitit iuramentum fidelitatis, vel homagium domino temporali, & tandem in col. 6. versic. Quid ergo, dicit quod licet clericus vel episcopus non committat crimen Lesę Maiestatis, per hoc non remanebit impunitus, imō si est rebellis Regi seu domino, degradatus & spoliatus beneficijs, vel episcopatu traditur curię seculari propter immanitatem criminis allegat dict. cap. Si quis laicus. & Roma. hoc consulentem per illum consi. 366. Quęritur, qua pœna. &

in singula. 701. Dicam tibi dubia. Sed aduerte quod Roman. in dictis locis nihil dicit de traditione curię seculari, sed vtitur verbo illius text. scilicet degradetur. Vnde miror quod allegauerit pro sua opinione Roman. nisi senserit hoc voluisse Rom. dum dicit, degradetur, sed hoc non est verum: nam non vbiunque in iure dicitur degradetur, intelligitur, & tradatur curię seculari. Postea verō valdē dubitat quod verbum degradetur in dict. capi. positum, capiatur propriē pro actuali degradatione, sed pro verbali, <sup>c</sup> & relinquit cogitandum. Et vide Matth. de Afflict. super. 1. lib. constitutionum vtriusquę Sicilię, foli. 114. in rub. vbi clericus in maleficijs debeat cōueniri, vbi disputat quęsti. Vtrum clericus beneficiatus cōmittens crimen rebellionis contra Regem possit priuari suis beneficijs per episcopum suum, & tandem concludit quod ex circumstantijs concurrentibus in rebellionē tali poterit episcopus, arbitrari, & sententiando declarare clericum in hoc delinquentem priuandum esse suis beneficijs ecclesiasticis, dum tamen procedatur seruato ordine iuris. Tu autem vltra prędictos ductores, aduerte quod in synodo Toletana. 16. à sexaginta & vno episcopis celebrata, Anno domini. 693. sub Rege *Flauio Egica Sisbertus* Toletanę sedis Episcopus loco & honore priuatus fuit, eo quod prędictum Regem non tantum priuare regno, sed & cū alijs cōplicibus interimere diffiniuit, atq; genti eius vel patrię inferre conturbium & excidium cogitauit, vt patet in dicta synodo, in c. de Sisberto episcopo, in quo pœna dict. Episcopo propter prędictas causas imposita per hæc verba describitur. *Ipsē verō Sisbertus pro sui iuramenti transgressione,*

facinorisque tanti machinatione secundum antiquorum canonum institutionem qua precipitur, ut quisquis inuentus fuerit talia fecisse, & viuentem Principem in alium attendisse pro futura regni spe, à conuentu catholicorum excommunicationis sententia repellatur, honore simul & loco depulsus, omnibusque rebus exutus, quibusque in potestatem prædicti principis redactis, perpetui exilij ergastulo maneat relegatus. Ita nempe ut secundum eorundem antiquorum canonum decreta in finem vitæ suæ tantum communionem accipiat excepto si Regia eum pietas antè absoluendum crediderit. Simili quoque & cæteris qui de religiosis cuiuslibet sit ordinis aut honoris deinceps contra principem talia egisse vel difinisse reperti exiterint censura mulctandi sunt. Ex cuius nempe synodi dispositione aperte colligitur qua pœna sit clericus puniendus qui contra Regem machinatus fuerit: cùm illius synodi patres pœnam illi episcopo per eos inflictam ad alios clericos similia perpetrantes in futurum extendi sanxerunt, in qua visi sunt non nouam pœnam statuuisse, sed antiquos canones fuisse imitatos, qui tamen canones nullibi referuntur. Et mirandum est quòd nullus Doctorum quos ipse in hac materia hucusque legerim de prædicta synodo faciat mentionem: nisi eos excusare velimus ea ratione, quòd illa 16. synodus Toletana non omnibus familiaris est, ut patet ex eo quòd in omnibus impressiõibus Conciliorum hucusque factis solum tredecim concilia Toletana impressa leguntur: quanuis Gratianus aliqua ex dicta synodo in suo opere Decretorum intexere visus est.



**R**ex Maiestatis laica. Adde A latissimè Hieron. Gigan. in tractat. de crimine Lesæ Maiestatis libr. 1. quæ. 63. per totam fol. 111. vbi latissimè examinat, an clericus cõiurationem faciens contra Principem, crimen lesæ Maiestatis committat que vide.

Ut sit subditus. Adde glo. in Clem. B pastoralis. in glo. magna. versi. Nota Clericus an de re iudi. Bald. consil. 139. vol. 1. & dica- in. l. si omnes. §. si verò. C. de Episco. tur cõ- & cleri. & in. l. data opera colum. C. mitte- qui accusat. non poss. Ioan. de Imo. re cri- in dict. Clemen. Pastoralis. colum. 2. me Le Hyppo. in. l. minore in prin. co- sa Ma lum. 2. ff. de quæst. Caro. Rui. consil. 23. colum. 2. num. 6. volum. 1. Barba. testat- consil. 70. colum. 3. volum. 4. Cepol. tis. consil. 17. column. 5. Nicol. Boeri. in tract. de Sedi. §. Præsuppone etiam. num. 2. Ioan. Igne. in. l. necessarios. §. non alias. num. 417. ff. ad Sillani. Gramm. voto. 10. num. e. 32. Martin. Laud. in tract. de crimi. Lesæ Maie- stat. quæstio. 22. Hieronym. Gigan. eodem tract. lib. 1. quæstio. 68. nu. 5. Bossi. in tracta. delictorum de crimine Lesæ Maiestat. num. 86. & vide Iulium Clar. lib. 5. rescep. senten. §. Lesæ Maiesta. versi. hinc infertur. & eo. lib. §. si. quæst. 36. versic. quæro nunquid. Vbi dicit quòd licet clericus propriè non dicatur committere crimen Lesæ Maiestatis, tamen plures seculares Principes seruant contrarium, quia cùm in grauissimo crimine agatur de ipsorum vitæ, & statu, nõ solent clericos ad ecclesiasticos iudices remittere. Sed ipsi per suos iudices examinari faciunt, & torqueri, & quandoquæ etiam suspendi. testatur quæ quòd in ciuitate Florentiæ fuit propter crimen hoc suspensus quidam Archiepiscopus. Guill. etiam Benedi. in cap. Rainuntius. in verbo.

*Et uxorem nomine Adela. 2. de c. 160. & sequenti scribit, quod Franciæ curia pro criminibus Lesæ Maiestatis, falsæ monetæ, fractionis salutis guardiæ Regiæ, bannit clericos de Regno quoties delinquendo, rempublicam grauissimè offendunt. Sed nimis periculosa hæc sunt, & meritò à Christianis Principibus cauenda, quibus non licet sacra clericorum privilegia violare, qui etiã in his atrocissimis criminibus retinet, vt ab ipsis puniri non possint ideoquè tenentur eos, suis competentibus iudicibus remittere, circa quòd videas Bald. in. §. si clericus. de pace tenen. & eius viola. & nostrum doctissimum Gregor. in. l. 57. in glo. *Que ge la dio. tit. 6. part. 1. in versu. An autem princeps.**

**C** *Sed pro verbali.* Adde quòd opinionem istam communem esse fateatur. Cur. Iunior. consi. 159. n. 1. què refert Villalobos in cõmun. opinio. litera num. 99. Et licet Abb. in c. at si clerici. in prin. in vltim. verb. tenuerit, clericum qui commiserit crimen Lesæ Maiestatis post degradatiõnẽ seculari curiæ tradendum esse, tamen communis opinio est in contrarium teste Bõssio in tracta. delictorum titulo de foro competen. num. 137. & tit. de crimine Lesæ Maiestat. nume. 85. Iuli. Clar. lib. 5. recep. senten. §. final. quæstion. 36. versicul. quæro nunquid.

**Seque de suis criminibus gloriantes.**

**CAPVT, C XIX.**

*Clericus crimen hoc perpetrans, qualiter puniatur.*



**Q**uoniam secundum Isidorum libr. 2. de summo bono capitu. 39. Ad comparationem mali fit deterius, quando non solum flagitia committuntur, sed etiam de ipsis flagitijs vanitate laudis perditæ extolluntur. Quid enim peius est, quam in flagitijs miseris gaudere, de quibus iam debent copiosius deplorare? ideo meritò clericus qui de suo criminis gloriatur suspendi debet ab officio & beneficio. ita disponit text in capi. Quam sit. de excels. præla. Et licet Abb. ibi discedat à summario illius text. in quo Ioan. And. post glos. ibi videtur ponderare scandalum quod fuit ortum propter gloriationem illius clerici, & dicat sequendo Innoc. quòd ibi ille clericus fuit punitus tanquam maledicus detractor & leuis, & quodlibet illorum sufficeret ad imponendam illam pœnam. Ego tamen semper crederem considerandam esse qualitatem à iudicibus illius delicti de quo gloriatur, locum, vbi, & personas coram quibus gloriatus est: Et an ex illa gloriatione resultet præiudicium alterius honori vel famæ, vt sic secundum hoc mitius vel acrius puniatur. Quis enim dubitat longè aliter puniendum esse clericum, qui furtum fecisse gloriatur, quam qui adulterium vel incestum, & qui adulterium simpliciter fecisse se iactat quam qui illud cum persona certa quam nominat commisisse dicit, qui publicè, quam qui occultè, qui iocose & inter amicos: quam qui in rebus serijs & inter extraneos? Præterea in similibus delictis clericorum mea sententia iudices aduertere debet, vt non solum tales clerici pœnas iactatiõis sustineant, sed etiam illorum famæ quibus detractus est consulatur. Et ex hac sumpta occasione posset quæri. An clerico

gloriant se adulterium commisisse cum certa muliere, vel quid aliud perpetrasset, ex quo iniuria alteri personæ irrogaretur, posset ad petitionem seu querellam illius imponi pœna (cum aliter verum esse non constet) ut coram eisdem personis, vel alijs dicat illud a se dictum falsum esse, & nunquam accidisse. Quæ questio decisiva videtur per ea quæ supra notauimus in verbo, Maledici.

**A** *B afficio & beneficio.* Adde Iacob Menochi. de arbi. iudic. quest. lib. 2. centu. 4. casu. 332. numer. 1.

## Habita informatione summaria.

### CAPVT, CXX.

1. *Capi nemo potest sine causæ cognitione.*
2. *Iudex, qui innocentem clericum capi fecit, puniendus est.*
3. *Traduntur multa, quæ à iudicibus in summarijs informationibus, præ oculis sunt habenda.*

**C**lericorum capturam iustum est ut præcedat informatio summaria delictorum, cum in alijs delinquentibus id ipsum etiam requiratur. Ad capturam enim personæ maximè in criminali non potest procedi sine causæ cognitione, ut notat Ioan. Andr. in capitul. Si clericus. de senten. excomun. in. 6. Et sequitur Anton. & moderni in capitul. primo, de iudi. & notat Areti. ibi, in colum. 7. versicul. Ista conclusio. Nec informatione leui capiendi

sunt seu in carcerandi clerici, cum sola relaxatione à carcere nequeat per iudicis restitui ad suæ famæ integritatem. Quia ut plurimum homines in captura facta magis capti culpam, quam iudicis leuitatem adesse considerant. In liberatione vero non innocentiam rei, sed iudicis in inquirendo desidia aut in admissione præcum, seu munerum facilitatem interuenisse sepius audent proclamare. Quo fit, ut apud plures idè ferè operari solet quod quis pro crimine aliquo incarceretur seu damnetur, præcipuè cum præter id quod ex iniusta captura non leuis clerico irrogetur iniuria (quæ tantò est grauior iudicanda, quantò captus maiori erat in signitus honore, crimenque sibi impositum grauius) ipse clericalis status non parum offenditur: qui quidem ordo sanctissimus sicut ab omni crimine vero expiandus est, sic nullius falsi impositione maculandus. Non præterea sic facile solent effugere clerici, ac eludere iudices, ut contra eos leuiter ad capturam procedere sit necesse. Cum ob admissa facinora, membrorum nunquam, vitæ verò rarissimè periculum timeant. Iudex verò qui temerè capi fecit innocentem clericum, præter id quod puniri debet, ut voluit Bald. in l. 1. C. de his qui latro. diuinam non effugiet ultionem, nisi capto sic iniuste satisfecerit, quia innocenti subdito (quem paterno amore tractare debuerat) potestate Dei quam in subditorum suscepit commodum honoris ac rerum iacturam intulit leuitate quadam, aut ferali motus animo. In hac igitur informatione summaria recipienda delictorum, nõ parù inuigilet prudens ac correctionis amator iudex. Ea enim est ferè semper totiùs causæ fundamen-

damentum

damentum, neque fiducia quadam ignava, testium examinationem cuius tabellioni committat, nam magna exinde succedunt incommoda. Saepius enim testes tabellionis solius vultum parum reueriti, inquisiti siue accusati odio pro veris dubia firmare audent, aut eundem excusare volentes quæ dicunt facere contendunt, ac saepius reticent veritatem. Accidit insuper aliquando quod cum ignorantia tabellionis aut versutia male interrogantur, plura quæ rem ipsam principaliter concernebant occultantur. Expediit præterea plurimum diligentem per ipsum iudicem fieri examinationem, quia cum post summariam informationem testium captura rei sequatur statim præcipua cura est capti ac suorum fautorum inquirere qui fuerunt summariæ informationis testes, ipsosque inuentos terrere minis, aut blandicis allicere, ut quæ dixerint declarent seu restringant in ipsius capti fauorem: quod ipsi testes facilius concedunt & faciunt si leniter vident quod examinati fuerint à iudice vel tabellione. Et quia contingit aliquoties ut iterum examinati testes in plenario iudicio affirmare audeant, quæ scripta sunt non dixisse (quod & si non plenam pariat capti liberationem, non est dubium quin iudicis conturbet animum, ac tabellionis quodammodo lædat opinionem.) Solent prudentes iudices in criminibus grauibus, & quæ non leuis momenti personas concernunt, adhibere secum aliquem honestum ac prouidum virum, quo etiam presentem testes examinentur. Ob vnum præterea inter alia hortor iudices omnes, ut non leuiter testes examinent in summano isto iudicio, sed omnia plene perciscitentur ab eis, & scribi faciant per notarium: quia cum in sum-

maria hac examinatione testes maiori gaudeant libertate, facilius ac liberius ea quæ norint explanant, quam postquam licet fautoribus rei illos alioquin, terrere seu corrumpere. Quod autem non sit citanda pars, dum huius informationis testes examinandi sunt, nemo iudicum ignorat: & si ad id desideratur autoritas doctoris, notat Bald. in l. Mouetes. de delato. lib. 10. in fine.



**R** *Equiratur.* Est equidem clericorum incarceration, maturo consilio facienda, quæ in atrocibus criminibus, aliquam honoris iacturam parit, unde Demosthenes in Epistola secunda de suo reditu se excusat quod iudicium Atheniensium effugisset his verbis. *Id ob diceffum meum irasci mihi non potestis neque ideo abij quod de vobis desperarem aut vspiciam alium, Respicerem, sed primum carceris ignominiam, animo ferebam grauiter.* Et ideo consideratione dignissimum est, non esse presbyteros in carcere costringendos, nisi aduersos eos duo, vel tres testes dixerint testimonium, quia nec accusatio contra illos recipienda est, nisi sub duobus aut tribus testibus, ut Apost. inquit. 1. ad Timot. & in ibi Tho. c. accusa. 2. q. 7. quod male seruant iudices Ecclesiastici, Apostolicas traditiones, & sacra canonica iura in presbyterorum oprouitum violantes. Non tamen, diffiteor, quos sepe numero perpessa qualitate criminis, & delinquentis, & attentis alijs circumstantijs, plurimum circa capturam presbyterorum deferendum est iudicis arbitrio, & circa materiam huius. c. vide. Bal. in l. q. euitandi. ad finem. C. de condi. ob turp. cau. Sali. in l. nullus. C. de exhib. reis doctores in. c. si clericos. de sent. excom. lib. 6. Fol. in. c. cum non ab homine. colu. 2. de iudi. & in cap. accedens. 2. q. quonia

**A** Clerico in ra incarceration maturo consilio præcipienda est, & quæ desiderentur ut iuste fieri possit.

frequenter. verb. *Tu nota*. ccl. pe. vt li-  
te non contelt. Ang. Areti. in tracta.  
malchi. in verbo, *fama publica*. colu. 2.  
Mar. Soc. in tract. de citat. ione in. 2.  
arti. prin. q. 24. Petr. Foller. in pract.  
cri. in parte. *Capiat informationem*. fol.  
14. Bosfi. in tract. delicto. de cap. reo-  
rum nu. 7. & tit. de iudi. ante tortur.  
nu. 180. Anto. Gom. lib. 3. resolu. c.  
9. col. & 2 Fran. Mar. & decis. 946  
& 912. Boer. decis. 215. nume. 34.  
vbi refert quatuorquē ad capturam  
reorum necessaria sunt. Hinc est, qd  
si quis capiatur non precedente in-  
formatione, debet dimiti à carceri-  
bus, sine aliqua impenſa tenet Bal. in.  
l. si pacto quo pœnam. C. de pactis,  
vbi Iaf. Ang. Are dict. colu. 2. & est  
tex. optimus in. l. vlt. §. nullo tempo-  
re. ff. de lib. homi. exhiben. His etiam  
proximum est, quod iniuste in carce-  
ratus non potest pro alio delicto re-  
tineri. Bart. in suis. quæst. q. 6. tradit  
idem Bar. & doctores in. l. sed eximē  
di. §. 1. ff. si quis cum qui sequuntur  
alij multi effectus ex iniusta incarce-  
ratione, quos tradit Hyppo. in. l. 1.  
col. 6. ff. de quæst.

In causis  
fidei ma-  
ior ad ca-  
pturam cri-  
minis ob-  
iecti in-  
formatio  
quam in  
alijs cri-  
minibus  
desidera-  
tur.

In causis verò fidei, quia de grauif-  
simo damno agitur, maior criminis  
obiecti informatio, quam in alijs cri-  
minibus desideratur, idē moribus  
receptum est, quod quando ex testiu  
depositionibus constat delictos esse  
tanti criminis reos. fiscalis sancti Of-  
fici, ab Inquisitoribus petit, quod rei  
capiantur, qui peritorium habito cō-  
silio, quid in hac re faciendum sit de-  
liberāt: & si plusquā semiplena pro-  
batio ex actis processus appareat,  
eos cōprehendi iubent. tradit Simā.  
in Enchir. tit. 25. nu. 1. & 2. & in Ca-  
tho. insti. ti. 24. num. 12. Ioan. Rojas  
in tract. de hæret. par. 2. asser. 1. n. 12.  
Qui procedēdi modus præscriptus  
est Inquisitoribus, Hispaniæ Madri.

instructioe ann. 1561. c. 3. his ver-  
bis latinitati donatis. *Inquisitores visa  
informatione, simul si presentes fuerint,  
deliberet de captura, quæ magis iusta vi-  
deretur, si fieret cum consilio consultorū  
eius inquisitionis, sicut modē fieri posset,  
& videretur inquisitoribus cōuenies, &  
necessariū, & quod decretum fuerit, in  
actis referatur. Et quauis optimo iure, so-  
li inquisitores personalē capturā decerne  
possunt, securius tamen videtur, vt peri-  
torū consiliū interueniat, nā cum ex ea  
non modicē fama ledatur, nō nisi grauif-  
simo consilio, & summa deliberatione,  
ad eam deueniendum est.*

Quod si reus delatus insignis fue-  
rit autoritatis, videlicet nobilis literis  
conspicuis vel religione condecora-  
tus, etiā si sufficiens præcesserit infor-  
matio, non est ad capturam deueniē-  
dum nisi supremus sanctæ Inquili-  
tionis Senatus, prius consulatur. quæ  
forma præscripta est Inquisitoribus  
Hispaniæ Madr. instructioe ann.  
1561. cap. 5. in hæc verba. *Si Inquisi-  
tores de captura cōsenserint, iubeantq;  
eā fieri, sicut decreuerunt, quod si nego-  
tiū fuerit magni momēti, propter perso-  
nas insignes vel ob alias causas, prius quā  
suū decretū executioni mandent senatū  
consultant: vbi verò suffragia nō fuerint  
conformia, res ad senatū remittatur, vt  
his provideat quod fieri conuenit.*

Qui quidē præscriptus ordo, mini-  
mē seruari debet, quādo verifimiliter  
fuga rei timeretur, & periculum esset  
in mora, & quāuis hoc manifestissi-  
mū sit, vt nulla probatione indigeat,  
vide tamē Reper. Inquisitor in ver-  
bo. *Cacer.* & in. §. *Viso de carcere.* & se-  
quen. Zanc. in trac. de hæret. c. 19. n. 1.  
Siman. de instit. catho. titu. 16. Ioan.  
Rojas in tractat. de hæret. 2. par. asser.  
1. Fran. Pegñ. ad direct. inqui. lib. 3.  
Sch. 17. Locat in verbo, *Carcere*, qui  
de hoc argumento latius diserunt.

Eos citari personali-  
tèr.

## CAPVT, CXXI.

- 1 Clericus pro leui crimine, in carcerem detrudendus non est, sed personaliter citandus.
- 2 In citatione causa à iudicibus est exprimenda.
- 3 Citatio personalis, in quibus casibus fieri potest.



Um enim non passim, nec pro quocunque leui crimine deceat clericum in carcerem trudi, tū propter sui ordinis dignitatem, tum etiam quia in eis non sic facile fuga timeri solet, ideo honestius est (dum aliud nō sua criminum grauitas) personaliter citari eos, cum hoc in criminalibus iura permittant, vt in capi. 1. de iudi. in. 6. qua quidem citatione personali prudentes vti solent, & possunt iudices ecclesiastici quoties expensas ac itineris laborem ac moram in tribunalis loco faciendam, in pœnam delicti clericis intendūt enferre. Sūt enim aliqua flagitia quæ satis tali pœna purgantur. & quia Ioan. Andre. & Philip. placet in dict. cap. 1. citationem personalem non valere, non expressa causa, siue ordinarius sit iudex, siue delegatus. Cauti debent esse iudices vt causam in citatione describant, ne citatis præbeāt iustam causam appellandi, quam crederem sufficere generaliter exprimere, videlicet compareas super quadam criminali causa de qua inculparis responsurus, absque eo quod delictum in citatione narretur. Aduerte tamen quod Innoc. in d. c. 1. quem sequitur Philip.

ibi. voluit, quod in illis tantum casibus in quibus non admittitur procurator, possit quis compelli ad comparandum personaliter: & non indistinctè in omni culpa criminali, ex quo videtur nimis restringere facultatem citandi personaliter clericos, quia secundum istam doctrinam, raro aut nunquam expediet aut licebit talem citationem facere: quia si tale crimen est in quo iura non admittunt procuratorem, cum illud pro graue reputetur, tunc magis expediet capere quàm citare clericum. Cum verò procurator admittitur, tunc non licet facere citationem personalem, & sic erit superuacaneum consilium personaliter citandi. Sed licet prædictorum doctorum sententia sit vera, videlicet quod in causa qua quis potest per procuratorem litigare non cogatur ad comparandum personaliter. Crederem tamen quod liceat iudici ecclesiastico saltem ex officio procedenti in quacunque causa criminali cum prætendit clerici correctionem, cogere eum ad personaliter comparandum, vt illi aut verbalem correctionem faciat, aut aliam salubrem pœnitentiam imponat, iuxta qualitatem excessus. neque ex hoc grauamen aliud quod sibi inferri prætere possit, licet causa esset talis, in qua ipse per procuratorem posset litigare. Non enim hisce iures subtilitatibus arbitrator esse subtrahendam superioribus clericorum potestatem, euocandi eos ad personalem correctionem eis inferendam, quoties hoc arbitrari fuerint expedire.



Personaliter citari eos. Adde quod nō solum ecclesiasticis iudicibus, clericos citare personaliter permissum est, prout in hoc capite autor differit,

Cc 4

verum

**A** Iudices Ecclesiastici laicis præcipere possunt vt personaliter coram illis compareant in his criminibus quibus iuris dictionem contra illos habent



verum & laicos quibus præcipere possunt, vt coram ipsis personaliter compareant, in his tanè criminibus, quibus iurisdictione habet, vt præ haui in annota. ad illum D. Præiulem in reg. & fallen. reg. 97. vers. sed nouum dubium: vbi vide non enim hic repeto ne actum agam.

*Episcopi compellendi non sunt, vt personaliter compareant.*

Hoc de clericis, & laicis, Episcopi verò ob eorum dignitatem quæ maxima est, in Dei Ecclesia, compellendi non sunt, vt personaliter compareant, nisi ob causam ob quam deponendi sint, vel officio priuandi, etiam si ex officio, aut per Inquisitione, seu denunciationem, vel accusationem, seu alio quo vis modo procedatur. Vt nouissimè decretum est, in Concilio Tridenti. Sess. 13. capi. 6. de reformatione. Et dictæ Episcoporum causæ, cum pro criminis obiecti qualitate comparere debent, coram Pontifice Maximo, ac eius integerrimo iudicio (quòd post omnipotentis Dei primas obtinet) terminandæ sunt, vt in dicta Sessione. 13. cap. 8. de refo. & in eodem conc. Sessio. 24. cap. 5. de reforma. minores verò Episcoporum causæ in concilio prouinciali tantum terminandæ sunt, vt ibi est diffinitum.

*B Citatio personalis, quæ fit in causis fidei, causæ expressio: non requirit*

*Et causam in citatione describant.* In citatione verò, quæ fit in causis fidei nulla causa exprimenda est, sed sufficit, quòd generaliter reo præcipiatur, vt sistat coram Inquisitoribus, quia volunt, ab eo quædam scire ita scribit Simancas de insti. Catho. tit. 44. n. 12.

## Capi.

### CAPVT, C XXII.

- 1 Clericus propter crimina capi potest, & in vinculis detineri, etiam si de crimine ciuilitè agatur.
- 2 Clericorum captura non nisi fidelibus ministris committenda est.
- 3 Clericus sine sui superioris mandato an per laicum capi possit.
- 4 Clericus coniugatus quantum cum vni qua & Virgine, qui tamen tonsuram & vestes clericales non detulerit, potest per secularem iudicem capi.
- 5 Episcopus potestati seculari clericum in ipso crimine inuentum, capiendi licentiam generalem concedere potest.



Clericos propter delicta posse capi, & in vinculis detineri, etiam si de crimine agatur ciuilitè, probatur aperte in capit. Dilectis. de appellationib. & ibi notant Abb. & Phil. Fræcus, & Decius in. 1. notab. Quoties verò clericorū flagitia talia sunt, vt carcere digna iudicentur, curare debent omni sollicitudine iudices, vt talibus ministris capturam eorum committant, qui secretè ac diligentè circa illā intendāt, eamvè peccunijs non redimant, aut dissimulent: longè enim magis officit delictorū correctioni clericorum errare capturam quam laicorum: nam præter id quòd sine ea crimina (vt expedit) puniri non possunt, temporibus istis infelicibus, si ordinariorum manus effugeret, valet clericus flagitiosus, & ad ledem ipsam Romanam accedere, facilem obtinet contra omnes iudices inhibitionem, qua non modò aliquoties criminis impunitatem consequitur, sed summam suscipit audaciã coram iudice (qui dudū illum capi præceperat) de ambulandi non minori frontis tranquillitate, quam cæteri bonis

bonis moribus imbuti, solent incedere. Habeant insuper praelati omnes ac eorum vicarij ad capturas predictas faciendas, fidelem ac prudentem ministrum, cum competenti familia cui semper necessaria tribuantur, ne egestate coactus, pecunijs facile corumpatur. Qui sanè & si laicus sit, clericos poterit capere suorum praelatorum iussu, sine metu excommunicationis, vt in cap. Vt fama. de senten. excomm. An autè per laicum possit capi clericus sine sui superioris mandato? dicendum est, quòd vt obuietur delicto committendo per eum, nõ est dubium, vt Abb. tenet in capit. Cum non ab homine. de iudi. & sequitur Decius ibi, column. 3. versic. Secundus casus. Et Aretin. ibi, colu. 3. referendo eundem Abb. in capit. Si verò. de senten. excomm. post. Innoc. c. ibi. Post delictum autem commissum, vult idem Abb. quòd si sit timor fuge, possit clericus per laicum capi. c. Andr. Sicut. & Aretin. ibi, column. 3. tenent contra Abb. quos refert ibi Decius column. 3. & 4. quorù opinionem veriorè asserit in puncto iuris, licet ipse respòdeat ad fundamenta adducta per ipsos contra Abb. Vide bonam decisionem parliamenti Delphinalis. num. 73. incip. Iudex secularis, vbi deciditur quòd iudex secularis potest capere, vel capi f. c. re clericum in flagranti crimine, & incarcerare absquè metu excommunicationis, si ibi non est iudex ecclesiasticus qui eum capiat, vel capi faciat, dummodò remittat eum statim. c. Si tamen clericus est coniugatus, quanuis cum vnica & virgine & non est in habitu, & tonsura clericali potest capi per iudicem secularè, etiam in præsentia ecclesiastici, nec tenetur remittere, nisi cognito, an debeat gaudere priuilegio, vel non, vt

ibi. Nota etiam in proposito, quòd episcopus potest concedere licentiã generalem potestati seculari, capiendi clericum inuentum in ipso crimine, non vt capiat diffamatum de crimine, & non deprehensum in eo, secundum Aretin. vbi supra, in column. 3. versic. Nunc quæritur. post Ancha. in reg. Ea quæ. in. 21. quæst. de regu. iur. in. 6. licet aliud senserit Anto.



**P**osse capi. Adde quòd ad hanc capturam faciendam necessaria non est brachij secularis imploratio, liberum quidem & permissum est Episcopis, alijs quæ ecclesiasticis iudicibus, qui ad hoc iurisdictionem habent, clericos propria autoritate capere, etiam si in eo loco temporalem iurisdictionem non habuerint, nisi quando eorum potestas non sufficeret, ad capiendum clericum contumacem & rebellem. tex. egregius in cap. cum Episcopus. de offci. ordin. lib. 6. & opinionem istam communem esse fatetur D. Episcopus Couarruu. in practic. questio. cap. 10. num. 2. versic. Quarto non est. Quòd in his Hispaniarù regnis est receptissimum.

At impius ille Carol. Molineus, qui nullum lapidem non mouet, vt ecclesiasticæ iurisdictioni & potestati, omni sumpta occasione, temerè aduersetur in consuetudi. Parisit. 1. §. 41. num. 66. scribit minimè licere Episcopis, alijsve Prælati clericum etiam in Ecclesia delinquentem, propria autoritate capere. sed capturam hanc, secularis iudicis potestate faciendam esse. tex. quæ autoritatè inquit, in dict. capi. cum Episcopus. nullam habere nisi in locis in quibus Summus Præsul temporalem habet iurisdictionem. idem sequitur Iaco. de Bellou. in repeti. capit. Roman. §.

**A**  
Episcopi  
& alij superiores,  
v. l. inferiores qui  
in clericos iuris  
dictione  
crimine  
le habent  
propria  
autoritate  
clericos capere  
possunt

Contrà  
Impium  
Carolus  
Molineus

contrahentes. num. 92. de foro cōp. lib. 6. sed opinio hæc non solum im-  
pia sed falsissima est, & ideò meritò  
ab ea recedit D. Episcopus Couarr.  
dict. cap. 10. num. 1.

Ludex  
Ecclesiasticus v-  
trū in cri-  
minibus  
mixti fo-  
ri possit  
laicos p-  
pria au-  
thoritate  
capere. &  
in carce-  
rem mit-  
tere.

Illud etiam inter doctores contro-  
uertum est, vtrum ecclesiastici iudi-  
ces, in criminibus mixti fori possint,  
propria autoritate laicos capere, &  
in proprium carcerem mittere, quòd  
elegantè disputat & resoluit D. Co-  
uarrus. dict. cap. 10. Ferdinand. Men-  
cha. libr. 3. de testam. §. 22. numer. 17.  
tradidi ipse in anno. meis ad istum  
Domin. Episcopum in reg. & fallen.  
reg. 397. Iul. Clar. libr. 5. recep. sent.  
§. fin. quæstio. 37. versic. vnum tamè  
volo. quo loco fatetur communem  
esse sententiam Episcopos, ceterosq;  
iudices ecclesiasticos, non habere hu-  
iusmodi potestatem, & dicit ita ser-  
uari in Mediolanensi dominio. &  
comunis hæc sententia Regijs legi-  
bus in his Hispaniarum Rēgnis fulci-  
ta est, vt dictis annotationibus pro-  
bauit, vide tamen quæ scribo infra. c.  
149. dictis verò annotationibus de-  
fendi, posse ecclesiasticos iudices, di-  
ctis criminibus contra laicos, vt per-  
sonali citatione, vt condignis pœnis  
puniantur. & forensis praxis hoc iā  
recepit.

B  
Laicus  
quando  
clericū  
capere  
possit.

*Non est dubium.* Adde Innocenc.  
in cap. Si verò. de senten. excommu.  
qui in ea est sententia, quòd si laicus  
videt clericum in alterius iniuriam  
præparatum, & non adest Prælati  
suus, si clericum ipsum alias compes-  
cere non possit, poterit tunc sine ex-  
communicationis metu, capere, liga-  
re, & in carcerem mittere, vt iudici  
suo tradat. Quem sequitur Lucas de  
Pena in l. generali. C. de Decuri. lib.  
10. Franc. Auiles in cap. prætor. cap.  
47. in glo. incip. Casado. Iac. Meno.  
de arbi. iudi. quæstio. lib. 2. centu. 2. ca-

sui 80. num. 18. & opinio ista com-  
munis & verissima est, licet ab ea re-  
cedat leuissimè argumentatione  
Andreas Alcia. in cap. cum non ab  
homine. de iudi. nu. 19.

*Per laicum Capi.* Adde Aretin. in C  
cap. cum non ab homine. de iud. qui  
hanc opinionem communem esse fa-  
tetur licet ipse minime eam approbet  
eandem etiam communem esse testā-  
tur Bossi. in tract. delictorum. ca. de  
captura. num. 38. Alcia. in cap. cum  
non ab homine. num. 63. de iudici.  
Iuli. Clar. lib. 5. recep. sentent. §. fina.  
quæstio. 28. versic. si verò Iacob. Me-  
noch. de arbi. iudi. quæstio. lib. 2. cen-  
2. casu. 180. num. 18. circa quam vi-  
de Licen. Mexia in pragm. taxæ pa-  
nis. fol. 83.

*In fraganti crimine.* Adde docto- D  
res in cap. vt fama. de senten. excom-  
muni. Archi. in cap. Præbyter. §. 1.  
Lapp. allega. 126. nu. 4. Luc. de Pen.  
in l. generali. C. de Decuri. lib. 10. Ber-  
nard. Laur. in tracta. de potestate se-  
culari. super Ecclesi. perso. num. 20. to-  
mo. 5. tracta. diuer. docto. vbi dicit  
opinionem istam consuetudine esse  
approbatam, Flori. in l. 4. ff. ad leg.  
Aqui. Ang. in tract. malef. in parte,  
*Quod fama publica.* num. 65. Bald. in  
dict. l. si qua per calumniā. C. de Epif-  
cop. & cleri. Et hoc non solum per-  
mittitur iudici seculari, verum etiam  
quicumque priuato, vt ad iudicem  
suum ducat, vt not. per Bart. in l. si  
quis in seruitute. ff. de fur. Bald. in  
dict. l. si qua per calumniam. Ang. d.  
verbo, *Quod fama publica.* dict. nume.  
65. Auiles in dict. c. prætor. c. 47. in  
verbo, *ò Clerigo.* n. 4. & est cōmunis  
opinio, vt refert Iuli. Clar. dict. quæ-  
28. versic. si verò loquimur.

*Remittat eum statim.* Nota circa E  
hunc locum, quod in hoc casu in  
quo loquitur author remissio sta-  
tia

D  
Clericus  
in fragan-  
ti crimi-  
ne reper-  
tus a se-  
culari iu-  
dica ca-  
pi potest

in facienda est, nō spectatis præcep-  
tis iudicis ecclesiastici, vt doctè scri-  
bit Petrus Auend. de mand. Regum  
Hispaniæ prima par. cap. 22. num. 2.  
solent equidem seculares iudices, in-  
tra viginti & quatuor horarum spa-  
ciū, clericos infragentibus crimini-  
bus repertos, suis ecclesiasticis iudi-  
cibus remittere. Securius tamē est,  
vt quam citius possint id faciāt, nec  
enim cum signo tubæ ignominie scē  
ista clericorum remissio faciēda est,  
alias seculares iudices in excommu-  
nicationis laqueum inciderent. itā  
Domi. in cap. si iudex laicus. de sen-  
ten. excommu. lib. 6. Felin. in cap. Ec-  
clesia sanctæ Mariæ. n. 102. de cōsti.  
sequitur Auenda. in tract. de iniuria  
num. 15.

*Cleri-  
cus cū  
seculari  
iudicare  
mitti-  
tur non  
inomi-  
niose re-  
mitten-  
dus est.*

Ideoque inniqua consuetudo ea  
iudicanda est, quæ in aliquibus pro-  
uincijs inuasit, vt clerici ad suos iudi-  
ces, cum maxima ipsorum clericorū  
ignominia (imo cum maximo sacer-  
dotalis ordinis de decore remittun-  
tur) nam plerunq; cum mitra in capi-  
te, vel tubis sonantibus remittuntur,  
quod quandoq; seruatū fuisse in  
ciuitate Perusij refert Ang. in l. Iuli.  
circa finem. ff. ad leg. Iuli. de vi. pub.  
solent etiam aliquandō iudices Ec-  
clayci, eos remittere ligatos cum  
maxima populi multitudine. Alij ve-  
rō (quod peius est) faciunt eis radi ca-  
pud, ne videatur corona clericalis, &  
eos tanquam laicos impiē suis iudici-  
bus remittunt, vt testatur Pari. de Pu-  
teo in tract. sind. fol. 22. nume. 5. Re-  
fert que ipse in eod. tracta. in verbo,  
*Remissio.* fol. 391. quod quidam Re-  
gens, qui remisit clericum, ad Epif-  
copum cum catena in collo priuatus  
fuit officio. quem refert Garau. super  
ritu magna curiæ. 235. num. 7. & se-  
quen. In Mediolanēsi dominio præ-  
dictæ remissiones, absque de decore

& ignominia, ipsorum clericorum  
funt. vt scribit Iul. Clar. in pract. cri-  
min. §. si. quæst. 26. versi. quæro quo-  
modō, sic in Hispania eas sepe fieri  
suum. testis. Sed quoties ea remissio  
fit à iudice seculari clericus ipse re-  
mittendus erit, cum custodibus, ex-  
pensis ipsiusmet clerici. quemadmo-  
dum not. Aufr. in Clemen. 1. de offi.  
ordi. quæst. 2. nu. 22. idem in Capell.  
Tholosa. decisio. 273. Nicola. Boer.  
decisio. 303. colum. penult. D. Epif-  
cop. Couarruu. in pract. quæsti. cap.  
33. num. 5. Quod si clericus pauper  
sit, remittendus erit expensis, ipsius  
Episcopi, secundum eosdem. Quan-  
dō verō ea remissio fit à iudice secu-  
lari, cum causæ processu, minimē ec-  
clesiasticus iudex ei stare tenetur, est  
equidem de hoc communis opinio,  
vt testantur Decius in cap. at si cleri-  
ci, de iudi. Gramma. consi. crim. 42.  
num. 1. Viuius libr. commu. opin.  
in verbo, Iudex laicus. Iuli. Clari. in  
practi. crimi. quæstio. 36. versi. fina.  
Sunt equidem acta processus, coram  
in competenti iudice facta, quæ nul-  
lam fidem faciunt.

**Ab Ecclesijs, ad quas  
confugerunt, ex-  
trahi.**

### CAPVT, CXXIII.

*1 Sacerdos an ecclesiarum sacrorum  
que templorum immunitate, gau-  
deat.*



**Q**uod hoc non liceat eccle-  
siasticis iudicibus, inter  
alia primū persuadere vi-  
detur Ilerdensis Concilij  
capitulum octauum in hæc verba  
dispo-

disponens. Nullus clericorum seruū aut discipulum suum ad ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare presumat: quod fecerit, donec digne pœniteat a loco cui honorem non dedit segregetur. Patet igitur quod si dominus vel si magister tenetur ecclesiam reuereri, & pro dominica aut magistrali disciplina non licet illis aliquem de ecclesia extrahere, multo minus licebit iudici ecclesiastico ad incarcerandum clericos, & imponendam eis pœnam id efficere. Et hoc credit verius Cardin. in capit. Inter alia. de immunita. Ecclesi. vbi respondet ad aliqua fundamenta, quæ primò in contrarium adduxit. Hoc etiam tenet Rom. in cōsi. 227. Spectabilis domine. Idē incōsi. 234. Aduertendum quia dico. vbi hoc probat ratione triplici: Prima, quia canones, non distinguunt laicum a clerico. Secunda, quia est maior ratio in clerico quam in laico: ne extrahatur: quia Ecclesia est propria domus clerici, iuxta. l. Plerique. de in ius voc. ff. Tertia, quia hoc priuilegium est concessum loco ipsius Ecclesiæ, & sic habet locum in quolibet vbi reperto: quod limitat in dict. cōsi. 227. nisi clericus commisset delictum ex enumeratis in dict. capit. Inter alia. Abb. tamen pluribus rationibus & fundamentis allectus in dict. capit. Inter alia. in colum. 4. putat verisimum clericos non gaudere immunitate Ecclesiæ. Si iudex Ecclesiasticus causa disciplinæ, & non odij velit eos arcere ab Ecclesia & punire, & extrahere vt duci faciat ad carcerem. Vide Cardin. in cleri. 1. de pœnit & remis. in quæst. 7. vbi refert Lauren. dicentem, quod opinio Innocet. volentis clericum posse extrahi ab ecclesia, propter homicidium, & deponi, & in monasterium detrudi,

posset procedere, vbi monasterium non esset nimis arctum, nec esset carcer perpetuus: ex cuius opinione videtur dari quædam media via, quod clericus possit extrahi ad pœnas citra detractionem in arctum monasterium & carcerem perpetuum sustinendas. Vide tamen Ioan. de Vichis, in tracta. de immunita. Eccle. in. 2. colum. duabus sequen. vbi refert. opin. Abb. de qua supra, & tandem ibi, & in fol. fin. colum. 1. tenet contra illū, & concludit, in prima & secunda & tertia conclusionibus, quas ibi facit, quod iudex ecclesiasticus non potest extrahere clericum subditū, nec illi pœnam corporalem imponere quo ad forum contentiosum, nec potest etiam causa disciplinæ arcere illum nec pœna corporis afflictiva contentiosè punire: licet aliud sit in foro pœnitentiæ quando delictum est publicum, dum tamen non extrahat de ecclesia: & ista videtur verior & communior opin. Abb. tandem vbi supra reliquit consuetudini, quæ in hoc multum debet attendi secundum eum. Quæ quidem iam videtur recepisse, vt clerici a suis iudicibus extrahantur ab ecclesijs, Quod nempe & si nullibi hucusque legerim, hoc limitandum censerem, nisi in casibus vbi clericus post degradationem tradendus esset curiæ seculari: tunc enim aut non extrahendum eum credere, aut si extrahatur, post degradationem & verbalem in sententia traditionem curiæ seculari, ad ecclesiam reducendum esse iudicarem æquissimum, vbi tandiu solum immunitate gaudebit, quandiu in ecclesia fuerit moratus, sicut & alijs contingit facinorosis laicis.



**A** **B** Ecclesijs. Adde quod **B** idem fatetur D. Couar. libr. 2. variarum resolu. cap. 20. num.

num. 16. Remig. de Goni. in tract. de immu. Ecclesi. fall. 21. fo. 161. Iul. Cla. libr. 5. recep. senten. 4. fin. quæsti. 30. versi. vltteriùs quæro. Marti. Nauarr. in manuali. cap. 25. num. 22. quo loco dictam consuetudinem limitat, quo ad iudicem ecclesiasticum: non quo ad secularem, quem dicit non posse ab Ecclesia extrahere ob delictum, clericum in minoribus constitutum, licet post concilium Tridentinum Sessi. 23. cap. 6. in eum habeat iurisdictionem, non sanè is debet esse teterioris conditionis quam alius laicus.

## Incarcerari.

### CAPVT, CXXIII.

- 1 Clericorū incarcerationi nō passim nec leuiter facienda est.
- 2 Carcer immundus, neque cum secularibus personis, clericis constituendus est.
- 3 Carcer tormentum est.
- 4 Clericus afflictiuo corporis carcere, detinendus non est, nisi talis præcedat informatio quæ secundum excessus qualitatem, quæstionibus sit subiiciendus.
- 5 Si clericus si incarceratione solum ad custodiam, sufficit quod de crimine præsumptiuè constet.
- 6 Lite pendente apud iudicem ecclesiasticum clericus initiatus prima tōsura, detineri debet reclusus in carceribus.
- 7 Carcer, qui non solum ad custodiam, sed ad afflictionē corporis ordinatur, secundum delicti mesuram, personæque qualitatem est dādus.
- 8 Carcer, qui in pœnā criminis imponitur, qualis sit constituendus.

9 Pœna carceris quando pro delicti pœna imponitur, absque plena probatione nemo in carcere est detinendus.



Lericorum incarcerationio sicut non passim, nec leuiter facienda est, quia eius præiudicium est irretractabile, vt not. Bald. in. l. 1. C. in te. resti. postu. & refert Felin. in capit. Cum super. colum. pen. de re iudi. sic nec, dū casus exigit, omittenda, eos nāq; plus solet punire, quam custodire carcer. in pluribusque delictis illa est præcipua ac vtilior pœna, quæ nulla valet appellatione reparari: quanuis superiores velint delinquentibus fauere, quæ insuper iudices illam inponentes non avaritiæ nota commaculat, sicut pœnæ pecuniariæ efficere solent. Curare tamen debent ecclesiastici iudices, vt sacerdotum, ac in sacris constitutorum carcer, non immundus seu squalidus sit, ne uè eos cum secularibus personis simul detineri consentiant. Cum insuper carcer sit tormentum, vt placuit Bald. in. l. 1. de custo. reorū & in. l. prima. de his qui al liber. perue. non pos. Et etiam compedes fortes, vt dixit Bart. in d. l. 1. de custo. reorum. Aduertere debet iudex ecclesiasticus ne clericos captos (in sacris maximè) afflictiuo corporis carcere detineat, quando nō talis præcedit informatio, alijs uè est qualitas excessus & personæ, vt ad torturam deueniri possit, ac debeat. Triplex præterea genus carceris considerari potest. Aut enim ideo iudex incarcerationat, quia solum custodire prætendit captum, dum de delicto tractatur, & tunc sufficit quod constet saltem præsumptiuè de eo: & in tali casu præcipuè fidelitas custodum, & securitas loci procurari debet, sine eo quod

quòd capro solatia moderata tollan-  
 tur, ac communicatio amicorum &  
 aliorum interdicator: nisi delicti gra-  
 uitas & qualitas aliud luadeat. Si ve-  
 6 rò aliquis primæ tonsuræ clericus se-  
 cularis iudices timens (vt quotidie  
 contingit) carceri ecclesiastico se of-  
 fert, procuraturus inde secularium iu-  
 dicum inhibitionem, ac suorum scele-  
 rum impunitatem, aut leuitatem, pœ-  
 næ: tunc caueant ecclesiastici iudices,  
 ne leuem carcerem & ad libitum pe-  
 tentis assignent, sed intra palatium  
 episcopi, & in solitum carcerem illū  
 detrudant. Aliter enim quando ec-  
 7 clesias pro carceribus illis assignant,  
 plura inde proueniunt incommoda:  
 nam quādiu ibidem commorantur,  
 eas ludis, blasphemijs, & obscenis  
 actibus polluunt, notuq; inde exeun-  
 tes grauiora sæpius scelera illis à qui-  
 bus liberari satagunt, perpetrant.  
 Multotiesque in ecclesiarum ianuis  
 positi, ver per coemeteria de ambulā-  
 tes seculares iudices irrident, ac per-  
 fricata fronte contempunt, ex quo  
 sæpius irritati illi eos ab ecclesijs ex-  
 trahunt, & in contemptum ordinis  
 & censurarum, vinculis grauibus su-  
 biiciunt, ac quandoque pro commis-  
 sis illos laicorum pœna plectuntur.  
 Vt autem hæc omnia & alia quæ re-  
 ferti possint incommoda cessent, de-  
 bent ecclesiastici iudices (victis om-  
 nibus importunitatibus ac respecti-  
 bus) tales sic oblatos clericos solito  
 carcere mancipare, ac iuxta delicti  
 qualitatem, de quo inculpanitur, illis  
 custodiam & vincula adhibere, quā-  
 uis nullus illos accuset, nullaquē ab  
 eis sit de delicto informatio recepta.  
 Hoc nanq; & talium clericorum tem-  
 perabit facinora (quorum pars mag-  
 na ob nihil aliud quam ad impunita-  
 tem scelerum tonsuram recipit) & in

secularibus iudicibus ecclesiæ obe-  
 dientiam nutriet. Vt autem carcerē  
 & custodiam criminis qualitati com-  
 mensurare valeant, iudicibus omni-  
 bus cōsulerem, vt statim à iudicibus  
 secularibus informationē criminis,  
 quam contra ipsos habent amicabili-  
 ter exigant, quam illi libenter præsta-  
 re solent, quando zelum iudicis ec-  
 clesiastici intelligunt. Aut si illam de-  
 negauerint, ipsi ex officio eam pro-  
 viribus requirant: aliter enim si in ta-  
 lium detrusione desides extiterint,  
 præter superiora incommoda, eue-  
 nit sæpius vt postquam eos à iudi-  
 cum secularium manibus inhibiti-  
 one liberarūt, si ipsos iam sui fori pro-  
 nunciatos punire voluerint, à leui  
 carcere aufugisse, & tanquam secu-  
 ros ab vtriusq; fori iudicibus (quia  
 à primis censurā, à reliquis verò fu-  
 ga liberauit) grauioribus se enormi-  
 tatibus immiscuisse comperiet. Aut  
 7 carcer non solum ad custodiam ordi-  
 natur, sed ad afflictionem corporis:  
 vt quia iudex intendit sola carceris  
 pœna punire delictum, & tunc da-  
 ri potest asperior, iuxta excessus mō-  
 suram, personæque qualitatem. Vti-  
 lis nanque vt præmisimus, in clericis  
 (quos à membrorum mutilatione sa-  
 cri canones effecerūt immunes) car-  
 ceris pœna censetur, & qua afflictio-  
 ne præterita purgantur vitia, præsen-  
 tia impediuntur fieri, futura sæpius  
 post liberationem sui memoria vita-  
 ri solent. Aut in super carcer in pœ-  
 8 nam criminis per sententiam impo-  
 nitur, & tunc nō modò securus, sed  
 & qui pœnam condignā ingerat ap-  
 plicandus est, dum tamen in hoc de-  
 bitis seruetur modus, iuxta ea quæ  
 infra describetur in parte. Ac in per-  
 petuum carcerem. Vnum in super  
 9 aduertant iudices, quod vbi ex cōsti-  
 tutione

tutione aut consuetudine pœna carceris est statuta delicto, tunc nō est aliquis in carcere detinendus sine plena probatione delicti: d̄ alias enim contingere posset quod sola informatione summaria, iam ordinaria pœna plecteretur, & si iudex tunc possit ad solam capturam procedere, vt satisfactione fugā personæ provideat.

A  
Carcerē  
quis pri-  
us edifi-  
cauit.



*It tormentum.* Nota quod carcerem Ancus, Martius Romanorum. 4. Rex edificavit, vt testatur Plinius minor in suo libello de viris illustribus & Lucius ab vrbe condita. Eutropius autem lib. 1. de gestis Roma. in uentionē carceris ad custodiā & terrorem Tarquinio Superbo Regi ascribit. Vt cunque sit, inuentum Regium fuit, & hinc est quōd ius carceris occupans, in crimen lesæ maiestatis incidet. Est equidem carcer mala mansio adeo quod morti equiparatur. Ita dicit Bald. in cap. 1. §. denique, quę fuit prima causa benefic. amit. Et est inuentus ad custodiendū non verō ad puniendum l. aut damnum. §. solent. ff. de pœni. l. incredibili. C. eo. tit. cap. quamuis ad reorū. de pœnis lib. 6. l. 1. C. de custo. reo. l. 4. ti. 31. par. 7. & egregia. l. 11. ibi. licet secus sit de iure Pontificio secundum Bar. in d. §. solent. Feli. in capit. qualiter. in. 2. de accusa. & diuersitatis rationem scribit Domi. in d. cap. quamuis, & Fulg. conf. 44.

Cerereis  
qualitas  
iudicis  
arbitrio  
relinqui-  
tur.

Quod vero attinet, ad qualitatem custodię carceratis adhibendę, a iudicis arbitrio dependet l. 1. vbi. Bart. ff. de custo. reorum Bald. in l. 2. in fine C. de exhib. reis las. in 27. in fine li. 2. Rod. Sua in tract. de fideiussor. in causa crimina idem definiuit concil. Triden. sessi. 25. cap. 6. de refor-

ma quod iudicibus ecclesiasticis precipit, vt in omnibus criminibus, semper ea ratio habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, & personarum, delinquentes loco decenti custodiantur. Et ideō si catenis, alijs ve vinculis, clerici ligari debeāt iudicis arbitrio relictum est, vt in specie scribunt Paris de Puteo in tract. syndi. in verbo Carcer. versic. an si plures Petrus Foller. in practi. crimi. in verbo, *vel in carcerentur.* num. 8. Tiraquel. in tract. de pœnis legum causa. 21. n. 11. & ante eos Bal. in l. 2. in fin. C. de exhib. reis. perpendit itaque iudex personę conditionem, & criminis qualitatem, & alias circumstantias, & inde percipiet, quid circa hoc fieri magis expediat. Poterit etiam ecclesiasticus iudex, reos de graui crimine delatos prohibere, nec cum aliquo loquantur & ita practicari per iudices peritos & expertos attestatur Antoni. Gome. cap. 9. delicto num. 6. in fine sequitur Iuli. Clar. in practi. crimi. §. fin. q. 46. in prin.

Cum verō reus leuiter deliquit, leuiter custodiendus est, & ideō per pensis dictis, qualitatibus possunt iudices iubere nulla fideiussione accepta, vt domū suam, vel aliam, vel ciuitatem, cum suburbij pro carcere habeant, vt docet Iulius Clar. d. q. 46. versic. in dubio. Quod in sacris tribunibus inquisitionis receptū est Simā. in Catho. insti. tit. 16. num. 5. Fran. Pegñ. in anno, ad Director. in qui. lib. 3. Scholio. 139.

Post capturam autem, relaxandus erit clericus a carceribus sub fideiussoribus, quando pro crimine de quo delatus est, pœna solum pecuniaria indicta est Hyppo. in Rub. de fideiussor. num. 247. idem in practi. crimi. §. Astingam. num. 2. 3. asseuerās opinionem illum communē esse Ce pol.

Rem qui  
leuiter  
delinquit,  
leuiter  
custodiē-  
dus est.

Clericus  
sub fidei-  
iussori-  
bus rela-  
xari de-  
bet quā  
do corpore  
nali pœ-  
na ple-  
tendus  
non est  
alias iu-  
dex a-  
ctiōne in-  
iuriorum  
tenere  
tur.



pol. confi. 25. Bosius in tracta causa-  
rum crimi. tit. de carcerato fideiulor.  
comm. nume 1. & latissimè tradit Ia-  
cob. Menoch. de arbi. iud. quæstion.  
lib. 2. centu. 4. casu. 703. qui commu.  
esse profitetur. Quòd adeò verum  
est, quòd si iudex nolit recipere fide-  
iussores, sed clericum in carcere deti-  
nere, committit contra eum crimen  
iniuriæ, & tenebitur in sindicatu  
actione iniuriarum. Anton. Gome.  
3. tomo vari. resolu. cap. 9. num. 8. ar-  
gumento tex. in. l. si verò pro condē-  
nato. §. 1. ff. qui satisdar. cogant.

Quòd si clericus p̄sus pauper-  
tate, fideiussorem non inueniat p̄-  
stita cautione, iuratoria, relaxandus  
est. Quam opinionem communem  
esse tradit Hypp. in dicta repeti. rub.  
de fideiussoribus. num. 166. & seq.  
Iuli. Clarus. dicta quæstione. 46. ver-  
sic. quòd agendum. in fine.

Solent etiam iudices tam ecclesia-  
stici quam seculares in festis Pascha-  
tis. Maximè Natiuitatis Domini,  
reos relaxare. l. 3. C. de Episcop. audi.  
vbi delicta excipiuntur quorum rei  
non debent relaxari, & quanuis Bar.  
asseueret in contrarium esse consue-  
tudinem prout illum refert Marcus  
decissi. 409. nu. 1. & Practi. Contra.  
fo. 276. num. 14. Sed apud nos in vi-  
ridi est obseruantia, prout apud Me-  
diolanenses refert Bosius. in pract. cri-  
min. tit. de incarceration. fideiussor. com-  
mitten num. 27.

Item si pendente processu appareat  
reum non esse culpabilem eius deli-  
cti de quo imputatur, quòd multo-  
ties contingere solet relaxari poterit.  
l. 1. ff. de custo. & exhibi. reor. ibi, vel  
pro innocentia personæ tradit Cla-  
rus, vbi supra qui multos refert.

Si autem clericus p̄na corpora-  
li plectendus est non debet sub fide-  
iussionibus relaxari Bald. in. l. 2. col. 1.

C. de exhib. reis. Hypp. confi. 16. nu.  
28. & in practi. 3. attingam. nume. 1.  
Capi. decisio. 30. num. 7. Roland.  
Valle confi. 38. num. 2. lib. 1. Couar.  
lib. 2. variat. resolu. cap. 8. num. 8. &  
commu. esse testantur Insignis Sua-  
rez in tracta. de fideiussore in causa  
crimi. num. 14. & Menoch. dicto ca-  
su. 303. num. 15. & est tex. egregius  
in cap. si clericos de senten. excom-  
muni. lib. 6.

*Carcere detineat.* Adde Cardi. in  
Clemen. 1. de p̄ni. & remissi. quæst.  
7. vbi scribit P̄latos homicidas ef-  
se & irregularitatem contrahere, si  
clericos tetro carcere claudat. Sequi-  
tur Petrus Foll. in pract. crimi. in ver-  
bo, *vel incarcerationentur.* nume. 2. Iacob.  
Menoch. de arbi. iudi. quæstio. lib. 2.  
centu. 4. casu. 305.

*Detrudant.* Adde quòd hoc iam  
decretum est, in maximam reipubli-  
cæ vtilitatem ab Inuictissimo Carlo  
Quinto Cæsare Maximo & Primo,  
huius nominis Hispaniarum Rege  
Burgis, ann. Domini. 1523. & rursus  
Pintia ab eius supremo consilio an-  
no. 1545. Alioqui si clericus non de-  
tineatur reclusus in carceribus, pote-  
rit à iudice seculari in carcerem mit-  
ti. Idque non tantum fieri debet, lite  
pendente, super clericatu, sed etiam  
pendente lite, super ipsius delicti pu-  
nitione. Quanuis multi ecclesiastici  
iudices, conentur intelligere Regia  
decreta lite pendente, circa clericatū  
ea tamen finita, liberū sit illis: clericos  
iam effectos immunes à iurisdic-  
tione seculari à carcere dimittere, &  
hoc verius esse censeo contra Insig-  
nem D. Coua. & alios vt multis pro-  
bauit supra. cap. 62. nu. 20.

*Sine plena probatione delicti.* Adde  
Auenda. hanc opinionem sequentē  
in cap. Prætor. 2. par. capit. 5. nu. 26.  
& opinio hæc verissima est, & in  
foren-

Stendos  
est no de  
bet sub  
fideiussor  
ribus re-  
laxari.

B

C  
Clerico  
minoris  
ordinis  
te p̄de  
te circa  
clerica-  
tū in cas-  
ceribus  
publicis  
debet de-  
tineri.

D  
In blas-  
phemis  
crimina  
licet res  
vnico te-  
ste capi  
possit,  
postea  
tamē sub  
de fide-  
iussori-  
bus est  
relaxan-  
dus.

Clericus  
qui pau-  
peritate  
opressus  
non  
inuenit  
fideiussor-  
em p̄-  
stita cau-  
sione iu-  
ratoria  
debet re-  
laxari.

Iudices  
tā Ecclē-  
siastici  
quā se-  
culares  
in festis  
Pascha-  
tis cap-  
tes rela-  
xare so-  
lent.

Clericus  
qui cor-  
porali  
p̄na p̄-

forensibus actionibus recepta. Unde sepius consului, & obtinui: quod in his casibus, in quibus Regijs nostris constitutionibus, poena carceris pro blasphemiae crimine imponenda sit, licet reus contra quem est, solum unius testis testimonium, in carcerari possit, si tamen negat crimen commississe, statim sub fideiussoribus relaxandus est, donec integra probatio accusati criminis recepta sit, aliter equidem, unico teste, ordinariam poenam pateretur, quod maximam induceret iniquitatem, quod Auenda. dicto loco verum putat.

Clericus qui carceribus effraclis fugit, ut sine punitus est.

Nō tamen omittā (candide lector) circa huius capituli argumentum, quod si clerici post incarcerationem, carceres effragerint, & ab ipsis violentè recesserint postea capti gravissimis poenis sunt plectendi quod Abb. scribit in ca. à nobis. in fine de Apostat. dicens hoc casu procedi posse ad depositionem, & data incorrigibilitate, ad traditionem curiae seculari.

Illud equidem vidi dubitari, quod in forensibus actionibus est frequentissimum si clericus pro debito aliquo fuerit incarceratus, praeserta cautione de non recedendo, alias fugiendo fideiussor remaneret obligatus ad debitum soluendum, tandem fugit, & postea captus, & in carcerem missus: utrum fideiussor teneatur ad debitum soluendum, & cum teneri scribit Salic. in l. in bonae fidei. C. de reb. credi Sequitur Petr. Foll. in pract. cano. 2. par. c. 12. num. 9. quod in laicis est censendum & est not.

## Tortura.

### CAPVT, CXXV.

- 1 Clericus potest torqueri.
- 2 Confessio extraiudicialis sufficit ad hoc ut laicus questionibus subiciatur, secus si fuerit clericus.
- 3 Zabarele opinio quadam exploditur.
- 4 Clericus torturae exponendus, an debeat prius degradari.
- 5 Tortura adhuc in secunda instantia peti potest.
- 6 Clericorum tortura non debet esse ita saeva sicut laicorum.
- 7 Clericus per laicum, etiam sui praelati iussu torqueri non potest.
- 8 Confessio clerici facta coram laico, an sit sufficiens ad torturam.
- 9 Clericus vacillans in testimonio, an possit torqueri.
- 10 Iudex excedens modum in tortura ad quid teneatur.



Ræmisis prius quæ debeant torturam præcedere & quæ sint eius species: & præmissis alijs quæ in eius materia à doctoribus varijs locis scribuntur, quia illa examinare ad præsens nec vacat, nec expedit, transcribere verò præter id quod pu det, & piget, inutile iudico: solum enim in hoc opusculo quæ in clericis specialia sunt, & earum personas cernunt referre decreui. In primis notandum est, quod clerici etiam presbyteri si sunt suspecti possunt ex causa torqueri. ita firmat Panormi. esse communem opinionem doctorum, in regula. Cum in contemplatione. de regul. iuris. ex cuius verbis videtur colligi quod ad hoc quod clerici torqueri possint, duo debent concurrere. Primum quod sint suspecti, & sic quod sint indicia benè probata, ex quibus reddatur suspecti. Alterum, quod subsit causa, quod ego intelligerem, quod si delictum tale propter

Dd quod

quod meritò deueniatur ad torturā: & quòd clericus torqueri possit propter delictum etiamsi agatur ciuilitè contra eum, notant Abb. & Philip. Francus in cap. Dilectis. de appell. t. per text. in cap. 1. de deposi. In hoc autem summè notandum est, quòd voluit Abb. Antiquus in dict. capit. 1. videlicet quòd clericus non debet torqueri, nisi sint indicia, & sit infamatus: <sup>a</sup> cuius sententiam dicit esse communem Card. ibi, vt refert Barb. col. 4. quam etiam decisionem doctores plures sequuntur & celebrāt, quos ego in meis regulis & fallentijs collegi, in regula incipien. Confessus de crimine, in. 2. fallen. in. 3. sublimitatione. & vltra illos idem sequitur Paris in tractat. de sindicatu in impressione parua, fol. 287. in cap. incip. Mandauit. Quanuis à prædicta communi sententia voluit nouissimè recedere Alciatus paucis & leuibus fundamentis, in cap. 1. de i. ff. c. ordin. super glo. 1. nu. 43. versi. Aduerte tamen. Quòd in tantum habet locum quòd Bonus de Cur. in tract. nobilitatis. fol. 15. col. 4. in fin. prout supra retuli, dicebat quòd etiamsi contra clericum sint mille indicia, nisi sit infamatus nò potest torqueri. Quòd etiam scripsit Thomasius Grammaticus in voto. 11. incipien. Tremendi Dei, in nu. 15. pro quo allegat Paul. de Eleazar & Ab. Antiquum in dict. cap. 1. & Ioan. And. 8. Panor. in di. regula. Cum in contemplatione, & Ana. in. c. 1. de cleri. percusso. Qua <sup>a</sup> decisione Abb. Antiqui motus Feli. in. c. De hoc. de simon. in col. 1. tenet quòd licet aliàs confessio extraiudicialis sit sufficiens ad hoc vt possit quis poni ad torturam, <sup>b</sup> vt per glo. vulgata in. l. Capite quinto. ff. ad. l. Juliā. de Adult. tamen fallit hoc in clerico, quod est notabile in proposito: &

possent decipi in hoc plures ecclesiastici iudices, qui moti ex illa conclusione communi torquerent clericum, qui extra iudicium confessus est crimen. Quam conclusionem ego latius posui in dicta mea regula, & di. 3. sublimitatione: & sequitur etiam eam Decius in ca. At si clerici. de iudi. col. 10. in prin. versi. Quartò limitatur. Ex quibus enim (saluo meliori <sup>3</sup> iudicio) crederem non benè consuluisse Zabarellam in consi. 45. Casus talis est. in fin. dum dicit quòd si clericus legitime tortus confiteatur delictum pro quo torquebatur, non reputat absolum quòd interrogetur de alijs criminibus, de quibus nulla contra eum erant indicia, & sic iudicem ecclesiasticum ob id non esse reum alicuius poenæ nam si clericus non potest torqueri nisi extantibus indicijs & infamia, quomodo poterit interrogari de delictis de quibus non est infamatus, nec indicia sunt, licet iam fuerit confessus aliud delictum? præcipue quia fundamentum suum est satis fragile, videlicet quia præsumitur criminiosus etiā in alijs, ex quo vnū est confessus, per regulā, Defleat. de reg. iur. Vndè iudice talia facientem & Deū in Cælis, & superiorē suū in terris offendere credo, & sic ab eo puniri posse propter id: quia si Zabarella intelligit quòd potest interrogari de delictis alterius generis, quam illud pro quo fuit tortus: hoc videtur plane esse impium, vt cogatur quis prodere seipsum in delictis occultis. Si verò intelligit quòd possit impunè interrogari de delictis eiusdem generis, hoc non potest fieri, vt notat Alber. de Gandin. in tractat. maleficiorum, in Rubri. de quæstion. & tormentis, in colu. 4. versi. Sed quid de quæstione. vbi tenet, quòd de iuris subtilitate tortus & confessus aliquod

quod furtum de quibus erant indicia, non potest de alijs furtis interrogari, licet de generali consuetudine Italia scribetur contrarium: quem refert & sequitur Franc. de Bruno in tract. de indicijs & tortura, in fol. 10. col. 4. limitando quando esset diffamatio generalis contra aliquem quod esset magnus latro: quia tunc dicit laudabilem esse talem consuetudinem quod de alijs furtis interrogetur, alijs non. Si ergo nec latro laicus potest interrogari de alijs furtis, quãtò magis clericus? Tradunt præterea doctores aliqui summisse aliud speciale in tortura clericorum, videlicet quod clericus torturæ exponendus debet prius degradari: hoc scripserunt Autores Rosellæ, & Siluestrinæ in verbo Degradatio, qui referunt Alexand. in additionibus ad Bart. in l. omnes. C. de Decurionibus. lib. 10. & Rosella refert Roma. in consil. incip. Manifestum est. & allega. text. in l. Et si excepta. C. de malific. & Math. ibi, *Præsidio dignitatis exutus.* Sed salua eorum autoritate hoc non credo verum: nam præter id quod Alexand. quem ipsi referunt, hoc non scripsit, & q̄ Rom. consil. non inuenitur, quis sibi persuaderi poterit clericum nondum conuictum, sed solum indicijs & infamia notatum, esse degradandum antequàm constet de veritate delicti? Item text. in dict. l. Et si excepta. non obstat, & verba illius supra relata intelliguntur, id est, non obstante privilegio dignitatis, & ita intelligit Azo. in summa illius tituli. & Bald. & Salic. in ead. l. & Bonifacius in tracta. maleficiorum, titu. de Malef. & Math. licet Ang. ibi quem sequitur Ana. in cap. 1. de sortilegijs, col. 2. dicat per illum text. q̄ si constitutus in dignitate est torquendus, debet exui omnibus insignibus illius

dignitatis, & sic degradabitur, sicut fit in sacerdote, quando duci debet ad supplicium. Nec suffragari poterit dictæ opinioni text. in l. preditores. ff. de re militari, cuius verba sunt *Proditores vel transfuge plerunque capite puniuntur, & ex authoritate torquentur, nam pro hoste, non pro milite habentur.* Arguendo de milite ad clericum: quod argumentum bene procedit, ut per Nicolaum Euerardum in suis Topicis iuris, in fo. 33. quia illa lex nec in milite hoc disponit: nã verbum, *Torquentur*, ibi positum nõ debet intelligi de tortura quæ fit ad inuestigandam veritatem, sed quæ datur in pœnam. Et quanuis hoc in milite esset expressè dispositum, non deberet applicari ad personas clericorum: quia in hoc non esset recipiendum argumentum de milite terrestri ad celestem, cum talis similitudo esset odiosa clericis, & in casu notoriè iniusto & contra iuris principia. Et contrarium senserunt Ang. & Ana. in locis supra relatis dum æquiparant militem & clericum non in tortura, sed quod miles debet degradari ad torturam sicut clericus degradatur ad supplicium. In hoc insuper proposito referendum duxi, quod tradunt Ioan. de Ana. in consil. 1. in fina. verbis, & ibi sequitur Lud. Bol. in addi. ad eundem quod si non fuit petatum in prima instantia quod clericus torqueretur, potest peti postea in causa appellationis tanquam omisum, & respondet ad dictum Ang. in l. Minimè. C. de appel. quod illud est verum, quando non peteretur fieri: sed salua tantorum patrum autoritate, iudicio meo decepti sunt in intellectu doctrinæ Ange. quia ille solum dicit quod appellatione pendente non debet appellans sustinere pœnam corporis, vel cruciatum,

ciatum, quòd apertè intelligendum est respectu iudicis à quo: quia ille si uè petatur coram eo, siue non, nò potest torquere reum appellàtem, quia innouaret, non tamen tollit quin iudex appellationis post deuolutam ad ipsum causam possit hoc facere: unde cum doctrina Ang. non aduerteretur illis, superuacaneum fuit uelle illi satisfacere. Sed nec miràdum est: sunt enim lapsus scribentium, quos expedit benigne à lectoribus sufferri: non enim semper uacat singula quæq; scribenda rimari. Item aduertere etiam debent iudices ecclesiastici, quòd tortura clericorum non debet esse ita saua, sicut laicorù. ita dicit communiter teneri Abb. in dicta regula. Cum in contemplatione. unde secundum eum clerici non debet supponi aculeis, seu fideiculis, sed uirgis, seu corrigiatis, pro quo allegat bonum text. in cap. 1. in fin. 23. q. 5. Nec mirandum enim quòd in ipso processu & tortura clericis suspectis de delicto aliquis fauor impendatur qui laicis non conceditur, cum etià postquam sunt conuicti de crimine tam dispari pœna plectantur, & sic mortis pœnam euadant: præsertim cum in iure uideamus milites seculi à tortura immunis effectos: quòd etiam de doctoribus & nobilibus in legibus regni nostri disponitur. Quid mirum igitur si cum militiæ cingulum, doctoratus gradus, parentum nobilitas, tot homines à tortura penitus liberet, clericalis ordo promereatur, ut clericorum torturam indicia ac infamia præcedant? Nota tamen quod clericus non potest torqueri per laicum & etiam iussu Prælati sui, ita tenent Anto. & Ancha. in. c. ut fama, de sent. excõ. ut refert Abb. ibi, in fin. & sequitur Dec. in ca. Dilectis, de appel. in prin. licet contrarium &

malè secundum Abb. ubi supra habeat communis obseruantia. Hoc etiam concludit idem Abb. in ca. uniuersitatis. in 2. not. eo. tit. ubi dicit hoc de iure fieri nò posse, & quòd hoc ideo sic fit, quia hodie clerici torquentur ut laici: & talis modus torquendi nò posset fieri per clericos, quia fere nemo in huiusmodi obtemperaret: nec sunt edocti in arte ista torquendi sicut & laici. Et uide Barba in c. decernimus. de iud. colu. antep. ubi refert Bald. tenentem ibi quòd Episcopus potest committere laico ut clericum torquere possit: ipse tamè Barba miratur Bald. ista sic intellexisse, & allegat Ant. ubi supra tenentem contrarium. Uide tamen Fel. in d. c. Uniuersitati. de sent. excomm. ubi dicit quod ista est conclusio uera & uerissima, quod laici torquentes clericum præcepto episcopi uel vicarij non excusantur, inò facientes clericos per laicos torqueri sunt excommunicati. & dicit ita tenere Arch. & Ioã. de Fantu. in c. Præbyteri. el. 1. 5. q. 6. & addit uiterius quod si clerici nesciunt torquere quòd tunc poterit uocari officialis laicus qui ligauit clericum torquendum, & postea clerici possunt torquere. Quod non uidetur satisfacere: quia peritia torture ita & magis consistit in actibus ipsis torquendi, quàm ligandi. An autem clericus possit ad torturam poni ex confessione delicti facta per eum coram iudice laico, Barba. in capit. At si clerici. de Iudi. col. 14. uers. Capiò nunc, motus septem fundamentis concludit, quicquid alij dixerint. quòd nullo modo potest torqueri: licet Cardin. in capitul. Per inquisitionem de electione, tenuerit quòd sic. Bene tamen fatetur Barba. quòd si clericus confiteatur crimen coram iudice ecclesiastico, aliàs non suo, quòd tunc compul-

Compellitur vel excusare illam confessionem, vel perseverare in ea per tormenta: & quod isto modo potest saluari opinio contraria. & vide eundem Barba. prius in dict. c. An si cleri-  
 ci. in col. 4. dicente q̄ per illū tex. cō-  
 funditur doctrina Bal. in l. vnica. de  
 confes. pen. col. dum scripsit quod ex  
 confessione facta per clericū coram  
 laico, non est torquēdus clericus per  
 Episcopum dummodo illam confes-  
 sionem reuocet vt erroneam, nam cū  
 tex. ibi dicat, q̄ talis confessio nō te-  
 net, non est reuocanda: quia quod  
 nullum est, reuocari non debet. Atq;  
 asserit in hoc somniasse tantum do-  
 ctorem. An autem clericus vacillans  
 in testimonio, possit torqueri? Bal.  
 in sua margarita, in verbo Clericus, te-  
 net quod sic, & refert Inno. in c. Cō-  
 questus. de re iud. hoc tenentem. Sed  
 clarē patet quod allegat corruptē In-  
 nocen. quia non est talis text. in illo  
 tit. Ideo ob solā Bald. autoritatē hoc  
 non crederem practicandū. cum, vt  
 supra scripsimus, clerici non sunt tor-  
 quendi ad eruendam veritatē deli-  
 cti. etiā extantibus indicijs, nisi ad-  
 sit infamia, quanto magis non pote-  
 rit torqueri, propter solam vacillatio-  
 nem in ferendo testimonium, cū suf-  
 ficiat quod si de falsitate testimonij  
 fuerit cōuictus poterit ob id puniri.  
 Si verō solum vacillauerit, tunc pote-  
 rit de vacillatione puniri iudicis ar-  
 bitrio: ad cuius etiam officium spe-  
 ctabit quanta sit illi fides adhibenda  
 discernere. Neq; suffragatur opinio  
 ni Bald. lex, presbyteri. la. 1. C. de epis-  
 cop. & cler. dum probat quod præs-  
 byteri licēt vacillent in testimonio  
 non sunt torquendi. Alij verō cleri-  
 ci inferiores sic secundū glos. & sum-  
 marium Sali ibi. Nam illa. l. non po-  
 tuit hoc disponere circa personas cle-  
 ricorum, quod fatetur glos. in capit.

Quia iuxta. §. Præsbyteri. lo. 2. §. q. 6. vbi ad literam est inserta illa. l. per  
 Gratianum: & ideo dicit quod illa. l. in-  
 struit iudicem ecclesiasticum quid  
 facere debeat. Sed ego credo etiam  
 salua glo. autoritate, quod hodie iu-  
 dex ecclesiasticus firma manente cō-  
 muni opinione de qua supra, & cum  
 contrarium non reperiatur de iure  
 canono, nō poterit sequendo instru-  
 ctionem illius legis clericos inferio-  
 res propter vacillationē torquere. &  
 licet d. l. præsbyteri. fuerit per Gratia-  
 num admixta canonibus, nihil sibi  
 per hoc autoritatis accessit. Nec cura  
 re debent iudices ecclesiastici quod  
 notat Alberi. in dict. l. Præsbyteri.  
 dum putat ipse quod clericus etiam si  
 vacillet & dicat se interfuisse facto  
 coram iudice seculari torqueri nō po-  
 test per eum, sed per suū iudicem ec-  
 clesiasticum: quia fundamenta quæ  
 allegat non probant nec he sufficiūt:  
 & sua opinio adhuc habet intollera-  
 bilis inconueniens, dum firmat q̄  
 propter vacillationem factam coram  
 seculari possit clericus torqueri per  
 ecclesiasticum iudicem. In torquen-  
 dis præterea reis, si in civilibus magi-  
 stratibus crudelitas abesse debet, quā-  
 tō magis ab ecclesiasticis iudicibus  
 fugienda est? præcipuē quia sæpius  
 tortura cogit innocentes ipsos do-  
 lore cruciatos fateri delicta quæ nō  
 perpetrarunt: quia vt dicit Ambro-  
 sius in epistolis: *Nimia seueritas ex-  
 torquet plerumque e. uelitate menda-  
 cium*, prout etiam apertissimē legi-  
 tur in admirabili illo miraculo per  
 Hieronymum descripto ad Innocen-  
 tium de muliere sapius ieta. Aduer- 10  
 tant etiam ecclesiastici Iudices, quod  
 sic delinquentes torquere præcipiāt,  
 vt veritatē inuestigare satagāt, sine vi-  
 tæ discrimine, aut mēbrorū periculo,  
 taliter vt ipse torquendus saluus sit

innocentia vel supplicio, vt sunt verba tex. in l. quæstionis modum. ff. de quæst. Si vero contigerit, quòd tortus maneat debilitatus in membro aliquo, adeò vt quasi inutile reddatur non per hoc existimet se irregularitatem incurrisse, vt notat Abb. post Galp. in cap. 1. nu. 9. qui cler. vel vor. Crederem tamen in hoc dicendum, & si hoc daninum passus est tortus propter excessum torturæ commissum à Iudice poterit propter hoc à superiori puniri, & damnari, vt clerico debilitato resarciat incommodum. Ad quod moueor ex no. per Hip. in di. l. quæstionis modum. colu. penult. nu. 72. cum seq. vbi tenet, quòd excedens modum cõsuetum, & qui debet adhiberi, secundum qualitatem personæ tortæ, tenetur in Syndicatu, vbi etiã distinguit inter excessum factum in tortura dolo, culpa, vel casu, quem videre poteris post Sal. in l. Gracchus. C. de adul. & Anan. in cap. 1. colum. 4. & 5. de cler. percul. quos ipse cum alijs refert.

**A** Clericus nisi sit infamatus, torqueri non debet.



*It infamatus.* Adde Alex. ad Bar. in l. 1. ff. de pœnis eundem in eiusdem additionibus in l. milites. C. de quæstioni. Anto. de Butrio. in capi. grauis. num. 14. de deposi. Felin. in cap. vniuersitatis. nu. 2. de senten. ex commu. & in cap. veniens. in. 1. n. 4. de testib. & in cap. cum oporteat. nu. 7. de accusation. Ang. Aret. in tract. malef. in verbo, *Fama publica.* Andr. Parba. in cap. si constiterit. colum. 3. de accusation. Hyppol. in practi. cri. 6. nunc videndum. num. 51. & in. 6. expediãta. num. 40. & in l. ædictum num. 9. & in l. quæstionis habendæ. num. 76 ff. de quæstion. & in repet. rub. ff. de fideiussor. num. 126. & in sing. 55. Ias. in l. magistratibus. n. 7.

ff. de iurildi. omn. iudi. Deci. in cap. At si clerici. num. 126. de iud. Steph. Aufr. in tractat. de potest. Secula. iuper Ecclesi person. reg. 3. nu. 17. Ioã. Const. in glos. ad constit. Regi. Gallia. artic. 163. fol. 294. colum. 1. Boeri. Decisio. 163. Cassan. in consuet. Burg. rubr. 1. 5. nu. 6. & hanc opinionem communem esse testantur. Ioann. Imo. in ca. 1 col. 2. de deposi. Iacob. Septim. in catho. insti. tit. 65. num. 47. & noster Gregorius in l. 2. tit. 30. par. 7. in verbo, *Cauallero Padi*lla. in l. quanuis. num. 9. C. de iuris & facti ignoran. Bossi. in tract. delictor. tit. de indicijs. num. 15. Didac. Perez. in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin. Hiero. Gigan. in tract. de crimi. Lesæ. Maie stat. Rub. quomodo & per quos crimen. quæst. 28. num. 3. pag. 266. Iul. Clar. libr. 5. recep. senten. 4. fina. quæstio. 64. versi. Sed an clericus, & nouissimè Ioan. Gracian. regulis, & fallen. reg. 226. num. 91. Et stãte ista opinione non sufficeret, vt clericus possit torqueri, vnus testis, qui de delicto deponeret, nisi adesset difamatio.

Et licet opinio hæc communis sit, & plena æquitate contrariam tamen tenet Abb. Panor. quem sequitur male sibi constans Feli. in cap. olim. colu. 3. versi. tertius casus. de rescript. Alcia. in cap. 1. num. 43. de offi. ord. Iacob. Septima. dict. tit. 65. nu. 48. Quæ quidem opinio in puncto iuris verior est. Tum quia opinio communis nullo iure nec ratione fulcitur. Tum quia nullibi legimus, quòd clerici circa hoc, aliquo sint priuilegio muniti, igitur iuris regulis, & receptissimis nostrorum traditionibus standum est, quibus decretum stat, quòd semiple-na probatio sufficiens est, vt quis quæstionibus, & tormentis subijcia-

*Aut  
etor à  
cõmu-  
ni sen-  
tentia  
recedit*

subijciatur. Tùm quia si infamia ad elencum torquendum necessaria est, hæc sanè sufficienter oritur, ex semiplena probatione, ex alijsque indicijs, quæ cum suspectum & infamatum redunt. Præsertim quia ista indicia efficiunt notorium iudicium, cum olim, vbi Abb. de verbo. signi. quòd notorium succedit locæ diffamationis. Tùm quia regularitèr plus operantur indicia, quam diffamatio. l. 1. §. 2. & 3. & l. fin. ff. de quæstio. & ea ratione diffamatio simpliciter non operatur indicium ad torturam, vt traditur à nostris in cap. venies. de testi. & alijs multis in locis. Tùm quia sicut respectu pænæ ordinariæ, vt ea imponatur, sufficit quòd crimè legitime probetur, nec necessarium est, quòd clericus suspectus, vel infamatus sit: pari ratione, nec circà torturam imponendam hoc desideratur nullum equidem discrimen in hoc constitui potest: & ideo communis opinio in practica non seruatur, prout nec in ciuitate Mediolanensi seruari scribit Bossi. in practi. crimi. tit. de indicijs num. 103. Non tamen infior iure defendi posse, quòd scribit Abb. in cap. licet. primò not. de testib. clariora esse debere indicia còtra clericum, ad torturam imponendã quam contrà laicum sequitur Simon de Prætis. consil. 36. nu. 4. volum. 1.

**B** *Poni ad torturam.* Adde Bar. in l. ult. co. 2. ff. de quæst. & in l. quoniã. ff. de his qui not. infam. vbi Bal. 1. lecti. col. pen. Bar. Ang. Paul. & Fulg. in l. i. c. trus fustium. eo ti. Bal. in l. vni. num. 20. C. de confess. & in l. milites C. de quæst. Abb. in cap. at si clerici. de iudi. num. 16. vbi Felin. nume. 6. Deci. num. 9. Abb. in capi. quam sit graue. de excessi. prela. & in capit. si quis de gradu. de purg. canon. & in cap. de hoc. de simo. & in capi. olim

col. pen. de rescrip. Hyppol. in l. de minore. num. 50. ff. de quæstio. Lud. Carr. in pract. cri. fol. 56. Ant. Gom. de delict. cap. 13. nu. 8. Fran. Bru. in tract. de indicijs. 3. quæst. cui communi sententiæ suffragatur Regia. l. 7. ti. 13. par. 3. vbi Greg. Lup. in verbo, *Como quer.*

*Degradari.* Vide Lud. Car. in d. pract. fol. 85. nu. 30. nouissimè editionis.

*Sicut laicorum.* Adde Boer. decis. 163. nu. 6. Hypp. sing. 55. & in l. maritus. col. fi. ff. de quæst. Bossi. in practi. crimi. tit. de tortura testium. n. 6. Sim. de Prætis consil. 36. nu. 7. vol. 1. D. Episcop. Septi. in iusti. catho. cap. 65. nu. 49. qui nullum ex superioribus allegat, & opinio hæc còmunis est & contradictorè non habet ideo in forensibus exercitationibus, seruanda est. Tùm propter excòmunicationis periculum, si fortè debitus modus torturæ transgrediatur. Tùm propter summã sacerdotij dignitatẽ cui maxima reuerentia debetur, vt late docet Diuus Chrysostomus in libris de sacerdotio.

*Torqueri per laicum.* Vide Siluestr. in summa in verbo excòmunicatio. 6. §. 11. Hiero. Gigan. vbi paulò antè allegauit. quæst. 26. n. 6. pag. 267. Lud. Carr. in pract. cri. fol. 85. nu. 25. vbi scribit laicis licere absque excòmunicationis metu clericos ad torquendũ ligare, vt possint per clericos torqueri. Hæc tamen autoris & aliorum opinio non procedit in assassino qui secundum illum à laico torqueri poterit vbi allègat Capi. decis. 155. Nec etiam procedit quando clerici non reperiuntur qui clericos torquere sciant tunc sanè tortura à ministris laicis inflingenda est, nam aliter frustra iudex clericum torquendum esse pronuntiaffet si non esset qui exequeretur, & hoc vsu

Dd 4 recep-

**D**  
Tortura clericorũ nõ debet esse tã laxa sicut laicorum.

**E**  
Clericus non potest per laicũ torqueri præterquam in duobus casibus.



vsu receptam est, vt alios allegans fatetur Iacob. Septiman. dicto cap. 65. num. 49.

**F** Tenet quod sic. Adde Ludo Carr. in dict. practi fol. 85. numer. 31. & hanc opinionem communem esse testatur Bossi. in practi. de tortura testium. nume. 7. & opinionem istam Baldi contra authorem dicit esse communem. Canonistarum Folleri. in practic. cano. 2. par. 8. num. 47.

## Iuramento de præmissis interrogari.

### CAPVT, C XXVI.

- 1 *Iuramentum à clerico de crimine à parte accusato exigi non debet, sed si ex officio iudicis procedatur.*
- 2 *Purgatio non nisi prius præstita copia infamato est indicenda.*
- 3 *Iuramentum à clerico exigendum non est, nisi informationis copia prius præstita.*
- 4 *Reus non potest sub iuramenti religione, de delicto interrogari sine semiplena probatione, aut expressis indicijs, aut infamia precedente.*
- 5 *Indicia processus reo antè confessionem sunt manifestanda.*
- 6 *Sola indicia sine infamia, neque ad purgationem inducendam neque ad iuramentum exigendum sufficiunt.*

**I** si ad partium petitionem à clericis de criminibus accusatis iuramentum exigi non possit nec debeat, ex officio tamen procedenti iudici hoc conceditur à doctoribus a po-

tissimum ratione. Nam cum liceat ecclesiastico iudici, clerico infamato purgationem indicere, & tunc de veritate delicti iurare teneatur: sic ei licet illum sub iuramento interrogare, vt placuit Panor. in cap. Cum super. quasi. ad fin. de confes. In quo tamen ego aduertendum credere, inq. cum ex dicta ratione purgationis id permissum videatur, inferri possunt duæ notandæ conclusiones in materia. Prima est quod cum purgatio non sit indicenda, nisi prius præstita copia infamato de infamia, vt circa illam se defendat, & an à malibolis seu inimicis habuerit ortum examinetur. Sic nec iudex à clerico poterit iuramentum exigere statim post capturam ante quam illi præstet copiam inquisitionis contra eum formatam: ex quo videtur quod practica huius Regni sumpta ex l. 4. part. 7. titu. 29. in qua disponitur quod reus sub iuramento interrogetur statim post capturam, non habebit locum in clericis. <sup>b</sup> Qui nimò opinor quod in laicis captis non liceat id indistinctè fieri, salua iudicis conscientia: nisi iudex habeat contra reum semiplenam probationem delicto, aut expressa indicia aut infamiam. Cum ex mente Sancti Thomæ in. 2. 2. quæstion. 69. art. 2. Prædictis casibus solum liceat iudici interrogare delinquentem, & delinquens teneatur veritatem dicere. Et vide ibi Caietan. qui declarando illam doctrinam Sancti Thomæ addit vnum notabile (iudicio meo) videlicet quod in casu quo præcedunt indicia, debent manifestari reo, vt sciat se esse in tali articulo constitutum, & tenetur obedire iudici præcipienti, & extorquenti veritatem, ac etiam vt possit se purgare, & contra illa opponere. ex quo videtur quod sicut antè torturam debet dari copia indicatorum

ciorum, sic antè interrogationem, vt Iudex iuste interroget, & reus teneatur fateri veritatem. Vnde quando aliquid ex prædictis tribus capturam non præcessit, tunc videtur qd iudex conscientia recta non poterit vti practica dict. l. Partit. Cum enim captus qui delictum commisit non tenetur se prodere, nisi præcedat aliquid de prædictis. bene sequitur qd aliter non bene interrogat iudex eum, cum cogat captum reuelare seipsum in casu vbi non tenetur, & peccaret seipsum diffamando, sicut alium quæcunq. Et præter id quod est iustum rationiq; consonum, hoc est iuxta mentem illius legis Regni si bene consideratur hoc enim vt fiat, dicta lex præcipit in hominibus malæ famæ, d à quibus statim post capturam vult iuramentum exigere. Errant ergo apertissimè temerarij quidam iudices (& qui crocodili more humano sanguine delectantur) qui statim post capturam nullo facto personarum discrimine à captis omnibus de veritate delicti iuramentum exigunt, cum sepius leuia quædam indicia causam præstiterint capturæ. Satis est enim Christiano Iudici si more Christiano iustitiam exerceat. Secunda conclusio, quod sicut sola indicia sine infamia non sufficiunt ad indicendam clericis purgationem, eodem modo nec sufficet ad hoc vt iudex possit ab eis iuramentum exigere super delicto.

A  
Tradi-  
tur egrè  
eius mo-  
dus à iu-  
dicibus  
obseruã-  
tibus inter-  
rogandi  
reos in  
causis  
criminalibus.



**H**oc conceditur à doctoribus. Nota quod in his quæ ad praxim, & interrogandi reos modum, nihil iure definitum est, sed prudentiæ iudicis relinquitur. Ideoque nulla certa regula in hoc constitui potest, nihilominus aliqua consideratione digna erunt animaduertenda. Et in primis monē-

di sunt iudices, vt reos captos dum de criminibus interrogant, humane, & benigne tractent, quod sepe numero ad veritatem patefaciendam mire conducit, ne illos severo vultu, & proteri vis oculis pertere faciant, neue iniurijs verbis, aut contumelijs in eos irrumpant. Est equidem hoc à Christiana religione alienum, meminerit ipsos homines esse, & similia crimina, vel fortè maiora committere posse, nisi Dei omnipotentis gratia, & auxilio iubarentur. Nec aliquando erit indecorum, si qualitas causæ permittit, vt reus præsertim clericus, vel is qui indignitate sit constitutus, in humiliori sede quàm iudex sedeat, vt magis quietus sit eius animus, ad confitendum de quo in causis fidei est egregia constitutio decreta Mantue Carpètanorum anno. 1561. c. 13. 14. & 15.

Benigne etiam admonendi sunt, & subinde exhortandi, vt simpliciter, planè, ac verè fateantur, & quod longè caueant, ne contra ipsos, vel alios, falsum testimonium proferant.

Deinde caueant ne in interrogationibus faciendis, molesti sint, ea interrogantes. Quæ inutilia sunt, sed ea dumtaxat quæ ad rem faciunt, sed si reus confiteri ceperit, minimè illū interrumpant, sed libenter & atente audiant nisi inutilia confiteatur.

Rursus multa simul interroganda non sunt, ne reus cum Sycophanta Plautino dicere possit. *Multa simul rogitas: nescio quid expediam potissimum: sin vnum quidquid singillatim, & placidè percontabere, & meum nomen, & mea facta, & itinera Ego faxo scias.* Hæc Plautus in Trinum.

Rei verò antè omnia interrogandi erunt, qui sint, de ætate, de origine & quibus parentibus orti, de patria, & de alijs circumstantijs, debet fieri

Dd 5 diligens

diligens interrogatio, quia vt optime Oratores admonet, suspitionum argumenta, non leuia sumuntur, ex genere, natione, patria, educatione, disciplina, bonitate, prauitate prateriti temporis, societate, amicitia, moribus, verbis, & alijs huiusmodi, vt docet Cicero lib. 2. Rhetori. ad Herennium. Quinti. lib. 5. cap. 10. Orator. in it. tradit ex nostris Gand. in tract. crim. tit. de presumpti. & egragie Fran. Casonus in tract. 1. de indi. & presump. cap. 1.

Id etiam cauere debent iudices, vt ne ita reos interrogent vt magis fugiendi modos prescribere, quam veritatem indagare videatur, & vt hoc suggestionis periculum euitetur, in genere sunt interrogandi, & deinde paulatim ad speciem descendendum est, nullam singularem delicti circumstantiam exprimendo Franc. Caso. in tract. de tormen. ca. 15. Cetera vero iudicis integerrimi arbitrio committuntur. Nam aliquando expedit ad minima, & particularia descendere, vt reus conuincatur, & crimen quod perpetravit, detectum esse intelligat: & istum ordinem prescribere videtur Iureconsultus in l. 1. §. in causa. ff. de quest. in hac verba. *Qui questionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, sed generaliter quis id fecerit, aliter enim magis suggerentis, quam requirentis videtur.* Haec tenus Iureconsultus.

Quibus sic premisis animaduertendum est quod ita iuris Interpretes circa huius capituli argumentum confuse loquuti sunt, vt proluxa eorum lectione non intelligas, quid tenendum iudicandum sit, Autorque noster (quod cum bona eius venia dicam) super tortuosam incudem tortuosus fabricauit. Quidquid alij dixerint, vimembrem

ipse distinctionem constituo. Aut enim iudex procedat in fama, prehabituque indicij, in causa procedit. Aut de occulto crimine contra iuris precepta iudicare contendit.

Primo quidem casu, asseuerandum est, iudicem reum interrogare iure optimo posse, ipsum que teneri veritatem confiteri debere, nec curandum est, quae poena imponenda sit spiritualis, vel temporalis, vel quod procedatur ex officio, vel ad patris instantiam, vel quod crimen sit notorium, famosum vel ne: nullum certe discrimen inter hos casus constitui potest, sed solum perpendendum est, an iudex recte procedat. Ita intelligenda & interpretanda est Bar. doctrina in l. inter omnes. §. recte. in fine. ff. de fur. quam communiter receptam esse fatetur Aug. Ari. ad Angelum in tract. malefi. in verbo, *Comparuerunt, & confitentur totum.* num. 13. Bertrā. consi. 321. num. 3. in fine. lib. 3. idem testatur Hyppo. in l. questionis habenda. num. 27. ff. de questio. Pract. Contra fol. 280. in prin. Ant. Gem. 3. tomo. cap. 1. num. 65. Iuli. Clar. in pract. crim. §. fina. questio. 45. versi. sed quero. & eam obseruat communis Sillus Italiae vt scribit Bar. in l. 1. num. 6. C. de iura calumn. vbi Bald. num. 8. dicit quod ita consuetudo obseruat. Marian. in c. qualiter & quando. num. 227. questio. 84. in fine de accusa. Sanct. Thom. & Caieta. 2. 2. questio. 69. artic. 1. Domi. Soto in tract. de ratione tegendi & detegen. secret. membro. 2. questio. 7. conclus. 1. Martin. Nauarr. in cap. inter verba conclus. 6. Corro. 65. 1. quest. Greg. Lopez qui rem Christiane tractat. in l. 4. tit. 29. par. 7. in verbo, *Iura.* D. Couarr. in practi. questio. 23. nume. 5. Rosel. in summ. in verbo, *accusatus.* §. 1. Rod. Suar. in l. 4. tit. *De las juras.* lib. 2.

*Iudex iuste precipit reo vt delictu factu teatur.*

lib. 2. foro legum Ant. Góm. 3. tho. var. resolu. cap. 12. num. 15. Bartho. à Medina in summa libr. 1. capit. 14. num. 35. Anton. Cord. lib. 1. quest. 43. dub. 3.

Quauis opinionem contrariam reum posse negare delictum, si ex confessione timeat poenam corporalem siue iudex ex officio procedat siue ad instantiam partis. Si verò poena spiritualis esset inflingenda veluti excommunicatio tenetur reus sub mortali crimine delictum confiteri quam opinionem amplectitur Abb. in capi. 2. de conf. ff. colum. penult. Syluetr. in verbo, *Confessio*. delicti Alcocer in sum. capitul. 26. §. *El reo*. Soletq; pro hoc sententia allegari glo. in ca. 2. de confess. lib. 6. Sed primam opinionem tanquam veriore amplectimur quam esse communem apud Theologos testatur Petrus à Nauarra (quem post hæc scripta legi) in tractat. de resti. lib. 2. capi. 4. num. 178. Quæ communis & receptissima sententia, multis iuribus & rationibus fulcitur. Tùm quia publica utilitas in eo versatur, vt crimina & celera diris poenis puniantur, vt improbi homines, iustas luant poenas, & aliorum timore, à committendis celeribus longe repellantur. vt in. l. cognita. ff. de offici. Præli. ca. 1. de offici. ord. quòd fieri nullo modò possit, nisi iudex comperta veritate, ex ipsius rei confessione, sententiam ad puniendam celera proferat. Tùm quia subditus utroq; foro iusto superioris præcepto obtemperare tenetur. iudex autem casu supra constituto, vt sibi veritas patefaciatur legitime procedit, ei verò non obtemperare inobedientie peccatum est, & in re graui contractum, quòd mortalem culpam continet. Tùm suffragatur tex. in. l. obseruari. C. de quor. appella. non reci-

pi. cuius legis decisio seruari non posset, si reus legitime interrogatus, eadem lege veritatem dicere non teneretur. Tùm conducit tex. in. l. vlti. ff. de crimine expila. hæredit. capitulo cura delicti. de accusat. o. Tùm quia in causis criminalibus iuratur de calumnia. l. 1. vbi glo. Sali. & doctores in C. de iura. calumn. tex. in cap. 1. vbi. glo. (Inno. Abb. & omnes doctores eod. tit. l. 1. tit. 11. par. 3. quòd iuramentum inter alia quæ continet, illud potissimum est, quòd reus interrogatus veritatem patefaciat. l. 2. & in auth. Principalis. C. de iureiuran. propter calumn. dan. & in auth. vt litigantes. iura. colla. 9. Tùm quia apud Hispanos Regia constitutione id definitum est l. 4. ti. 29. par. 7. cum dicit. *E eslo ce el Rey, qd el juzgador deue le fazer jurar, que diga la verdad de aquel echo sobre que lo recuèaron*. Et ibi eam notat Grego. & etiam eam perpendit magnus ille apud Hispanos Roder. Suarez in. l. 4. tit. De las juras. lib. 2. for. ll. num. 14. Tùm quia tale iuramentum in causis fidei præstandum esse, præcipit concilium Biterrense. capit. 4. in hæc verba. *Ab illis qui sic citati coram vobis, infra tempus compauerunt assignatum, recipiatis iuramenta de mera & plena super facto labis heretica tam de se quam de alijs viuis & mortuis dicenda quæ nouerint veritate*. Idem sancit Martinus Quintus in Bulla incip. *Inter cui etas*. in conc. Constantien. Sessio 45. quæ continetur in literis Apost. pro sancto Officio pagina. 4. cuius iuramenti formula talis est. *Iuro per Deum & Crucem, & Sacrosancta quatuor Euangelia, manibus proprijs factis, maledicturum veritatem quòd si fecero Deus me adiuuet, sin autem contra Deus me condemnet*. Circa quòd aliqua summè necessaria & in practica utilissima animaduertenda censeo.

Pr. l. 6.

Roder.  
Suara

Reus te-  
neri cri-  
me sub  
pœna  
peccati  
mortalis  
cōfiteri.

Primò, teneri reum in proposita specie iudicii interrogati, sub mortalis criminis pœna, crimen confiteri. Hæc sanè communis est, & Theologorum, & Canonistarum opinio, vt colliges ex Diuo Thom. Caieta. Domin. Soto Nauar. in locis nouissimè allegatis.

Reus à  
sacerdote  
absolui  
nō potest,  
nisi  
animo  
cōpœnit  
et iudici  
veritas  
pate-  
facera.

Secundò quòd vsq; adeò reus teneatur, veritatem confiteri, vt nō possit à confessario absolui, nisi proponat eam patefacere. Nam talis reus in non confitendo peccat, neque eum peccati, pœnitet, in d̄ perseuerat, & ea ratione nec peccati veniam, nec absolutionem meretur. capit. peccati venia. de regul. iur. libr. 6. ita scribit Domin. Soto. dict. tract. memb. 2. q. 7. quòd singulare & quotidianum est teste Mar. Nauarr. in manuali. ca. 25. nume. 36.

Reus si  
semel ve-  
ritatē ne-  
gauit cū  
ad suppli-  
ciū duci-  
tur eam  
fateri nō  
teatur.

Tertiò est consideratione dignissimum, quòd si reus iuste interrogatus delictum semel negauerit, licet mortaliter peccet, nihilominus iuste damnatus ducitur ad supplicium, minimè teneatur ad confitendum illud, nisi notabile aliquod damnum inde probabiliter sequeretur. Cùm eius spiritali saluti sufficiat iusta confessio cum sacramentali absolutione: vt doctissimè scribit Nauarr. dict. cap. 25. num. 38. Nec intèr secundam, & tertiã illationem aliqua inest repugnantia. Nam ob id in secunda, reus mortalem culpam contrahit, nec absolui potest in animæ iudicio, quia confessio ad crimen reuelandum, vel ad alios iuris effectus necessaria est. Non sic in tertia, quia cum crimen legitimis probationibus comprobatum est, ita vt ducatur ad supplicium reus, ideo eius confessio non est necessaria nisi alicui graue damnum sequatur, ita bene declarat contra F. Mag. Bart. à Medin. & Cordo. D. Segur.

in suo directi. 2. par. cap. 17. num. 36.

Quartò, quòd si reus à iudice interrogatus, respondere nollit, iuste ei præcipi potest, quòd respondeat alias habeatur pro confesso, ita in quadã causa grauissima Illustrissimi Comit. de Vrenas iudicatum fuit in Hispania, vt memorie protulit Rodericus in dict. l. 4. num. 15. Vel condemnari poterit ad torturam, si confiteri nollit: vel si dubiè confiteatur (puta) non scio, non recordor, Bald. in l. accusationem. num. 11. C. de accusatio. & opinio ista approbata fuit in Re-gio Neapoli. Prætorio teste Cap. decisio. 145. eam sequitur Foll. in practi. fol. 308. & in practica septimè receptam fuisse scribit Iul. Clar. lib. 5. recep. sen. 5. finali. questio. 45. verli. sed pone.

Quintò, asseuerandum est, reum accusatum statim, cum à iudice interrogatur, ita astringi ad veritatem cōfitendam, vt nullo modo possit, à iudice petere vt sibi dilatio aliqua, vel tempus ad deliberandum conferatur cum de facto proprio interrogetur Bald. in l. cum fallum. numer. 2. ff. de acquir. hæredi. quam opinionem cōmunem esse fatetur August. ad Ang. in tract. malef. in verbo, Comparuerunt dicti inquisiti & confitentur. nu. 6. Practi. Contrad. fol. 280. num. 2. & eam totius orbis consuetudo recepit, vt fatetur Sali. in auth. offeratur. num. 6. C. de litis contes. vbi Paul. de Castro. num. 5. & 11. Amad. de sindi. num. 184. quicquid in contrariū tenuerit. Alexand. in l. 1. in prin. nu. 6. ff. de eden.

Sextò, illud certissimi iuris est, reum legitime conuictum sub mortalis culpæ reatu, si à iudice interrogatur, etiam in tormentis, vtrum crimē commiserit, teneri veritatem patefacere, nā licet iniquè torqueatur cum testi-

Si reus  
ad respō-  
dit iudici  
interroganti  
cuid ab  
eo faciē-  
dum sit.

Alderche  
de rebus  
lib. 1. cap.  
1. §. 1.

Reus si  
rit. & si  
de mora  
veritatē  
fateri te-  
netur.

Reus cō-  
uictus li-  
cet iniur-  
sè tor-  
queatur  
veritatē  
fateri de-  
bet.

bus

bus conuictus sit. ex Angeli. sententia in. l. et si certus. ff. ad Syllanianum ubi Ioan. Igneus Aug. Arim. in addi. ad Ang. in tract. malef. in verbo, *Fama publica*. Quæ opinio communis est. teste Hyp. in. l. 1. ff. de quest. num. 11. & in practi. crimin. 5. nunc videndum. num. 25. Carre. in practi. crimin. in princi. num. 188. & licet contraria opinio assertorem habeat Bald. in. l. obseruare. num. 9. C. quorum appella. non reci. & in. l. 1. num. 9. C. de iura. calumn. Thom. Gram. voto. 1. column. 1. stante igitur communi opinione, nihil refert quod reus iniuste torqueatur, cum saltem iuste à iudice interrogetur, quam ob causam veritatem confiteri tenetur. ita egregie scribit insignis D. Coua. in practi. quæstio. cap. 23. nu. 5.

Iuramentum veritatis à reo præstari debet secundum mentem iudicis interrogantis non rei capiosè respondentis.

Septimo est circa hoc mirè obseruandum, quod qui iuramentum præstat iurare debet iuxta mentem iudicis interrogantis, non secundum propositum aliud iurare debet alias dolum emitteret iuramentum & grauitèr peccaret Sã. Thom. 2.2. quæst. 89. artic. 7. in responsi. ad 4. & ibi Caieta. Soto. libr. 8. de iusti. & iure quæstio. 1. artic. 7. hinc illud Isidori. *Quacunque arte verbo um quis iurat Deus tamen qui conscientia testis est ita accipit sicut cui iuratur intelligit.* Hæc ille. Idem iudicium habendum est de æquiuoco iuramento, quod simulatis verbis artificiosè concipitur, ita vt duplicem sensum recipere possit nam si licitè exigitur non licet tali amphibologia vt, ob maximam iniuriã quæ iudici qui habet ius exigendi fit ita Soto dicto articulo 7.

Reus qui exceptus est à iurisdictione iudicis veri

Septimo, quod tunc locum obtinent quæ supra scripsimus, quando is qui interroget, legitimus & competens iudex est, vnde si is qui inter-

rogatur, exemptus est ab illius iurisdictione, quia clericus est, vel Scholaris, aut si reus indebitè ab Ecclesia extractus fuerit, iuste poterit veritatem absque mendacio celare, & quantum neget officiosum est mendacium, & veniale peccatum tantum, nisi iuramentum interuenerit. Sic tradit elegantè Domi. Soto dicto tract. 2. thebro. quæst. 7. conel. 3. Marti. Nauarr. in dict. cap. inter verba. Corr. 65. nu. 244. vbi dicit idem esse quod iurisdictione iudicis per appellationem, vel regulationem suspensa est.

taie criminis confiteri non tenetur.

Octauò, quod dicitur iudex, ad confessionem exigendam rectè procedere, quando contra reum accusatum est, vnus testis oculatus, & omni exceptione maior, aut vnum iudiciũ vel plura illi æquipollentia. Vt videtur sentire Bar. in. l. fin. nume. 7. ff. de quæstio. vel quod reus infamia laboret, vt infra scribo, ver. quod autem. Nec non desideratur, quod ea probatio in processu contineatur, de qua reus certior factus sit, vt sciat iudici tunc esse obtemperaturum. vt Vt scribit Sanct. Thom. & ibi Caietan. 2.2. quæst. 69. artic. 1. & 2. Mar. Nauarr. dict. cap. 25. num. 36.

Quidam iudex legitime ad exhibendam rei confessionem procedat.

Nonò, illud perpetuæ memoriæ commendandum censeo, quod licet præfacta magis communis opinio in causis ciuilibus, & criminalibus procedat, in quibus pœna sanguinis non timetur, nec non in omnibus spiritualibus controuersijs. At verò in causis capitalibus, & ibi de graui, de decore agitur naturali æquitate dictante, asseuerandum censeo, posse reum salua conscientia, veritatem ipsam absque mendatio, verborum inuolucro contegere. Innitum quidè est hominibus, à natura ipsa, vt se defendat, & à mortis faucibus incolume vitã redant. Hinc leges oriuntur quibus

Reus in causis capitalibus non possit à confitendo crimine excusari.

quibus inuassorem cum moderamini-  
 ne inculpate tutela occidere licet.  
 Ab hac naturali equitate proficitur  
 ius aliena subripienti, extrema  
 fame necessitate ad id impellente. Si-  
 militer proficitur, illa enim potestas  
 qua seruo vitanda seruitutis gratia  
 (qua mors naturalis est) qua permit-  
 titur a domino fugere fortior igitur  
 ratio iure naturali eradicata suadet,  
 ut reus absq; criminis nota veritatem  
 que probari non potest, ut vitā. uca-  
 tur celare possit. Deinde neruosa, &  
 urgentissima ratione, precedens do-  
 ctrina fulcitur. Nam si consanguineus  
 ad testimonium ferendum con-  
 tra consanguineum, compelli non po-  
 test, quando ingens aliquod dispen-  
 dium timetur ut in. l. 4. ff. de testi-  
 cum similibus nullus equidem absq;  
 insania negare potest, hoc non ma-  
 gis licere ei, qui mortem vel infamie  
 labem est passurus.

Nec hijs refragatur, quòd iudex  
 iuste interroget, nam similiter reus  
 iuste veritatem celat, & uterq; suo iu-  
 re, utitur, sic iure compertum est, lici-  
 tum esse iudici precipere damnato  
 ad pœnam ultimi supplicij, ne fugiat  
 a carcere, ipse verò obtemperare non  
 tenetur. Dominus similiter iuste iu-  
 bot seruo ne fugiat, ipse autem fugi-  
 do se a seruitute liberare potest, & ita  
 interminis huius propositæ disputa-  
 tionis tenet Petrus a Navar. de resti-  
 lib. 2. cap. 4. nu. 142. quo casu. Abb.  
 & aliorum opinio possit procedere.

Secundò autem distinctionis mó-  
 bro, quando crimen occultum est,  
 non licet iudici de eo interrogare,  
 nec reus tenetur crimē detegere, nec  
 in hoc iudici vel Pralato obtempe-  
 randum est, quia contrā Christianā  
 charitatem est, de his interrogare, oc-  
 culta quidem celera revelanda non  
 sunt, sed Deo soli relinquenda capit.

si omnia. cap. si oues. capi. ex merito.  
 6. quæsti. 1. text. egragius in cap. eru-  
 bescant. 32. distin. ibi. De manifestis  
 quidem loquimur, secretorum autem  
 cognitor Deus & iudex est. text. in cap.  
 si quis aliquando. §. non tibi dico. de  
 pœnitent. distin. 1. ibi, Non tibi dico  
 ut te prodas, iugum equidem Domini  
 suaue est. Religio sanè Christiana  
 pijsissima est, que nollit quempiam cū  
 tanta sui honoris & fame iactura  
 obligare. Imò hoc esset contrā ius na-  
 turale, nam par esset, ut si obligaret  
 aliquem, ut se interficiat, ut latè pro-  
 bat Divus Thomas. 2. 2. quæsti. 69.  
 & ibi Caieta. artic. 2. Henr. de Gād.  
 quod lib. 1. quæsti. 33. latissime Abb.  
 in cap. 2. de confess. & est commu-  
 nis Theologorum & Canonistarū  
 sententia, ut colliges ex Domini. So-  
 to & Navar. iam allegatis.

Nec in causis fidei reus interrogan-  
 dus est de delicto occulto de quo de-  
 latus reus infamatus non est Directo-  
 rium inquisitorum. 3. par. de modis  
 interrogandi reum numero. 74. nisi  
 ipsi rei dum consentiant ansam præ-  
 stiterint ad alia interroganda quòd  
 frequenter contingere solet, tūc si ad  
 causam de qua tractatur conducunt  
 interroganda sunt sic decretum stat  
 instructione Madriliana ann. 1561.  
 cap. 15. §. Y deuen siempre, cuius ver-  
 ba latinitati donata hæc sunt. He-  
 beant etiam Inquisitores magnam curā,  
 nè interrogent extra indicia, nisi reus  
 per suam confessionem occasionem  
 præbuerit.

Quòd autem dicatur crimen oc-  
 cultum vide Abb. in cap. ex literarū.  
 de tempo. ordin. & in cap. vestra. de  
 cohabita. cleri. & mulier. Domin. &  
 Alexand. in cap. erubescant. 22. dist.  
 asseuerantes, illud crimen occultum  
 dici, quòd probari non potest, idem  
 tenet autor noster infra. numero. 2.  
 sequitur

Reus  
 nec in  
 causis fi-  
 dei de  
 crimine  
 occultis  
 interro-  
 gatur.

Crimē  
 occultum  
 quòd di-  
 citur.

Quod  
 si iudex  
 interrogat  
 reum de  
 crimine  
 occulto  
 non potest  
 interrogare.

Reus  
 in  
 causis  
 fidei  
 non  
 interrogatur  
 de  
 crimine  
 occulto.

De ocul-  
 to crimi-  
 ne iudex  
 non po-  
 test inter-  
 rogare.

sequitur Gregor. Lup. in dict. l. 4. ti. 29. par. 7. vbi scribit quòd quandò non adest femiplena probatio, vel indicia, ex quibus imponi possit tortura, vel saltem incuti terror ipsius, etià si adesset infamia, reus interrogari non potest ideò iudices admonet, ne reos de occultis criminibus interrogent, nam cum eos contra iuris ordinem pœnis afficere intendunt proprias animas damnant. Deumq; Optimum Maximum offendunt. Nec Iudices contrarium facientes Zelus iustitiæ excusaret, quia vt scribit Ab. post Hostien. in cap. cum in iuuentute: de purga. canon. non permittitur aliquid fieri iudici, ex solo Zelo iustitiæ, nisi subsit iudicium rationis. Tunc verò sola infamia sufficeret, absque alia probatione, vt reus iustè interrogari possit, quandò casus esset, in quo haberet locum purgatio canonica ex Abb. sententia in dict. cap. 2. de confess. Præpo. Alex. in cap. ex pœnitentibus. 50. distin. Mihi tamen (vt verum fatear) hæc opinio Gregorij nunquam placuit, nam si iudex cum reus infamia laborat, vel contra ipsum obiecti criminis indicia vrgent iustè procedit. ca. qualiter & quandò in. 1. & 2. & in cap. super his. de accusa. Ergo reus seclusa morte. tenetur respondere, nec femiplena probatio, nec illa vrgetissima indicia, quæ requirit Grego. desiderantur, vt ad id compelli possit. Quandò vero crimen occultum foret, piaculum esset & longè à pietate Christiana alienum reum interrogare. Quòd summè notandum est, quia vidi imperitissimos & impios iudices, in hoc passim errare, qui in criminalibus, grauissimisq; causis, simplicibus tabellionibus (auaritia tamè plenis) reorum confessiones committunt. Qui iuris ordine præter-

misso, de occultis criminibus interrogant, datur etenim ex hoc apertissima ansa periurijs, & in numeris alijs malis, in maximum damnum reipublice, dabunt qui talia faciunt, in die timendi iudicij, strictissimam rationem.

Vndè meritò exterminanda, & relegendanda est consuetudo quædã quæ potius corruptela est appellanda, quæ in aliquibus tribunalibus ecclesiasticis recepta est, & quòd vehementer doleo in hoc Complutensi celeberrimo, nempe quòd in matrimonialibus dispensationibus, qui contrahere volunt scilicet interrogantur an se carnaliter cognouerint, de quo contrahentes ipsi infamati minime sunt nec aliter de hoc constat. est sanè consuetudo hæc supradictæ verissimæ, & communi conclusioni contraria.

Si autem iudex de facto reum interrogat, quandò ius interrogandi non habet minime respondere tenetur, & iustè absq; labe alicuius criminis potest ipsum iudicem verbis, communi significatione ambiguus fallere mentiri tamen, nullo modo absque peccato potest, vt docet Augustinus lib. de conflictu vitiorum. cap. si quis cap. primum. 22. quæstion. 2. Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 69. artic. 1. & Caieta. quæstio. 89. arti. 1. Adria. Summus Ecclesiæ Præsul. in materia confessi. dubio. 10. & quodlibet. 11. littera cc. Doni. Soto in tractat. de ratione regen. & detegen. secre. membr. 3. q. 3. conclus. 5. & lib. 5. de iusti. & iure. quæstio. 6. artic. 2. Martin. Nauar. in cap. inter verba. 11. quæsti. 3. Corro. 64. Genesli. à Sepulveda in dialogo de ratione dicendi testimonium cap. 5. quòd etiam supra scripsimus.

Idemquè pari ratione in teste asseuerandum censeo, qui non tenetur ad testificandũ, potest iudici inroganti

Curia  
Archiepiscopa  
lis Complutensis  
consuetudo  
quædam  
reprobatur.

v. Tom. sa  
de materia  
lib. 3. def.  
n. 3

Reus iudici de facto interrogati, respondere minime tenetur.

Idè in re se obseruandum est.



ganti dicere, se non teneri ei respon-  
dere, quanuis sciret id de quo inter-  
rogatur, & si illum cogere velit, ap-  
pellare potest preterquam si iuste  
timet, iudicium in cum lauiturum, &  
si timet, respondere potest se nihil  
scire (intra se tamen intelligendo) &  
dicere teneatur, ita scribit Martin.  
Nauarr. in manu. confesso. capit. 25.  
nu. 43. cuius opinio verissima est, &  
amplectenda licet contrariam tenuerit  
Genesi. 2. Sepul. de ratione reden-  
di testimonium. cap. 13.

Reus in  
casu du-  
biano in  
dici in-  
terrogan-  
ti obtinere  
neatur.

Illud verò sciri oportet quòd à no-  
stris præmittitur, vtrum in casu  
dubio, reus teneatur iudici interroga-  
ti respondere, cum sibi non constat,  
an iudex legitime procedat, vel ne &  
iustam dubitandi causam habeat, po-  
tissimum hodie, cum ante confessio-  
nem non detur sibi copia indiciorum,  
vt sequenti annotatione scribam, &  
in proposita specie Domin. Soto in  
dicto tract. memb. 2. quæstio. 7. con-  
clu. 3. asseuerat in fauorem rei decli-  
nandum esse, maximè in capitali iu-  
dicio, quia peius est in tali casu homi-  
nem occidere, quam iudici non pare-  
re, idquè latius ipse probat eod. tra-  
memb. 3. quæstio. 2. quòd verissimè  
putò. Nam quòd reo, ante confessio-  
nem copia indiciorum detur natura-  
lis defesio est, quæ sibi ad proprium  
honorem tuendum, & vitam conser-  
uandam competit, non equidem cõ-  
traria consuetudo, in hoc detrimẽ-  
tum inferre potuit, nec pro iudice in  
hoc præsumendum est, cum iuris san-  
ctiones non obseruet, vide quæ scrip-  
si supra versu. Octauò quòd dicitur.

**B** *In clericis.* Nota quòd hoc in ec-  
clesiasticis tribunalibus minimè ser-  
uatur, forensis namquè vsus nullam  
differetiam inter clericos, vel laicos,  
constituit.

**C** *Copia indiciorum.* Adde quòd ista

opinionem sequitur Practi. Papien.  
in forma Inquisitionis in verbo, *Fa-  
ma publica*, Vbi dicit quòd malè hoc  
in practica seruatur. De iure equidè  
quod supra scripsimus verissimum  
est. Consuetudo tamen quæ sepe nu-  
mero integerrima iura destruit opi-  
nionem contrariam recepit, quòd sili-  
cet reus interrogetur, & examinetur  
antè datas defensiones, & iudiciorum  
copiam, ita quotidie practicatur vt  
fatetur Foller. in pract. crimi. Cano.  
fol. 165. num. 9. Practica Iodo. foli.  
24. num. 18. Practi. Contra. fol. 255.  
limita. 6. Iuli. Clarus lib. 5. recep. sen-  
ten. §. fin. quæst. 45. versic. sed quid.  
vbi dicit quòd stante ista consuetu-  
dine generali, malè faceret iudex qui  
aliter obseruaret. Quæ forensis con-  
suetudo iuuari potest, apud Hispa-  
nos ex Regia. l. 4. titu. 29. par. 7. vbi  
eam ad hoc notat Greg. in glo. mag-  
na in finalibus ver. dicens sub dubio  
tamen fortè, quòd stante Regia illa  
constitutione, iudex iustè interroga-  
re potest, non data reo copia Inqui-  
sitionis. Semper tamè mihi summè pla-  
cuit, ea forensis practica qua Ecclesia-  
stici, & Seculares iudices, Deum ti-  
mentes vti solent, vt antè confessio-  
nem receptam minimè præcipiant  
informationis copia dari, sed tantum  
tabellioni, vel notario præcipiunt, &  
testium depositiones, absque eorum  
nominibus coram reo legat, vt in-  
dè compertum habeat, quid contrà  
ipsum probatum sit & veritatem fa-  
teatur.

Post confessionem verò receptam  
accusationemquè oblatam, non so-  
lum testium depositiones, sed ipsorum  
nomina reo manifestari debent, vt  
melius seipsum defendat. tex. allegas  
in cap. veniens. in. 2. de accusati. Re-  
gia. l. 11. tit. 17. p. 3. l. 4. tit. 1. lib. 8. or-  
di. noui nunquam equidem defensio-

Consue-  
tudine  
recepta  
est, & nul-  
la indi-  
ciorum co-  
pia data  
rei con-  
fessio  
exigatur

Testium  
nomina,  
& depo-  
sitiones,  
quandò  
Reis, ma-  
nifestari  
debeant.

nis facultas deneganda est. l. defensionis facultas. C. de iure fis. libr. 10. tradit optimè Bonifa. in tracta. malefi. in rub. de inquis. & de eorum form. num. 15. fol. 267. Fulgo. Paul. de Castro & nouissimi in. l. 2. C. de eden. vbi optimè Socin. prædictam communem sententiam declarat procedere, in his iudicijs, & probationibus quæ recipiuntur, post inquisitionem & negationem parte citata, secus verò iudicandum est, in illis: quæ sunt antè inquisitionem pro informatione curiæ quòd est de mente Angeli in l. quæstionis. ff. de quæsti. & Bart. in l. fin. eo titu. idque Socin. ea ratione probat, quia tales testes parte non citata examinati, nullum ei præiudiciũ inferunt, nisi repetantur. vt in. l. fina. ff. de quæsti. & hoc sequitur Gregor. noster. in dict. l. 11. in verbo, *Testigos* vbi dicit, quòd per hanc practicam cessauit timor subornationis testium qui in plenario iudicio sunt repetendi. Quæ ratio potissima fuit Hosti. hoc tenentis in dict. cap. qualiter & quando.

Ex quo manifestè sequitur, quod illorum testium nomina, reo manifestanda sunt, qui plenario iudicio fuerunt reproducti, vel de nouo testimonium in eo protulerunt, & hoc facta publicatione, non verò illorum qui summario iudicio deposuerunt, cum isti nullum præiudiciũ quo ad cõdemnationem inferant, antè sui testimonij ratificationem, alias, equidem apertissima ansa daretur reo, vt precibus, donis, testes corrumpere, eos ve longè repelleret, ne primis depositionibus starent, & crimen maximũ partis offensæ, & reipublicæ damnum, impunitum remaneret, & summe laudo iudices, qui in criminalibus causis, præsertim grauissimis, ita faciunt. licet practicam hanc in-

crepet diligens & doctus Ioan. Gu-tierr. allega. 17. nume. 2. Sed ab ea recedendum non est, quòd summè nota, quia nullus ex nostris, ita declarat & in actionibus forensibus est frequentissimum.

Sunt equidem nomina & testimonia testium eo modo, vt dictum est, publicanda, vt locum obtineat, etiam si per modum inquisitionis procedatur. Vt scribit Cepol. consi. crim. 65. & 66. Petrus Paul. Parisi. consil. 2. num. 255. volum. 4. Iul. Clar. libr. 5. recep. senten. §. fin. quæstio. 49. siue ea inquisitio generalis, siue specialis sit nihil ad rem facit, & hoc expressè probatur in. l. 1. & 4. ti. 1. lib. 8. ordi. noui.

Ex qua sententia, & dictarũ Regiarum legum Sanctione, colligendum est, nõ esse etiam in causis, in quibus summarie, & de plano proceditur, publicationem testium denegandam probat dicta lex. 1. ibi. *Y oya a la parte, y le de copia y traslado de la pesquisa, y summariamete proceda, porq los delictos no quedè sin pena.* Et dicta lex. 4. ibi, *aquel o aquellos contra quiè fuere hecha la pesquisa, ayà poder de demandar los nõbres de los testigos, y los dichos de las pesquisas, porque se puedan defender.*

Vnde manifestè deducitur, qd licet cõsuetudo iã inuasit, nõ solũ in secularibus sed in ecclesiasticis tribunali-bus qd in criminibus, in quibus de plano, & sine strepitu, & figura iudicij procedendũ est, vt in criminibus prouenientibus ex incõtinètia ex cõcil. Trid. Ses. 25. c. 14. de refor. & in alijs, processus vno cõtextu fieri soleat. Nèpè quia datur reo ad se defendũ copia accusationis capitulorũ, cũ perẽtorio termino, cũ honore publicationis, necnõ cũ cõclusionem, & citationem ad audiendã sententiã diffinitiuã, nihilominus tamẽ, cũ debito esse

Nomina & testium depositiones reis publicari debent.

In causis summarijs idẽ locũ habet.

Licet cõsuetudo inuasit, nõ solũ in secularibus sed in ecclesiasticis tribunali-bus qd in criminibus, in quibus de plano, & sine strepitu, & figura iudicij procedendũ est, vt in criminibus prouenientibus ex incõtinètia ex cõcil. Trid. Ses. 25. c. 14. de refor. & in alijs, processus vno cõtextu fieri soleat. Nèpè quia datur reo ad se defendũ copia accusationis capitulorũ, cũ perẽtorio termino, cũ honore publicationis, necnõ cũ cõclusionem, & citationem ad audiendã sententiã diffinitiuã, nihilominus tamẽ, cũ debito esse

Testium nomina non debent antè publicationem reo manifestari.

Ee etu, &

ctu, & non sub vmbra testium publicatio fieri debet ita vt detur reo integra copia vt se defendat, quod Regie constitutiones iam allegata probat. Nec forensis, si contraria esset quavis longeva consuetudo defendi potest, sed tanquam inniqua diuino, & naturali contraria releganda esset. Et hac ratione, si testium publicatio omitatur processus esset ipso iure nullus hoc sine dubio in causis criminalibus, ita Iul. Clarus libr. 5 recep. sent. §. fina. quaest. 48. in princ. D. Segura in directo. iudi. Ecclesi. 2. par. cap. 14. num. 8. quid autem sit in causis civilibus vide qua scripsi ad Ioann. Ber. in regul. 708.

**D** *Malæ fame.* Adde quod forensis practica minimè hanc Auctoris interpretationem recepit nam generalitèr in omnibus, nulla constituta differentia, an sint bonæ vel malæ famæ dicta Regia. l. Partitarum procedit, vt scribit Greg. ibi in glo. magna in fine, nam quod lex illa de bona, vel mala fama, loquitur est sanè alia ratione an reus deferendus sit per domum, ad res suas componendas, cum capitur, vel statim ad carceres deferendus sit, vnde Gregori. ab Autore nostro ibi recedit, communem practicam defendens, vt nulla copia indiciorum reo data, iudici de crimine interrogare liceat.

## Confessionibus proprijs.

### CAPVT, C. XXVII.

- 1 Traduntur multa, quæ à iudicibus ecclesiasticis, in clericorum confessionibus, præ oculis sunt habenda.
- 2 Confessio clericorum, non verificata quando nocet.

- 3 Clericus, qui delictum confitetur, sine accusatione punitur.
- 4 Pœna mitior imponitur per viam inquisitionis, quàm per viam accusationis nisi de crimine per partis confessionem constet.



**N** confessionibus clericorum illa meritò obseruari debent, quæ in alijs reis à iure disposita ac à doctoribus interpretata leguntur, cum in hoc non debeant esse deterioris conditionis quàm laici. Ex quo debent aduertere iudices, an tales confessiones clericorum fuerint extraiudiciales, vel coram non suo iudice, aut verisimilia in se continentes, aut incidenter, & non principalitèr factæ, curatoris autoritate non interueniente, si clerici minores sint viginti quinque annorum, aut in tortura nõ seruata forma, quam in talibus confessionibus iura exigunt, & si quid tale in illis repererint, obseruent, illa quæ iura in hoc tradunt, & doctores scribunt: quæ quidem transcribere nolo. Vnum tamen fortasse attentari possit in ista materia, quod cum clerici pro criminibus, non infligatur pœna mortis, aut mutilationis membrorum, quod in criminibus quibus veniunt puniendi circa traditionem curiæ seculari, præiudicaret illis confessio facta delicti, si ne eo quod iudici necessariò constet delictum fuisse in veritate perpetratum. Nam quod hoc in seculari iudicio requiratur, ex eo introductum est: quia cum nemo sit dominus membrorum suorum, nõ potest aliquis in periculù vitæ suæ aut membrorum quicquã fateri comisisse, nisi in veritate constet delictum fuisse perpetratum. Attamen quod sua confessione sola possit sibi clericus in ordinibus, ac beneficijs suis facere sibi præiudiciũ non reperi-

reperitur prohibitum, cum possit ex conventionem ad illorum amissionem obligari. Ut de ordinibus probat text. in cap. quotiens. 1. quæstio. 7. & de beneficijs probatur in capit. cum dilecto, & cum glos. in verbo obligavit. de electione, & in cap. fin. de crimi. fal. vbi hoc not. Abb. in. 3. nota. Quauis omnibus iudicibus consulo, vt si fieri potest semper satagant quod illis constet de delicto à clericis sibi confesso. Est, & alia specialitas in clericis confitentibus delictum, videlicet quod sine accusatione puniantur: hoc tradit in eis speciale fore Hostien. in capitul. 2. de confessi. sic intelligendo text. ibi, quod refert. ibi Cardin. licet quod ad illius text. literam & intellectum illum non admittat. Est præterea & alia tertia specialitas in ista materia, quod licet sit verum quod quando agitur per viam inquisitionis non possit imponi pena ordinaria & delicti, vt in capitul. Inquisitionis. de accusat. fallit hoc si de crimine constat per confessionem. ita limitat Innocen. in capit. Qualiter. el. 2. de accusat. & sequuntur ibi scribens, vt refert ibi Felin. in §. licet autem. in princip. qui hoc reputat singulare Ponit etiam Præpo. in capitul. de accusa. 2. quæstion. 8. column. 38. probat text. quem ibi commendat Abb. in capitul. fina. de celebra. missarum. Item aduerte in ista materia quod sola confessio criminis facta in causa civiliter acta, quando ageretur criminaliter non sufficeret ad condemnationem: sed potest compelli reus vt perseueret in ea. ita concludit Abb. in capitul. Qualiter. el. 2. fina. verbis de accusa. fin. intelligens Innocen. in capit. Per Inquisitionem. de elect.



**F**uisse perpetratum. Adde Bald. in authent. sed nouo iure. C. de ser. fug. vbi Cep. column. 15. Ange. in. l. 1. column. 2. ff. de confess. & in. l. certum in prin. eo titul. Ange. Aretin. vbilatè Augusti. Arim. in tract. malefi. in verbo, etiam vestem. num. 25. Hyppol. de Marfi. in. l. 1. nume. 32. ff. de quæstio. Ludo. Carr. in practi. crimi. fol. 237. secundam nouissimam impressionem Ioann. Ber. in regul. 124. Felin. in. c. auditis. colum. 16. de præscrip. Pari. de Pureo in tract. fin di. in verbo, Confessio, circa medium Tho. Gram. decisi. Neap. 2. nu. 38.

In crimine vero hæresis ex sola confessione procedi potest ad condemnationem, quia cum hæresis crimine mente cõcipiatur, & in animo lateat plerunquẽ non potest aliter probari quam per propriam reorum confessionem. Bal. in. l. si quis non dicam rapere. C. de Episcop. & cleri. Nicola. Arelatanus in tract. de hæret. not. 2. Fran. Ponzin. de lamijs. n. 52. & 70. Et quauis hæc vera sunt, nihilominus tamen cum defensiones sint de iure naturali, vt in. l. vt vim. ff. de iur. & iur. non obstante propria confessione offerri debent reo defensiones & si quid aduersus eam opponere voluerit, audiendus erit ne iniuste se dånatũ cõqueratur, nã contra propriam cõfessionem multa opponi possunt vt scribit Iul. Clar. in pract. crim. §. fina. q. 55. versic. sed pone. & quæst. 64. versic. sin autem reus.

*Pæna ordinaria.* Adde omnino Andrè. Tiraq. in tract. de penis causa. 53. num. 1. cum seq. Anto. Gome. 3. tomo. delictorum. c. 1. nu. 51.

Testibus conuictorũ

CAPVT, CXXVIII.

Ec 2 1 Lai-

**A**  
In Fla  
resis  
crimi-  
ne ex  
sola cõ  
fessione  
absque  
alijapro  
batio-  
ne quis  
condẽ-  
nari po  
test.

**B**

- 1 *Laicus in criminali causa contra clericum non admittitur.*
- 2 *Laicus an sit legitimus testis contra clericum in criminali causa. si veritas aliter haberi non potest.*
- 3 *Laicus legitimus est testis contra clericum in notorio crimine, necnon in criminibus simonia, hæresis, & Lesa Maiestatis.*
- 4 *Corpore vitiatum, non potest in criminali causa contra clericum testificari.*
- 5 *Clericus de crimine civiliter convictus, an possit beneficio privari vigore illius sententiæ novæ inquisitione formatæ.*
- 6 *Fama an probetur per laicos contra clericos.*
- 7 *Confessus & convictus, quo ad omnia non parificantur.*
- 8 *Clericus de delicto an duobus testibus convinci possit.*

**I**cet circa numerum & integritatem testium nihil sit in causis criminalibus clericorum specialius requisitum, quam in alijs, quia tamen laici clericis Oppido sunt infesti, prouisum est quod laici in causa criminali non possunt esse testes contra eos, ut in capitul. De cætero. de testibus. Quod procedit etiam contra clericum in minoribus, ut tenet Demi. in cap. Sicut sacerdotes. 2. quæstio. 7. refert Felin. in dict. cap. De cætero. in prin. Quod tamen limita nisi delictum, de quo clericus accusatur, esset commissum in loco, in quo non essent clerici secundum Abb. ibi, motum his de quibus per eum. Felin. tamen ibi credit, quod difficile ista limitatio obtineret, quia non valet simpliciter consequentia: Veritas haberi non potest, ergo testis inhabilis efficitur habilis: quia illud solum

est in his, quæ de sui natura ab alijs sciri nequeunt, ut not. Iano. & Anton. in capitu. tertio loco. de proba. Vbi etiam dicit, quod lex Canonica in criminali adeo resistit ne laici testificentur contra clericos, quod non videtur iste casus posse de nouo induci ex sola autoritate Abb. Et respondet ad fundamenta eius. Vide tamen Ias. in l. fina. in. fin. C. de his qui. ut indig. vbi sequitur limitationem Abb. dicendo, quod quando effemus in vna Villa in qua non reperiretur nisi vnus clericus, tunc quia nec habitu nec actu delictum posset probari per alios clericos, laici sunt idonei testes in subsidium. <sup>b</sup> Posset tamen considerari pro Felin. contra Abb. & Ias. quod iste casus non est ex illis, in quibus habitu non possunt tales testes haberi: quia hoc videtur procedere, quando ex qualitate delicti, hoc est, in coniuratione vel alijs: quia doctores in hac materia loquentes, non ponunt exemplum nisi in coniuratione & similibus delictis, quæ ex communi sua natura solent clanculum perpetrari, non vero in his quibus ex natura loci in quo committitur delictum, non possunt alij testes inueniri: Alioquin in omnibus delictis commissis in desertis admitterentur testes inhabiles: quia ex natura loci non solent ibi homines nisi casualiter adesse. Sed quia, si opinio Abb. non seruaretur, esset dare antam presbyteris, qui soli habitant in opidis rusticanis, ut securè & impunè plura committerent delicta, etiã presentibus laicis, idè crederem quod eius opinio seruari posset, habita prudenti consideratione per iudicem qualitatis, personæ clerici delinquentis, & testium, & delicti perpetrati. Et an ille clericus, alias sit inuisus aut gratus oppidanis illius

illius loci. Et prædictam sententiam Abb. simpliciter referendo sequitur. Hyppoli. in. l. Dimu. colum. 2. ad fin. numer. 9. ff. de quæstion. vbi multa ponit in proposito, scilicet quod vt veritas inueniatur quando ipsa aliter haberi non potest, conceditur illud, quod aliter non concederetur, & propter hoc receditur à regulis iuris communis. Quod etiam fallit in crimine notorio, probat text. quem dicit ad hoc Abba. optimum. in capit. pen. de purg. canon. Item etiam fallit in criminibus exceptis, scilicet simonia, Hæresis, & Lesæ Maiestatis ita notat glos. in capitu. Cum P. de accusat. in verbo laicus. Item mutilati membris, vel corpore viciati non possunt testificari contra clericum in causa criminali, notat Abb. Antiquus in capi. 1. de except. refert Bald. in sua Margarita. in verbo mutilati, dicit perpetuò menti tenendum. Hyppolit. in sua pract. criminali, in. §. Nunc videndum. in colum. penul. numer. 52. Aduerte tamen in ista materia quod conuictio clerico de crimine cura ageretur civiliter, lata sententia potest suus superior priuare illū beneficijs, vigore illius sententiæ, formata de nouo inquisitione, & assumpta illa sententia, tanquam inducente notorium. ita voluit Innoc. in capi. Qualiter. cl. 2. de accusat. vt refert Abb. in fin. qui dicit cum hac sua sententia transire docto. communiter, qui tamen dicit aduertendum: quia hoc dictū est periculosum, & refert Innocen. sensisse oppositum in cap. Per inquisitionem. de elect. Fama vero an probetur per laicos contra clericos, vide per Anto. in capi. In literis. colu. vlti. de test. Et pro intellectu materiæ huius. c. & præcedentis, nota quod licet conuictus & confessus passissentur, vt notatur in. c. At si cleri-

ci. de iudi. in princ. hoc intelligendū est quātum ad hoc vt perueniatur ad sententiam nō quo ad omnia. ita tradidit Card. ibi. & de differentia constat ex his quæ notantur in. cap. 2. de de confess. & in. c. 1. de test. loquēdo in teste qui conuincitur de crimine tangente causam, aut qui illud confitetur. Nunquid autem clericus possit conuinci de delicto duobus testibus tantum? si credimus Paul. de Castro in. l. iudices. C. de Iudic. in fin. verbis videtur dicendum quod non: scripsit enim ibi, quod in criminali non videtur sufficere duo testes sine alijs præsump. sed contrariū credo verius sequendo Card. in Clem. 1. §. Verum in. 1. quæstio. de hæret. vbi concludit quod etiam in causa hæresis sufficiunt duo testes d propter ius generaliter disponens quod in ore duorum, & c. Cuius opinionē dicit veram repertoriū inquisitorū. in verbo testes in. §. Per quos testes. vbi allegat pro ea gl. no. in. c. Præsul. 2. q. 5. quæ tenet quod contra Papam sufficiunt duo testes: e de de qua etiam glo. meminit. Feli. in. c. Quotiens. de testib. in. 1. col.



tra eos. Vide tex. in. c. laicos. 2. q. 7. & in. c. veniens. in. 1. de testi. Spec. in tit. de teste. §. 1. vers. Itē quod est laicus. Io. An. in. c. Prælati. de hom. lib. 6. Quæ sanē opinio quo ad plenā aduersus clericū probationem intelligenda est testimoniū laici iudiciū facit contra clericū Abb. in. c. de cætero. nu. 5. vbi Fel. de testi. Alex. in. l. maritus. ff. de quæst. Hypp. sing. 98. & in pract. §. diligenter. nume. 132. Foller. d. pract. cri. pag. 539. Hypp. consi. 41. num. 5. vol. 2. Caro. Ruin. consi. 158. colu. 4. volum. 5. Roland. Valle consil. 24. nume. 15. vol. 1. quæ opinio an vera sit differit diligentissi-

Ec 3 mus

A  
Laicus  
contra  
clericū  
an esse  
possit  
testis.

mus noster Didacus Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ord. in glo. magn. versi. laicus præterea. Itē non habet locum in laicis integræ & bonæ famæ inquit us cessaret sinistra suspitio itā tenet Andreas Siculus in ca. cum non ab homine. de iudi. quem sequitur Andrē. Alcia. ibi num. 92. dicens esse diligēter notandum. Nec procedit communis sententia quando de crimine agitur ciuilitèr qua tunc potest laicus cōtra clericum testificari. hæc est communis opinio vt fatetur Ferr. consi. 183. num. 5. versic. vlt mo confirmatur & Iul. Clar. in pract. crim. §. final. quæst. 24. versi. Præterea quæro.

**B** *In subsidium.* Adde omnino Alex. de Imo. consi. 64. nu. 5. volu. 1. Iaso. in l. cunctos populos in. 2. lectione nu. 50. C. de Summ. Trin. Anton. in cap. tertio loco. de proba. Dec. consi. 133. col. vlt. Hyppo. sing. 73. Thom. Gram. consi. 58. nu. 4. Hypp. consi. 41. num. 5. vol. 2. Bofsi. in tracta. delict. titu. de indicijs & consider. 170.

**C** *In causa criminali.* Vide tex. optim. in cap. ipsi Apostoli. 2. quæst. 7. glo. in summ. 4. quæst. 3. Abb. Feli. & docto. in cap. 1. de excep. Hyppo. sing. 98. Dida. Perez. in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordi. & hanc opinionem communem esse fatetur D. Episcopus Couarru. in practi. quæst. cap. 18. num. 2. Quæ tamen dicit non omninò veram esse, vel non itā intelligendam, vt ex aliquo corporis vitio, absq; vlla animi labe, fidem cuiuspiam detrahamus, nihilominus tamen in practica difficile esset contra communem obtinere, vt scribit Clarus vbi paulò antè allegauit.

**D** *Duo testes.* Adde quòd hanc opinionem communem esse fatetur Mari. Soci. & Felin. in cap. excommunicamus. in. 1. nu. 27. de hæret. vbi Io. de Ana. nu. 2. Boer. decis. 341. Car.

in tract. de hæret. nu. 126. Villadi. de hæret. q. 12. num. 9. Siluest. in summa in verbo Hæresis. 2. q. 4. Contr. Bru. lib. 4. de hæret. c. 9. Albert. de agnoscendi. allertioni. q. 34. in prin. & in repeti. cap. 1. de hæreti. lib. 6. q. 16. n. 4. Alphon. Gerr. in thesauro religi. Christi. tit. de hæreti. nu. 20. D. Episcop. Iacob. Septi. in Chatho. inst. ca. 50. nu. 3. & in Enchirid. ti. 34. nu. 4. Pala. Ruu. in alleg. Hæresis. §. 13. Iul. Clar. in pract. cri. §. hæresis. versi. habet etiã. Ant. Gab. in suis com. opin. in verbo testes duo. pag. 395. Bofsi. in tit. de hæret. nu. 4. Ant. Gom. lib. 3. vari. resolu. c. 12. nu. 9. Ioan. Rojas in sing. fidei. 165. n. 8. & seq. Quæ cōmunis opinio ea innitur ratione, quia casus hic de cōdemnandis hæreticis duorū testium testimonio, nō inuenitur exceptus ab illa vulgari regula, in ore duorum, vel trium stat omne verbum. Fatentur tamē omnes q; ad hoc vt per duos testes hæresis probari possit, debent esse integri, & omni exceptione maiores. capi. licet de testi. tradit Deci. consi. 429. Pala. Ruu. in alleg. de Hæresi. §. 13. Nec cōqueri potest reus cū hæc probatio legitima iudicāda sit, & in nulla defensionis facultas denegetur, Imo eius causa diligēter tractetur & antè eius condemnationem accuratè omnia expendantur.

Hostiensis autē inum Sma de hæret. §. qualitèr deprehēdatur. nu. 4. scribit crimen hæresis minimè duobus testibus probari, sed tres vel plures requiri. quia nimis durū. videtur, probū virū duobus tantū testibus de tanto crimine condēnari. quæ opinionem aduersus cōmunē sequitur Archi. Flor. in. 3. par. suæ summæ tit. 18. c. 2. §. 5. Contr. Brun. d. lib. 4. de hæreti. c. 9. Nicol. Aymer. in direct. Inqui. par. 3. quæst. 71. Ioā. Tabi. in summa in verbo,

testes  
fidem  
faciāt.

Sing. opi  
nio quæ  
dā Host.  
interpræ  
tatur.

verbo, Inquisitor. num. 37. qui dicit Hostien. opinionem procedere de equitate, communem verò de rigore Albertin. de agnosci. asser. quæstio. 34. num. 5. scribens opinionem Hostien. seruari in practi. & ea communiter Inquisitores fidei vti non vero communi opinione. idem Alb. in d. rep. capit. 1. quæstio. 16. num. 12. affirmat opinionem communem sibi non placere, & opinionem istam tanquam equiorem nouissimè sequitur. Ioann. Rojas Valentinus inquisitor in tracta. de hæreti. 2. par. 4. asser. nu. 103. quam declarat procedere, præter quã si reus accusatus esset improba famæ & opinionis, vel alia adinricula contra eum. vrgerent, quo casu communis opinio erit seruanda.

**Testes in hæresis crimine publice publicentur.** Cum equidem in hæresis crimine testium depositiones non publicentur vt. c. fin. de hæreti. lib. 6. quod Innocentij Sexti Pontificis Maximi cõstitutione decretum est, quæ incipit, cum negocium, ibi. *Sane volumus vt nomina tam accusantium prauitate hæreticam, quam testificantium super ea, nullatenus publicentur, propter scandalũ vel periculum, quòd ex publicatione huiusmodi sequi possit.* Sunt tamen qui censeant (vt obiter hoc dicam) decretum illud non esse Inno. Sexti eo quod is Pontifex decem tantummodò annos vixit, & in dicta constitutione annus vndecimus sui Pontificatus sui refertur, nec minus fuit Innocen. Quinti, qui septem annos vixit, vnde ea constituta necessariò tribuenda est Innoc. Quarto qui per vndecim annos in sede Petri præfuit, vt nouissimè refert Fran. Pagn. in director. inqui. 3. par. Sch. 129. quam extrauagantem referunt Reper. Inquisitorum in verbo, nomina versic. nunc videndum est Petrus Paul. Pari. consil. 2. volum. 4. Nicol. Aymer. in di-

rectorio inquisitor. 1. par. in fine Iacob. Septim. in Enchirid. inquisi. tit. 35. num. 15.

Quòd etiam definitum est Apostolica constitutione Pij Quarti Pontificis Maximi incip. cum sicut quæ continetur in literis Apostolicis pro officio Sanctæ Inquisitionis pagin. 105. Hoc equidem antiquitus Bituricensi & Narbonensi concilijs fuit stabilitum in quorum primo ita scriptum est. *Illud autem caueatis secundum prouidam Sedis Apostolicæ voluntatem ne testium nomina signo, vel verbo aliquo publicentur.* Ex quo affirmandum videtur quod non solum testium nomina manifestari nõ debent, sed nec circumstantiæ ex quibus reus percipere possit qui testes cõtrã cum deposuerint, vel qui cum denũciauerint idque censeo vocari *Signum* ibi. Et quauis Bonifacius Octauus in cap. fin. §. cessante. de hæreti. in. 6. asseueret testium & accusatorum nomina, in hoc crimine, sicut in alijs publicari, dummodò fiat sine metu alicuius periculi, hodie verò semper tale periculum iuste timetur vt ea publicatio non fiat. Quòd si accusatus hoc petierit audiendus non est, vt Iurisperiti Auiunionenses, in facti contingentia interrogati responsum præstiterunt, in quibusdam dubitationibus in causa fidei quæst. 3. Fateor tamen quòd dicta testium reo edenda sunt, vt se defendat, nomina verò vt prædiximus sunt suprimenda, & ita receptum est, fuit etiã hoc statutum in instruct. Hispa. an. 1484. & in alia Mathe Carpetan. vulgò *Madrid*. Anno 1561. cap. 13.

Sed silètio prætermittendũ nõ est, vtrũ ex causa eiusdem periculi in quo dicta iura innituntur in alijs criminibus præterquã in hæresis possint iudices Ecclesiastici denegare accusatis testium



*Cōtra  
Greg.  
Lopez*

nomina & videtur asseuerandum quod  
sicquā cum eadē vrgeat ratio eadē  
esse debet iuris dispositio. l. illud. ff.  
ad legem Aquil. l. a Titio. ff. de verb.  
oblig. & in terminis ita scribit noster  
Greg. in l. 11. tit. 17. par. 3. in verbo,  
*Conducho tomado*, Sed decipitur in  
hoc vir egragius nam nulla ratio ita  
vrgēs nec aliquis fauor ita vrgere po-  
test ad denegandam hanc publicatio-  
nem, sicut in dicto hereseos crimine  
vt scribit Dom. & Doctores in dict.  
cap. fin. §. iuuenus, & Abb. in capit.  
præterea. num. 7. de sponsali. Roma.  
in sing. 364. Hyp. in l. de vno quoq;  
num. 61. ff. de re iudi. Carre. in tract.  
de hereti. num. 121. D. Redin. de ma-  
iesta. Princip. in ver. *sed etiam per legi-  
timos tramit.* num. 113. licet Grego. in  
dict. l. par. pro opinione contraria  
falso allegat.

*Testes  
non pu-  
blicati  
in crimi-  
ne herē-  
sis plenē  
probāt.*

Videtur igitur vt ad institutū redā  
asseuerandum testes quorum nomi-  
na non publicantur, non esse respec-  
tū rei omni exceptione maiores, cū  
non possit accusatus aduersus eos  
aliquid obijcere, cum eorum nomi-  
na ignoret. Non tamen me præterit  
quod superioribus non vulgariter  
refragatur dicta Extrauagans Inn.  
Sexti, vel potius Quarti, quæ dictis  
testis non publicatis, plenam fidem  
adhibendam esse præcipit ibi, *Et ad-  
hibeatur dictis huiusmodi testium nil illo-  
minus plena fides.* Quod ex cōtingit,  
quia ipsi Inquisitores ex proprio co-  
rum munere, vitam & mores testium  
diligenter inquirere debent, vt tradit  
Ioā. Rojas in singula. fidei sing. 208.  
Ideo sapientissimis & integerrimis  
hereticæ prauitatis Inquisitoribus,  
quibus cura huius rei demandata est  
iudicandum relinquo, pium tamen  
ellet nisi sinistra suspitio accusati  
aliud suaderet ab Hostiensis opinio-  
ne non recedere, & post hæc scripta

legi idem tenentem Franc. Pegñ. vi-  
rum benē hæruditum in directorio  
inquisit. 3. par. Schol. 126. pag. 244.

*sufficiunt duo testes.* Adde Abb. in **E**  
cap. quoties. in prin. & in cap. super  
eo. in 2. nu. 2. & in c. licet vniuersis  
in prin. de testi. & in cap. tertio loco.  
num. 6. de probationibus. & in cap.  
at si clerici. num. 3. de iudi. & in cap.  
cum esses. numer. 16. de testam. & in  
capi. per tuas. vbi Felin. de maior. &  
obedi. & in cap. 1. num. 5. de prou.  
Anto. Corse. in sing. incip. Papa po-  
test. Dec. consi. 100. Villald. de herē-  
ti. quæstio. 13. num. 9. Alber. in dict.  
capit. 1. quæstio. 16. num. 8. de herē.  
lib. 6. Bossi. in practi. titu. de herēti.  
num. 5. & tit. de confess. in prin. An-  
toni. Gab. in loco iam allegato. Re-  
quiritur tamen quod dicti testes, sint  
integre fidei, & conductionis, hoc  
equidem necessarium est in testibus,  
qui in criminali causa contra Episco-  
pum producantur capit. accusatio  
Episcoporum. cap. testes. 2. quæsti. 7.  
cap. vltim. 2. quæstio. 5. conci. Trid.  
Selsi. 13. cap. 7. de reforma. statuens  
quod si odio, vel temeritate, aliquid  
deposuerint, grauissimo poenarum  
supplicio sunt plectendi.

Et antequam ab huius capituli Scho-  
lijs recedam, illud non prætermittam  
quod iudices Ecclesiastici, diligentèr  
cauere debent, nè in criminalibus  
causis, ex summaria informatione,  
ad proferendam sententiam diffiniti-  
uam procedant, etiā si accusatus cō-  
sensum præstiterit, vt detur tanta fi-  
des testibus, sicut si in plenario iudi-  
cio fuissent producti. Et potissima ra-  
tio est, quia in his causis non potest,  
in probatorio termino suis defensio-  
nibus renunciare gl. celebris in l. pa-  
ctum inter hæredem in verbo, cum  
liceat. ff. de pact. hæc sanè renuncia-  
tio, cum tendat in præiudicium per-  
sonæ,

*In crimi-  
nalibus  
causis ad  
sententiā  
deueniē-  
dū non  
est nūte-  
sces ple-  
nario iu-  
dicio re-  
ducti  
nec rei  
consen-  
sus inco-  
ntrariū va-  
let qui  
nec pro-  
batorio  
termino  
aut suis  
exceptio-  
nibus  
potest re-  
nūtiare,*

sonæ, vel status, non potest firmitatē obtinere. arg. tex. in l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & ita interminis opinione istam tenet D. Redin. de maiestate. Princip. in parte. Sed per legitimos calumni. limites. nu. 114. Petrus Aueda. resp. 11. nu. 5. Rojas in sing. 203. Petrus Dueñ. in reg. 23. limit. 1. quā opinionem communem esse fatentur Anton. Gom. 3. tho. vari. resolu. cap. 13. num. 33. & nouissimē D. Paz in pract. 1. tho. 5. partis. § 9. n. 4. Quæ communis opinio verissima est, & procedit quādo ex crimine esset inflingenda pœna corporalis, vel infamiae. At si non esset inflingenda, nisi pœna pecuniaria, vel alia quæ non induceret infamiam, non esset locus communi opinioni Imola in l. custodias. de pub. iudi. & doctores supra allegati.

## Ab ingressu ecclesiæ interdicti.

### CAPVT, CXXIX.

*Is cui ecclesia ingressus est interdictus, celebrans, quando irregularis efficiatur.*

**P**OENA ista minor est pœna suspensionis ab officio, quippe cum solum in ecclesia prohibeat cum qui patitur illum, in officio suo agere. Et is cui sic est Ecclesiæ interdictus ingressus, cum sibi censeatur in ipsa celebratio diuinorum interdicta, irregularis efficiatur si contra huiusmodi interdictum diuinis in ea se ingerat in suo agens officio sicut prius: vt sunt verba text. in capit. Is cui. de de sent. ex commu lib. 6. Quod pro

cedit in tantum, quod etiam si celebret in ecclesia non consecrata quæ proprie dicitur basilica, est irregularis, vt notat Domi. ibi referendo Calder. & idem tenet Syluestr. in verbo interdictum. lo. 6. §. 5. in sua summa. Si autem celebrat nō in ecclesia, sed in oratorio strictē sumpto, ita quod non sit Ecclesia, tunc non est irregularis. vt no. Domi. ibi referendo eundem Calde. Interdictus tamen ab ingressu ecclesiæ vnus, poterit in alia celebrare, vt tenet gloss. in cap. Is cui. verbo, in ea. de senten. excommuni. lib. 6. & suspensus ab ingressu ecclesiæ, si celebrat extra ecclesiam nō est irregularis. notabile est dictum Innocen. in cap. Sacro. de senten. excommu. super gloss. verbo. mensem. quæ sequuntur plures doctores, quomodo ibi refert Felin. colum. 2. nu. 7. Item nota. quod si is, cui est interdictus ingressus ecclesiæ administrat sacerdoti in missa intra ecclesiam, putat vt Diaconus offerendo calicem in altari, vel vt Subdiaconus porrigendo diacono hostiam, & calicem in ordine, incurrit etiam irregularitatem secundum Domi. ibi. Quæ omnia etiā ibi refert & sequitur Philip. licet breuioribus verbis. An autem liceat ei cui est interdictus ingressus ecclesiæ intrare illam audiēdi diuina officia, vel orandi, seu transeundi gratia: vide per eos ibidem, quorum dicta referre non curo. Statuit præterea text. in dict. c. Is cui. quod si talis clericus dicto interdicto durante decedat, nō debet in ecclesia vel cœmeterio ecclesiastico sepelli, nisi pœnituerit. Ex quo mihi visum est semper quod in hoc vltimo tex. loquitur, quādo clerico imposita est talis pœna propter contumaciam, vel quādiu satisfactionem quam præstare potest impedit, quādo verō in pœnam criminis,

nis, dum iam pœna morte finita sit, crederem tunc eum sepulturæ tradendum ecclesiasticæ.

**A** **N**on est irregularis. Adde gl. not. istam opinionem tenentem in cap. is cui. de sentent. excommu. lib. 6. & in cap. ultim. de offic. ordi. eo. lib. quam opinionem communem esse testatur insignis Couarru. in cap. Alma mater. 2. par. telecti. §. 1. nume. 3. de sentent. excommu. lib. 6. quæ probatur in c. præsentis. §. 2. Poterit etiam is cui ecclesiæ ingressus interdictus est iurisdictionem ecclesiasticam exercere etiam ea suspensus non est. gl. memorabilis in cap. sacro. in verbo. interdictum. de sentent. excommunicata. quam doctores ibi sequuntur Abb. in cap. ab excommunicato. column. 4. de rescrip. Miles in reper. in verbo. suspensus.

Is cui ingressus Ecclesiæ interdictus est, iurisdictionem ecclesiasticam potest exercere.

**B** Cui interdictus est ingressus Ecclesiæ in prædici potest quando divina munera non celebrantur.

**B** *Divina officia.* Non equidem is cui Ecclesiæ ingressus interdictus est ingredi Ecclesiam eo tempore quo sacramenta celebrantur poterit sed alio tempore licet orandi causa ita tenet Calderi. in tract. de Ecclesi. interdict. membro. 2. versi. nunc queritur. Archidi. Dom. & doctores in dict. cap. 15. cui. Non tamen irregularis iudicandus est, licet audiat divina solennia capit. is qui. de sent. excommu. in. 6.

**C** *Sepultura tradendum Ecclesiastica.* Vide egragie Dom. Couarruu. in dict. §. 1. qui quomodo hæc autoris nostri opinio intelligenda sit optimè declarat.

## Suspendi.

### CAPVT, C XXX.

1. *Suspensio si imponitur propter crimē, monitio necessaria non est, secus si pro contumacia.*
2. *Differentia elegans inter suspensionē qua infligitur propter crimen vel propter contumaciam.*
3. *Suspensus ab officio, an ab beneficio suspensus intelligatur.*
4. *Suspensus à iudice de facto celebrās irregularis efficitur.*
5. *Suspensio alia temporalis, alia perpetua.*
6. *Quæ crimina digna sint suspensione iudicis arbitrio reliquitur.*
7. *Iudex suspendens illum, qui est suspensus à iure, in dubio ab homine suspensus non presumitur.*

**S**uspensio est vna de ecclesiasticis censuris, vt probatur in c. Querētū. de verb. signi. per quam interdicitur officium, vel exercitium competentis alicui personæ ecclesiasticæ: quæ interdictio aliquando à iure, aliquando à iudice fit: de qua vltima suspensione (hominis videlicet) nobis ad præsens est sermo. In qua quidem inferenda iudex advertere debet, quod si imponit eam in pœnam delicti monitio non est necessaria, licet aliàs quando fertur pro contumacia, non debeat ferri sine monitione, sicut neque excommunicatio secundum Ab. in cap. Reprehensibilis. de appella. post Innocen. in cap. 1. de excessib. Prælat. Et idem notat Cardin. in Clemen. fin. de pœnis. versi. Quod si. & idem tenet Syluest. in summa, in verbo suspensio. §. 4. Et quod propter delictum possit inferri suspensio, probant iura in ca. Tam literis. de testibus. & in cap. In loco. §. quæstio. 4. secundum Abb. vbi supra & vide aliam notabilem differentiam in hoc quod suspensio fiat propter crimen, aut

aut propter contumaciam : nam primo casu prouidendum est suspenso à beneficio, ne cogatur mendicare. Secundo verò non, cum ipse possit sibi prouidere satisfaciendo. ita notat Abb. in cap. Pastoralis. in §. Verum. column. penultim. de appella. sic intelligendo glo. in capi. Cum Vintoniensis. de elect. Debet præterea iudex aduertere, quòd aliquando oportebit suspendere delinquentem ab omni ordine, vel ab vno tantum, aliquando etiam ab ordine & beneficio simul, aut à beneficio tantum considerata delicti qualitate & ordinis in quo excessit. Si autem suspensio fiet simpliciter ab ordine, illa intelligitur ab omni ordine, & si sic suspensus ab ordine Subdiaconi, intelligitur suspensus ab omnibus ordinibus superioribus. Secus autem è contrario: quia suspensus ab ordine sacerdotali potest exercere officia inferiorum.

3 An autem suspensus ab officio intelligatur suspensus à beneficio, vide gl. nota. in dict. Clemen. fin. de poenis. in verbo, Suspensi. & ibi Cardi. in eundem in Clementin. 1. de priuileg. in vers. Ceterum. in. 7. quæstio. cum duabus sequent. Imol. in capit. Cum dilectus. de consuet. 8. column. aliqua notanda per Præposi. in cap. Præbyterum. 28. distinct. in. 2. & 3. column. Et vide bonam distinctionem per Syluest. in verbo Suspensio. in. §. 5. vers. Si quis est suspensus, quam trãscribere nolo. In hac insuper materia semper consulo iudicibus, vt in sententia vel præcepto suspensionis aperte declarèt à quibus ordinibus vel actibus, vel beneficijs intendant suspendere clericum : quia cum constat de voluntate iudicis, illa seruanda est. Vnde concludit Abb. post. Anton. in dict. cap. Pastoralis. §. Verum. column. fin. de appell. quòd si Iudex quã

do suspendit aliquem à beneficio intendebat inhabilitare eum ad omnia beneficia: tunc sententia porrigit effectum suum extra territorium iudicis, licet executio debeat fieri per Iudicem territorij. Si verò simpliciter intendebat suspendere à beneficijs quæ habebat in suo territorio, tunc procedit glo. in dict. §. Verum. quia taliter suspensus potest alibi habere beneficium. Effectus autem suspensionis factæ à iudice est, quòd celebras durate illa in ordine à quo fuit suspensus est irregularis. vt not. Ioã. And. & doct. in capit. Si celebrat. de cleri. excommu. minist. & Domi. & Philip. in cap. 1. §. fina. in fi. de re iud. lib. 6. Ideò monendi sunt clerici dũ suspenduntur, ne celebrare audeant suspensione durante. Tanta est enim plurium imperitia, vt credant solum iudicis præceptum violare si celebrèt non verò poenam irregularitatis incurrere. Suspensio præterea aut est 5 temporalis, aut perpetua. Temporalis non operatur ultra tempus præfinitum, & eo lapso tollitur sine alia absolute. Perpetua verò æquiparatur depositioni, vt notatur in cap. Si quis. 83. distin. vbi Domi. quem ad hoc refert Decius in capi. Apostolicæ. col. pen. versic. secundo. Abb. de exceptio. & vide Imo. in ca. Cum dilectus. de consue. 8. column. qui referendo Gasparem Calde. dicit quòd suspensio perpetua ab officio habet vim priuationis, & tunc taliter suspensus censetur priuatus beneficio secundum eum. Ex quo videtur dicendum quòd per talem suspensionem ab officio, videatur beneficium vacare, vt possit fieri prouisio de eodem. Et sic suspensio perpetua non debet imponi nisi pro graui crimine, sicut de depositione dicitur in cap. Tux. de pe 6 nis. Quæ autem crimina sint suspensione

sione digna, licet Anton. in capi. At si clerici. de iudi. vltus fuerit dare regulam. Abb. tamen ibi, in colum. 11. dicit quod non potest dari certa regula: sed iudex informavit motum animi sui ex casibus a iure expressis vt in illis & similibus imponat penam suspensionis, & sic secundum eum committitur hoc arbitrio superioris: quod ibi sequitur And. Sicu. co. 28. in fin. De suspensione verò iuris nihil referre libet, sufficiat videre Syluest. in dict. verbo Suspendio. in. §. 6. vbi colligit. 40. casus in quibus quis incurrit suspensionem a iure. Vñ in super nota in hac materia, qd si Iudex suspendat illu qui est suspensus a iure, non presumitur in dubio suspensus ab homine, qui presumitur quod Iudex voluit in dubio exequi poenam iuris, non verò nouam suspensionem infligere, vt notat Didacus de Villadiego in tracta. de irregularitate. in cap. De suspensione, in col. 1. referendo Abb. in capi. Tuarum de Priuileg.

**A** **S**uspensio. Vide latissimè pro amplissima huius capituli materia vltra ordinarios interpretes Paul. Bornga. de irregulari. sexta par. cap. de sentent. suspensionis Simo. Maio. eodem tracta. lib. 3. cap. 19. Martin. Nauarr. in manuali. confessor. c. 27. nu. 151. cum multis sequen. D. Episcop. Couarru. in Clemen. si furiosus. 1. par. §. 1. num. 1.

**B** Excommunicatio. Adde tex. in c. sacro. & in cap. contingit. in. 2. de sen. excommu. capi. consuluit. de offici. delega. cap. de illicita. 24. quest. 3. ca. inter quatuor de maiest. & obedi. Quæ monitio personalis esse debet eo qui in poss. sicuti responderunt Inno. Coll. Abb. & doct. in c. vlt. de

Præposi. in cap. caueant. 3. quest. 9. Fel. in cap. cum sit Romana. num. 13. de appella. Rota in nouis decision. 271. & 367. & latissimè Andr. Tirsa quell lib. 1. de retracta. §. 9. glos. 2. nu. 4. Dom. Couarru. in cap. Alma mater. 1. par. relecti. §. 9. num. 4. de sent. excomm. in. 6. tradidi ipse ad Ioan. Bernar. in regulis & fallen. reg. 265. & regul. 554. vbi quatuor limitationes constituit.

**A** beneficio. Vide latè Boni. de Bitali. in Clemen. cupientes de poenis Nicol. Boeri. consil. 21. & latissimè nostrum Gregor. in l. 17. ti. 9. Part. in ver. *El derecho*.

**E**st irregularis. Adde quod ad hoc vt suspensus efficiatur irregularis, per actionem a qua suspenditur, nõ est satis sufficiens suspensio illa quæ fit a solo Deo propter peccatũ mortale. c. vltim. de vita & honest. cleri. Nec ite sufficit suspensio quæ fit a sacerdote confessario, in anima iudicio, vt tenuit Inno. in cap. si celebrat. de cler. excomm. minist. Gonsal. a Villadiego de irregulari. colum. 8. Sed est omnino necessarium, quod suspensio fuerit a iure, vel ab homine iudice, in exteriori foro, propter delictum, quo ad se & quo ad alios inflicta, sicuti tradiderunt Inno. Ioan. And. Abb. & omnes in dict. capit. si celebrat. de cler. excommun. minist. Deci. consil. 141. ad finem.

## Beneficis priuari.

### CAPVT, CXXXI.

- 1 Clericus non nisi propter crimen graue, suo est priuandus beneficio.
- 2 Poena priuationis a beneficio non potest imponi nisi a iure exprimat.
- 3 Per

**D** Suspendus propter peccatũ celebras nõ efficiatur irregularis.

3 Per sententiam latam super crimine, non censetur quis priuatus beneficio, nisi hoc in sententia exprimat.

4 Iudex delicti potest priuare delinquentem beneficio, quod alibi habeat.

5 Clericus, qui beneficio priuatur an ad fructuum restitutionem teneatur.

6 Clericus ad restitutionem fructuum condemnatus: perceptos tantum, non vero qui percipi potuerint, restituere tenetur.

7 Inferior a Papa, vt legatus vel Episcopus, cum causa potest inhabilitare aliquem, ad beneficia etiam in perpetuum.



**C**M enim beneficia ecclesiastica stipendia sunt ministrorum ecclesie, & hos deceat honestos ac mundos esse, merito quidem canonica iura sanxerunt facinorosos ac improbos clericos beneficijs priuandos fore, vt probis viris concedantur, qui qua decet vitæ puritate ministrant. Vnum tamen aduertere debet Iudices, quod beneficio non debet priuari clericus, nisi crimen sit graue text. est in cap. Inuentum. 16. quæst. 7. quem dicit notabilem Abb. in cap. Tuæ de pœnis. & esse bonum text. in cap. 1. num. 2. de iudi. Pœna infamæ per priuationem à beneficio non potest imponi à iudice nisi exprimat à iure, per gl. quæ ibi reputat singula. Abb. in cap. fin. de iure patro. & in cap. Cui vos. de offic. ordi. Et in §. Cum igitur, in authen. de non eligent. secund. nuben. vbi est tex. singul. secund. Bal. in auct. ex testamento. C. de collatio. & ita tenet Barb. per prædicta. in cap. Nouit. de iudi. in colu. 45. versu. Tu pondera. Et vide etiam Domin. in cap. Quo iure. 8. distin. colu. vltim. vbi dicit quod nullum

crimen inducit priuationem ipso iure nisi sit iure cautum. Quod refert Felin. in ca. Querelam. de iureiurā. in colu. 2. & in capit. ex parte. lo. 1. col. 1. de rescrip. vbi etiam plura allegat in proposito præcedentis conclusionis. Plura etiam cumulat Tiracuellus in repet. l. Si vnquam. C. de reuocandis donationibus. in glo. in verbo reuertatur, in numero. 206. & in dub. sequent. Item nota quod per sententiam latam super crimine non est quis priuatus beneficio, nisi hoc sententia exprimat, notat Innocen. in capi. Qualiter & quando. el. 2. in glo. super verbo diminutione. de accusa. vt refert Rota in collectis per Bernardi. de Bisgneto, in tit. de sent. & re iudi. in decif. fin. in fina. verbis. faciat etiam quod Bal. in l. Cum fratrem. C. de his quib. vt in dignis, voluit sentire, quod si fuit sententia lata super homicidio, & de beneficio nihil fuit dictum, quod non possit impetrari tanquam vacans, cum ad hoc refert Ioann. de Anan. in capit. fina. colu. 1. de homic. Vide tamen Abb. in ca. Inter dilectos, del. excels. præla. prope fin. vbi ex verbis Inno. ibi notat, quod condemnatus de aliquo delicto per sententiam. censetur priuatus ipso facto beneficio suo intelligendo secundum eum quando crimen erat tale quod inducebat priuationem beneficij, vel quando irrogabat infamiam ipso facto: non sufficit quod condemnatur, licet pœna non exprimat in sententia, quia illa intelligitur posita autoritate iuris. pro quo allegat. l. 1. ad Turpilia. & alia iura. facit ad hoc quod vbiunque quis incurrit ipso facto pœnam priuationis beneficij, potest absque alia sententia beneficium conferri alteri. proba tex. in cap. 1. & not. ibi Dom. ex eo, in colu. 4. in §. Sacri de homi.

in. 6. qui generalius ibi tenet in col. 6. versi. quero quare, quod omnia iura canonica & civilia quæ dicunt ipso iure, vel ipso facto aliquam puniri cõfiscatione bonorum, vel alia pœ quacunq; debent intelligi, vt sufficiat declarare vel pronunciare illum talis criminis esse culpabilem: & locus erit dictis pœnis iuris, etiamsi in sententia non exprimantur. idem tenet Abb. in c. peruenit. cl. 1. de appel. quem refert & sequitur Felin. vbi alia dicit in proposito. in cap. 1. col. 12. num. 6. de consti. Et illud dictum Domi. commendat idem Felin. in c. 2. colum. 1. num. 2. de sponsa. Et adverte q̄ iudex delicti non solum potest pronunciare super delicto, sed potest priuare delinquentem beneficio quod habet alibi. <sup>b</sup> ita notat Car. in Clemen. Pastoralis. versic. Deniq; in. 2. quæst. in fin. de re iudi. Si tamen clericus in terra ecclesiæ suæ inculta, industria sua & laboribus siue expensis plantauit vineam seu reduxit ad culturam caula suæ sustentationis, licet priuetur postmodum beneficio propter delictum, relinquatur sibi illa terra vsque ad viam suam, notat Abba. post Innoc. in cap. fin. de pecun. cleric. & ibi Barba. colum. 3. An autem clericus qui priuatur beneficio teneatur ad restitutionem fructuum, vide Paul. de Castro in. l. 1. C. de his qui. vt indig. vbi per text. ibi per text. ibi referendo Gul. de Cuno dicit q̄ si clericus committit delictum, propter quod possit priuari beneficio, licet habeat ius in re quousque sit priuatus, postquam tamen est priuandus, tenetur restituere fructus quos percepit à die commissi delicti, vel percipere potuit. siue extent, siue sint consumpti, & siue sit effectus locupletior, siue non. Sed Guliel. ibi non loquitur in clerico, sed in vassallo cõ

mittente felloniam. Et hanc opinionem Pauli sequuntur Salic. Alexan. & Ias. ibi, quam etiam conclusionem inter sua singularia annumerauit Hippo. singul. 525. Clericus qui cõmisit, pro ea tamen nihil aliud, allegat nisi aliquos ex dictis doctoribus in dict. l. 1. Idem etiam tenent Bald. Angel. & idem Paul. in. l. prædonis ff. de petit. hæred. & Roma. in. l. Diuortio. ff. solut. matrimo. Henric. in cap. Cum nostris. de conce. præb. Et prædictam sententiam Angeli in dicta. l. prædonis celebrat pro notabili Hippoly. in singula. 268. Verus possessor, nihil aliud nisi Angelum referendo. Et hanc etiam conclusionem videtur sequi Decius consi. 118. Viso instrumento. colum. 1. referendo doctor. in dicta. l. 1. & Angel. in dict. l. prædonis. Contrariam tamen sententiam tenet Card. in Clemen. Constitutionem. 6. Caterum. in fin. de elect. Philip. Corneus in d. l. 1. C. de his qui. vt indignis. 1. colum. & Felin. in cap. De quarta. in colu. 10. de præscrip. vbi per septem fundamenta hoc putat esse verius, & respõdet ad fundamenta in contrarium ad ducta. Nouissimè autem vide egregium doctore nostrum Hispanum Anto. de Burgos. in capi. Ad nostram. de emp. & vendit. in colum. 11. versicu. Venio modo. vbi dicit quod licet aliàs solebat comprobare illam sententiam Feli. tamen quod tunc diligentius considerando tenet contra eum & sustinet opinionem contrariam, & satisfacit ad fundamenta Felin. & dicit quod nullo modo concludunt eius dicta, nisi dum allegat quandã decisionem Rotæ, cui ipse respondet parui pendendo eam. Et quia videtur esse communior opinio cum Paulo, & suis sequacibus in dict. l. 1. ideo illam tenendam censeo: quãuis

in clerico qui post commissum delictum propter quod priuatur, semper perseuerauit seruiendo in ecclesia ubi beneficium habebat, crederem ipse benigniorem & æquiores opinionem Felin. & aliorum, quòd tunc solum talis damnaretur ad restitutionem fructuum à die propositæ contra eum accusationis, vel formatæ inquisitionis, nisi quando delictum induceret priuationem ipso iure, vt in crimine hæresis & simoniæ, vt supra dictum est suo loco, & in alijs quinque casibus, videlicet in cap. Felicis de pœn. lib. 6. & in Clementi. Multorum. de pœn. & in cap. Eum qui. de præben. lib. 6. & in cap. 1. de hom. lib. 6. & in cap. Ad falsarium. de cri. fal. Quia tunc clericus indistinctè posset condemnari ad restitutionem fructuum à die commissi delicti: & isto modo potest intelligi doctrina Bald. in titu. de pace iura. firman. in vli. focu. in. §. In iuria. versic. Quæro an committat furtum. dum tenet quòd recipiens fructus beneficij, qui priuatus est iure. committit furtum. Crederem præterea in hoc proposito posse dici (saluo meliori iudicio) quòd quando clericus propter crimen damnatur ad restitutionem fructuum, quòd damnabitur solum ex quadam equitate ad restitutionem pœceptorum, non autem eorum, qui percipi poterunt: satis est enim, si ecclesiæ cui applicandi sunt, clericus restituat fructus quos percepit, quanuis illos consumpserit, sine eo quod tam stricta exactio fiat ab eo, sicut si spoliasset aliquem illo beneficio, & essent restituendi fructus spoliato in simul cum beneficio. Item nota in materia huius cap. quòd inferior à Papa vt Legatus vel Episcopus potest cum causa inhabilitate aliquem ad beneficia, etiam in perpetuum per statutum vel senten-

tiam, vt notat gl. quam ad hoc ibi dicit singularem Ioann. de Imo. in Clement. 2. de vita & hone. cle. in verbo inhabilis. qui etiam refert Anton. dicentem quòd tunc ipse inferior posset cum tali irregularitate ad beneficia dispensare. Vide tamen Felin. ca. Postulasti. colum. 2. versic. Ed adde. de foro compet. ubi intelligit prædictam gl. tali modo quòd Legatus vel Episcopus non potest inhabilitare ita vt operetur alibi: ex quo videtur quòd illa inhabilitas non nocebit clerico extra prouinciã legati vel diocesis episcopi: quòd subintelligit idem Felin. ubi inhabilitas fuit posita in materia arbitraria ultra ius, secus si iuris autoritate, quòd non habet in se dubium: qui tunc non est Legatus vel Episcopus qui inhabilitat, sed declarat illum incurrisse inhabilitatem iuris, & tunc sicut ius ligat vbique, ita declaratio nocebit vbique.



**B**eneficijs priuandos fore. Ad de omnium latissimè Petrum Rebuff. in practic. 3. part. de modis amittendi bene fin. ubi latè differit totam huius capitis materiam, scribit quæ eos casus, in quibus quis ipso iure sit beneficijs priuatus, vel per sententiam priuandus sit.

*Quod habet alibi.* Adde quæ tradit Bossi. in tract. delictorum. tit. de bonorum publi. num. 64.

*A die commissi delicti.* Omnino D. Episcopum Couarruu. in. 4. lib. Decretali. 2. par cap. 6. §. 8. numer. 7. & quæ scripsi supra in verbo homicidæ.

**Bonorum publicatio-  
puniri.**



## CAPVT, CXXXII.

- 1 Bonorum publicatio duplex est.
- 2 Poena priuationis bonorum, rarissime in iure Pontificio contra clericos reperitur statuta.
- 3 Iudex ecclesiasticus, an possit contra clericos amissionis bonorum poenam infringere pro delicto, pro quo laicus ea poena esset puniendus.
- 4 In generali bonorum confiscatione, an omnia bona generaliter sint publicanda.
- 5 Publicatis bonis alicuius clerici, an in confiscatione veniat ius patronatus.
- 6 In publicatione generali bonorum peculium castrense, aut aduentitium, vel profectitium, an sit publicandum.
- 7 Bona clericorum confiscata, qui debeant applicari.



Ramisso prius quod bonorum publicatio est duplex, vt placet Oldra. in cōfil. 17. incip. Thema tale est, quidam clericus, sub titu. de for. compet. in colu. 3. Nam quaedā est extraordinaria, id est in casu non expresso in iure, sed ex iudicis potestate & ista cōceditur Illustribus in summa potestate positus, & de hac loquitur lex. C. ne sine iussu prin. liceat cōfil. 1. Alia est ordinaria, id est in casu a lege permisso, vel ex Regni consuetudine generaliter: & ista fit per quemcunque iudicem habentem merum Imperium ratione territorij, & non per alium: quia confiscatio ratione iurisdictionis, & iurisdictione territorij adheret, vt. C. vbi & apud que l. fin. Poena publicationis bonorum rarissime legitur statuta in sacris canonibus contra clericos: quia for-

san conditores canonum cupientes magis emendare clericorum personas, quam in eorum bona sauire habebant prae oculis verba illa Iustiani quae ad Tribonianum scripsit in Auct. de mādatis Principium, dicens: Oportet autem te in hoc omnem ponere prouidentiam cum aliquis dignus apparuerit poena, illum quidē punire, at res eius nō cōtingere, sed sine re eas generi & legi, secundum illū ordinē. Non enim res sunt quae delinquant, sed qui res possident. Pollet praeterea alia ratio ad hoc assignari: quia cum considerarent antiqui illi Patres bona clericorum intuitu ecclesiae acquiritorum ad eadem ecclesias pertinere, adeo quod de illis testari non licebat clericis, superfluum existimabant bona clericorum propter scelera proscindere, cum essent applicanda ecclesijs ad quas iam praedicta ratione pertinebant. Nunc autem postquam inualuit consuetudo testandi creuitque clericorum insolentia simul cum diuitijs & copia bonorū, adeo vt non satis videatur solis canonicis poenis corrigere eos. merito possit in dubio referri, an iudices ecclesiastici imitando leges ciuiles possint clericos punire poena amissionis bonorum pro delicto, pro quo laicus esset puniendus eadem. Et in hoc Anton. in cap. Quia diuersitatem. de cōcel. prebend. ex glo. notat quod vbi cunq; ex aliquo delicto laici veniūt confiscanda bona ipsius, videtur quod ex delicto clerici tunc fiet confiscatio camerę Diocesani, non autem ad cameram fiscalem laicorū, quem refert Imo. ibi in colu. 4. dicens quod in hoc videtur considerandum, an ius ciuile astringat clericum, vel eius dispositio generalis extendatur ad eum de quo dicit recurrendum ad ea quae consueuerunt dici in capit. Ecclesia sanctae

sanctæ Mariæ. de consti. & in cap. quod clericus. de fo. cõpe. quem Feli. refert in cap. Irrefragabili. §. Cæterum. de offic. ordin. Quod si solum considerandum est, videretur dicendum aliquibus, quod cum leges priuantes aliquos hæreditate sibi delata, comprehendant clericos, in aliquibus casibus: vt supra probauimus in verbo, Instituti hæredes. Sic etiam leges priuantes delinquentes suis bonis comprehendant eosdem: cum nõ videatur ratio diuersa in vtroque casu. Sed in hac quæstione ego aliter dicendum crederem, imò quod leges inferentes pœnam publicationis bonorum clericos non comprehendat quia non sequitur, lex quæ priuat ac commodantem tacitam fidem, vel non adimplentem volũtatem de functi, vel non petentem tutorem pupillo hæreditate, vel successione comprehendit clericos: ergo eodem modo ligabit lex inducens publicationem bonorum. Nam in primo casu leges illæ sicuti clericis detulerunt hæreditatem aliorum, ita potuerunt imponere eis conditiones, & solennitates ad quas tenerentur, & quibus per eos non seruatis, hæreditatibus à legibus sibi delatis priuarentur. In nostro verò casu cũ leges disponant, puniendo, & earum censura non comprehendat, nisi sibi subditos, merito, videtur quod clericorum bona non sint comprehensa, sicuti sunt exemptæ dominorum personæ. Et quanuis articulus iste egere videatur declaratione Pontificia, posset tamẽ dici (saluo meliori iudicio) quod liceret iudicibus ecclesiasticis, ad imitationem legum punire clericos publicatione bonorum, in casibus in quibus laici puniendi essent: quia sicut leges non de dignantur sacros canones imitari, ita & sacrorum sta-

tuta canonum Principum cõstitutio nibus adiuuantur, vt sunt verba text. in cap. 1. de no. ope. nunc. Vbi etiam glo. dicit quod legibus vtendum est in causis ecclesiasticis, nisi canonibus contradi. cant. & licet non inueniamus in iure decisum quod clerici puniantur pœna amissionis bonorũ in eisdem casibus in quibus & laici, sufficere posset quod canones hoc nõ reprobant neque fieri prohibent: Et sicut quotidie in curijs ecclesiasticis bona ecclesiarum & patrimonialia clericorum quantuncunq; sint virtutibus præditi subsunt censuris legũ, & virtute earum in defectũ canonum auferuntur ab vno, & adiudicantur alteri etiam laico: quid mirũ erit si sic bona clericorũ flagitia committentium, imitatione legum seruata ab ipsis auferantur, & ecclesijs seu alijs pijs operibus applicentur. Quando verò alicui iudici longiori examinatione præmissa, & vrgentioribus fundamentis persuaso, vitum fuerit in aliquo casu hanc esse sequendã opinionem, si clericus damnatus filios legitimos habuerit, vt in eorum præiudicium eam nõ seruet cõsulo: Vt quid enim Ecclesia ditãda est, vel alij vsus pijs quærẽdi sunt, esurientibus filijs etiã parentis iniqui, quando nõ dispositione canonica, sed imitatione legali, paterna bona publicanda videntur? Posset etiã secũdò quærì in hoc proposito, an in casibus in quibus bona clericorũ confiscanda sunt, veniant omnia pariformiter, & sinẽ aliqua distinctione publicãda? In quo videtur dicendũ q; bona clericorũ siue sint mobiliavet immobilia, publicari possunt, quia in hoc nullũ solet adhiberi discriminẽ, vt per Hier. Paulũ, in libro prouinciali omnium Ecclesiarũ, fol. 44. versic. quid si præbyter. Si verò clericus damnatus haberet

vsum fructum alicuius rei, tunc ius ta-  
**b** lis usufructus non confiscatur<sup>b</sup> etiā  
 naturaliter viuentē usufructuario, ex  
 sententia Bald. at Salice. in l. 1. C. de  
 bon. libert. quos refert Alexan. in 1.  
 volum. consi. 27. inci. prima confide-  
 ratione. Bona præterea & iura quæ  
 non transeunt in extraneum hæredē  
 non potuerunt publicari confiscatis  
 bonis clerici dānati: quia fiscus habe-  
 tur loco extranei successoris. vt pro-  
 batur in l. iura. libertorum. & ibi no.  
 Bart. ff. de iure patro. & notat etiam  
 Bal. in dict. l. 1. & Alex. in l. in insulā.  
 ff. solu. matrim. in princip. & in l. Si  
 finita §. Si de vectigalibus. in col. 11.  
 ff. de damno infecto. ex quo venit  
 q̄ si clericus damnatus haberet em-  
 phyteosim ecclesiasticam, vel fœdū  
 ecclesiæ, tunc illam non venirent in  
**c** confiscationem, c̄ per ea quæ notant  
 Bald. in dict. l. 1. & Alexand. in dict.  
 consi. per text. in Auth. de aliena. &  
 emphyteo. §. illo. & in capit. Felteis.  
 §. Si qua verō. de poen. in. 6. & per  
 alia relata per Alexand. ibi, quæ  
 etiam vide afferentem q̄ concluditur  
 communiter quōd emphyteosis con-  
 cessa à priuato ea conditione & lege  
 quōd non transeat ad hæredem extra-  
**d** neum non confiscatur, d̄ dato q̄ sint  
 confiscata bona emphyteotæ, quod  
 dicit teneri communiter per Bar. Do-  
 ctō. in dict. §. Si de vectigalibus, &  
 alios quos ipse refert, & not. etiam  
 Ioann. de Imo. in cap. 2. de fœud. in  
 5. colum. versic. Sed aduerte. Si verō  
 clericus habet emphyteosim à priua-  
 to quæ posset ad extraneos hæredes  
 transire, tunc benè veniret in confis-  
 cationē bonorum clerici, & sine præ-  
 iudicio domini: quia erit sibi obno-  
 xia quō ad hoc q̄ ei debeat sua pe-  
 sio. ita notat Card. qui sic videri meo  
 est intelligendus in Clement. Nolen-  
 tes. de hære. in versic. *Inquisitoribus.*

in pen. col. quem primò vide in hac  
 materia volentem col. præcedenti, q̄  
 quando non posset emphyteosis cō-  
 fiscari, tunc ius meliorationum pos-  
 set confiscari. pro quo refert Specu.  
 & Ioan. And. quod est vtile ad de-  
 clarationem supradictæ cōclusionis  
 de emphyteosi ecclesiastica, & priua-  
 ti in casu in quo non potest confisca-  
 ri. An autem si clericus habere fœu-  
 dum non ecclesiasticum veniet in cō-  
 fiscationem, vide Alexand. in d. col.  
 23. in. 2. colum. versic. Idem videmus.  
 vbi concludit quōd fœdum quod  
 non transit ad hæredes extraneos nō  
 confiscatur. & vide etiā Paul. de Ca-  
 stro. in l. in insulā. ff. solu. matri. vbi  
 notat quōd in fiscum non transit fœu-  
 dum vel emphyteosis quæ post mor-  
 tem confiscati deuentura sunt ad fi-  
 lios, vt filios: Ex quo sequitur q̄ si cle-  
 ricus habet tale fœdum quod po-  
 test transire ad suos extraneos hære-  
 des, confiscabitur simul cum alijs bo-  
 nis. Pro quo vide quod not. Alex. in  
 d. §. Si de vectigalibus, in. 12. col. ver-  
 sic. Item addit, seruato tamen indēni  
 domino fœudi, cui post confiscatio-  
 nem soluetur pensio, & exhibebun-  
 tur alia obsequia quæ per possessore  
 fœudi præstari debent. Quod vide-  
 tur tenere Card. in dict. versic. Inqui-  
 sitoribus. vbi equiparat in hac mate-  
 ria res fœudales, & res emphyteoti-  
 cas, dicens, quōd quando crimē nō  
 est tale quod puniatur per leges fœu-  
 dales, q̄ nihil speciale inuenit in fœu-  
 dis: & q̄ generaliter dici potest q̄ res  
 fœudales & emphyteoticæ confisca-  
 buntur illi fisco cui confiscantur alia bo-  
 na dānati, semper tamen sine præiu-  
 dicio dñi: quod etiam not. Bald. in  
 l. Si quis præbyter. C. de Episcop.  
 & cler. Aduertendum tamen esset in  
 hoc quōd licet fœdum, vel Em-  
 phyteosis ex lege inuestituræ vel cō-  
 tractus

tractus posset transire ad extraneos heredes, si prohibitum esset quod ad ecclesiam deueniret, tunc seruanda erit lex inuestiturę vel contractus, & non applicabitur ecclesię, cui alia bona clerici damnati applicantur. Si autem clericus sic damnatus haberet bona subiecta restitutioni, tunc dicendum est, quod confiscabuntur bona illa cum sua causa, scilicet quod adueniente conditione fidei commissi, fiet restitutio per Fiscum, ita decidit Ange. in l. Papinianus. §. Meminisse. ff. de inof. testa. per l. ex facto. ff. ad Treb. & per alia de quibus ipse quod etiam probat tex. in l. Statius. Florus. in §. Cornelio Felic. ff. de iu. Fis. quod tamen intelligit Alexan. in dict. conf. in pen. colum. in casu in quo simpliciter sunt bona subiecta restitutioni, secus autem dicit quando expressę ellet prohibita alienatio a testatore: quia tunc etiam pendente conditione, non possunt transire in Fiscum: ex quo videtur quod in casu nostro bona quę clericus damnatus tenetur restituere simpliciter post mortem, manerent in confiscatione eius vita durante, secus si fuit in eis prohibita alienatio a testatore, quia tunc non confiscabuntur. Potest preterea & non impertinenter dubitari, an publicatis bonis alicuius clerici veniat in confiscatione patronatus? Et omisis quę a doctoribus in varijs locis, & cum varijs opinionibus trahuntur in hoc dubio, quando iudex laicus est qui condemnat patronum vt per docto. vbi glo. in Clementin. Pastoralis. de re iudi. & in cap. it. filius. vbi etiam gl. quam dicunt precedenti fore contrariam. 16. quest. 7. & in Cle. 2. de iure patron. & in cap. quanto. de iud. & per Imo. & alios in l. in insulam. ff. solu. matr. & per Fl. ri. in l. Via. §. si fundus. ff. de serui

rusti. prædio. in casu nostro non est aliqua cõtrouersia inter docto. quauis nullus eorũ quos ipse vidi questionem mouerit in specie, videlicet quando clerici patroni publicantur bona: sed ex his quę docto. aliqui tradunt facillè quęstio deciditur. Primò ex his quę notat Firmianus in tractatu de Episcopo, in. 4. libro, in. 4. parte, in. 3. quęsti. in fin. primę col. versi. Sed quæro vtrum. vbi tenet ius patronatus non transire in confiscationem iudicis secularis, sed iudicis ecclesiastici sic. Secundò ex cõclusionem quam facit Cæsar Lambertinus in elegantissimo suo tract. de iure patronatus, in tertio libro articulo. 8. octauę quęstionis principalis, in colu. 6. vbi tenet quod si iudex ecclesiasticus procederet propter aliquod delictum casu quo posset ad publicationem bonorum, alicuius patroni, sine dubio includeretur in patronatus, vt in Clemen. Pastoralis a contrario. §. Rursus. de re iudic. cura non dicerentur mittere falcem in messem alienam: & quod tunc non erit considerandum, an veniat principaliter vel accessorie, vel an exprimatur. in tali publicatione, vel non ius patronatus cum simus in casu in quo iudex habet iurisdictionem, cognoscendi de ipso iure patronatus etiam principaliter, in quo dicit concordare omnes doctores. Si igitur nullus doctorum dubitat quod in publicatione bonorum contra laicum patronum facta per Iudicem ecclesiasticum venit ius patronatus, non distinguendo, an sit facta publicatio simpliciter omnium bonorum, an alicuius castri, in cuius vniversitatem transeat, meritò ergo firmare audebimus quod publicatis bonis clerici, cõprehendetur ius patronatus. Nec in hoc curandũ existimo an illè habeat filios legitimos, vel nõ,

ex conclusione Cæsaris Lambertini in fin. verbis dicti octavi articuli, dum tenet quod in calu confiscationis bonorum patroni ius patronatus nullo modo transit ad filios, sed vel ad Ecclesiam vel ad filium, sicut potest transire ad extraneos. Ex quibus ultimis suis verbis, & ex his quæ supra etiam diximus venit hæc mea sententia moderanda, nisi ex constitutione ius patronatus autoritate illius ad quem spectat, dispositum esset quod ius illud patronatus non posset transire nisi ad agnatos, vel ad aliquos homines habentes certas qualitates, vel conditiones: quia tunc non comprehenderetur ius patronatus in publicatione bonorum clerici, sed seruetur dispositio concessionis vel institutionis illius. Sed hac sit quæstione sine aliqua difficultate decisa, restat nunc aliud dubium eneruandum: cum enim ex infra dicendis appareat quod bona clerici publicata applicari debeant Ecclesie à qua recipiebat stipendia, vel Episcopo ut in pios usus distribuatur, merito dubitari poterit, quid tunc faciendum est de iure patronatus quod perdidit clericus. Et in hoc crederem (saluo meliori iudicio) posse dici quod cum Ecclesia cui applicantur bona ratione beneficij, vel stipendij, non indigeat iure patronatus, neque illud possit facere eam ditiores, quod iustius erit quod episcopus decernat ecclesiam esse liberam in qua erat constitutum ius patronatus, & quod idem faciat & fortiori ratione, quando bona debent distribui in pios usus: cum non debeat videri ius patronatus ut pretium distribuatur in eis, nec deceat, nec liceat quod ipsi sibi retineat, nisi in casu quo tale ius patronatus clerici esset annexum alicui castro, vel rei vniuer-

sali: quia tunc iustum est ut sequatur castri vel rei possessorem. Quæri etiam potest, an publicatis bonis clerici filij familias, veniat peculium *castrense*, aut aduentitium, vel profectitium publicandum? Et in hoc dubio si sequamur iura ciuilia, & doctrinam doctorum loquentium generaliter, dicendum est quantum ad peculium *castrense*, quod non casus est in l. Si filius. C. de bonis damna. & notat glo. quam ibi sequitur Bart. in l. 1. ff. de bonis dam. & idem tenet Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. versic. sextò quæro. penul. col. ff. de damno infec. Idem videtur velle Bald. in l. si filius. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. per. d. l. si filius. C. de bonis dānatorum. Vbi etiam dicit quod aliqui dixerunt quod illa lex erat correctæ, sed non rectè considerauerunt. & vide eundem Bald. in d. l. Si filius. vbi dicit quod hoc est in solatium filij amiffi, ut damnato filio pater retineat peculium castrense, & quasi castrense, qui præterea intelligit. l. illam in filio in potestate, & quod secus esset in emancipato. cum non habeat peculium, ut l. fin. in fine. C. de inoffic. testamen. & hanc etiam opinionem videlicet, quod peculium castrense non publicatur, sequuntur Imol. & Paulus de Castro in dicto. §. Si de vectigalibus, prout refert vbi Alexand. in colum. 21. 22. vbi defendit hanc opinionem Ange. tenente contrariū. Quantum verò ad aduentitium, idem concludit Bart. in dicto. §. Si de vectigalibus, allegato versic. Sextò quæro, & seq. videlicet quod etiam proprietates aduentiorum bonorum quæ est filij, non publicatur ea ratione: quia filio est interdicta omnis alienatio sine patris consensu, ut C. de bo. quæ lib. l. Cum non solum. §. filius autem. ergo delinquendo non alienabit: mouetur etiam per

per tex. in l. 2. §. Sed utrum. ff. de mi-  
no. Idem tenet. Bal. in l. 2. §. Si filius.  
ff. quod quilibet iuris. & in l. Execu-  
torem. in princi. in ultima charta. C.  
de executio. rei iudic. & in dicto. §.  
Sed utrum & Angel. & Imol. in l. Si  
filius. ff. de dam. infect. quos refert  
Alexan. in di. §. Si de vectigalibus.  
19. column. versi. Adde primò. Præ-  
terea quantum ad peculium profecti-  
tium idem dicendum est, videlicet qd  
non veniat in publicatione bonorū  
filij, etiam si habuisset filius a patre ex-  
presse potestatem donandi, & dissi-  
pandi, quia non ex potestate donan-  
di: quia hæc non est donatio, nec ex  
potestate dissipandi: quia non intelli-  
gitur cogitatum de delicto. ita conclu-  
dit Alexand. ubi supra in. 23. colum.  
versic. Item adde. & dicit ita decide-  
re eleganter Angel. in l. Si filius. ff.  
de dam. infect. & cum eo trāsire ibi  
simpliciter Imol. & idem videtur col-  
ligere Bar. ex glo. in d. l. 1. ff. de bon.  
damna. notando verba glo. ibi dum  
dicit. *Etiam castrense.* ex quibus ver-  
bis innuit glo. quod nec aduentitium,  
nec profectitium. Cum ergo in iure  
Canonico & civili nō sit aliter in hac  
materia dispositum circa hæc pecu-  
lia in clericis, meritò videtur conclu-  
dendum quod publicatis bonis cleri-  
ci filij familias, nullum prædictarum  
peculiorum publicabitur: cum sacri  
ordines etiam presbyteratus non li-  
berent filium a potestate patris, ut est  
tex. & ibi Abb. in c. Constitutus. de  
in integ. resti. & in cap. Si annum. de  
iudic. in. 6. & in authent. Presbyte-  
ros. C. de Episc. & cler. & per Doct.  
reprobata glo. ibi in cap. Cum volun-  
tate. de senten. excommuni. Nec in  
hoc aliquid immutat conclusio Do-  
ctorum quæ habet, quod in bonis  
aduentitijs clericorum, etiam primæ  
rationis acquisitorum eis, post cleri-

catum, non quæritur patris ususfru-  
ctus, s quia reputatur bona quasi ca-  
strensis, ut probatur in c. Quia nos.  
de testa. & ibi notant Abb. Hostien.  
& Barba. & ponit latius doctor no-  
ster Hispanos Rodericus Suarez in  
quest. Vtrum in bonis maioratus pa-  
ter habeat usufructum, in fol. pe-  
nulti. col. 4. vsque ad finem: quia li-  
cet per hoc videatur quod talia adue-  
titia clericorum non habeant naturā  
aliorum aduentitiorum laicorum, sa-  
tis est quod assimilentur bonis quasi  
castrensis, quæ etiam ut supradic-  
tum est non publicantur. Ultimò au-  
tem pro pleniori examinatione hu-  
ius ca. opere præteritum est quærare in  
casibus in quibus dispositione cano-  
nica, aut imitatione legali bona cleri-  
ci publicari possint cui tandem ap-  
plicari debeant. & in hoc dicendum  
videtur quod seruanda sit dispositio  
text. in cap. excommunicamus. el. 1.  
de her. §. 1. in qua cauetur. Quod bo-  
na clericorum damnatorum, de hære-  
si applicantur ecclesijs a quibus stipē-  
dia receperunt. Et si clericus recepit  
stipendia a pluribus ecclesijs, tunc in-  
ter eas diuidentur bona pro rata, ut  
per glo. ibi, in verbo, Stipendia. Vn-  
de hæc videtur practica seruanda in  
omnibus casibus, in quibus bona cle-  
rici habentis beneficiū vel plura be-  
neficia publicantur. Erit ergo curæ  
Iudici qui bona cleriçi publicari mā-  
dauit, diuidere ea iuste inter ecclesias  
in quibus beneficia habuit: & si ali-  
qua ecclesiarum sita fuerit extra suam  
dioccesim, & omnia bona cleriçi fue-  
rint in eius potestate, tunc debet  
mittere illi portionem sibi contingē-  
tem. At si in loco beneficij extrā  
dioccesim constituti fuerint aliqua  
bona cleriçi, quæ pertineant ad illam  
ecclesiam, tunc eius erit officij, intima-  
re iudici illius diocesis sententiā

ā se latam, vt illam in prædictis bonis exequatur: in casibus in quibus sententia lata super confiscatione bonorum exteditur ad bona sita extra iurisdictionem pronuntiatis, de quo per Domi. in capit. Cum secundum. ad fin. de hæreti. in. 6. & per Ancha. in capit. Postulasti. 8. quæstio. de foro compet. & per bonam additionē Felin. in dicto capit. Postulasti. in. 3. colum. Et quia text. non distinguit an bona damnati clerici recipientis stipendium ab ecclesijs fuerint patrimonialia vel ne, acquisita intuitu ecclesie vel nō, videtur velle quod omnia bona indistinctè clerici habentis beneficium, applicentur ecclesie in qua illud habebat, quod videtur magis effectus: nam posset contingere quod ratione alicuius tenuis beneficii possessi à clerico, posset ecclesia patrimonium pingue clerici, vel alia plura bona eius industria seu arte quæ sita sibi acquirere. In casu verò in quo clericus damnatus non haberet beneficium, & sic non esset aliqua ecclesia cui applicanda essent eius bona, tunc credit Abb. in dicto capitu. excommunicamus. in. 1. colu. deberi ea applicari Episcopo loci qui distribuatur in pios vsus: cuius opinioni adhæret ibi Ana. in. 2. colum. Nec curandū est in hoc de eo quod scripsit Oldra. in consi. supra allegato, videlicet quod Episcopus non habet confiscationem bonorum, cum non habeat territorium: nam vt inferius latius scribimus, in verbo pœnifvè alijs pecuniarijs, verior opinio est & consuetudine robotata quod

**h** Episcopus habet fiscum. Episcopum autem loci in hoc casu eum esse credo, qui est Episcopus diocesis in qua fertur sententia publicationis bonorum, dum tamen aliàs sit Iudex competens, in cuius curia de delicto cle-

rici tractari poterat. Caueat præterea episcopus cui prædicta bona applicantur, ne ea conuertat in suos vius: quia præter id quod sacri canones nullibi bona sic confiscata Episcopis applicant, de cetero qui ea illis applicanda scripserunt, tali tamen onere hoc describunt, vt illa in pios vsus consumant. De quo scripsit Felin. in capit. irrefragabili. 5. Cæterum, de offi. ordina. Crederem præterea in hoc iudicandum esse non solum pium, sed debitum vsus, in quo dicta bona expendi possint & deberent, in alimentis videlicet clerici damnati, dum viueret, ne aliàs fame mori cogeretur, aut esset aliundè mendicandum pro eius sustentatione.



**C**onsuetudo restandi. Adde Martin. Nauarr. in manu confessor. cap. 25. nu. 128. quo loco scribit, consuetudine iam obtentum esse, clericos ab intestato morientes habere successores fratres, vel alios consanguineos. Et vide eundem in tracta. de redditibus ecclesiasti. super cap. fin. 16. q. 1. q. 2. fol. 74. & in apologia quæstio. 1. monit. 50. & 3. quæstio. moni. 4. & hæruditissimum D. Fran. Sarmic. de reddi. Ecclesi. 2. par. c. 6. cū aliquibus sequen. D. Couar. in cap. cum in officijs. nu. 9. de testa. Did. Perez in l. 1. titu. 3. lib. 1. ordi. in fine glo. magna Petr. Dueñas regul. 366. vndecima lini. Grego. Lup. in l. 53. versu. *Que los ganen con derecho.* tit. 6. par. 1. vbi dicit Regijs Hispaniæ constitutionibus cautum esse, in clericorum successibus, consuetudines seruandas esse quem vide.

**N**on confiscatur. Adde quod contrariam opinionem tenet Alberic. in l. corruptione. in fine. C. de vsu fructu & in auth. si verò domus temporaria.

**A** Clericis ab intestato morientibus cō sanguine propinquiores succedunt

**B**

poralis. C. de hæreti. Ange. in l. si postulauerit. §. iubet. ff. de adulter. vbi Alexand. in addi. ad Bart. & plenius in l. si finita. §. si de vectigalibus. colum. 25. ff. de dan. infect. Bart. Cassa. in consuetudin. Burgun. rub. 2. §. 2. num. 17.

**C** *In confiscationem.* Adde Philipp. Deci. & multos doctores quos ipse allegat in capit. in præsentia. numer. 48. de proba. Gozadin. consi. 39. Cassa. in consuetudi. Burgun. rub. 2. §. 2. in glo. *Et est à entendre.* num. 10. Aegi. Bofsi. in tractat. delictor. titul. de bonorum publi. num. 60. & hanc esse commun. opinionem fatetur Iacob. Septiman. in Catho institut. nu. 98. Licet contrariam opinionem post plures iuris interpretes veriorrem asserit Echin. in capit. in præsentia. numer. 27. de proba. & eandem ait communiter approbatam Corne. consi. consi. 13. lib. 3. Simancas tamē in dict. capit. opiniones has concordat quem vide omnio.

**D** *Non confiscatur.* Adde eundem Alexand. Imo. & Roma. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infect. Curt. consi. 4. post feudorum tracta. columna. 7. Bofsi. in dict. titul. de bono. publi. num. 19.

**E** *Ius patronatus.* Adde gloss. in cap. filijs. 16. quæstion. 7. Abb. & docto. in cap. nobis. de iure patro. Deci. in cap. quanto. nu. 7. de iud. Ioan. Lup. in rep. rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 39. numer. 7. Aug. Ari. in tract. malifi. in addi. ad Ang. in verbo, *Et eius bona.* nume. 17. Eman. à Costa in cap. Si pater. de testam. libr. 6. in. 2. par. Trebelli. num. 7. Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 24. num. 26. lib. 1. cap. 24. num. 26. Iuli. Clar. libr. 5. recep. senten. §. si. quæst. 78. Didac. Perez in l. 1. titu. 6. libr. 1. ord. in gl. *Si el que fuere.* ver. octauo.

*Publicandum.* Adde Bartho. Cass. F in consuetud. Burgun. rub. 2. §. 2. nu. 20. Bofsi. in d. tit. de bonorum publi. nu. 71. & doctissimum Olan. in decis. Pedamon. decisio. 94. Iul. Claudi. quæst. 78.

*Vsus fructus.* Adde Ioã. Lup. in rep. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 42. num. 6. D. Couar. in capit. quia nos. de testa. num. 2.

Quam tamen opinionem veram esse exillimo, quantum ad bona quæ sita per filium, post sacrum susceptum ordinem vt hic capertē sentit Autor. quam opinionem professus fuit Io. Fab. in auth. ingreysi. C. de Sac. Ecclési. Deci. in cap. præsentia. de proba. nu. 62. Ioan. Lup. dict. §. 42. nu. 12. Dida. Perez in l. 1. tit. 3. libr. 1. ordi. in glo. *Los sacerdotes.* versu est etiã quidquid Abb. senserit in dict. capi. in præsentia. num. 56. dicens opinionem hanc esse veram etiã quo ad bona antè clericatum quæ sita in quibus vsus fructus patri iam quæ situs erat. Qui manifestè labitur quia in bonis acquisitis à filio antè clericatū, pater nō amittit vsum fructū, licè postea, si filij clericus efficiatur. ita cōtra multos resoluit Pinel in l. 1. p. 1. n. 42. & 43. C. de bon. mat. Mol. ad Dec. in. ca. in præsentia. nu. 64. litera O. de proba. Mol. de prim. Hispaniæ lib. 1. c. 19. n. 28. Rod. Suar. in. q. maior. n. 37. Telli. Fer. in l. 5. Taur. n. 4. & opinionē illā veriore & receptiore esse testatur post huius operis editionē Cald. Pereyra. Lusitanus (vir sanè subtilis & accuti ingenij) in l. si curatorē habēs in verb. Lesis. n. 105. C. de in. res mi.

*Haber fiscum.* Vide autorem infra cap. 140. & quæ ibi annotaui.

## Verberari.

CAPVT, CXXXIII.

Ff 4 1 Pæns

Pater vsu fructu etiam retinet in bonis filij antè clericatū quæ sitis.

Cald. Pereyra Lusitanus laudatur.



- 1 *Pœna verberum in clericorum personis qua causa sacris canonibus fuit instituta.*
- 2 *Præsbyteri non nisi pro grauibus criminibus verberantur.*
- 3 *Clericus, etiam cum mandato ecclesiastici iudicis, non potest per laicum verberari.*
- 4 *Ecclesiastici iudices nulla irregularitatis labe afficiuntur, etiam si ex verberibus sanguinis effusio interueniat.*

**P**OENA verberum in clericorum personis à sacris canonibus recepta est. <sup>a</sup> Et hoc forsitan quòd cum dolore & citra vitæ ac membrorum periculum corrigat, de eaque mentio fit in capitul. 1. 5. quæst. 1. & in capit. nullus clericus. 1. 1. quæst. & in cap. Cum beatus. 45. distinct. quod est concilium Bracarense tertium in cano. 6. & in cap. 1. fin. 35. distinct. quod est concilium Agathense. & in capi. 1. fina. verbis, de calumnia. Ex quo ibi notat Abb. in vltim. nota, quòd Ecclesia potest clericos publicè verberare. Cumque cessent in illis cæteræ pœnæ mortis, ac membrorum mutilationis, nimirum si hanc tanquam paternam correctionem antiqui illi patres sacrorum Canonum conditores admiserint. Vide tamen in hoc distinctione quam facit text. & gloss. in dict. capitu. Cum beatus. videlicet, quòd præsbiteri, abbates, & leuitæ nullis debent verberibus subiacere, exceptis grauibus, & mortalibus culpis: minores tamen clerici verberantur pro minoribus culpis. & idem notat Præpo. in dict. capitu. 3. fi. 35. dist. In qua tamen imponenda pœna iudices ecclesiastici aduertere debent semper, quòd in casu quo clericus uenit verberandus, non potest

nec debet verberari per laicum etiam de mandato suo, vt in capitul. Vniuersitatis. de excommuni. & per glo. in capit. Si clericos. eod. tit. lib. 6. & ita etiam disponitur in. l. 56. titul. 5. par. 1. vbi dicit lex, quòd tam Prælati mandans, quam laicus obtemperans in hoc excommunicatus est, sed debet per ministrum ecclesiæ verberari, vt not. Card. de Turre Cremata post Hugo. in cap. Illi qui. 5. quæst. 5. & secundum eos cõstitutus in minori ordine poterit etiam præsbiterum verberare. Imò plus voluit Abb. in capit. Intèr alia. in colum. 4. de immu. eccle. quòd pro honestate ecclesiæ clericus debet verberari in ecclesia, & per clericum, & non per laicū, allegando dict. capitu. Vniuersitatis. Quàdo verò clericus est incorrigibilis, potest per laicum verberari, vt not. glo. in summa. 45. distinct. allegando. tex. in capit. vt famæ de sent. excommu. Tu tamen lector aduerte an tex. ille probet hanc conclusionem, cum nihil de verberibus disponat: sed de captura facienda per laicum, & intèr hos duos actus, non paruum videtur esse discrimen. Nam difficilius capitur clericus nisi per laicos. Captum tamen clericum verberare per alium clericum in minoribus saltem, non sic difficile est. præmaximè quia in quavis republica ministri deputati ad capturam delinquentium laici sunt. ideo videndum est an sola autoritas glo. sufficeret ad veritatem huius conclusionis. quam tamen simpliciter sequutus fuit Bartachi. in tracta. de Episcopo. 3. par. 4. lib. de potestate & autoritate Episcopi in temporalibus circà personas. versic. quarto, quæro an Episcopus. Et aduerte quòd iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem fustigandi & verberandi, & sententiam suam potest super his

his mandare executioni absq; scrupulo irregularitatis, licet in fustigatione vt in plurimum interueniat aliquis effusio sanguinis: quia illa qualis, qualis effusio non consideratur, cum non veniat principaliter ex sententia, sed accidat ex postfacto, & satis est quod in sententia clerici nō infertur pœna, ex qua principaliter, & immediatē veniat sanguis. ita Pau. Grillan. in tractat. de relaxatione carceratorum, in. 5. quæsti. & licet huic conclusioni videatur refragari text. in cap. Archiepiscopatu. de rapto. & gloss. ibi. in capit. his à quibus. 23. q. vltim. tamen crederem saluari posse dictum huius doctoris, quando illa sanguinis effusio esset, vt ipse dicit aliquis: nam text. i. dict. cap. in Archiepiscopatu, non reprobatur, si aliquis sanguis est flagellis profiliat, sed quod flagella in vindictam sanguinis transire videantur: vnde prohibet vindictam sanguinis, non verò accidentalem effusionem. Vnde nec existimo necessarium vt audiui, face re aliquos indices quod flagellandos induunt lineis vestibus intinctis cæra, vt desuper flagellentur, dum enim scrupulis consulunt, correctionem inutilem & parum timendam efficiunt. Vel verius in hoc dici posset, quod etiam si iudex prætenderet in pœna verberum vel fustigationis effusionem sanguinis. & verè succederet. & in magna quantitate, non propter hoc incurreret irregularitatem cum hæc non contrahatur nisi sola morte, vel membri mutilatione, vt notat Abb. in cap. 1. num. 8. qui clerici. vel voun. & Cardin. Clemē. si furiosus. per text. ibi, de homic. colum. vltim. quæsti. 31. & per text. in capi. in Archiepiscopatu. de rapto. quem pro hac conclusione ponderat, & respōdet ad text. in capit. cum illorum. de

senten. excommu. Et vide Sylue. qui refert Abb. vbi supra, in sua summa, verbo, homicidium. 3. §. Tertiō quæritur.



*Recepta est.* Vide Gregori. Lup. in l. 48. tit. 6. in ver. *En lo temporal.* par. 1. & in l. 56. tit. 5. in verbo, *Descomulgados.* eadem part. Petr. Grego. 3. par. Syntag. iuris. libr. 31. capit. 11. per totum. Nota tamen quod hæc fustigationis pœna clericorum in Mediolanensi dominio non seruatur, vt memoriæ protulit Iul. Clar. libr. 5. recep. senten. §. fin. quæstio. 70 versic. Et etiam. Prout nec illam esse in vsu Regno Franciæ testatur. Practi. Mileij. fol. 148. num. 53. Nec ego sanè imponi vidi ab hic. 27. annis in hac celeberrima Complutensi curia. Nō tamen me præterit quod pœna ictus fustium olim iudices Ecclesiasticos aduersus clericos vsos fuisse, vt auctor est, Diuu. August. qui Marcelo scribens ait, *Confessionem Verberibus eruisi.*

*De mandato suo.* Adde Greg. Lup. B in dict. l. 56. Petrum Plaça, in Epito. delicto. cap. 11. num. 19.

**A**  
Pœna  
Verberum  
cōtra  
clericos  
licet  
antiqui-  
tus rece-  
pta ho-  
die ve-  
rō mini-  
mè.

## In exilium mitti.

### CAPVT, CXXXIIII.

1. Pœna exiliij per ecclesiasticos iudices infligi potest.
2. Episcopus vel alius ecclesiasticus iudex non poterit clericum exilio damnatum rebannire.
3. Clericus de facto in exilium missus potest per eundem iudicem reuocari.

**E**cclesiastici iudices possunt imponere poenam exilij, vt probatur in cap. 1. de calum. & in capit. pen. de poeni. & in cap. Hi qui. 2. questio. 4. & in cap. Cum beatus. 45. distinct. Et notant doct. in cap. Cum non ab homine. de iudi. licet ibi Anto. nitatur colligere arg. ex illo text. quod ecclesia non habet poenam exilij, cui in hoc aduersatur Barba. ibi, in columna. 6. versu. Et dicit hoc. Vbi naq. poena certa non est imposita a iure, & delictum quod venit puniendum in clerico, videtur quodammodo coherere alicui loco, prudenter se habent Iudices ecclesiastici. si delinquentibus clericis poenam inferant exilij. Sicut enim occasio delinquendi facile precipitat etiam eos qui aliquam virtutis curam habere solent, sic eadem occasione sublata facilius est a difficili & asperrima vitiorum semita, ad amoenissimam virtutis viam reuocari. Quod bene comprobant verba illa singularia sanctissimi Hispanie nostrae doctoris clarissimi Isidori, insignisq. vrbs Hispaleñ. Praesulis praefulgidi, quae Gratianus intexuit in cap. Valet. 81. distinct. Valet (inquit ille) interdum conuersis pro salute animae suae mutatio loci. Plerunquē enim dum mutatur locus mutatur mentis affectus. Congruum est ergo & inde etiā corporaliter euelli, vbi quisque illecebris deseruiuit. Nā locus vbi quisque prauē vixerit, in aspectu mentis apponit, quod saepe ibi cogitauit vel gessit. Aduertat tamen in hac materia Episcopus vel eius vicarius q. postquam clericus propter crimen est damnatus ad poenam exilij legitima causa, & probatione subsistente, non potest ab exilio reuocari, & sic non potest ab exilio reuocari, & sic non poterit clericum

exilio damnatum rebannire. ita notat Praepo. argum. tex. ibi in capit. In primis. 2. questio. 1. Ratio est secundum eum, quia ex quo legitime est missus in exilium, inferior non potest super istis gratiam facere: vt habetur in cap. Cum titu. de re iudi. Facit etiam text. in l. Releti. ff. de poen. Ex quo ibi not. Bar. q. missus in exilium solus princeps & non alius potest dare licentiam veniendi, & quod reuertatur, quem vide ulterius etiam dicentem q. quilibet iudex potest dare licentiam exuli reuertendi ex iusta causa: quod est notandum in nostro proposito, qui per hoc videtur quod Episcopus vel eius vicarius posset idem facere ex causa iusta. Si tamen clericus esset de facto in exilium missus, tunc bene potest per eundem iudicem reuocari secundum Praepo. vbi supra argum. tex. & quae ibi notat Bal. in capit. Ab excommunicato. de rescip. Idem Bal. & Ias. in l. Si pacto quo poenam. C. dict. pact. de quo ego latius scripsi in meis doctrinis magistratibus, in doctrina incipienti. factum de facto.

**R**atiam facere. Vide Regiam l. 2. titu. 32. par. 7. vbi Gregor. Lup. in gloss. *El Rey*. Ias. in l. 1. §. & post operis. ff. de noui. oper. nun. Ioann. Fab. in l. poenam. C. de penis Iacob. in l. Imperium. ff. de iur. omn. iudi. Doctor Auen. libr. 1. de mand. Reg. Hyspan. cap. 7. num. 13.

**R**euocari. Adde quod hunc spectat quod voluit gloss. not. in capi. Primates. 2. questio. 1. quod depositus de facto etiam de facto restituitur. quā in id expendit Bal. in cap. accidens. 1. in fine vt lite con. Et q. factie de facto possit per eundem iudicem reuocari probat tex. optimus in l. 1. §. hoc edictum

editum. ff. si mulier ven. nomi. gloss. in. l. minor in prin. in verb. *Secus*. ff. de eucti. Innoc. in capit. quærellam. colum. 3. vbi Bal. colu. vltim. de elect. idem Bald. in. l. 1. ad finem. C. de prohi. sequæst. pecuni. & in. l. 2. C. de seruituti. Specul. in titu. de primo & secun. decre. §. iam de effectu. versic. quid si iudex Anton. Abb. & Decius in cap. cum cessante. de appella. Petrus de Ancharr. consil. 6. colum. penultim. Felin. in cap. qualiter & quando. 1. colum. versic. tertio limita. de accusa. cum multis allegatis ab Andre. Tiraquel. post leges conu. gloss. 5. num. 15. Sebast. Van. in tract. de nulli. in parte, *Quid sit nullitas*. num. 16.

**Deponi.**

**CAPVT, CXXXV.**

- 1 *Depositionis diffinitio.*
- 2 *Clericus pro nullo crimine potest deponi nisi in iure exprimat, nisi in grauib, enormibusque criminibus.*
- 3 *Que crimina digna sunt depositione, iudicis arbitrio relinquuntur.*
- 4 *Clericus depositus ab officio, celebras qualiter puniatur.*



**D**epositio est perpetua remotio ab altaris ministerio, notat Abb. in cap. At si clerici. de iudi. colum. 1. & refert ibi Decius colum. 4. versic. quinto nota. Et depositus simpliciter intelligitur depositus perpetuo, licet non exprimitur. vt per glo. no. in cap. 1. in glo. in fin. 50. disti. vbi Domi. & tenet Decius vbi supra. & vide gloss. nota. quæ probat istam conclusionem in cap. accedens. 50. dist. vbi tamen vide sing. distinct. Præp. in hoc artic. & nota quod regulari-

ter pro nullo crimine potest deponi clericus, nisi de iure aliud exprimat, notat Domi. in. §. de his. l. distin. & in cap. 1. 35. distinct. nisi in grauib, vt ibi per cum: quod refert Decius in dict. cap. At si clerici. in prin. in colum. penultim. de iudi. Item pro delicto enormi potest fieri depositio. ita dicit Abb. in capit. fina. de celeb. miss. allegat text. in capit. Tuæ de penis. qui tex. dicit, *Magnis sceleribus*: quod verbum *Magnis*, plura delicta comprehendere videtur, quam verbum, *Enorme*. & vide Anton. in cap. Cum dilectus. de purg. cano. colu. 6. versic. Caue quia illud. qui ex verbis Innoc. ibi colligit vnam theoricam, quam dicit tenendam pro vera, quod vbicunq; pro aliquo delicto venit imponenda poena mortis, tunc de iure Canonico in locum ipsius intelligitur subrogata poena depositionis: quod refert & sequitur Felin. in ca. qualiter. el. 2. §. Ad corrigendos. 4. colum. de accusa. tanquam ordinaria imponatur. Aduerte tamē in ista materia quod Decius in capit. At si clerici. in colum. 20. de iudi. versic. De secundo. colligit duas conclusiones ex Abb. ibi. Prima, quod poena depositionis nō imponitur, nisi pro graui crimine. Secunda, quod quæ dicantur crimina graua relinquuntur arbitrio iudicis, ex quo postea, in eadem colum. versic. Secunda conclusio, dicit q̄ erit in arbitrio iudicis quæ crimina dicantur requirere depositionem. Et vide etiam q̄ notat Abb. in cap. Latores. de cleri. excommuni. de quo supra memini in parte suspensionis, excommunicationi, &c. Item not. quod ad depositionem præbyteri nō semper requiritur dolo, sed supina ignorantia equiparatur dolo, quo ad hoc. ita notat Abb. ex text. ibi, quem dicit valde notabilem

lem

lem in cap. fin. de celebra. missa. Et aduerte, quod si depositus ab officio celebrat, priuatur participatione corporis & sanguinis Domini, & permanet in hac excommunicatione, vsq; ad diem vltimum, ita vt viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat: vt habetur in ca. Accedens. 50. distinct. ibi notat Præpo. & in ista materia depositionis vide Archi. in cap. presbyteri. cl. 2. 5. quæsti. 6. vbi tradit nimis generalem & dubiam doctrinam (videri meo) videlicet quod si clericus deponitur pro aliquo crimine potest à iudice seculari adhuc puniri pro eodem: sicut enim accidit quem diuersis legibus teneri pro eodem crimine, sic eodem modo lege & Canone. Nam clericus depositus non efficitur de foro iudicis secularis propter solam depositionem, quo modo ergo poterit per ipsum puniri? Præterea nõ sequitur: potest quis teneri diuersis legibus pro eodem crimine, ergo clericus potest puniri pœna canonica per episcopum, & ligari per iudicem secularem non præmissa degradatione & traditione. An autem clericus depositus possit restitui per Episcopum, vide Gondi. Villa. in tract. de legato, par. 1. quæsti. 14. n. 63. Tomo. 2. tract. diuersorum Doctorum, fol. 292. Et vide in Pontificali. fol. 204. col. 1.

### ANNOTATIO.

**A**Dde quod cum in præcedentibus capitibus, multa de huius capituli argumento scripta sunt, repetenda non duxi vide tamen ultra ea Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæsti. lib. 2. centu. 5. casu. 415. Iul. Clar. in pract. crim. 5. fin. quæsti. 74.

## In arctum monasteriũ detrudi.

### CAPVT, CXXXVI.

*1. Clericus depositus, in monasterium antiquo iure detrudendus erat, licet hoc hodie ab aula recesserit.*

*2. Alimenta quo modo ijs ministranda sunt, qui in monasterio ad pœnitentiam deputatur.*



**A**Ntiquis illis ac venerandis patribus qui futuro vniuersalis ecclesiæ statui nedum claritate, ac sanctorum monia vitæ suæ, sed pijs sanctionibus consulunt, non minus fuit cura delinquentium pœnas decernere quam eorum futuræ emendatæ prouidere, nõ satis suo animarum zelo mirabili esse censentes, si facinorosis inflicta pœna (quæ alijs similia perpetrãdi metum ingessit) ipsismet admisa deplorandi non præstaret oportunitatem. Ac idcõ post depositionis pœnam statutam, vel depositi ad agendam pœnitentiam in monasterium aliquod detruderentur, ordinarunt, vt sic eos monachorum integritas ac venustas confunderent, & vitæ austeritas ad amplectendum voluntariè pro suis excessibus pœnitentiam suaderet, ac charitas (quæ dum verior est, in vitijs prolapso magis subleuat quam improperat) ad agnitionem culpæ, & spem veniæ commoveret. Vnde regulare est, quod episcopus debet assignare clerico, quem deponit, monasterium vbi peccata lugeat, & illa vltèrius nõ committat, vt in cap. Sacerdos. 81. distinct. Sed hoc vt videmus, recessit ab vsu: quod forsan euenit ex eo quod iudices ecclesiastici adeo segni-

segnitèr laborant crimina punire, vt rarissimè videamus eos delinquentibus depositionis pœnam inferre. Itē & ex alio capite, quia omnia monasteria iam sunt ab episcoporum iurisdictione exempta. & ideò non sic iudicibus datur facultas assignandi monasterium. vnde Alexan. Tertius reputans hanc detrusionem non ita facilem dum illam fieri præcipit in cap. Sicut dignum. in. 5. Clericos. de homi. addit conditionem, *Si fieri potest.* forsan de possibilitate dubitans, nō tam propter penuriam monasteriorum, quam propter voluntatem recipiendi detrudendos in eis. Aduerte tamen quòd Præpos. in cap. Si euangelica. 55. distinct. notat ex text. ibi, quòd clericus qui non est sufficienter punitus pro gravitate delicti cum sola depositione, potest detrudi in monasterium: ex quo videtur, quòd non indifferenter post depositionē debet succedere inclusio. Quomodo autem alimenta ministranda sunt ijs, qui in monasterio ad pœnitentiam de putantur, vide bonum tex. Greg. in capit. de lapsis. 16. quæstio. 6. vbi vide Archid. dicentem quòd pauperes clerici ponendi sunt in monasterijs à diuitibus, aut alendi ab Episcopo. Et de materia huius capit. vide q̄ scribitur in sequen.

**A** **R**ecessit ab usu. Adde doctissimum verum Iulium Clar. in practi. crimin. 6. fina. quæstion. 70. versicul. sunt etiam.

Ac in perpetuum carcerem damnari.

CAPVT, CXXXVII.

- 1 *Pœna perpetui carceris quando ab ecclesiasticis iudicibus sit imponenda.*
- 2 *Episcopus irregularitatis labe afficitur qui arctum locum alicui constituit, si in eo ex defectu aeris vel cibi moriatur.*
- 3 *Testamentum clerici ad perpetuum carcerem damnati, an valeat.*
- 4 *Episcopus, qui condemnat clericum ad perpetui carceris pœnam, an possit minuendi pœnam suo arbitrio potestatem seruare.*

**H**uius pœnæ fit mentio in cap. penul. de hæret. & in c. Nouimus. de verb. sig. & in Extrauagan. Diuinis exemplis, quæ est sub titu. de pœnis. in Extrauagantibus communibus. dicitur autem hæc pœna perpetui carceris capitalis a secundum Bald. in. l. reos. in princ. colum. 1. de accusat. quem refert Felin. in cap. Qualiter. el. 2. 5. Ad corrigendos. in colum. 4. de accusat. Quæ quidem pœna si ab ecclesiasticis iudicibus imponeretur, vbi delictorum qualitas exigit, custodia tali, vt re vera perpetua esset longè leuius censerentur punita laicorū delicta naturali morte, quam clericorum perpetuo carcere. Nam vt Card. scripsit in ca. Cum non ab homine. de iudic. longè minor pœna est statim mori, quam diu affligi sine salutis spe. Quando autem ista pœna vel præcedens imponi debeat, Innoc. in cap. qualiter. el. 2. de accusat. in colum. penultim. versis & sunt. videtur velle quòd hæc pœna carceris æquiparatur pœnæ damnationis in metallum iuris civilis. Vnde secundum videretur imponenda in casibus quibus iure civili quis punitur pœna tali. & ad hoc refert eundem Innocen. Ioan. de Anr. in consi. 1. in colum. 2. Abb.

Abba. tamen. in cap. Tuę de pœnis. tradit talem doctrinam, q̄ ubi pro delicto imponitur pœna mortis de iure civili, tunc depositus detruditur in carcerem perpetuum: quando verò imponitur pœna alia citra mortem, tunc detruditur in monasterium. Contra quem iurat Philip. Decius. in cap. Cum non ab homine. in col. 6. versic. Sed ista doctrina. de iudicando quòd hoc non est verum, quia in calu. ca. Clerici. de excel. Prælat. & in cap. Tuę. de pœnis, fit detrusio: licet de iure Civili imponatur pœna mortis, & refert Aretin. latē scribentem in hoc, in colu. 9. qui concludit secundum eum, quòd debet quis detrudi in monasterium, ad agendam pœnitentiam: & si non velit agere, ponitur in perpetuis carceribus, allegat. dict. cap. Vt fame. de senten. excommun. & ca. A nobis. de Aposta. Sed contra hoc arguit Decius. de text. in cap. Ne uimus. de verb. signific. & in cap. penult. de here. Vnde videtur sibi quòd in carcerem detrudatur quis, quando insurgit maior suspitio fugę pro maiori securitate. Sed ista distinctio. Decij nõ placet: quia pœna perpetui carceris, tunc non ratione pœnæ, sed securitatis daretur: unde non consideraretur delicti qualitas sed fugę timor. Vnde melior est sententia Aretin. vbi supra, quam ipse Decius non integrè refert: nam concludit ipse Aretin. quòd quavis pœna mortis imponatur de iure civili, non tamen debet imponi de iure Canonico pœna perpetui carceris: quòd ipse limitat dupliciter. Primò in casibus exceptis, in quibus expressè cauetur de pœna carceris, vt in cap. pe. & si. de here. Secundò vbi propter impenitentiam delicti non esset imponenda laico simpliciter pœna mortis, sed cum aliqua qualitate atro-

ci, vt puta ignis, traditionis ad bestias, lacerationis membrorum & huiusmodi: tunc enim videtur sibi imponenda pœna perpetui carceris: <sup>b</sup> Quòd intelligit verum, siue illa pœna sit naturalis criminis siue iudex illa imponat, augendo illam propter aliquam qualitatem animo inhaerentem & sic dicit intelligendum capi. Nouimus. supra alleg. de quo arguit cōtrā illum Dec. Et aduertit quòd Bald. in. l. penult. C. ad. l. Aquil. dicit quòd si Episcopi imponerent aliquem in ita arcto loco quòd non haberet aerem sufficientem, vel darent sic parum comedere, quòd de facili moreretur, q̄ essent irregulares. <sup>c</sup> Vnde providere deberent Ecclesiastici iudices, quando alicui carcerem perpetuum assignant, ne ex defectu aeris vel cibi moriatur. Idem notat Abb. in cap. A nobis. de Aposta. referendo Ioann. Andræ. Et vide Ioan. de Anan. in capit. 1. de collu. detegen. & in cap. qualiter & quando. el. 2. §. fin. versic. Nunquid autem episcopus. de accusa. & Matth. de Afflictis in. 1. lib. Constit. Siciliae, in fol. 129. colum. 3. & Mari. in repet. cap. Ad audientiam. de homi. in colum. 31. versic. quinquagesimò octauo quęro. vbi referunt Bald. vbi supra, & alios idem tenentes. Et <sup>2</sup> vide etiam Cardi. in Clementin. 1. de pœnit. & remis. in quællio. 7. vbi referendo Laurent. dicit quòd ponentes aliquem in tali carcere, in quo propter eius arctiorem incarcerationem nõ viuunt ultra sex, vel octo dies, reputat homicidas irregulares: quia illa pœna est magis afflictiva, quam si ponerentur in patibulo. Alias autem si damnatus ad perpetuum carcerem moriatur, dicitur naturaliter mori, vt notat Bald. in. l. 1. C. de his qui ad liber. peruen. non pos. quem refert Ioann. de Anan. in capit. fin. de homici.

mic. num. 8. vide. Felin. in cap. Qualiter. el. 2. de accus. 6. Ad corrigendos colum. 5. in prin. Et nota quod licet alias damnato ad perpetuum carcerem ex forma statuti, vel de iure communi, non possit aliquid relinquere ultra alimenta, dicit Mari. in cap. Veniens. de accusa. in colum. 28. in versi. Vndecimò quæro. quò de iure canonico videtur posse attentari quòd taliter damnato non possit relinquere alimenta, cum sibi deputetur panis augustiæ. & aqua doloris. De quo tamè articulo vide latius Corsetum in reperiario Abb. in verbo carcer. in versic. An valeat. & Felin. in cap. Qualiter. el. 2. in. 6. Ad corrigendos, col. 4. in fin. de accusa. Præterea in hac materia poterit merito dubitari, an valeat testamentum clerici damnati ad perpetuum carcerem, quibus finaliter decessit? Quod examinat Bal. in 1. volum. con. 448. quæritur in primis. ubi tandem concludit quòd nò, & quòd talis nec actiue, nec passiuè sit testabilis. Et quia principale fundamentum suum est, quia tali pena damnatus continetur sub condemnatis ad mortem: quia licet non sit condemnatus ad mortem subitaneam, est còdemnatus ad breuitatem vite. Posses tu Regnorum Castellæ & Legionis incolæ non immeritò inferre quòd hodie attento, iure eorum seculus esset, cum per. l. 4. in legibus Tauri editis, disponatur quòd damnatus ad mortem civilem, siue naturalem possit testari, nisi dānetur propter crimen inducens confiscationem bonorum. An autem episcopus qui còdemnat clericum ad perpetuum carcerem possit in sententiam reseruare sibi potestatem minuendi penam suo arbitrio, vide Bald. in auct. Interdicimus. C. de Episcop. & cleri. referentem Guliel. disputasse hoc, & fina-

liter tenuisse quòd sic. Sed dicit Bal. contra naturam penæ declarandæ in sententia non potest fieri reseruatio: quia esset implicare contraria, sed asserit tandem quòd fortè fallit in sententia Episcopi: quia mitius debet agi cum eo quàm cum alio, arg. dict. Aucten. Interdicimus secundum vnum intellectum: cuius verba ferè ad litteram refert Felin. in cap. Qualiter. el. 2. in. 6. Ad corrigendos. in colum. 6. de accusat.



**C**apitalis. Adde quòd diuersarum gentium moribus, olim receptum fuit, vt loco capitalis penæ in teterrimò carcerem reus conijceretur, vt illo animam ageret: sic apud Persas, apud Syracusanos, apud Messanos, & apud Romanos obseruatum fuisse, scriptum relinquit Alexāder ab Alexandro lib. 3. dierum genialium cap. 5. Cælius Rodig. libr. 17. lectionum antiquarum cap. 8. qui circa hoc argumentum multa memoriæ commendarunt. Sic Iulius Cæsar censuit, eos qui cum Catilina, contra Romanam Rempublicam coniurationem fecerant, non esse occidendos, sed publicatis eorum pecunijs, ipsos in vinculis per municipia perpetuò habendos, vt testatur Sallustius in coniuratione Catirinæ. Meminit etiā Cicero in eudem Catirinam, oratione. 4. sic loquens. Intellegit Cæsar mortem, à Dijs immortalibus non esse supplicij causa constitutam: sed aut necessitate natura, aut laborum, & misseriarum quietem esse: itaque eam sapientes nunquam inuiti. fortes etiā sape libenter appetierunt. Vincula verò & ea sempiterna, certè ac singularem penam nepharij celestis inuenta sunt, Et paulò post, Bona præterea publicari iubet, vitam solam relinquit nepharijs hominibus, quam si dimisset

**A** Carceris perpetui antiquitas eiusque gravitas exemplatur.



misses, multas, vno dolore, & animi & corporis, & omnes scelerum poenas admisset. Et istum carcerem idem Cicero. 3. Catili appellauit. *Vindicem manifestorum & nefariorum scelerum.* De carcere perpetuo meminit etiam Valer. Maxi. lib. 6. capit. 3. Assueuerans quendam. C. Vatinium, quod sinistra manus digitos sibi, ne militaret bello Italico amputasset, publicatis omnibus bonis, a Senatu eternis vinculis adiudicatum fuisse. Tempore quoque Amulij Latinorum Regis (qui praecelsit Romulum) carcerem perpetuum in poenam fuisse statutum, colligitur ex Dionysio Halicarnasseo, qui de Italia scribens ait. *Sunt qui confestim eam necatam puellam tradant, nec desunt qui malint coniectam in oculum carcerem, eunque perpetuum: vnde necatam esse vulgo traditum est.* Meminit item de perpetuo carcere Valer. Maxi. lib. 6. cap. 8. dum agit de quodam seruo Caij Marij. & Phylot. lib. de vita Apollonij.

Carceris perpetui poena in aliquibus provincijs obseruatur.

Poenae trirremium, vel ex illij perpetui, ad aliquam infulam, quae in Hispania receptae sunt quibus poenis affliguntur.

Nec haec perpetui carceris poena prorsus antiquata est, nam receptam esse in ciuitate Venetiarum fatetur Mantua obseruati. lib. cap. 96. col. 6. & vt scribit Calic. in marg. Fisci. fol. 93. in fine Reges Hispaniarum multum ea vtuntur.

Sic equidem apud nos in his Regnis receptum est maximè in superioribus tribunalibus, delinquentes puniri, vt Regiae Maiestati seruiant perpetuò in regionibus Africae finitimis vel condemnantur ad Regias trirremes, non sanè poena haec difere videtur, a poena perpetui carceris nisi nomine tantum, vt multi arbitrantur. Sed veriùs censeo poenas has assimilari, damnationi in metallum, vel in opus publicum, quibus & alijs similibus poenis reus condemnari potest. l. aut damnum. l. quidam. l. capitalium

ff. de poeni. l. relegatorum §. sicut. ff. de interdi. & relega. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offici. Praef. relegan. ff. de offici. Praef. l. 4. lit. 31 par. 7. notat in terminis Abb. in cap. quod sedes. de offici. ordin. Ioann. de Platea in. l. nemo carcerem. colum. 4. C. de ex actori. tribu. lib. 10. Grego. in dict. l. 4. in glo. *o labrando.* & in glof. verb. *a ome libre.* & his non allegatis idem scribit doctor Thom. Tolledo. in tracta. incarcerationum capitu. 4. num. 10.

Haec equidem perpetui carceris poena, de qua a nobis sermo institutus est, morti aequipatur, vt sentit Inno. in c. qualiter. in. 2. de accusati. Abb. in cap. 1. colum. vltim. de collu. de regen. quia similis seruituti perpetuae esse videtur. l. 2. ff. de liber. homi. exhibi. seruitus autem mortis poenae ferè comparatur. l. seruitutem. ff. de regu. iur. & vide Ioann. Andr. in dict. ca. 1. nume. 22. assueuerantem grauiorem esse perpetuum carcerem, quàm abscissionem vnius digiti, vel fustigationem. Et poena haec legibus ciuilibus fuit aliena imò incredibile. l. aut facta. §. solent. ff. de poen. l. mandatis. ibidem. l. incredibile. C. de poenis d. l. 4. Par. Ideoque hac ratione secularis iudex hanc poenam non imponit. Bal. in dict. l. incredibile. Ang. in. l. si a milite. §. edictum. ff. de milit. testa. Bal. consil. 443. in fine. lib. 3. vbi scribit quòd ita tenent commu. doctores Alexand. consil. 55. num. volu. 7. Mari. Socin. Senen. in cap. veniens. colum. 26. de accusati. Aymon. consil. 224. num. 2. Purpu. in. l. Imperij. num. 281. vbi Valascus num. 161. ff. de iuris. omni. iudi. Auiles in capit. Praetor. cap. 18. in verbo, *Carcel.* Didac. Perez. in. l. 2. titu. 4. lib. 4. ordin. in verbo, *Todos los dias de su vida.* Et est communis & verissima opinio vt affe-

Poenae perpetui carceris morti aequipatur.

Poenae perpetui carceris a iure ciuili aliena est.

Poenam carceris perpetui iudex infligere non potest, si de facto fuerit nullus esset sententia.

vt asseuerat Iuli. Clar. in pract. crim. §. fin. quæstio. 70. vers. pena. Quod si de facto eam imposuerit sententia nulla est Bald. in dict. l. incredibile. licet gloss. Cin. & Salu. ibi dissentiant & Valascus in dict. l. Imperiũ.

Limitatio- nes qua tuor ad dict. Reg. cõstituitur.

Hæc tamen communis sententia, quam modò asseuerabimus, nunimè procedit in seruo qui ad perpetuum carcerem damnari potest. l. seruus. C. de pœnis. Non equidem quo ad ipsum grauis pœna ista iudicanda est, cum iam seruituti adstrictus sit.

Secundò, nec locum obtinet, quãdò delictum est atrox, pro quo iudex arbitrari posse mortis pœnam imponendam esse. ita Bald. in dict. l. incredibile. Sed ex supra traditis hæc Bal. opinio vera non videtur & meritò de ea dubitat insignis Iaco. Menochi. de arbi. iudi. quæstioni. lib. 1. quæstion. 89. num. 9. dicitquè cogitandã esse propter magnã Bald. auctoritatem.

Tertiò fallit, in casu auth. sed hodie. C. de adulter. i. & l. penul. tit. 17. par. 7. quas leges not. ad hoc Greg. in dict. l. 4. titu. 31. part. 7. in verbo, *à omne libre.*

Quartò fallit in casu dictæ Regiæ. l. 2. ti. 4. lib. 4. ordina. ibi, *Todos los dias de su vida este preso en la carcel.*

Carcer de iure canonico, non solũ ad custodiã, sed ad pœnam imponitur.

Ceterum iure Pontificio carcer non solum ad custodiam sed ad pœnam imponitur c. quanuis. de pœnis in. 6. c. si quis clericus. §. 1. dist. ca. de lapsis. 42. capit. u. commissa. de heret. lib. 6. Clemen. 1. eo. tit. cap. penul. de heret. c. nouimus. de verbo. signi. fica. Et potissima ratio est. nam cum Sacri Canones, pijsima & materna benignitate, mortis pœnã nõ infligant, necessarium fuit, ne crimina impunita remanerent pro grauioribus criminibus pœnã hanc statuere. Quam ecclesiastici iudices solum

aduersus clericos imponere possunt non verò contra laicos, nisi in crimine hæresis vt scribit Iul. Cla. in dict. pract. §. fin. quæst. 70.

Nec debet alimenta denegari, his qui in huiusmodi carceribus detinentur, quia si fame & inedia moriantur, Iudices Ecclesiastici qui morti causam præstiterunt irregularitatis labe illaqueantur, ex Bal. sententia in. l. de pœcibus. C. ad leg. Aquil. Quod quidã intelligunt. procedere, nisi in casibus atrocioribus, in quibus clericis incarceratis minui solet almẽta (quòd vulgò dici solet, *comer por on fas*) si mors inde sequatur nulla irregularitatis labe, iudices ecclesiastici afficiuntur, cũ iure Põtificio hoc sit permillum, ita tenet licet fluctuãs Anto. Quæfada (vir non vulgaris heruditionis) in lib. diuer. iuris quæstio. c. 17. nu. 28. Ego tamen in ea fui, & sum opinionis, vt existimẽ, nunquã licuisse, ita tenuissima almẽta clericis supeditari, vt fame pereãt, q̃ tex. insinuat in. c. nouimus. §. 1. de verb. sign. q̃ contrariæ opinionis assertores aducere pro se solent ibi. *Ad agendũ pœnitentiã ipsum inducas in pane dolore, & aqua angustia sustentandũ.* Quæ quidẽ pœna nõ ad mortem sed ad pœnitentiã agendã tendit, vt ibi, quia semper Ecclesia Dei omnipotentis exẽplo, sperat conuersionem, & pœnitentiam delinquentiũ, nec vult mortẽ peccatoris, sed vt magis couertatur & viuat Ezech. c. 18. & in. c. hi qui. 2. q. 4. & hæc pœna equitate & prudentia Prælatorum solet temperari, maxime præcipuis festis, quibus solent incarceratos visitare, & pinguius nutrire, vt scribit Ioann. Andr. in cap. quanuis de pœnis lib. 6. in. 2. not. super text. Absit sanè ab omnium mente credere, sacratissimas leges Pontificas, alioqui

Alimẽta denegari nõ debent illis qui in carceribus detinentur q̃ si inedia moriantur iudices ecclesiastici irregularitatem contrahant.

piasimas, in suos clericos (quos impenſe diligunt) tam diram mortis poenam inflingere. Nihil tamen intereſt necare, vel alimenta denegare. Vt inquit Conſultus in. l. necare. ff. de libe. agnoſcend.

Pena famiſ apud omnes gentes ceteris ſeuerior omni ſeculo iudicata fuit.

Vnde Liuius. libr. 2. belli Punici aſſeuerat, *Famen vltimum humanorum ſupplicium.* Aegeliſipus libr. 5. *famen carniſicem appellat.* & Hieremias Threnorum cap. 4. ſcribit. *Melius eſt occidi gladio quam fame ex taheſcere.* Cui conſentiens Vegetius. *Ferro* (inquit.) *Multo ſeuerior famis eſt.* Dau. equidem peſtilentiam eligere maluit, quam famem cum vtriuſque ei eſſet data optio, vt habetur libr. 2. Regum. capitu. 24. Et teterrimum mortis genus famem eſſe ſcripſit Homerus qui libr. 12. Odyſſeæ ita facit Euriloch. loquentem. *Omnes quidem terribiles mortes miſeris mortibus, Fame autem miſerrimum mori.* Cuius meminit Plato li. 3. de repub. & Columela. libr. 2. rei ruſticæ capi. 2. Tullius autem ad Atticum libr. 5. Epistoſarum fame nihil miſerius pronuntiauit Iosephus libr. 6. belli Iudæi aſſeuerat, *fame rerum omnium acerrimitates ſuperare.* Idem libr. 7. Hiſtorie Eccleſiaſticae cap. 11. tradit. *Omne peſeundi genu. fame lenius videri.* Quinſtilianus vero de dira fame his verbis ſcribit. *Felix (ait) peſtilentia, felix praliorum ſtrages, denique omnis mors facilis, famis aſpera vitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentum, corporis tabes, maſiſtra peccandi, diriffima neceſſitatum de formiffima malorum. Hac ad humile corpus nobiles manus mittit, hac alienis pedibus mendicantes proſternit, hac ſape ſociorum fidem frangit, hac venena populis publice dedit, hac in parricidiiu pios egit.* Quæ refert Lucas de Pena in. l. 2. column. 2. C. de quib. munerib. vel preſt. libr.

10. & And. Tiraq. in lib. 1. de retræ. §. 26. glo. 1. nu. 22. Nec omittendum eſt, quod ex noſtris ſcribit Bald. in. l. pactum. col. vlt. C. de pact. tradens proverbiu vulgò celebratū, *fames* (inquit) *eſt acerrimus enſis,* & idem conli. 458. col. 2. libr. 3. ſcribit nihil triffius eſſe quàm fame necari nihilq; fami comparari.

Et hæc in crimine hæreſis (vt ad inſtitutum ſermonem redeamus nec tamen extra Chorum ſaltauimus) laici poſt deprehentionem, ab hæreſi ad fidem Catholicam redeunt, ad perpetuum carcerem debeat condemnaſi. Vt in cap. pen §. 1. de hæreti. Qui buldam tamen neuiſſimis conſtitutionibus, rigor ille equitate limitatus eſt, nam qui ſpontè antè propoſitam accuſationem, ad Sacroſanctæ Eccleſiæ gremium redunt, non debent perpetuis carceribus mancipari. Nec illi qui poſt capturam de ſe ipſis nec non de alijs, quos hæreticos eſſe ſciunt, integrè, pia mente veritatem fatentur. Poſteſt etiam pro arbitrio Inquiſitorum, prædicta pena cõdonari, illis qui priuſquàm dicta teſtium publicata fuerint, redierint. ſi verò poſt teſtium publicationem redunt, & tunc conſitentur, cum ſe cõuictos eſſe intelligunt, perpetuis carceribus ſunt recludendi. Ita ſancitū eſt in prima Inſtr. Hiſp. ca. 8. & 11. refert Iacob. Septi. in Catho. inſtit. tit. 16. num. 17.

Qui verò iã eo quod tardè nimis ad fidem reuertitur, ad perpetuum carcerem fuerit cõdẽnatus ab eo fugere nõ licet quod ſi temerè fecerit eo ipſo relapſus iudicãdus eſt quia cenſendum eſt, qd fi cõtẽ conuerſus fuerit ideò vltèrius audiẽdus nõ eſt ita Archi. Domi. Ioan. And. Ancha. in. c. vt commiſſi. §. nec non. de hæret. libr. 6. Arlatan. de hæreti. not. 5. Squilla.

Hæretici qui ad fidem redeunt, ad carceres perpetuos debent condemnari. Quamuis hæc pena ſancti oſi. elementia ſit limitata.

Squillacen. de fide catholo. capitu. 27. Ioann. de Anani. & Felin. in capitul. penultim. de hæreti. Quæ opinio licet communis sit mea tamen sententia falsa. Tùm quia nullo iure probatur, & inhumanum est absque expresso, iure quem tam graui pœna plecti. Tùm quia quia carcere fugit in pristinam hæresim nullo modo labitur, nec fuga ipsa hæresim committit: ideoque relapsus nomen minimè ei competit, solum equidem is si fortè redierit, vel fuerit comprehensus duriori carcere recludendus erit, & impenitens iudicandus, & ob fugam grauiori pœnitentia dignus, quam si subire voluerit benignè recipiendus est, ita nouissimè tenet Iac. Sept. in d. titul. 16. dicens opinionem contrariam falsam & crudellem esse.

**Pœna**  
perpe-  
tui car-  
ceris ho-  
die ab  
Inquisi-  
tore ge-  
nerali  
relaxa-  
tur qui  
solus pu-  
blice  
pœnitē-  
tiæ ha-  
bitū re-  
mittit.

Est tamen Inquisitoribus à iure concessa facultas, vt simul cum Episcopo, possint minuere, vel commutare pœnam perpetui carceris: cum viderint id expedire. vt in capitul. vt commissi. §. nec non. de hæreti. libr. 6. Hodie tamen ad solum generalem Inquisitorem, potestas hæc pertinet, quia solus is potest habitum publicæ pœnitentiæ tollere, quanuis delinquens in perpetuum damnatus sit, vt eo viatur. vt decretum est quinta instr. Hispa. capit. & quarta Toletana. cap. 9.

Quæ pœnæ remissio fieri solet, octo annis transactis, à die in carcerationis, hoc ex benignitate, & clementia, non verò ex iuris rigore, quo stante, decennium desideratur, vt scribit D. Episcopus Simian. dict. titul. 16. numer. 22. quo loco numer. 21. testatur, quandoquæ eam pœnam lapso triennio remitti, si eo tempore in carceribus detenti maxime verè quæ pœnitentiæ præli-

terint testimonium. De consuetudine tamen Sacri tribunalis generalis Romanæ Inquisitionis receptum est, vt post paucum tempus dispensatio indulgeatur, vt testatur F. Pegna ad Dir. inq. 3. p. Scho. 142. Et vt addas his quæ supra versu. nec debet omisū fuit ad fin. q. Antiqui prodiderunt quia serunt pro grauisima pœna, Tantalum apud inferos, siti & fame cruciari, vt refert Cicer. 1. Tusc. Et Amian. Marcelli. lib. 17. Hystoriæ Roma. his verbis scribit. *Mertis ignauissimum est genus fame perire.* Et idem libr. 19. dicit esse vltimum malorum omnium. Sed vt Ethnicos relinquamus, Sacræ literæ nobis de hoc supeditant, non vulgaria testimonia, quia ad grauissimorum celerum vindictam, famem tanquam cæterarum pœnarum culmen comminantur. In peccato sanè primi parentis dictum fuit. *Maledicta terra in opere tuo, in labore vultus tui vesceris pane tuo.* Vt habetur Gene. 3. Et Psalm. 104. *Deus vocauit famem super terram, &c.* Et Ezech. 5. *Famem congregabo super vos, & conteram vobis vaculum panis.* Et Ezech. 14. versic. 12. & 13. *ibi. Factus est sermo Domini ad me dicens, fili hominis terra cum peccauerit mihi vt prauaricetur, prauaricans extendam manum meam super eam & conteram, virgam panis eius, & immittam in eam famem & interficiam de ea hominem, & iumentum.* Et ideo viri iusti fame, neq; inedia minimè opprimuntur iuxta illud David. Psalm. 36. *Nō vidi iustum deuelictum nec semen eius quæres panem, & nouit Dominus dies immaculorum, & hereditas in æternum erit nō confundentur in tēpore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt.* Et Prou. 10. *Nō affliget Dominus famem animam iusti,*

*Insidias impiorum subuertet.*

**B** *Pœna perpetui carceris.* Adde Gregor. Lup. in dict. l. 4. titul. 31. part. 7. in verbo, *à ome libre.* vbi authorem nostrum allegans eius opinionem amplectitur. Et an clericus perpetuo carceri mancipandus, prius sit degradandus vide Abb. in cap. excommunicamus. in. 2. de hæreti. Gundi. à Villadiego in tract. de hære. quæstio. 19. num. 2. authorem nostrum supra cap.

*Clericus vel regularis perpetuo carceri mancipatus an absque peccato fugere possit.*

Sed vtrum clericus vel regularis possit absque peccati labe, à carcere perpetuo fugere, exillimo asserendum ei nullo modo licere, nec à peccato exculari, quòd ex eo manifestè apparet. Nam licet ante iudicis condensationem nemo teneatur penam soluere, vel illam subire. iuxta gloss. sententiam in c. fraternitas. 12. quæstio. 2. quæ communis est & multis à nobis ornata supra capi. 66. post condemnationem verò absque dubio tenetur. vt tradit Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 69. artic. 3. & ferè omnes quos in dict. c. allegauimus. Rursus quia iste qui à carceribus fugit, iudici resistit, quòd omni iure prohibitum est. capitu. qui resistit. 2. quæstio. 3. gloss. in capitu. presentium. 7. quæstio. 1. l. additos. C. de Episcop. audi tradit noster Author in regula & fallen. regula. 382. vbi post eum multa scripsi. Deindè hanc rem comprobatur, nam licet ex multorum sententia captus & ad mortem condempnatus, possit à carceribus fugere. vt colligitur ex Ancharran. & Imo. in Clemen. Pastoralis. de re iudic. Archi. in cap. cum homo. 23. quæstio. 5. Diuo Thom. & Caieta. dict. quæstio. 59. Dried. de liber. Christi. pag. 226. licet dissentiat Bar. in. l. relegati ff. de pœnit. Abb. in capitu. 1. de testib. cogend. & in capitu. Sicut. in

3. de iureiurand. sed tenendo opinionem Diui Thom. prout tenendam esse affirmat D. Episcop. Co-uarruu. libr. 1. vari. resolu. cap. 2. numer. 14. Non tamen procedit, quòd quis ad pœnam carceris temporalem, vel perpetuam, condemnatus est, nam hæc pœna eam conditionem habet, vt alterius quam puniti executionem, minimè indigeat, & idè is damnatus censetur ad eam propria cooperatione subeundam, qua propter in animæ iudicio, eam subire debet, sicuti in pœna exilij & alijs similibus pœnis docet Caietan. dict. quæstio. 64. artic. 4. Drie. dict. fol. 226. & opinionem nostram in terminis tenet Martin. Nauarr. in capitul. statuimus. 19. quæstio. 3. num. 63. D. Episcop. Co-uarru. dict. cap. 2. num. 14. testaturque Nauarr. in dict. loco sic respondisse, cuidam sacerdoti, qui à longinco in Urbem venerat, qui fuerat condemnatus ad seruiendum perpetuò cuidam Hospitali, sed regressus fuit nulla à Summo Præsidente sibi indulgentia criminis concessa. Idemque se responsum affirmat cuidam religioso, qui similiter ad Urbem venerat, qui ad perpetuum carcerem, à suo Prælato fuerat condemnatus, dicit què se illi consulturum, vt statim reddat quòd multum notandum est quia vidi aliquos in hoc alucinari.

Imò circà carcerem qui religioso, ob crimen imponitur, memoratu dignum est, quòd licet alias clericus secularis, nulla violentia custodibus facta antè condemnationem possit à carcere fugere, religiosus verò à suo Prælato in carcere sui monasterij coniectus non potest etiàm antè condensationem, ab eo fugere, cù is in ea monasterij parte manere debeat.

*Religiosus non potest à carceribus fugere.*

debeat, in qua Prælatus ei manere præceperit. argum. text. in cap. quorundam. & in capit. si religiosus. de electi. libr. 6. Quod aperte insinuat Caietan. 2. 2. quæst. 69. artic. 4. in respon. ad secundam conclusionem his verbis. *Religiosi qui liberalitate sui moti, progressu extra claustra se priuauerunt, supponentes se per tria vota Prælatis suis, quacunq; ex causa à suis Prælatis iuste detineantur, non possunt licite extra præfixos sibi terminos fugiendo exire.* Hactenus Caietan.

Religiosus qui intrasit in carceribus detinetur fugere potest.

Est tamen superior opinio intelligenda, quando iusta est carceris poena & legitimo iuris ordine seruato; fuit imposita, secus si ea poena iniusta fuerit, quam in foro conscientie nullus subire tenetur. vt colligitur ex Innocen. in cap. plerunq; de immu. ecclesiar. Diuo Thom. 2. 2. quæsti. 62. artic. 3. quam dicit esse communiter approbatam Nauarr. vbi paulò antè allegauit. Et in hoc casu intelligenda est Angeli opinio in l. in eos. ff. de custo. reor. quem refert & sequitur Paris de Puteo in tract. Syndicatus cap. qualiter autem prouabitur. fol. 31. dicens damnatum ad carcerem, pro poena criminis, posse absque metu poenæ à iudice sibi in dicta si à carceribus discesserit, absque poenæ metu, à carcere fugere. Est equidem hoc intelligendum, quando iniusta fuit condemnatio. sic interpretatur D. Episcopus dict. capi. 2. num. 14.

Religiosus in carceratus etiam in se à carceribus fugere potest si fuerit tractatur

Secundò nec locum habet præcedens sententia cum poena carceris iusta sit, sed modus exequendi iniustus, & à Charitate Christiana longè alienus, vt cum quis iuste damnatur ad carcerem perpetuum, vel temporarium, sed impius carceris custos cibum, vestitum, vel ignem subtrahit, vel in loco subterraneo, humili-

dissimo, & obscuro inclusum detinet, vel alia facit ex quibus mors iuste timeri possit. Tunc equidem is fugere poterit, vt scribit insignis Nauarr. in dict. capitul. statuimus numer. 63.

*Essent irregulares.* Adde Guil. à Monte Laud. in Clemen. 1. de penit. & remissi. Abb. in cap. ad audientiam de crimin. fal. Anan in cap. de cetero. de homi. colum. vltim. Archiepis. Flor. in 3. parte. tit. 28. capitu. 2. §. 6. D. Couarruu. in Clem. Si furiosus. 2. par. relecti. §. 5. numer. 7. de homi. Fran. Auiles in capi. Prætorum cap. 18. in verbo, Carcer. num. 1. Folle. in in practi. crimi. in verbo, *vel carceretur.* num. 2. Jacob. Menoch. de arbi. iud. quæst. lib. 2. Centu. 4. casu. 105. num. 3. quam esse communem sententiam testatur. Nauarr. in dict. cap. statuimus, num. 65. Debent equidem Iudices Ecclesiastici prorsus cauere, nè recludant clericos in subterraneis & horridis carceribus, ne irregularitatis labem incurrant. Vnde nunquam verum iudicauit, quòd maiores nostri memorie mandarunt, assueuerant, puteum horridum & profundum, qui est intra Archiepiscopalem domum loci vulgò nuncupati *de Santorcaz*, huius Toletani Archiepiscopatus destinatum fuisse ad detrudendos clericos irretitos magnis celeribus, ibiq; aliquando fuisse eiectos, sed testimonio grauissimorum & antiquorum hominum, falsum esse comperimus, quòd si aliquando factum fuit, meliori seculo ab aula recessit.

*Possit testari.* Adde quòd cum hac opinione auctoris nostri transit. Gregor. Lup. in l. 4. tituli 31. part. 7. in gloss. 1. Sed verior est contraria opinio quòd antè Taurinam constitutionem quam author noster

C Clerici subterraneis, & horridis carceribus includendi non sunt

Puteum populi vulgari- ter dicti Santorcaz, olim fuit carcer clericorum huius diocesis Toletana.

D Clericum ad perpetuos carceres condemnatum de iure contra legem testari poterat contra Io. Bern. & Greg. Leg.

hoc loco allegat permissum erat clericis ad perpetuos carceres damnatis testamentum facere probat D. Coarruu. in Rub. de test. 3. par. nu. 27. Jacob. Septima. in catho. in titi. ti. 16. num. 31. Quia non ex hoc serui pœne efficiebantur, sed ad penitentiam agenda carceribus detinebantur.

**Clericus ad perpetuos carceres condemnatus, an eo ipso censetur priuatus beneficii.**  
Et vtrum lata sententia contra clericum perpetui carceris, eo ipso censetur beneficio priuatus, si nihil circa hoc in ea exprimat vide Rotam decisio. 5. de senten. & re iud. in antiquioribus vbi multa circa hoc argumentum aducuntur. tandem post longam disputationem testatur, non centeri ipso iure beneficio priuatum quod non mediocris utilitatis est, vt ibi scribit.

### Exigentibus culpis.

#### CAPVT, CXXXVIII.

**Clericus propter quæ crimina seculari curia sit tradendus.**

**Q**VAE sint culpæ propter quas quis debeat tradi curia seculari, ex his quæ supra tradimus facile quis dignoscere potest. Causa autem facilioris inuentionis volo hic saltem summarie referre: habes enim hoc examinatum supra in verbo Sortilegi, & in verbo hæretici, & in verbo falsarij, & in verbo conspiratores, & in verbo, & per assassinos, & in verbo, Lesæ Maiestatis. Et an propter delictum grauissimum perpetratum à clericis tradi debeant curia seculari, vltra casus expressos in iure habes plenè supra in verbo parricidæ.

#### ANNOTATIO.

**A**Dde quod huius capituli argumentum longè latec, in precedentibus capi. ab authore hic allegatis declaratum est in annotationibus nostris ideoq; quæ ibi scripta sunt, repetenda non duxi.

### Data incorrigibilitate.

#### CAPVT, CXXXIX.

1. Clericus incorrigibilis qualiter puniatur.
2. Clericus incorrigibilis quis dicatur.
3. Clericus depositus est de ecclesia in iurisdictione.
4. Clericus incorrigibilis qui non potest ab Ecclesia puniri, potest ipso iure a iudice seculari comprimi.
5. Clericus, qui propter incorrigibilitatem effectus fuit de foro seculari, ad voluntatem ecclesie puniendus non est.

**Q**VM Ecclesia nunquam intenderit priuilegijs suis clericos fouere proteruos atq; incorrigibiles, statuit Celestinus Tertius, in cap. Cum nō ab homine. de iudic. clericum ab ecclesiastico iudice depositum, si adhuc incorrigibilis fuerit, excommunicari debere, deinde contumacia crescente anathematis mucrone feriari. Tandem si in profundum malorum veniens contempserit, cum Ecclesia non habeat vltra quid faciat, per secularē potestatem esse comprimendū, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur. Noluit tamē quod sola incorrigibilitas sufficeret vt comprimeretur clericus

clericus de positus à seculari iudice: nisi excommunicatio & anathema subsequeretur: & insuper vtriusque contemptus, vt patet ex verbis illius text. Dicitur autem clericus depositus incorrigibilis secundum Abb. ibi, colum. penul. versic. quæro qualiter. post Ant. si reuertitur ad priora delicta, vel in illis perseuerat. & idem est secundum eum (licet aliud voluerit Anto.) si committat alia delicta, etiam si non sint similia, vel si sint minora ex rationibus de quibus per eum quem sequitur Decius ibi colum. fin. Dicitur etiam incorrigibilis, si cum detruderetur in monasterium ad penitentiam peragendam, ea non peracta capit fugam & occultat se, vel aliter de facto impedit, vt non possit eum iudex arctare, licet non reperiat in nouo delicto, quia tunc post excommunicationem, & anathema comprimendus est per iudicem secularem, vt in text. secundum Abbat. vbi supra, in colum. fin. sequitur Decius, vbi supra. Item aduerte quod Decius ibi ponit alium casum incorrigibilitatis tanquam diuersum ab alijs, quem dicit ex Abba te colligere, videlicet quando clericus ter monitus non desistit, qui iudicio meo sub primo comprehenditur: nam si non desistit, ergo perseuerat in crimine, & tunc sola perseuerantia sine monitione reddit eum incorrigibilem: nisi dicamus, quod sentiat Decius quando monetur vt desistat à nouis criminibus quibus inuoluitur post depositionem. Quod adhuc etiã non videtur iuuare opinionem suam, quia tunc etiã commissio nouorum criminum etiam minorum redderet eum incorrigibilem sine monitione per supra dicta. Ad dit etiam quartum casum incorrigibilitatis Decius allegando Domini.

vi delictet quando semel correctus verbis. nõ se emendat, qui etiam in proposito nostro videtur impertinens: nam si post depositionem nõ se emendat, etiam correctione verbali non præmissa, dicitur incorrigibilis vt excommunicari valeat. Sit autem in hac materia vera resolutio, quod nullus casus datur à doctoribus, qui succedat post depositionem, qui solus sufficiat vt tradatur curiæ seculari, nisi præcedat contemptus excommunicationis, vel anathematis. Et cum clericus depositus sit de iurisdictione Ecclesiæ, vt per Abb. in. c. Ioannes. & in c. ex parte. de cler. coniug. Iudex ecclesiasticus debet declarare eum incorrigibilem, ipso tamen non citato, ne fugiat, vt per Abbat. Post Card. in. d. c. Cum non ab homine. & Inn. in c. 1. de homic. lib. 6. quos refert Aret. d. c. Cum non ab homine. col. 5. & vide Feli. ibi. 4. col. qui dicit, quod ex omnibus dictis doctorum communiter ibi colligitur, quod potestas quæ datur iudici seculari super deposito incorrigibili non exercetur, nisi declaretur qualitas incorrigibilitatis ipsam conferens. Et not. quod clericus incorrigibilis, qui nõ potest puniri ab Ecclesia, potest ipso iure comprimi à iudice seculari absque alia de gradatione. Hæc est communis opinio modernorum post Ioan. Andr. & Anto. vt firmat Aret. in dict. capit. Cum non ab homine. colum. 5. vers. Tertia fuit opinio, & vide Domi. in c. Nec licuit. 17. dist. qui not. ibi glo. pro isto dicto Ioan. Andr. Clericus autem sic propter incorrigibilitatem effectus de foro seculari puniri debet non ad voluntatem Ecclesiæ, sed pro vt iudici seculari videbitur. Ita notat. Abb. in dict. capitul. Cum non ab homine. in vlt. not. qui illum puniet pœna imposita



per leges civiles laicis pro illo delicto à clerico perpetrato, vt probat text. in capitu. Ad falsarium. de crimi. fal. Præterea in ista materia vide notabilia verba Card. in quodam consilio, quæ refert Felin. in capitu. Rodolphus. de rescrip. in colum. 35. quæ dicit non legisse alibi, dum scripsit quòd in modo confitendi delictum potest reus talia verba dicere, quòd ex illa appareat reum esse incorrigibilem: quia ostendit non solum non pœnitere de delicto commisso, sed dolere quòd delictum non fuerit ita plenè perpetratum & consummatum sicut ipse attentauit, & intendebat committere, vt patet in facti contingentia super quo Car. scripserat consilium, de quo meminit Felin.

**A**  
Clericus in  
corrigibilis  
quis dicitur.



**I**n corrigibilis. Adde Bossi. in tit. de foro comp. num. 131. vbi scribit quòd clericus qui non incidit in habitu dicitur incorrigibilis si præcessit trinna monitio ille verò qui in habitu incidit incorrigibilis, dicitur quando. Primo est depositus, Secundo excommunicatus Tertiò anathematizatus, & adhuc in contumacia perseverat. Quæ forma si ad vnguè seruata fuerit. dicit ipse, quòd absq; aliqua declaratione, efficitur de foro seculari. & asseuerat quòd ita amplectuntur communiter doctores licet postea dicat, quòd forma ista rarò in vsu videatur. Sed Bartho. Cassan. in consuetudin. Burgun. fo. 51. nu. 66. scribit, quòd curia Pari. obseruat, qd post vnam remissionem de illis criminibus, pro quibus mortis pœna imponitur, clericus habetur pro incorrigibili, tam in odium incorribilitatis, quam in odium iudicis Ecclesiastici negligentis, eum corrigere. Idemq; in Parisiensi Parlamento seruari in

criminibus in quibus, per n. etis non iniungitur testatur Papo lib. 1. titu. 6. Arresto. 5. quæ quidem doctrina sibi placere affirmat Iul. Clar. in pract. crim. §. fina. quæst. 36. vers. sed queritur.

*Vt tradatur curia seculari.* Nota sing. circa ea quæ author hoc loco scribit, quòd si clericus in profundum malorum lapsus fuerit, quia dimissa tonsura, & vestibus clericalibus, multis sceleribus sui prorsus oblitus, se immiscuit ipso iure est priuilegio clericali, etiam fori priuatus & ea ratione, poterit absque degradatione, & traditione puniri à iudice seculari, ita tenet glo. in capitu. ex parte. de priuileg. Hostien. Ioan. Andre. & Anto. in capi. perpendimus. de senten. excomm. illius tex. autoritate ducti. Henr. in cap. ex literis. column. penultim. de vita & honest. cleric. Ancharra. in reg. eaque. quæstion. 12. de reg. iur. lib. 6. quam opinionem communem esse fatentur Aufer. in Clemen. 1. de officio ordina. reg. 1. fallen. 19. D. Episc. Couarruu. in practi. quæst. cap. 32. num. 2. Quæ consuetudine recepta est, vt fatetur Bartho. Cassa. in consuetudin. Burg. rub. 1. §. 5. ver. Archidiacono. num. 55. Eandem opinionem receptam esse dicit Alexand. de Nouo cõsi. 59. num. 20. circa quam multa refert Anton. Capi. decisio. 161. licet minimè scribat, quid in casu illius decisionis à Senatu fuerit iudicatum. & nouissimè eam sequitur Iul. Clar. in dicta quæstio. 36. versic, quæro modò vbi affirmat magis comunè esse & cõsuetudine fulcitam & idèò in iudicando, & consulendo, non esse ab ea recedendum refert Boeri. de cõsi. 69. num. 16. Et licet quæ plures cum hac opinione pertranscant, nempe quòd casu supra constituto,

nulla

**B**  
Clericus qui se immiscuit criminibus enormibus, potest à seculari iudice puniri nõ ex parte dea de gradatione & traditione ab ecclesiastico.

nulla monitio desideratur, addunt  
 tamen quod non solum necessarium  
 est, quod clericus se immiscuerit enormi-  
 tatibus, & scuis criminibus sed re-  
 quiritur, quod duro, contumaci ani-  
 mo illis perseuerauerit, & hanc opi-  
 nionem tanquam magis communem  
 obseruari, & suo tempore obseruatam  
 vidisse commemorat Aufer. in repe-  
 diet. Clemen. 1. de offic. ordi. reg. 1.  
 fallen. 27. Bofsi. in practi. crim. titul.  
 de foro comp. n. 139. Pract. Contr.  
 fol. 247. limit. 19. Grammaticus su-  
 per consti. Regni. fo. 29. Supradictae  
 autem communi sententiae suffraga-  
 tua text. in cap. vnico. de vita & ho-  
 nest. cleri. in. 6. quo traditur casus in  
 quo clericus in iactis, absque vlla de-  
 gradatione, amittit priuilegium cleri-  
 cale ipso iure, etiam quo ad forum  
 secundum text. illius receptam inter-  
 pretationem eandemque sententiam  
 probare videtur text. in capitul. 1. de  
 Apost. Multis tamen & summæ au-  
 toritatis viris (nec iniuria sanè) com-  
 muni sententia displicet, quia nimis  
 durum iurique contrarium videtur,  
 clericum nulla monitione premissa,  
 priuilegio fori priuari, ex eo quod  
 dimissa tonsura, & vestibus, enormi-  
 bus criminibus operam dederit. quæ  
 opinionem communem esse fatetur  
 Rolan. consil. 4. num. 31. lib. 1. refe-  
 rens id testari Alexand. consil. 8. lib.  
 1. Viuius qui alios refert in libr. com-  
 mun. opini. in verbo, cleri. potesta-  
 te. Ferdi. Mench. lib. 3. de testament.  
 §. 22. num. 63. tradit Alberic. in. 2.  
 parte statu. quæstio. 42. Vbi dicit se  
 vidisse comuniter seruari, quod exi-  
 garum monitio, & si post monitionem  
 clericus se non correxerit, perdat tunc  
 priuilegium clericale, sequitur Cæpo-  
 la consil. crimi. 11. versi. quintum etiã  
 requiritur quæ opinio comunis est.

Quam nos amplexi sumus, in no-

stra primaria iuris Põtificij Cathre-  
 da, cum numerosissimo auditorio  
 interpretaremur text. in dict. capi. cũ  
 non ab homine. a quo publica no-  
 stra functio exordium suscepit, obti-  
 nui equidem dictam Cathredam in  
 Complutensi Achademia toto orbe  
 celebratissima, cum incredibili eius  
 lætitia anno. 1586. die vero. 6. Men-  
 sis Marci. Idoque Ancharra. in dict.  
 cap. 1. de Apost. scribit decissionem  
 illam minimè seruandam esse nisi in  
 quo loquitur casu. Abb. verò & Car.  
 in dict. ca. perpendimus, affirmant.  
 responsum illud intelligendum esse  
 quod ad priuilegium canonis, non  
 quo ad forum, idem etiã tenuerit,  
 Socin. consil. 12. lib. 1. Alexan. consil.  
 8. nu. 2. volum. 1. Syluest. in verbo.  
 clericus. 3. §. 9. Ange. eod. verbo. 10.  
 quæstio. 10. Necq; refragatur text.  
 in dict. cap. 1. de vita & honest. cleri.  
 in. 6. quia decissio illa, cum pænalis,  
 & odiosa sit, in proprio casu in quo  
 loquitur intelligenda est, & ad alium  
 extendi non debet. Ideoque prima  
 communis opinio omni iure defitu-  
 ta est, quæ ea ratione non placet in-  
 signi. D. Couarruu. dict. cap. 32. nisi  
 eo casu, quo crimen aliquod in maxi-  
 mam perniciem reipublice fuerit per-  
 petratum, præsertim quãdò si degra-  
 datio esset expectanda maximum im-  
 punitatis subesset periculum. Vnde  
 scribit Iul. Clar. in dict. §. fin. quæsti.  
 36. versi. cæterum. quod quãdò cle-  
 ricus est seditiosus, & publicam qui-  
 tem reipublice perturbat sceler Me-  
 diolanensis (qui maximæ autoritatis  
 est Senatus) ad tempus ab illa ciuitate  
 quam perturbat expellere, prout fa-  
 ctum fuisse refert, in quodam Ar-  
 chipræsbytero. Quod ex eo defendi  
 potest, quia non tantum in comodum  
 reipublice id fieri videtur, quã in  
 utilitatem ipsius cleri, ne ab alijs in

Author  
 primarij  
 iuris Põ-  
 tificij Ca-  
 thredam  
 in Cõplu-  
 tẽsi Ach-  
 demia  
 obtinuit.

iuria afficiatur, quod mihi summe placet, quado instans periculum imminet, & no adest Iudex Ecclesiasticus, qui eminenti malo obiare possit, & hanc ultimam opinionem tanquam communioem & magis veritati, & equitati consonam sequendam duxi.

*Contra  
Impiū  
Carol.  
Moli.*

Ex quibus longè repellenda est, Impij Caroli Molinei, opinio ad Alexandr. consi. 8. num. 2. litera. B. volum. primo asseuerantis, clericum propter delictum atrocissimum, non premissa aliqua monitione, posse à iudice seculari capi & ultimi supplicij pœna affici, loquitur sanè contrà Sacra Canonica decreta, nec non contrà receptissimas opiniones.

*Clericus  
prima tō  
sura iuni  
rius,  
qui ea &  
vestibus  
dimissis  
se iamif  
cet mag  
nis celeri  
bus fla  
tis à se  
culari iu  
dice pu  
niri po  
test.*

Non verò prætermittendum est, primam communem sententiam minime receptam esse, in clericis prima tonsura innitiatis, nam quanuis de iure quibusdam solennitatibus & seruatis, & nonnullis ceremonijs vt habetur in libro Pontificali degra dari debeant. Vt tamen forensis frequentissimus iam pridem obtinuit, quod si dicti clerici primæ tonsuræ, dimissis vestibus, & absq; tonsura, et omnia crimina frequentèr commiserint, absque vlla degradatione, à iudice seculari punitos fuisse.

*In cleri  
cis mino  
rum ordi  
nū anidē  
fit seruan  
dum.*

Pari etiā ratione, admitti potest dicta communis opinio, vt priuilegium fori amittatur ipso iure à clericis in minoribus ordinibus constitutis, vt scribit egregius Couarruu. in dicto capitu. 32. Imò si clericus dicta prima tonsura innitiatus, ea non dimissa, nec similiter dimissis vestibus clericalibus aliquod crimen atrocissimum commiserit, propter quod, in sacris ordinibus constitutus, curiæ seculari premissa degradatione tradendus foret, idem esset iudicandum. Itā colligitur ex Auferi. dict.

Clementin. 1. fal. 19. Boeri. decisio. 69. num. 17. Guil. Benedi. in capit. Rainuntius. de testam. in verbo, & vxorem in. 2. num. 440. Cassan. in consuetudi. Burgun. rub. 1. §. 5. versu. Archidiao. num. 66. Petrus Auen. de exequen. mand. 1. par. cap. 22. nu. 4. D. Couarruu. dict. cap. 32. num. 3. Est tamen necessarium, vt iudex secularis contrà dictos clericos iuste procedat eo modo vt supra traditum est qd crimen verè & certissimè probatū sit, ita vt nulla tergiuersatione celeri possit, nam cum qualitas ista nempe grauitatis celeris perpetrati, iurisdictionem tribuat. antè omnia probanda est. Nec sufficeret equidem quod præsumptiuè de grauitate criminis constaret, vt multis probat Auenda. dict. cap. 22.

*Degradatione.* Adde Iuli. Clar. in practi. crimina. §. fina. quæst. 36. ver. successiuè quæro. qui hanc opinionem communem esse fatetur testatur què aliquandò in Mediolanensi Senatu seruata fuisse.

## Degradari.

### CAPVT, CXL.

- 1 *Clericus pro nullo crimine est degradandus nisi in iure expressum inueniatur.*
- 2 *Sine accusatione, nemo est degradandus.*
- 3 *Clericus etiam in minoribus ordinibus constitutus capax est sententiæ degradationis.*
- 4 *Vbi in canone aliquo dicitur, quod clericus degradetur, & in monasterium detrudatur, de verberali degradatione intelligitur.*
- 5 *Forma actualis degradationis traditur remissiuè.*

De

**D**E hac pœna degradatio-  
 nis, \* mentio fit in capitu.  
 qualiter el. 2. de accusa. &  
 in capitu. Tuz de pœn.  
 In cuius impositione notandum est  
 quòd voluit Ana. in capitul. 1. de cle-  
 ric. pugnan. in ducl. quasi in fi. post.  
 Anto. quem ibi refert, quòd pro nul-  
 lo crimine quantumcunque graui  
 imponitur clerico pœna degradatio-  
 nis, nisi reperiatur iure expressum.  
 Ex quo sunt restringenda iura in. d.  
 cap. qualiter. & cap. Tuz. quòd est  
 notandum secundum. Et aduerten-  
 dum est etiam quòd sine accusatio-  
 ne nemo degradandus est, licet alias  
 sit puniendus, vt in cap. Dilectus fi-  
 lius. de simo. secundum Hostien. in  
 summa. titu. de accus. in. §. quis sit ef-  
 fectus accusationis. versic. Ergo sine  
 accusatore. Item etiam est notandũ  
 quòd licet clericus sit constitutus in  
 minoribus, nihilominus est capax  
 sententiæ depositionis seu degrada-  
 tionis, <sup>b</sup> not. Anto. in cap. At si cleri-  
 ci. de iud. Quòd dicit ibi pulchrum  
 Barba. in cap. Cum non ab homine.  
 2. colu. de iud. & respondet ad text.  
 in cap. Clericus. lo. 2. de vi. & hone-  
 cler. Et ad id quod not. ibi Ant. qua-  
 si sibi contrarius. & adducit in con-  
 firmatione huius text. in cap. Si quis  
 Episcopus. 27. quæstio. 1. & vide Ar-  
 nal. Alb. in rep. c. quoniã. de hæc. in  
 6. fol. 3. colum. 2. versic. Nota quin-  
 to. vbi tenet dictam conclusionem  
 quòd etiam clericus in minoribus  
 constitutus, vel simplex tonsuratus  
 degradatur, & neminem ex prædi-  
 ctis doctoribus allegat, sed Pontifica-  
 lem librum modernum, fol. 165. &  
 alia fundamenta quæ per te vide. Et  
 in ista materia degradationis vide-  
 tur colligi doctrina notabilis ex di-  
 ctis per Abb. in capit. At si cleric. in  
 prin. in colum. 3. de iud. quòd. vbi

in aliquo canone dicitur quòd cleri-  
 cus degradetur & detrudatur in mo-  
 nasterium, intelligitur de degrada-  
 tione verbali, quia si fieret actualis,  
 statim fieret de foro seculari, vt in ca-  
 pitul. 2. de pœn. libr. 6. Quam dicit  
 esse elegantem determinationem Fe-  
 lin. in capitu. qualiter. el. 2. in fin. de  
 accusatio. Formam verò actualis de-  
 gradationis hinc non libuit inferere,  
 quia facile est videre eam volenti-  
 bus in libro Pontificali, fo. 205. cum  
 duabus sequentibus. Describitur  
 etiam prout actualiter facta fuit in  
 persona cuiusdam presbyteri, prop-  
 ter homicidium qualificatũ, in. 3. par-  
 te repetitionis capi. Raynuntius. de  
 testa. factæ per Guliel. Benedicti. fo.  
 41. in processu prœuentionali ibi-  
 dem inserto.

**P**œna degradationis. Adde <sup>A</sup>  
 quòd cum huius capituli  
 materia latissimè pateat  
 nec breuibus possim eam  
 còcludere legendus est latissimè Car-  
 re. in practica crimi. fol. 240. nouissi-  
 mè editionis. Iuli. Clar. in practi. cri-  
 mina. §. fin. quæst. 76. versic. Scias au-  
 tem. & quæst. 74. Tabi. Ang. & Syl-  
 uest. in summis in verbo degrada-  
 tio. Locatus in opere iudi. in verbo  
 degradatio, & eleganter Conradus  
 Brunus. lib. 4. de hæreti. cap. 13. lac.  
 Septim. in catho. institu. tit. 46. nu.  
 69. & 70. Ioan. Rojas in sing. fidei  
 sing. 48. Alb. Troti. de vero & per-  
 fecto cleri. lib. 1. cap. 5. num. 3. Dida.  
 Perez in. l. 3. tit. 4. lib. 8. Ordi. versic.  
 cum ergo pœna. Petrus Gregor. 3.  
 par. syntag. iuris vniuersi lib. 31. ca.  
 30. per totum. Hanc verò degrada-  
 tionem Diuus Hierony. in epistola  
 ad Pammachium regradationem ap-  
 pellat idem lib. 2. ad Louinianum &  
 in Ioannem Hierosolimitanum re-  
 grada-

gradationem ubique appellans, vq. quis ab altiori gradu suo vicio, ad inferiorem deuoluitur.

Franc.  
Duare.  
Vir do-  
ctus sed  
parum  
pius.

Non tamen me præterit quod Frā. Duarenus, vir satis hēruditus sed parum pius lib. 1. de Sacris Ecclesiæ ministerijs ca. 7. vix sibi periuadet morem istū tradendi clericos exauthoratos curiæ seculari veteribus notum fuisse quasi recens inuentum existimat sed eius opinio merito releganda, & exterminanda est. Nos verò qui nihil in Dei Ecclesia temerè constitutum confitemur, vel in moribus componendis, vel in delictis coercendis vetustum esse credimus de quo multi sunt antiqui canones in capi. Si quis tumidus. capi. felix. 15. quæ. 7. Sed clarius Concilium Toletanū quartum. cap. 18. Concilium Triburienſe. cap. 10. cap. 2 de transf. Præla. cap. de gradatio. de pœnis lib. 6. quibus in locis ad exauthorandum Episcopum duodecim Episcopi ad presbyterum sex Episcopi ad diaconum tres Episcopi desiderabantur.

Verum quia summa difficultate tot Episcopi poterat congregari idcirco Gregorius Nonus in capit. 1. de hæreti. libr. 6. diffiniuit, vt solus Episcopus clericum in quibuscunq; factis ordinibus constitutum degradare posset conuocatis Abbatibus alijsque Prælatiſ & religiosiſ personis. Nouissimè verò Concilium Tridentinum. Sessio. 13. capi. 4. de reformatione præscripsit formam quæ in degradatione seruari debet.

**B** seu degradationis. Adde D. Episcop. Couarruu. in cap. quia nos. nu. 4. de testam. vbi scribit, hanc ætuanlem degradationem, minimè moribus receptam esse in his qui minoribus ordinibus sunt insigniti scripsi supra cap. 137. versu. Non verò.

## Seculari curiæ tradi.

### CAPVT, CXLII.

- 1 Clericus qua ratione ex Sacrorum Canonum institutis, membrorum mutilatione, aut ultimo supplicio puniri non debet.
- 2 Iudex secularis an sententiam ecclesiastici iudicis, in clericos sibi traditos sine qua causa cognitione exequi teneatur.
- 3 Appellanti clerici traditi curiæ seculari à sententia iudicis secularis, quando sit deferendum.
- 4 Extraneus an possit pro clerico inuito appellationem proponere.



**S**acrorum canonum censura mirabilis, idcirco forsan noluit clericos membrorum mutilatione, aut ultimo puniri supplicio, quia cum eos bonis imbutos moribus eligendos præceperit, si delinquerent minori castigatione eos emendari posse, ac ceteros ab illorum imitatione prohiberi confidit. Si tamen pietate hac canonica abutentes incorrigibiles efficiantur, statuit tradi eos seculari curiæ legali animaduersione puniendos, vt supra dictum est. In casibus autem certis qui ex suprãdictis colligi valent, amplius incorrigibilitate spectata vt statim eidem curiæ traderentur clerici, in eis delinquentes ordinavit. Quos sic sibi traditos iudex secularis punire potest pœna laicis imposita per leges ciuiles, vt supra notauimus in verbo data. Possunt etiam tunc nisi in crimine hæresis iudices seculares petere vt sibi fiat fides de processu facto contra tales clericos, cum enim illos punire debeant tanquam subditos, iustum est vt cōstet.

stet sibi illos deliquisse, vt notant Docto. in capi. 1. de offic. ordi. & in cap. At si clerici. de iudi. Vt autem ipsam degradationem actualem, & traditionem curiæ sequatur realis pœne executio, solent Seculares iudices ante actum illum degradationis habere iam notitiam processus, & in continenti degradandum clericum sibi traditum ad pœnam ordinariam damnare, & statim executionem faciendam præcipere: quod ideo introductum est, vt cum maiori exemplo ab omni populo qui ad actum degradationis accessit, pœna infligi videatur. Crederem tamen quod si depositus sic traditus appellaret à sententia iudicis secularis, eum tanquam laicum condemnantis, & esset in casu in quo secundum ius, appellationi esset deferendum: quod iudex deberet deferre, aliàs nec diuinam nec humanam pœnam euaderet: non enim debet esse illè deterioris conditionis, quàm quilibet alius laicus pro simili delicto damnatus. & hoc præcipue quando Iudex Ecclesiasticus facit traditionem denegata etiam appellatione. Benè tamen credo, quod quando iudex secularis parat executionem faciendam in personam clerici sibi tradendi, quod cum ipse viderit processum, iam certus fuerit effectus, quod potest denegare ei appellationem sicut denegaret in illo casu cui cunque laico. Præterea quanuis in omnibus supra scriptis pœnis dici possit operari cōsensum clerici condemnati, ne aliquis conuente pro eo appellare possit: in hac tamen sententia traditionis curiæ, cum ex ea solet mors regulariter sequi crederem quemlibet etiam extraneum hoc facere posse, b iuxta. l. Nō tantum. ff. de appel. licet quis dicat quod cum sententia traditionis non

est illa quæ mortem infert, sed iudicis secularis quæ postea pronunciat: Nam sufficit quod illa est quæ causam præstat sententiæ, quæ subsequitur, & cuius consensus & executio damnationem sequentem operatur. Pro quo facit quod notat Innoc. in cap. qualiter. el. 2. de accu. in pen. colum. dum dicit quod secundum canones nunquam imponitur pœna corporalis mortis, sed quod est quedam quæ quasi similis ei habetur scilicet quod relinquatur seculari iudici puniendus. Facit etiam in confirmatione huius quod notat Feli. in cap. Cum super, de re iudi. in colum. 2. vbi ampliando dict. l. non tantum. dicit eam procedere, etiam si agatur de morte civili. vt de portatione, motus per a quæ notat Bart. in. l. Stichus. ff. de pecu. leg. Et Bald. in. l. fin. C. de neg. gest. ex quibus duabus doctrinis Innoc. & Felin. posset etiam dici, vt eodem modo habeat locum dispositio dict. l. Non tantum. quando clericus damnatur ad pœnam perpetui carceris: quia talis pœna satis videtur esse similis pœne mortis, & posset merito iudicari mors civilis: quauis ego soleo dubitare de prædicta ampliatione Feli. quia dict. l. Non tantum. multum considerat quod ibi ille pro quo permittitur extraneo appellare, ducitur ad supplicium, & tunc etiam si resistat, nec velit admitti appellationem perire festinans, lex illa disponit appellationem admittendam. Quando autem quis solummodo deportatur, cum non amittat vitam, vel membrum, nimirum si acquiescendo sententiæ impediatur appellatione extranei in eius fauorem volentis appellare, præcipue quia doctores quos allegat Felin. in eo quod suæ opinioni fauere videntur, nihil tractant de materia dict. l. Non tantum. sed

sed de actione negotiorum gestorum, quam tribuunt soluenti pro aliquo invito, quia erat in periculo perdendi personam in quo casu loquitur Bald. & sententia Bar. quæ videtur magis virgere, solum loquitur in eo qui soluit pro eo, qui alias erat passurus damnum in persona libertate, vel ciuitate, ut possit repetere licet alter dicat quod ipse mallet pati illud damnum, quam quod tanta pecunia solueretur: non tamen facit mentionem quod eo invito hoc esset solutum. Et quamuis ita posset intelligi doctrina Bar. longè diuersum est posse repetere pecuniam solutam pro eo, qui alias perditurus erat ciuitatem, quam posse appellare pro eo qui deportatur, si ipse acquieuit sententia.

**A**  
Iudices  
seculares  
non viso  
processu  
Inquisito  
rui illo-  
rum sen-  
tentia  
exequi  
tenen-  
tur:

**N**isi in crimine hæresis. Adde Bald. in aucth. clericus C. de Episc. & cleri. Ange. in l. Diuus. 2. ff. de custo. reor. Ias. in l. magistratibus. ff. de iur. omni. iudi. vbi Deci. & Purpur. quæ opinionem communem esse testantur Alciã. in cap. perniciosam. num. 100. de offic. ordi. Bero. in capit. at si clerici. num. 79. de iudi. Boisi. in tit. de hæreti. num. 35. Iacob. Septiman. in cathol. insti. tit. 36. num. 5. Iuli. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 96. vers. quæro etiam. eamquæ sequitur Alfonso. a Castro libr. 1. de iust. hæreti. pugni. capit. 23. Villadic. in tractat. de hæreti. quæstio. 19. Bern. Comensi. in lucernayn verbo. Executio. §. 6. vers. sed queritur. Ioan. Rojas ling. fidei. 107. & in tractat. de hæreti. 2. par. quæstio. 50 Campegi. ad Zanchin. in tract. de hæret. ca. 8.

Contrariam tamen opinionem tenet Bart. in dict. l. magistratibus. num. 4. asseuerans, iudicem seculare noua Inquisitione instituta tam de

processu & sententia Inquisitoris, quæ de crimine: cognoscere posse, & ea ratione non prius teneri ad inquisitoris sententiam execuendam quam ei de iustitia processus causa cognita plena fides facta fuerit. quam opinionem communem esse legistarum fatentur Imo. in ca. 1. nu. 16. de offic. ordin. Felin. in capitul. ad abolendam. de hæreti. Ferdinan. Iuench. in prima parte de testam. §. 6. num. 16. Iul. Clar. libr. 5. recep. sent. §. fina. quæstio. 96. vers. quæro etiam. Practic. Contra. fol. 597. nu. 63. Iacob. Septiman. in Cathol. insti. 36. nu. 4. Iodo. in pract. cri. capi. 61. n. 54. qui scribit Bar. doctrinã vsu receptam esse & refert Igneus in l. 1. §. cum dominus. nu. 41. ff. ad Silla. quod vidit eã suo tẽpore seruari per Senatũ Mediolan. q̄ fuerunt absolutę quędam mulierulę quę antea condemnatę fuerant de hæresi ab Episcopo Parmenensi & Inquisitore, quas compertum fuit rectẽ, de si de lenisse refert in Gallia idem contingisse. Sed verior & communior. est prima opinio, quæ manifestẽ probatur in cap. inquisitionis. §. prohibemus. de hæreti. libr. 6. quam seruari per iudices Magnę Curia Vicarię asseuerat Mattheus de Afflic. in proem. Consti. Scilię in glos. incip. Gladij, quæ in Hispania seruatur teste Iaco. Septim. vbi suprà allegauit. Impius sanẽ apud Hispanos, nec a p̄na esset immunis, qui contrariũ pertinaci animo asseueraret. Maxime cum apud nos semper constituatur inquisitores, qui viri sunt integerrimi, heruditi, & omni laude dignissimi, qui maturo semper consilio, causas ad fidem spectantes equa lance iudicant cuius rei non vulgare testimonium nobis præstat, D. Antonius Morejon (vir & gentilitia nobili-

D. Ant.  
Morejō  
Inquisi-  
tor Cæ-  
saraugu-  
stanus  
laudatur

hilitate & literis insignis) qui post magnos in utroque iure progressus. Post publicā interpretat di iura Pōtūficia in Salmanticensi Academia functionem, post senatoriā dignitatē consilij Reuerendis. Toletani Archie. Post Vicarij generalis Complutensis Curie celeberrimæ, per sex annos magno consilio, munus amplissimum administratum, ad Sanctæ Inquisitionis prætorium insignis Ciuitatis Cæsaraugustanæ meritisimè nunc fuit promotus. magna hæc sed maiora à tanto viro speramus. ad rē igitur redens. Hæc etiā opinio in dominio Mediolanensium iam seruari affirmat Clar. in dict. quæstio. 96. scribit quod regnante Philippo huius nominis secundo Hispaniarum Rege Catholico & inuictissimo (qui nunc feliciter regnat) semper vidit seruari, quod lata sententia per Ecclesiasticos iudices de heresi contra aliquem, statim quod remittitur iudici seculari absque aliqua causæ cognitione traditur flāmis, & comburitur dicitq; itā in illius domini Senatū decretum fuisse.

Apostolicis decretis stabilitū est qd Inquisitores seculares magistratibus sicut pro cessus offēdere non teneantur.

Est equidem quæstio hæc definita Bonif. Octauī constitutione quæ incipit, *Dilectus filius*, quæ continetur inter bullas Apostolicas pro officio Sanctæ Inquisitionis pagi. 57. Itaq; Inquisitor nullo modo ostendere debet processum à se factū sed secularis magistratus sententiam Inquisitoris, sine mora exequi tenetur, quod si id facere sine legitima causa differat, ecclesiastica cœsura cōpelli potest. itā cautū asserit Ber. Com. in d. lucerna iuris in verb. *Executio*. §. 7. verbo. *Imo Inquisitor*. vbi refert ad hoc Urbani Quarti rescriptū incip. *Cum sicut* Idem fere sancitū est Alex. Quarti Pontificis Maximi constitutione quadam, circa hanc rem edi-

ta quæ incipit, *ad audientiam*, quæ refert Franciscus Pagn. ad directoriū inquisitorum. 3. par. Scholi. 99. foli. 208. colum. 2. qua amplissima potestas tribuitur inquisitoribus, aduersus seculares magistratus negligentes, seu differentes exequi sententias contra hereticos prolatas, quæ ex iuris cōmunis sanctionibus, statim exequendæ sunt capi. vt inquisitionis. §. prohibemus de hereti. libr. 6. Quod Hispania nostra piè obseruat quia quam primum in publica actione Sacrosanctæ Inquisitionis sententia relapsorum, seu impenitentium, aut aliorū, qui traduntur curiæ seculari legitur statim iudex secularis in suum forum eos recipit, & ad supplicij locum, pronunciata sententia mortis, seu combustionis, rei deducuntur. In Italia autem in multis eius partibus iudices seculares, non statim reos ad supplicium ferūt sed per tres, vel quatuor dies suis carceribus detinet, deinde illos morti tradunt. Nec hoc à sacris constitutionibus alienum videtur, nam Innocen. Quartus bulla quadam incipit. *Ad Extirpanda*. Relata in bullis seu literis Apostolicis pro sanctæ Inquisitionis officio pag. 6. permittit, vbi ita scriptum est. *Damnatos vero de heresi per Diocesānum, vel eius Vicarium seu per inquisitores prædictos, potestas, vel rector, vel eius nuntius specialis, eos sibi relictos recipiat statim, vel infra quinque dies ad minus, circa eos constitutiones contra tales aditas seruaturas.* Hactenus Innocen. summus Ecclesiæ Præsul. Ex qua constitutione, facile intellegimus non esse negligentes seculares magistratus, nec velut hereticorum fautores plectendos, qui per quinque dies hereticorum supplicium differūt, Sed quia fortè ex ea dilatione, aliquod inopinatum malum

In Hispania cum in publicis hœci actiōibus heretici secularibus iudicibus remittuntur statim puniuntur quod in Italia,

malum



malū oriri posset, salubrius est quòd in Hispania seruetur à qua consuetudine non licet recedere.

Sunt tamen qui consent, non esse locum suprā alligatis Pontificijs constitutionibus, nec predictę communi opinioni, quando iudici seculari manifestissimè constaret, inquisitorum sententiam iniustissimā esse, quo casu illam exequi non tenetur, quia non debet eum flāmis tradere, quem compertum habet innocentem esse, & ideò aiunt causam referendam esse ad eosdem inquisitores, vt diligentius eam examinent. Ita tenuerunt Alcia. in d. c. 1. de offici. ordi. num. 110. Brun. lib. 4. de hereti. c. 15. Villadiego de hereti. quęsti. 19. Sed opinio hęc longè repellenda est, nam secularis iudex nullo modo potest scire, illum innocentem esse, quem hæreticum esse inquisitores pronuntiant. Cum tamquam iudex ex actis causę sibi sit interdictum, est equidem iudex incompetentens cum hæresis crimen mere ecclesiasticum sit. Cum hac conclusione omnes transeunt ita dicit Alci. in d. c. 1. nu. 73. & tam dicit communem Iuli. Clar. in practi. crimi. §. hæresis versic. hoc crimen. & quam plures sequuntur quos refert Siman. dicto tit. 36. num. 4. Dicit tamen Practica Milci, fol. 75. num. 38. quod hodie iudex secularis cognoscit de crimine hæresis, & quod ipse plures vidit comburi propter hoc crimē, iudicatos à Preposito Parisiensi ex indulto Summi Pontificis: de iure autē supradicta communis opinio amplectenda est. Si verò vt priuatus iudex secularis scit hæreticum sibi traditum, non delinxisse, scientia hæc prorsus inanis est. cum secundum propriam conscientiam iudicare non debeat. l. illicitas. §. veritas. ff. de offici.

Preli. cap. pastoralis. §. quia verò. de officio delega. glo. in c. 1. de offici. ordi. quam opinionem communem esse testantur Barba in d. §. quia verò. num. 36. & ibi Feli. Alci. in d. c. 1. de offici. ordi. num. 82. Covarr. in lib. 1. vari. resol. c. 1. n. 6. & ex Theologis Domin. Soto lib. 5. de inst. & iure quęsti. 4. art. 2.

Nec desunt qui existiment, iudicem secularum cognoscere posse, de nullitate illius sententię, quę ab inquisitoribus lata est. In eo casu in quo iurisdictionem nō habent, quia cum ea sententia nulla sit, exequenda non est, Tunc equidem iudex secularis non iudicat de hæresi, sed de sententia nulla, ita tenuerunt Villadiego & Brun. in locis nouissimè allegatis, sed horum opinionem iuste increpat Iacob. Septi. dicto. cap. 36. num. 7. Quia iudex secularis merus est executor, nec vllam hæresis cognitionem habet. vt in d. c. inquisitio nis. §. prohibemus. de hereti. lib. 6. Ita vt nec possit pœnam pro hæresis crime impositam commutare. de quo est communis opinio teste Bofsi. in practi. crimi. tit. de hereti. num. 37. idem scribit Iulius Clar. d. §. fin. quęsti. 96. dicens semper vidisse ita obseruari.

Hoc facere posse. Adde tex. in l. ad ditos C. de appella. Ange. in l. 2. C. quorum appella. non recipiant. Felin. in c. cū super. de re iudi. Ang. Aret. in tract. malefi. in parte, presente dicto Caio. num. 8. Hyppo. sing. 201. Anton. Gome. lib. 3. c. 13. num. 31. Et vtrum clericus possit pro reo condemnato appellare, sunt qui dicunt non esse permissum Specula. titu. de aduocato. §. 1. num. 8. Contrariā tamen sententiam amplectitur gl. in l. addictos. in verbo, quibus. C. de Episcop. audi. quā doctores sequuntur

Index  
secularis,  
vt unde  
nullitate  
sententię  
inquisito  
rum cog  
noscat.

B  
Clericus  
pro reo  
condem  
nato non  
appella  
re possit

vt testatur Aug. ad Agelum in tractu  
malefi. in verbo, *Presente Cayo.* nu-  
mero. 5. & opinionem istam verio-  
rem esse testatur Iuli. Cler. in pract.  
criminali. quæstion. 94. versic. Sed  
etiam, dicens quod cum appellatio  
tâdat ad rei defensionem merito cle-  
ricis est permilla sed apud Hispanos  
tam in laicis quam in clericis cû  
contrarium iure canonico expres-  
sum non sit Regia Partitarum lex  
seruari debet. inquam. 6. tit. 13. par.  
3. quæ corrigat ius commune quate-  
nus diffiniuit, quod si cõdemnatus  
acquiescat sententiæ extraneus non  
possit appellare sed eius. consangu-  
neus. cuius non meminit insignis  
D. Couaruu. lib. 1. var. resolu. capit.  
1. num. 10. Est etiam apud nos aliud  
specialissimum in causis criminali-  
bus in supremis Hispaniæ tribuna-  
libus in quibus cognoscitur de ap-  
pellatione dictis causis interposita  
etiam post dies appellandum consti-  
tutos, vt testatur Couaruu. in dict.  
cap. in fine.

## Pœnis vè alijs pecunia- rijs.

### CAPV T̄, CXLII.

- 2 *Iudex Ecclesiasticus potest pro corri-  
gendis criminibus pecuniarias pœ-  
nas imponere.*
- 1 *Episcopus an fiscum habeat.*
- 3 *Iudex Ecclesiasticus, qui per statu-  
tum pecuniariam pœnam impo-  
nit, iuste eam poterit retinere.*
- 4 *Clericus, qui non habet in bonis, cor-  
porali pœna puniendus non est.*



**P**E C V N I A R I A S  
pœnas inferre subditis  
ex capitul. Dilectus de  
offic. ordina. videtur li-  
cere ecclesiasticis iudicibus. Pro  
corrigen-<sup>a</sup>dis autem excessibus &  
puniendis criminibus exigere illas  
prohibet text. in capitul. licet.  
de pœnis. Et quia in hoc iura ali-<sup>2</sup>  
qua inuicem aduersari videntur,  
Cardina. post. Hostien. in capi-  
tulo. Vt clericorum. de vi. & ho-  
nesta. cleric. sic inter ea pacem  
componere nititur, quod delin-  
quentes non sunt in pecunia pu-  
niendi, quando fit ad imburse-  
dum: quia tunc illud præsumitur  
emanare ex fonte avaritiæ: secus si  
causa correctionis fiat & ex fon-  
te charitatis procedat: quod præ-  
sumitur iuste fieri dum Iudex non  
imburseat, sed pauperibus erogat.  
Facit etiam quod notat Bald. in  
auct. bona damnatorum. C. de bo-  
nis damna. videlicet quod episco-  
pi de iure deberent condemnare  
ad pœnam criminalem soluendam  
cameræ Romanæ, non suæ, li-  
cet de consuetudine contrarium  
seruent, quod refert & sequitur  
Anani. in capitulo. excommuni-  
camus. el. 1. in princip. fin. co-  
lumn. in fin. de hæretic. & idem  
Bald. in rubric. C. de priuil. fisc.  
dum firmat quod Episcopus non  
habet fiscum, & quod Angel. no-  
tat in auct. vt nulli iudicem. §.  
quoniam. in fin. colla. 9. dum di-  
cit quod videtur ibi casus quod  
Episcopus qui punit aliquem cleri-  
cum, non potest in sententia dicere  
quod pœna sibi detur. faciunt etiam  
nota. per Barba. in consi. 21. A Ioue  
principiũ, in. 3. vol. in fin. vbi post  
alia dicit quod gl. nec tex. nec doct.

Hh dicunt

dicunt quòd episcopus habeat fiscum . licet aliter loquantur Anton. & Abb. in capit. quia diuersitatem, de concessio. prabend. de quo tamen vide latius per Felin. in capit. irrefragabili. §. cæterum. versicul. quarta conclusio. de offic. ordina. vbi refert plura ex prædictis. & tandem concludit quòd verior opinio videtur quòd Episcopus habet fiscum, <sup>b</sup> & inter alia allegat Fran. de Pauinis dicentem quòd quicquid sit de iure hodie de consuetudine generali Episcopus habet fiscum . Et vide doctorem nostrum Hispanum Ioann. Lupum in repetitio. Rub. de donat. inter vir. & vxor. foli. 22. column. 2. versicul. Secundum dictum. vbi in hoc articulo cogitat ipse dicendum quòd Episcopus non habet fiscum propriè, impropriè tamen sic. & quòd bona confiscanda clerici non beneficiati applicentur Episcopo, beneficiati verò ecclesiæ in qua habuit beneficium. Quando verò per statutum imponit Iudex Ecclesiasticus poenam pecuniariam, tunc potest <sup>c</sup> illam sibi retinere. citâ tenent Hostien. Abb. & Archid. in locis per Felin. relatis in dict. §. cæterum. column. penultim. versicul. Secunda conclusio. Si autem ipsemet Iudex Ecclesiasticus veller per sententiam poenam pecuniariam sibi retinere, licet id facere possit: honestius tamen aget, si in pium vsum poenam deputauerit secundum Felin. ibi. versic. Tertia conclusio. Quando verò Episcopus indigeret euidentè, posset retinere, etiam in casu quo per sententiam imponeretur poena, vt ibi per eum. de quo vide nota. per Henricum Botteum, in tractat. de Synod. Episcopi. 3. par. decimatertia conclusio. numero.

127. Carta. 326. Tomo. 2. tractat. diuersor. doctor. Vnum insuper <sup>4</sup> propter clericorum dignitatem existimo debere fieri, quòd licet aliàs damnati propter crimen ad pecuniariam poenam, si non habent in bonis, luere debent in corpore, vt in. l. fina. ff. de in ius vocand. vbi Bald. & in. l. 1. in fin. ff. de penis. clerici tamen in sacris constituti, si inopes sint, in defectum pecuniæ <sup>d</sup> non punientur corporaliter, tunc propter personarum dignitatem, tum etiam quia leuia sunt delicta propter quæ clericis inferant constitutiones synodales vel consuetudo pecuniariam tantum poenam: fa- teor tamen quòd tunc licebit iudici. in aliam suspensionis, exilij, vel aliàs pro arbitrio consideratis circumstantijs debitis commutare, aut in aliqua spiritualia opera celebrationis officiorum. aut orationis seu ieiuniorum conuertere.



**E**cclesiasticis iudicibus. Ad de Abb. in capit. vt clericorum. numer. 10. de vita, & honest. cleric. vbi hanc opinionem communem esse fatetur idem testatur Iuli. Clar. in practic. crimina. §. fina. quæstion. 80. versic in hac autem. circa quam videlatè Petrum Rebuff. in rub. de publi. concubin. §. quia vero. Caue re tamen debent Ecclesiasti iudices, ne in imponendis his penis pecuniarijs modum excedant, sed peccati qualitatem, & personarum conditionem attendere debent, & potissimum animaduertere debent, ne quis auaritiæ vicio possit illos insimulare. Est equidem in omnibus iudicibus auaritia vehementer reprehendenda, sed maximè in iudicibus ecclesiasticis.

**A** Iudex Ecclesiasticus pecuniaria poenam imponit.

Hanc

Inquisi-  
tores hæ-  
reticæ  
prauita-  
tis pecu-  
nias  
pœnas im-  
ponunt.

Hanc etiam facultatem imponen-  
di pecuniarias pœnas, vel multas  
(de qua in hoc capite) habent Inqui-  
sitores hæreticæ prauitatis, hoc sanè  
omni difficultate caret, quia omnes  
antiqui & nouissimi vno ore faten-  
tur Kerper. Inquisitio. in verbo,  
*Sententia. §. Item circa firmam,* &  
verbo, *Extorquere. §. 1.* Villadiego, in  
tractat. de hæreti. quæstion. 8. num.  
6. Carr. in tractat. de hæreti. nu. 79.  
Franc. Pegña in anno ab Directo.  
inqui. libr. 3. Scholi. 147. & ita de-  
cretum est Alexand. Quarti Ponti.  
Maxim. constitutione incipi. *Super  
extirpatione.* edita anno Domi-  
ni. 1258. quæ habetur in libr. litera-  
rum Apost. pro Sancto Officio. In-  
quisi. fol. 134. quam vide.

Pœnia  
ria pœna  
sue mul-  
ta quan-  
do ab in-  
quisitori-  
bus im-  
ponatur

Quæ quidem pœna, seu multa,  
tunc temporis ab inquisitoribus erit  
imponenda, quando rei delati ad  
gremium Ecclesiæ reuertuntur, non  
verò quando sunt pertinaces, vel  
relapsi, quia tunc omnia illorum  
bona sunt confiscata. Tùm quia  
pecuniaria multa ad correptionem  
& emendationem imponitur tradit  
Carr. in dict. tractat. num. 79. Zan-  
chinus de hæreti. capit. 19. nume. 1.  
quæ ratio hoc casu cessat. Imponi-  
tur potissime pecuniaria pœna  
contra diuites, qui ad fidem Catho-  
licam redunt, cum hi non vulgaritèr  
dolere solent, his pœnis condemna-  
ri. Et pœna illa semper est iniungē-  
da, quæ magis timetur ita scribit  
Zanchinus. dicto. capitul. 19. nu-  
mer. 2.

Pœna  
corpora-  
lis iuu-  
nè poni-  
tur ab ec-  
clesiasti-  
cis iudi-  
cibus  
quando  
alternati

Quòd si reus inopia laborat, vt  
non possit pecuniarias pœnas sol-  
uere, punitur alijs salutaribus pœnis  
inquisitorum arbitrio. Quo fit vt  
nunquam mihi placuerit, quòd  
scribit Repertorium Inqui. in ver-  
bo, *Sententia. §. Item circa.* Assue-

rans quòd sepe solet contingere, vt  
ille cui imponitur pecuniaria mul-  
ta, eam soluere non possit, & hac  
ratione cautè facturum inquisito-  
rem, si hoc casu vimen breui senti-  
entiam proferat, hoc modo. Con-  
demno te in tanta pecunia quanti-  
tate, si solueris intra tantum tem-  
pus, quòd si non feceris talem cor-  
poralem pœnam subeas, sed labitur  
mea sententia. Quia ante quàm quis  
condemnetur pecuniario multa, in-  
uestigandum est, an possit eam sol-  
uere. Et quanuis in secularibus tri-  
bunalibus, hoc liceret, non verò  
in Ecclesiasticis, in quibus fugien-  
da est auaritiæ suspitio. Quòd in  
primis observandum est in cleri-  
cis, qui quando pecuniam soluere  
non possunt, corporali pœna ple-  
ctendi non sunt. Vt docet Episco-  
pus Calagurri. hoc capi. numer. 4.  
Fran. Pegñ. in anno. ad Director.  
Inqui. 3. par. Scholi. 147.

Deindè Inquisitores pro suo ar-  
bitrio, pœnas pecuniarias impo-  
nunt contra illos qui verba hære-  
tica proferunt, ludendo aut ira in-  
censi, vel ex fatua simplicitate, &  
ignorantia quæ excusatione impo-  
nenda caret Villadiego de hæreti.  
capitu. 8. numer. 6.

Pœnæ verò applicandæ sunt vsi-  
bus pijs, & Sanctæ Inquisitionis,  
officio, quia nulla causa magis pia  
& fauorabilis esse potest, quam cau-  
sa inquisitionis cuius maximo &  
singulari beneficio hæreses extirpā-  
tur, & illa summa ratio est quæ  
pro religione facit. l. sunt personæ.  
ff. de religio. & sum. funer. Nec am-  
plectenda est Ludo. Carreñij opi-  
nio asseuerantis, nò alias pœnas pecu-  
narias Sancto officio applicandas ef-  
se, quàm si necessitas vrgeat, quia se-  
clusa necessitate id fieri potest quia

ut cõci-  
pitur si  
pecunia  
ria multa  
solum  
tempus  
nò solui-  
tur.

Pœna pe-  
cuniaria  
est cõtra  
proferē-  
tes ver-  
ba hære-  
tica  
imponē-  
da.

Pœnæ pe-  
cuniariæ  
imponuntur  
ab inqui-  
sitoribus  
pijs vsi-  
bus sunt  
applicā-  
dæ.

utilissimum est ( medicam necessarium ) Sanctum Inquisitionis officium peccunijs abundare, ut quoties oportuerit sine familiarium, & ministrorum incommodo fiat hæreticorum inquisitio, captura, & alia multa quæ fieri contingunt.

**B** *Habet fiscum.* Adde gloss. in cap. quia diuersitatem. de concessi. præbend. Cardin. in Clementin. 2. §. 1. de hæreti. Barba. in capitu. 1. de probation. nume. 51. Abb. in capitu. 2. de successione. ab intesta. licet ipse in capitu. tuæ. de pœnis dicat opinionem hanc iure non probari, sic prædictam opinionem sequutus asserit Auferi. in Capella Tholos. quæstion. 274. posse nominari publicum fiscalem procuratorem ipsius tribunalis, & iurisdictionis Episcopalis, quanuis asseueret non id facile admitti à Regijs, & secularibus magistratibus. & hanc opinionem communem esse, & vsu comprobata fatetur D. Couarru. in libr. 2. varia. resolu. capitu. 9. numer. 11. eam sequitur Fran. Marc. decisio. 329. numero. 12. Gom. Ari. in l. 7. Thau. n. 75. & hæc opinionem omnes tenent, ut scribit Petrus Foll. in practic. crimina. cano. fol. 68. numer. 14. & moribus in Hispa. recepta est.

**C** *Retinere.* Adde Ioan. Lup. in repeti. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 29. column. penultim. Couarru. dict. capitu. 9. num. 9. & vide Concilium Coloni. titul. de iurisd. ecclesi. conten. capitu. 8. & Concili. Tholet. celebratum anno. 1565. actio. 2. capitu. 14. sic disponens. *Pœna pecuniaria, si quando à iudicibus ordinarijs, iuxta rationem delicti, vel delinquentis qualitatem, eas imponi cõtigerit, in viis tantum vsus, & pro executione iustitie, non pro priuata Episcopum utilitate*

*expendantur arbitrio Episcopi, & eius Vicarij. Deputeturque ab eodem Episcopo qui easdem pœnas recipere debeat, earumque rationem reddere teneatur.*

*Non punitur corporaliter.* Adde **D** Jacob. Menoch. de arbit. iudi. quæstion. lib. 2. casu. 447. numer. 7. qui alios allegans contrariam opinionem profiteretur. idem sequitur Gaspar. Bae. de innope debitore capitu. 11. nu. 3. Sed in forensibus controuersijs auctoris nostri opinio recepta est. Potest tamen contraria opinio intelligi, de commutatione pœnæ corporalis, quæ non est corporis afflictiva, nempe suspensionis, vel exilij, vel similis quæ perpensis circumstantijs criminis, in defectum pecuniariæ condensationis infringi iure optimo potest, ut hic considerat auctor.

## Corporalibus.

### CAPVT, CXLIII.

- 1 *Pœna corporalis varissimè clericis est imponenda.*
- 2 *Iudices Ecclesiastici in puniendis clericorum flagitijs, mihrationis pœna, ut solent.*
- 3 *Clericus an ad trivemes damnari possit.*



Um priscis illis venerandis patribus ( quorum loco tempestate hac infelici nati sunt ecclesiæ filij moribus & meritis satis dispares ) qui Ecclesiæ regimini tantum insudarunt, summa fuerit cura, ut tales essent in suis moribus clerici, quod vitæ suæ splendor ad eos honorandos alliceret, elegerunt potius etiã prop-

ter leuia delicta eos statim ab ecclesiastico gradu repellere quam in suo gradu manentes (pennis corporalibus inflictis) infames ac paruipedes se facere. Hinc etenim experimur quod in cunctis antiquis Canonibus, ac sacris concilijs rarissime corporalis pena clericis imposita est. Vnde prudentiam eorum non zelo vacua imitates debent ecclesiastici Iudices (sacerdotum saltem crimina) penis corporalibus publicis rarissime cohibere. laudo tamen (quia plures vilissimi homines, moribusque perniciosissimi ad sacerdotium admissi sunt non sine magna dignitatis sacerdotalis deformatione, animarumque iactura) quod ecclesiastici iudices tales de criminibus conuictos priuatim alicuius clerici manu, aut propria (parentum more) verberibus affligant. Quid enim frenare valebit plurimum clericorum saepius iterata flagitia qui carceres contemnentes, ac de pena mortis securi, non nisi vitijs delectantur? Cum eos passim deponere, aut dehonestare nec liceat, nec expediat: illi in super qui ab exercitijs, stabulis, scortis ad sacros ordines ascenderunt, ab ipsis incunabulis prauissimis imbuti moribus, quo pacto a tam inueterata nequitiae consuetudine auerti possunt? nisi in chamo & freno maxillae eorum confringantur, virgaque regantur ferrea? Inter alias autem penas corporales quae clericis inferri solent, pena mithrationis annumeratur qua etiam aliquando vtuntur ecclesiastici Iudices: hanc quidem corporalem esse dicit Card. consil. 94. incip. haec est quaedam inquisitio, quia continet corporis coercionem, asseritque ad illam incurrendam dolum requiri, sicut in alijs corporalibus penis. Et vide Ioan.

de Ana. in capit. Inquisitionis. colum. 2. de accusation. vbi dicit quod isti qui fustigantur, mithrantur, vel ponuntur ad cathenam, vel quid simile, sunt infames. Venit in super in vsum (in Italia praecipue) alia quaedam corporalis poena, qua solent puniri clerici, videlicet damnationis ad turremes, cuius poenae impositio forsitan fundari coepit ex his quae notat Innocen. in cap. Qualiter. cl. 2. de accusat. in penultim. colum. versi. & sunt. vbi scripsit quod poena damnationis in metallum non inuenitur saepe in canonibus posita, sed si imponeretur non retractaretur. Cuius forsitan doctrinam sequentes Iudices ecclesiastici & illam poenam damnationis in metallum imitantes imponunt hanc, ea praecipue ducti ratione, quia certi sunt quod turrem ducis traditos sibi ad earum ministerium non patiuntur fugere. Potest praeterea & haec poena fundari in verbis Augustini quae ad Marcellianum Comitem scripsit, de quibus in capit. 1. 23. quest. 5. vbi intercedendo pro quibusdam clericis qui presbyteros interfecerant & alia graua commiserant, ne eos mortis supplicio puniret, inquit, hoc magis sufficere volumus, vt vibi & nulla parte corporis truncati, vel ab inquietudine in sana ad sanitatis otium legum coercionem dirigantur, vel a malignis operibus alicui utili operi deputentur. Quam equidem in clericis, non sacerdotibus, practicandam admitterem dum excessus grauitas postulasset, postquam numerum & temeritatem clericorum tantum creuisse constat, & detractionis in monasterio poena (quae ad eorum emendationem salubrior esset, ac dignitati ordinis honestior) imponi non potest, propter

monasteriorum exemptiones. In sacerdotibus autem nec faciendum aaprobo: & quod factum fuerit, aliquando reprobare compellor. Quis enim meritò non iudicabit indecens sacerdotes Dei ( quibus maior dignitas est collata quam Angelis) quantuncunq; facinorosos, tã perpetuo ac infami punitionis generi tradi? vbi tranta est sceleratorũ hominum copia, tantus squalor, tantus deniq; omnium erumnarum, ac immundiciarum aceruus, vbi insuper passim damnatos homines, & nudari, & flagella laicorum manibus pati quotidianum est: nisi in casu quo post degradationem sacerdos tradendus esset ad vltimum supplicium subeundum seculari curiẽ. Et tunc etiã tolerabilius crederem sacerdotẽ quẽ quam post traditionem curiẽ turpissimo quouis mortis genere ( dum tamen momentaneo) vitam finire, quã ipsum lógo vitæ interuallo cum tot facinorosis hominibus, ac infidelibus sæpius tali quotidiana pœna torqueri: quod forsã illius animæ salubrius esset, quia in breui illo vltimo supplicio de commissis dolens deuotius (atquẽ ob id securius) moreretur. In triremibus autem vitam agendo non solum de præteritis non est sperandus dolor, sed deteriores mores eos ibidem acquisituros. & cum illis morituros verisimilius timeri potest.

**N** Ec faciendum aaprobo. Adde Martin. Nauarr. in capit. nullam. i. d. quæst. 2. num. 52. quo loco disputat, an liceat iudicibus ecclesiasticis, prælativẽ regularibus, condemnare subditos ad Regias triremes. Tandem de iure videtur asserere non licere, quanuis dicat consuetudinem vale-

re, qua hoc permissum sit. Autor tamen hoc capite hanc consuetudinẽ increpat in sacerdotibus cuius opinio summẽ placet Iulio Claro in præcti. crimin. s. fin. quæstio. 70. versic. frequens est, præterquam si tantum clericorum crimina creuissent, eorũ improbitas aliter non possit coerceri, dicitquẽ in illo Ducatu Mediolanensi dicta pœna passim solita est imponi. Et in Hispania sepissimẽ imponi pro grauissimis criminibus, non obstante istius Domini Episcopi opinione ipse sum testis.

In regno tamen Fran. seculares magistratus, minimẽ patiuntur, clericos alijs. Pœnis quam Sacris Pontificum constitutionibus puniri, ob idq; pœna hæc aduersus clericos minimẽ imponitur, vt asseuerat Franc. Duar. lib. 1. de Sacri. Eccles. min. ca. 3. referens damnatum fuisse iudicio Curie Centumbralis Archiepiscopum Biturigum, qui clericus quosdam præfecto triremium tradiderat.

Sed vtrũ clericus ad triremes perpetuò damnatus, sit prius actualiter degradandus, mihi sanẽ videtur asseuerandum degradandum esse cum idem sit, quandò perpetuò carceri emancipatur, vt alibi cum authore scripsi igitur idem statuendum est. Illud. ff. ad leg. Aquil. & itã interminis scribit Campegius apud Zanichinus in tractat. de hæret. capitu. 20. ad finem versicu. obserua denique. Quòd licet de iure verum sit, nihilominus tamen cum soleat cum illis aliquando dispensari, præsertim in iudicio inquisitionis ideò nõ solet clericus ad istas pœnas condemnatus, actualiter sed verualiter tantum degradari vt refert Fran. Pagn. ad Director. inquisit. libr. 3. Schol. 65. fol. 185.

*In Regno Fran. clericus regno clericum tantum pœnis iuris Pontificij condemnatur.*

*Clericus perpetuò ad triremes condemnatus an prius sit degradandus.*

## Canonicis vel synodalibus.

### CAPVT, CXLIIII.

- 1 Iudex, legitima causa subsistere, potest legis pœnam minuire.
- 2 Si iudex à pœnis in iure statutis recedit, causa in sententia est exprimenda.
- 3 Pœna delicti si in iure scripta non reperitur, qua pœna tunc sit clericus puniendus.
- 4 Episcopi per statutum possunt easdē pœnas clericis imponere, quas leges laicis imponunt, dummodo iure Pontificio contraria non sint.



**N** corrigendis enim excessibus clericorum debet Ecclesiastici iudices, Episcopi maximè, aduertere, quid sacrorum canonum cœsura disponat, pœnasq; iuxta illorum irrogare decreta. Iurant namq; Episcopi seruire canones, & periuri sunt, si eos ex contemptu non seruant, vt tradit Panor. in. c. Cum non liceat. col. 1. de præscr. & ibi Fel. in. c. Ego. de iur. reiur. Quando autem aliqua iusta subest ex his quas docto. scribunt, propter quas pœnæ de iure civili etiã ordinariæ moderari possunt, non dubitandū est iudicē ecclesiasticū posse etiam canonicas pœnas moderari, dū tamen hoc faciant in ipsa sententia, propter id quod notanter scripsit Inno. in. c. Qualiter. el. 2. in col. fin. de accus. vers. Itē nota, q̄ quando iudex nō exprimit pœnā in sententia, sed tantū condēnat de crimine (puta) condēno te de adulterio tunc nō est illius iam pœnā moderari: sed pœna in lege expressa infringitur. vt. 2. q. 3. §. Notandum. licet

antē moderari posset, vt in c. Omnis 45. dist. Et per gl. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. in verbo onerasset. Aduertat etiã in hoc Iudex, q̄ quando ex causa recesserit à pœnis in iure statutis, debet causam exprimere, b̄ propter magistralē doctrinā doctorū quam scripsi in meis doctrinis. ru. 41. in doctrina incip. causa exprimēda est in impressione illarū parua Lugdunēsi, quę secunda & plenior fuit. Si verò occurrēt delicto nulla reperitur à iure pœna descripta, tūc ad statuta Synodalia propriæ diœcesis recurrendū est. Solent nāq; boni Præsules aut ius cōmune supplēdo delictis pluribus specialē pœnā imponere statutis suis synodalibus, aut idē ius adiuuādo (quando sic expedit) pœnam à iure impositā aggrauare, q̄ possunt facere licitè, vt latissimè per Herricum de Bottis in tracta. de synodo episcopi. in. 3. par. art. 1. in cōclusionē. 13. Deficientibus præterea propriæ diœcesis synodalibus statutis, ad statuta prouincialia recurrendum est. Quando verò & illa deessent, aliarum diœcesum imitari statuta æquissimum iudico, potius quàm proprio duci sensu, vel arbitrio, nisi qualitas temporis, locorum vel personarū aliud suadeat. Si enim alicuius doctoris (quātumuis remotis partibus scribentis) opinionem sequi laudabile iudicatur, quātō magis synodalē imitari sententiā. vbi totana solent interesse consilia? At verò vbi canonica vel Synodalis censura non adest, ad civilium legum imitationem descendere censeo laudabile: quando tamē legalis dispositio clericorum statui, personis ac rebus, proportionabilis est. Illud præterea cōsiderare debet Hispaniæ nostræ ecclesiastici Iudices, vt primūm



leges Regias, quanuis civile imitentur. Quandoquidem in Regnis Romanorum Imperatorum antiquæ functiones rationis solum non verò legum sibi vendicant autoritatem. c  
 Vnde merito ab ipsis etiam ecclesiæ iudicibus legibus patriæ postponendæ sunt, vt fuit sententia doctoris de Villadiego in capit. Constitutus. de resti. in integrum. quem refert Ioan. Lupus in repetitio. rub. de dona. inter vir. & vxor. fol. 2. column. 1. in fine licet contrarium teneat Petrus de Rauenna in Alphabeto aureo, in allegationibus, in materia consuetudinum, in colum. 5. versic. Deficiente verò. motus. solum per gloss. in cap. Consuetudo. 1. distinct. quæ quidè hoc non probat: asserit enim gloss. illa præferendas leges in defectum canonum generali vel particulari consuetudini, non verò Imperiales præferri legibus Regni non recognoscētis Imperatorem. Nec verò quòd Iudex ecclesiasticus imitetur pœnas legales in defectum canonum iuricannonico aduersari videtur: cum liceat Episcopis imponere per statutum suum easdem pœnas clericis, quas leges vel Principum seu populorum statuta imponunt, lacis tale delictum committentibus. dummodo tales pœnæ non sint contra ius canonicum, vt placuit Ancharra. consi. 18. in. q. col. 1. & fin. Gemina. & Alexand. in cap. Synodum. §. Nequè vlla. per illum tex. 17. distinct. idem Alexan. in cap. Dignum. 3. quæsti. 9. & in cap. Quia iusta. 5. quæsti. 6. Card. dict. Turrecremata. in dict. capit. Dignum. per illum tex. Feli. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. in column. 46. Et hoc nota. de constit. Henri. vbi supra in dict. decima tertia conclusione, versic. Amplia septimò.



**M**oderari possunt. Adde glo. A  
 not. in §. notandum, in verò, voluntati. 2. quæsti. 3. Ar. hi. in cap. qui bona. colum. 6. 17. quæsti. 1. latissimè Andra. Tiraquell. in tract. de pœnit. in præfacti. num. 16. Iuli. Clar. lib. 5. recep. sentent. §. fina. quæsti. 85. ver. vltimus quæro. Menoch. de arbitra. iud. libr. 1. quæsti. 96.

Quàm sanè moderationem, inferiores iudices facere possunt, licet nonnulli hoc superioribus tantum permittant, quasi soli superiores equitate vtiliceat, aut quasi inferiores superiorum recta iudicia imitari non debeant. aut quasi inferior vulnus infringere debeat, vt sit quòd à superiori possit sanari, sed quorsum circuitus, quorsum vulnera vt medico indigeas, huiusmodi sanè moderationis æquitas non est contra leges, nec Sacras constitutiones, sed illis conformis, vnde nulla ratio excogitari potest, propter quã inferioribus iudicibus sit interdicta.

*Causam exprimere.* Adde quòd nec in hoc casu solum sed semper alias, cum ex causa iudex à iure communi recedit debet eam causam ad scribere per. tex. not. in. l. sciendum. ff. de appella. quem ad hoc allegat Lucas de Pen. in. l. 1. column. 1. in fine. C. de his qui nõ imple. stip. Sac. Sol. sunt. lib. 10. Abb. in cap. sicut. colum. 2. vbi Felin. colum. 9. de re iudi. tradit antè eos Ioann. And. in ad di. ad Specul. titul. de senten. & quæ ipsam sequè. §. qualiter. versic. verum. per tex. in cap. calumniam. de pœnis & in. §. oportet. in authen. de iudi. Quòd autem intelligendum est procedere, ad ipsius iudicis excusationem, non autem ad sententiæ firmitatem, nam si sine causa facit lex supplet id quod de ill. l. 4. §. Si quis cõdænatus.

*Iudex inferior ex causa pœnam potest moderari.*

**B**  
*Iudex quòd à iure communi recedit ex causa an illa in sententia teneatur exprimere.*

dēnatus. ff. de re iudi. itā dicit Bald. in. l. quid ergo. §. pēna grauior. ff. de his qui. notan. infa. Sali. in. l. pro perandum. §. illō proculdubio. C. de iudi. vbi Alexand. & quod ipsa causa non sit hoc casu ad validitatem sententiæ exprimenda asserit Bar. in l. relegatorum. §. ad tempus. in fine. ff. de interdi. & relega. & in dict. §. pēna grauior column. 2. vbi Alberri. Bar. in. l. quod ad statum. ff. de pēn. Felin. latē in dict. capi. sicut. colum. 10. Est tamen notandum quod etiam casu supra constituto sufficit si iudex in ipsa sentētia asseueret, ex iustis & rationabilibus causis, animū suū mouentibus id fecisse, absq; eo quod in sententia causam ipsam exprimat. quam sententiam communem esse testatur Iul. Cla. in dict. versic. vltērius quæro, Mench. de con- trouer. illust. cap. 14. num. 5.

**C** *Autoritatem.* Adde Bald. in cap. 1 §. iniuria, alias furtum colum. 5. de pace iuram. fir. in vsib. feud. Pari. de Puteo intra. Sind. in verb. testis. c. 2. incip. fui rogatus ad finem. Bald. in. l. nemo. in prin. C. de Siccar. Vnde Oldra. consil. 69. scribit Hispanos olim constituisse quod quicumq; leges Cēsareas in iudicio allegaret capite puniretur idem commemorant Vicen. & Ioann. Andrē. in cap. super. Specul. de magist. Ob quam causam Policrates lib. 8. capi. 22 ad fin. testatur. temporibus Regis Stephani expulsas omnino fuisse leges Romanas à Regno, constitutumq; fuisse, ne quis libros legesvè Cēsareas retineret.

**Ius ho-**  
**rū Reg-**  
**norū cō-**  
**mune**  
**appella-**  
**tur.** Ius autem regni dicitur ius commune vt asserit Dida. Segura in repeti. l. cohæred. §. cum filie. num. 19. ff. de vlgar. & pupi. l. §. titu. 4. lib. 1. ordi. l. 4. tit. 12. cod. lib. ibi, *De los derechos comunes de nuestros Reynos.* l.

2. & ibi doctor *del castillo*, in legibus Tauri.

Merito igitur iure Pōtificio deficiente ad Regias leges recurrendū est. Itē deficiente iure Regio ad ius canonicum in subsidium, non ad ius ciuile deueniendum est, vt tenet Gundi. à Villadiego & Ioann. Lup. in locis ab autore hic allegatis & Castillo in dict. l. 1. Tauri in verbo, *Primeramente.* Mich. *de Cifuentes*, in. l. 3. quæst. 1. in eisdem Taurinis constitutionibus Didac Perez in proemi. ordin. quæst. 3.

Iudicis  
Ecclesia  
fici in  
Regnis  
iure Ca-  
nonico  
deficiente  
ad ius  
Regni,  
& nō ci-  
uile con-  
fugere  
debent.

## Consuetudinarijs.

### CAPVT, CXLV.

1 *Iudex in ferendis pœnis delinquentibus consuetudines debet obseruare.*



**C** V M iuris appellatione, i  
consuetudines etiam legi- a  
timas comprehendit. nemo ambigat, facile erit ecclesiasticis iudicibus persuadere, q  
in ferendis pœnis delinquentibus non modò iura, verum etiam cōsuetudines debeat obseruare. b **Quæ b**  
quidem etiam in pœnalibus considerandæ sunt, vbi non est pēna decreta sed arbitrio iudicis relicta. vt placuit glo. in l. quid ergo. §. pēna grauior. ff. de his qui not. infam. Vnde dicit Bald in. l. quicumq;. C. de ser. fugit. quod id, quod est in pœnis cōsuetum, dicitur necessarium, & non arbitrarium. Et vide Felin. in cap. de causis de offi. delega. 1. colu. allegantem tex. in. l. Si quis reus. ff. de cust. reor. ad hoc quod consuetudo tollit pēnā arbitriam, vbi per ipsam est  
Hh 5 limita-

limita pœna, & refer Anto. & Abb. idem tenentes, & allegat gloss. in l. Si Barfatoram. C. de fide ius. Per hoc tamen non est iudicibus indulgendum, ut neglectis ordinarijs pœnis, & à iure statutis, quibusdam prauis consuetudinibus (à negligentibus, & iustitię zelo carentibus iudicibus introductis) adhæreant, quibus quidem quæ graua sunt delicta, leuiter puniri solent, quasi iam factorum canonum disciplina, contraria quauis consuetudine abrogata sit. Quomodo enim tepiditas aut remissio modernorum, & sæpius imperitorum iudicum sanctum illum antiquorum Patrum zelum (quo plura statuerunt ad frenandos clericorum excessus, & eorum mores reformandos) abrogabitur? Facile enim totius Ecclesię diuinitus inspiratus ordo confunderetur, si Prælatorum, aut iudicum ignauia seu negligentia posset Ecclesię gladium hebetare. Assurgat potius ecclesiasticorum iudicũ animus (si pius est) ad considerandum quid sacri canones iubeant, quid uere recti ac boni iudices illos exequendo, seruauerant, quæ quæ dignauit & imperiti iudices faciunt muneribus, aut præcibus excæcati, seu tepiditate corrupti in dispendium ecclesiasticę censurę.

**A**  
Iuris appellatio  
ne consuetudo  
comprehenditur,  
quod multis  
probatur.



**C**omprehendi, Adde gloss. iuncto tex. in l. præscriptione in verbo, iuris. ubi doctores omnes C. si contra ius vel utili. publi. Inno. in c. certificari. de sepultu. ubi in ea est sententia, quod qui petit quartam quę ad eum spectat, intelligitur non solum de iure communi, sed etiam statutorio, vel consuetudinario. Sequitur Ias. in l. de quibus. num. § 2. ff. de legibus. Consuetudo equidem ius di-

citur cap. consuetudo. i. dist. Adde etiam Bald. in tit. de pace Constan. col. 9. ubi scribit, quod consuetudines locales quo ad ipsum locum, dicuntur ius commune. Vnde eleganter dicit Paul. de Castro in d. l. præscriptione. col. 4. Quod si partes fecerunt compromissum in arbitros, vel arbitratores, data eis potestate procedendi, de iure, & de facto, sed pronũciandi de iure tantum, intelligitur nõ solum de iure communi, sed etiam de statutorio. Et sicut iudex debet reicere libellum, qui continet errorem iuris, ita debet expernere libellum, qui est conceptus, contra consuetudinem. gloss. in dict. l. de quibus. in ver. diuturna. ubi Ang. & Ias. sequuti sunt idem ipsi tradiderunt. in l. 1. ff. de off. assess. sic iuris appellatio verificatur in iure municipali. Soci. conf. 81. vol. 1. Cur. Seni. conf. 46. num. 16. Caro. Rui. conf. 51. nu. 20. volum. 1. quam esse communem sententiam fatetur Gerar. Marzo. conf. 53. num. 32.

*Debeant obseruare* Adde glo. not. in l. hodie. ff. de pœn. & in l. & si Seuerior. & ibi Bald. col. 2. C. ex quibus causis. infam. irroge. ubi dicit, quod in pœna arbitraria considerare debemus consuetudinem, quã qui transgreditur, dicitur transgredi modum. Bar. in l. pen. §. ad crimem. col. 1. versi. quæro dicitur hic. ff. de public. iudi. ubi Imo. col. 11. affirmat, quod quando consuetum est imponi aliquam pœnam pro delicto, & iudex eam excesserit potest peti sententiã reduci ad arbitrium boni viri. Bart. in l. vlti. post prin. versic. in crimini. ff. de priua. delict. ubi asserit, quod in actione iniuriarum, & in alijs in quibus non est certa pœna statuta, illa censetur ordinaria, quam consuetudo taxauit. Hunc quoque vergit, quod

**B**  
In pœnis  
in pœnis  
dis consuetudo  
obseruanda est.

quòd scribit Bald. in rubr. de offici. delega. quòd si iudex excedit modum in puniendo, vltra quam sit consuetum, vel alias non seruet consuetudinem, potest ab eo appellari. Nec longè abest, quòd ab eodem Bal. memoriae proditum est, in l. quicumq; col. penul. versi. scias autem. C. de ser fugiti. nempè non esse arbitrium, quod est consuetum. & quia res hæc latius patet, vide latè Anton. Imo. Abb. & Deci. & omnes in cap. de causis. de offici. deleg. Andræ. Tiraquel. in tractat. de pennis in præfati. num. 4.

## Arbitrarijs puniri.

### CAPVT, CXLVII.

- 1 Vbi pœna à iure statuta non est, arbitrio iudicis imponitur.
- 2 Traduntur multa quæ in arbitrarijs pœnis infligendis à iudicibus sunt obseruanda.
- 3 Estimatio damni illati ictu, vel vulnere, qualiter per iudicem sit faciendaa.
- 4 Iudex, an arbitrium suum ad mortem vsque extendere possit.

**V** M generaliter vbi pœna à iure statuta non est, iudex possit illam ex arbitrio imponere. hoc præcipuè in pœnis inferendis clericis, sibi vindicare debet: cum non tam specificè omnibus clericorum excessibus statuta pœna legantur. Vnde tunc dicit Innocen. in cap. Qualiter. cl. 2. in colum. fin. versi. Item not. de accusatio. quòd est procedendum de similibus ad similia, vel quod imponeretur minor pœna. In arbitrandis tamen huiusmodi pœnis discretus

iudex plura debet considerare, videlicet delinquentis conditionem, & an soleat delicta sæpius perpetrare, an casu ceciderit, vilis, an honesta persona sit, doctus an indoctus, sacerdos an alterius ordinis, libens an coactus, laceratus vel non deliquerit. Et an fuerit scandalum ortum ex delicto vel ne. Attendere præterea debet qualitatem loci delicti, grauius ne iudicetur delictum in regno vel loco illo, quam alibi, in foro, Ecclesia, aut loco deserto, priuata via siue domo. Delicti insuper diuturnitatem seu grauitatem, ac irrogatam iniuriæ modum & atrocitatem, aut damni dati, magnitudinem examinare conueniet, nocte, aut die, armis aut sine eis, præcedentibus insidijs, aut aperto Marte commissum fuerit delictum, per solum clericum, aut cum complicibus. Personæ insuper offensæ qualitates nimium ponderandæ sunt, cum ipse sint quæ augere vel minuere soleant quodcunque facinus: videlicet, an vilis fuerit offensus, vel dignitate præditus, æqualis conditionis an potestate, & auctoritate superior, laicus an clericus, siue religiosus, senex an iuuenis, amicus aut inimicus, necessarius an extraneus, vir aut foemina. Nec indecens præter ea erit, temporis commissi criminis habere rationem, sacris videlicet an festis diebus, an alijs, inducijs stantibus aut non, scelus fuerit admissum. Quoties præterea per ecclesiasticum iudicem taxandum venerit damnum illatum alicui ictu, vel vulnere per clericum, vt debita satisfactio fiat. In memoriam iudicis obsecro veniant verba notanda Iuriconsulti in l. fin. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt. quæ quidem tanquam in proposito satis vtilia transcribere libuit. Cum liberi hominis corpus la-

suis fuerit, index computat mercedes  
 medicis prebitas, ceteraque impendia  
 que in curatione facta sunt. Præterea  
 operarum quibus caruit, aut cariturus  
 est, ob id quod inutilis factus est. Cicat-  
 ricum autem aut de formitatis nulla fit  
 estimatio, quia liberum corpus nullam  
 recipit estimationem. Quauis hoc  
 quod de cicatricibus lex statuit li-  
 mitandum crederem, nisi in facie  
 vulnerati remaneant: quia tunc de il-  
 lis considerationem existimo maxi-  
 mam habendam esse. Quis enim du-  
 bitat maiorem iniuriam intulisse cle-  
 ricum, læso, si ex vulnere cicatrix  
 magna in facie remaneat, quam si le-  
 uis aut nulla? merito quæ ob id ad ple-  
 niorem satisfactionem, vulnerantem  
 c *compellendum.* Nequæ aliud arbitror  
 sensisse Iurisconsultum in dicto  
 l. cum illa estimationem cicatricum  
 aut deformitatis faciendam prohibere  
 videtur, quia si membrum est  
 saluum, cicatrices damnum non in-  
 ferunt. non verò vetat quin ex hoc  
 iniuria possit atrocior iudicari, &  
 maior iniungi satisfactio delinquen-  
 ti. Quibus omnibus liberrimo ani-  
 mo per iudicem circumspectis, quan-  
 tum doli seu malitiæ fuerit in crimi-  
 ne facile erit intelligere, & sic con-  
 digna pœna punire nocentes debet,  
 vt nec ipsi rei qui iustitiæ seueritate  
 experitur, de eius excessu possint  
 iuste conqueri, nec alij qui zelo  
 estuant, ac iustitiam esuriunt, tenui-  
 tatem pœnæ reprehendant eiusquæ  
 timore neminem à similibus crimi-  
 nibus arceri audeant proclamare.  
 4 Vnum insuper in hac materia infer-  
 ri posse (& non temerariè) censere,  
 videlicet quòd cum Ciuilis Magistra-  
 tus in casu quo pœna committitur ar-  
 bitrio suo possit mortis etiam pœnã  
 d infligere: a vt vult glo. singularis in  
 §. in summa. inst. de iniur. quam di-

cit singu. Abb. in capit. cum. T. de  
 re iud. in. i. colum. & quam sequitur  
 Bald. in cap. i. in. §. iniuria. de pa. iu-  
 ra. firman. & in. l. 1. C. de his qui la-  
 tro. ocul. & Ioann. de Anan. in ca-  
 pit. Inquisitionis. in fin. de accusa.  
 quod pari modo & Ecclesiæ Censo-  
 res poterunt præmissis consideratis  
 ad depositionis & carceris perpetui  
 pœnam procedere ex arbitrio.



**A** *Apponere.* Adde text. in. l. A  
 hodie. ff. de pœnis tex. in.  
 l. 1. §. expillatores. versi. id  
 circo. ff. de effractori. &  
 & expilla. & in. l. lex Iulia. §. hodie.  
 ff. ad leg. Iuli. repe. & in. l. 2. de cri-  
 min. Stelli.

**B** *Considerare.* Adde multaquæ in  
 his arbitrarijs pœnis infligendis à  
 iudicibus sunt consideranda quæ piè,  
 & doctè scribit Anton. Gom. lib. 3.  
 variar cap. 6. n. 7. Quæ verò atten-  
 dere debeant Prælatin suorum sub-  
 ditorum correctione explicantur in sa-  
 cro Concilio Trident. Sessio. 13. c.  
 1. de reform. Vbi miro compendio,  
 norma quæ in his seruari debeat ita  
 scribitur. *Admonendos esse iudices*  
*(inquit) vt se pastores non percusso-*  
*res esse meminerint, atque ita præesse sibi*  
*subditis oportere, vt non eis dominan-*  
*tur, sed illos tanquam filios, & fratres*  
*diligant, elaborentque, vt hortando &*  
*monendo ab illicitis deterreant, nec vbi*  
*delinquerint, debitis pœnis eos coercere*  
*cogantur. Quos tamen si quid per huma-*  
*nam fragilitatem peccare contigerit, illa*  
*Apostoli est ab eis seruanda præceptio,*  
*vt illos arguant, obsecrent, increpent, in*  
*omni bonitate & patientia, cum saepe*  
*plus erga corrigendos agat beneuolen-*  
*tia, quã austeritas: plus exhortatio quã*  
*comminatio: plus charitas, quam pote-*  
*stas. Sin autem ob delicti grauitatem,*  
*Virga opus fuerit tunc cum mansuetu-*  
*dine*

dine rigor, cum misericordia iudicium, cum benignitate seueritas adhibenda est. Hactenus Sacrum Concilium. licet in imponendis his poenis arbitrarijs sit equitas à iudicibus amplectenda ea non à capite vel imaginaria esse debet sed à iure regulanda vt eleganter scribit Bal. in rub. C. de cos titu. pecu. Roman. consil. 149. Carol. Molin. in consuetudi. Parisi. titu. 1. §. 41. num. 86. & ad id con- ducit text. expressus in l. bona fides ff. deposit.

**C** *Compellendum.* Adde eundem Anton. Gom. in dict. cap. 6. qui opinio- nē istius autoris sequutus fuit eo tamen non allegato.

**D** *Inflingere.* Adde Ange. & Plate. in §. in Summa. Institu. de iniur. & multos quos allegat Boer. decisio. 254. & latissimē Iacob. Menoch. de arbi. iudi. quæstion. lib. 1. quæstion. 86. & opinionem istam communē esse testatur Barba. consil. 32. in fine. volum. 2. & consil. 11. numc. 1. vol. 1. Dec. in cap. ex literis. numer. 14. de consti. communem etiam esse testa- tur Maran. de ordi. iudi. 4. par. 1. di- uisi. iudi. num. 52. Iacob. Boul. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pen. Al- ciat. consil. 472. in fine, eandem com- muniorem & veriore esse fatetur nouissimē Ioan. Gracian. (vir benē h̄ruditus) regul. & fallen. regu. 44. in prin. & secundum eam iudicatū fuisse in parlamento Parisiensi testa- tur Papo. lib. 24. tit. 10. Arresto. 2. & pro hac opinione solet allegari tex. in l. sacrilegi in prin. ff. ad leg. Iuli. pecul. & in l. sacularij. §. sunt quædam. ff. de extraordin. crimi. & in l. qui cum natu maior. §. si tamen quis. ff. de bon. libe. l. Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Iuli. repet. Quauis qui- busdam hęc opinio displicuerit, qui non itā censent indulgendum esse

iudicis arbitrio, vt ad mortem exten- di patiantur, itā videtur significasse (suboscure tamen) gloss. in capi. In- quisitionis. de accusationi. & hanc opinionem sequuti sunt Ias. nu. 4. & Dec. nu. 9. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omni. iudi. & dicunt contrariam communiter reprobari, atque idem assentunt Thom. Gram. consil. crimin. 48. num. 2. Matth. de Afflict. decisio. Neapolit. 276. nu. 6. Carre. in l. 2. in parte. homicidij nu- mer. 108. quorum appella. non reci- pi. Chassa. in consuetudi. Burg. rub. 1. §. 5. in verbo, *Arbitrage*. Petrus de Soci. inter consil. crim. diuer. doct. r. consil. 98. num. 13. lib. 1. Carauita su- per. 41. ritu Magnę Curie num. 15. Villapando. in l. 22. capit. 9. numer. 4. & opinio hęc est magis tutior, & ea ratione asseuerat, non esse ab ea recedendum in iudicando, & consu- lendo. testatur Iul. Clar. lib. 5. recep- senten. §. fin. quæst. 83. versu. sed que- ro vbi eam dicit communem. eamq; sequitur Alphonfus à Cattro lib. 1. de lege pœna. capit. 6. pro qua solet aduci tex. in l. 1. ff. de fur. bal. Sed primam opinionem magis commu- nem esse scribit Rob. Maran. in dis- pu. 3. num. 14. quam sequendam cē- sent cum nonnullis limitationibus, quas ibi scribit: licet ipse dicat, quod cum hęc quæstio sit multum dubia Cæsara decisione opus erat: & vi- de Anton. Gome. lib. 3. vari. resolu. cap. 6. num. 8. Ego autem opinionē vltimam magis veram, & magis cō- munem esse censeo. Et quauis pri- ma opinio gloss. vera foret, esset in- telligenda, vt locum haberet, modo qualitas delicti & circumstantiarum sit talis quod de iure communi vel consuetudine esset pro eo delicto pœna mortis imponenda alias secus itā gloss. illam declarat dicens sic cō- muniter

munitur limitari Afflict. super secunda parte consti. Scili. rub. 10. nu. 22. & opinionem hanc dicit communem Alex. consil. 121. in fin. lib. 7. quem refert Aymon consil. 220. num. 14. & cons. 224. num. Dec. in d. cap. ex literis. Gram. consil. 39. post nu. 8. & cum hac gloss. declaratione transit Ioan. Gracian. vbi supra allegaui quem post hęc scripta legi.

### Aliquo lapsu temporis non obstante.

#### CAPVT, CXLV I.

##### *Delicta an iure canonico prescribantur.*

**A**N clericorum delicta prescribantur terminis in legibus prefixis, vt lapsis illis non possint accusari, vel puniri? Dicendum est, quod secundum canones, tempore non tolluntur crimina, vt probatur ex gloss. in capit. Admonere. 33. quaest. 2. in verbo, poenitentia. not. Specu. in tit. de senten. 5. quoniam. colum. 4. versic. & nota secundum canones. qui declarat hoc procedere matrimonio, & alijs spiritualibus, in quibus periculum animae vertitur, & prescriptio locum habere non potest: quod dictum pro singula. ponit Roma. singula. 182. Tulcis. vbi hoc simpliciter sequitur. Idem notat Bald. in l. 1. in. 17. colum. versic. Nota tamen. C. qui accusa. vbi dicit quod in poenis spiritualibus nulla cadit prescriptio. Idem Ange. in l. Diuus. ff. de re iud. & secundum Abb. post Ant. in cap. licet. de probationi. illud procedit generaliter in foro poenitentiali. Idem dicit Abb. in cap. Cum habe-

ret. colum. 1. de eo qui duxit in matrimonium. vide tamen distinctionem. Abb. in cap. fin. in princip. de purgatio. canon. videlicet quod quo ad indicendam purgationem, vel quo ad procedendum contra infamatum, per inquisitionem, non habetur respectus ad tempora prefixa de iure civili: Accusatio vero directa que instituitur ad poenam infligendam restringitur ad terminos iuris civilis, cum contrarium non reperiatur de iure Canonico: cuius distinctionem videtur sequi Decius in dicto capitulo, licet. in colum. 15. versic. postremo notandum. dum simpliciter se remittit ad suam distinctionem. Aduerte tamen quod aliter distinguit, idem Abb. in cap. licet. de probatio. in colum. 10. versic. Quo ad secundum. videlicet quod in criminibus impediens ordinis executionem, vel retentionem beneficii, etiam post peractam poenitentiam, non obstat prescriptio temporis: quia in accusationibus talium delictorum deuiamus a regulis iuris. In alijs vero non sic impediens, tollitur directa accusatio tempore prefixo a iure civili, quod sequitur ibi Felin. colum. 19. versic. Et aduerte. referendo etiam Anto. & Imo. Quam etiam distinctionem refert & sequitur Stephan. Aufre. in additionibus ad Decisiones Cappellae Tholosane, in quaest. 188. incip. Item fuit quaesitum. qui solum refert Siculum in d. cap. licet. eam facientem.

*Non potest.* Adde Nic. Boeri. de A  
cissi. 26. Fran. Bal. in tract. prescrip. 4. par. prin. quaest. 2. lim. Aug. Bero. in c. licet causam. de probat. Feli. in c. cum a nobis. circa finem. de prescrip. Aymon. Sauil. in tract. de antiqui. tempor. 4. par. fol. 170. nu. 88. Marti.

Martin. Nauarr in cap. consideret. num. 127. de pēni distinet. 5. Aegi. Bofsi. in tractat. delictor. tit. de accusa. nume. 30. pag. 100.

B *Iure civili.* Adde Iul. Clar. in practi. crimi. §. fin. quæst. 51.

Deficiente verò legitima probatione, ob vulgatam infamiam, graue scandalum, vehementem suspitionem, ex testium dictis obortam purgationem indici.

CAPVT, CXLVIII.

- 1 Purgatio accusatore apparente indici non debet.
- 2 Purgatio canonica iudicis arbitrio relicta est.
- 4 Compurgatores, qui sint fide catholici & vita probi, sunt adhibendi.
- 5 Copurgatores iurare tenentur.
- 6 Quando illi, qui sunt eiusdem ordinis, fuerint inimici, vel infamati, non admittuntur ad purgationem sed alij.
- 7 Si purgandus est pauper, vel extraneus, & compurgatores clerici de sunt, an laici & foemina admittantur.
- 8 Infamatus ille iudicandus non est, quem dicta paucorum infamat, si opinio eius apud bonos viros laica non est.
- 9 Infamia si orta sit à maleuolis hoc non procurantibus, an indici possit.
- 10 Quando quis est soli Episcopo susse

cto, vel alteri superiori, an purgatio indici possit.

- 11 Accusari an possit quis de eodem crimine, de quo fuit purgatus.
- 12 Diffamatio de delicto, propter aliquos actus extrinsecos, non indicitur purgatio.
- 13 Traduntur multa quæ in hac purgationis materia à iudicibus sunt præcabenda.



**I**N priscis illis ecclesie catholice temporibus tanta erat sanctis patribus hunc status cura, vt ne dum in clericis aperta crimina non tolerabant, sed neque suspitionem seu infamiam criminis sustinere volebant. Vnde sicut sacris sanctionibus, delinquentibus (quorum crimina probari poterant) penas statuerunt, sic illis, contra quos de crimine infamia, aut graue scandalum seu vehemens suspicio surgebat purgationem canonicam indicendam decreuerunt. Cuius quidem diffinitionis varias, quia Hostien. scribit in sua summa, de purga. canon. in. §. 1. idem illas transcribere nolo. In qua quidem aduertendum est, quòd licet verum sit quod accusatore apparente non debet indici purgatio infamato, vt probat text. & ibi notat Abb. in ca. 2. de purgatio. can. quia ista purgatio est subsidiaria, tamen in casu nostro quando fiscalis accusat, qui succedit in loco indicis vt supra tradidimus, crederem posse indici purgationem infamato ad eius petitionem. Quæ quidem purgatio canonica arbitrio iudicis relicta est, vt in cap. Significasti. de adul. & in cap. Inquisitionis. §. quæsiuisti. de accusa. facienda tamen cum personis eiusdem ordinis quem purgandus habet, vt in c. ex tutuarum. & in ca. Inter



Inter sollicitudinis. de purg. cano.  
 4 Compurgatores autem debent esse fide catholici; vita purgati, & qui conuersionem purgandi clerici nõ tam moderno tempore quam tranſaeto nouerint, vt in d.c. Inter sollicitudines. Qui tamen compurgatores iurare debent de credulitate, vt in c. De testibus. eo. tit. Qualiter in super iurare debeant purgandus & compurgatores, vide Hosti. vbi supra, in §. qualiter. fieri debeat. per quem etiam vide quotus debet esse numerus compurgatorum, & quales illi, in duobus. §. sequentibus. Si verò illi, qui sunt eiusdem ordinis, fuerint inimici, infamati, admittuntur alij vt in c. Cum in iuuentute. de purg. cano. imò propter hanc causam potest reus cum laicis & foeminis purgari, vt in gloss. fin. illius tex. & probat etiam gloss. in cap. clerici. 81. disti. & in c. In decima. 18. quest. 2. Et vide Abb. in c. inter. de purg. cano. si. verbis. Vbi etiã dicit quòd si purgandus est pauper. seu extraneus, ita quòd non habeat notos in ciuitate, & ideo de sunt compurgatores clerici quòd tunc admittuntur laici, & etiam foeminae: & quòd si etiam laici deficerent ex hac causa, quòd credendum est soli suo iuramento, & ultra supra dicta allegat, gloss. nota. in c. Cum P. de accu. Aduerte tñ quòd inquantũ dicit quòd paupertas facit admitti laicos & foeminas, quòd hoc non videtur iure procedere: quid enim nocet clerico paupertas vt sit notus in propria patria, & sic bonæ opinionis penes suos cõclericos, si ille suis operibus aliud non promereretur? Infamatus verò ille iudicandus non est, quem dicta paucorũ infamant, si eius opinio apud bonos & graues læsa nõ existit, vt in d. §. quesiisti. vbi Ab.

benè distinguit quando requiratur maior pars ciuitatis vel viciniae ad hoc vt aliquis dicatur infamatus, inspecta qualitate loci & personarum: cuius verba transcribere nolo. Infamia autem si sit simplex absque scandalo, & originem habuit à maliuolis procurantibus, tunc purgatio canonica non indicitur, vt in c. Cum in iuuentute. §. Nos autem de purg. cano. & ita concludit Areti. in ca. At si clerici. de iudi. cuius conclusionẽ sequitur Deci. ibi, in. 6. colum. versi. Secunda conclusio. Si verò infamia sit orta à maliuolis hoc non procurantibus, purgatio potest dici. ita concludit Aret. vbi supra per tex. in c. Presbyter si à plebe. 2. quest. 9. & in d.c. Inter sollicitudines. Sed Decium in d. colum. 6. dicit quòd Moder. tenent contra Aret. & respondet ad dicta duo iura in quibus se fundat Aret. Postea tamen pro opinione Aret. allegat tex. in cap. Accedens. de purg. cano. & respondet ad cap. Qualiter & quando. el. 2. qui text. allegatur contra Areti. & tandem dicit concludendo quòd hoc est in facultate superioris. Aduerte præterea ultra eos, quòd licet sit orta à maliuolis, si est scandalosa, & potest sedari per purgationem, tunc indicenda est purgatio. ita concludit Abba. sic intelligendo gloss. ibi, in c. Qualiter & quando. el. 2. de accusa. in penul. colum. Quando verò quis esset suspectus soli Episcopo, vel alteri superiori suo, & suspicio est probabilis, poterit dici purgatio: & idem est, si est suspectus alijs, & suspicio est probabilis & tãta vt inducat scãdalum, vt per Abb. ibi An autẽ possit quis accusari de eodem crimine de quo fuit purgatus, vide Host. vbi supra. §. An purgantus. singularius per Abb. in c. extuarum. in fi. de purga.

ga. can. vbi facit notabi. dist. capiend-  
 12 do veriores opiniones. Itē nota in  
 isto proposito q̄ vbi aliquis est dif-  
 famatus de delicto propter aliquos  
 actus extrinsecos, q̄ tali non indici-  
 tur purgatio canonica, sed monetur  
 vt ab alijs actibus desistat quando  
 pro diffamato est aliqua præsump-  
 tio q̄ non versatur in delicto prop-  
 ter fœdus naturale. probat istā con-  
 clusionem text. in. c. quorundā. 34.  
 dist. quē ibi ad hoc notat Præpo. ad  
 limitationem tex. in. c. presbyter. 2.  
 13 q. & c. Si male famæ. In ista tamen  
 materia infamiae summē debent ad-  
 uertere Iudices : nam infamia sepe  
 fallax est, vt inquit Panor. in. ca. Cū  
 super. in fi. de confes. Cū iusta sen-  
 tentiā diui Bernardi in epistolā de  
 perfectione vitæ. *Sæpe fallitur huma-  
 na suspicio.* Accidit nāq; sepiusimē q̄  
 temerarij quidā homines, ac ab om-  
 ni pietate & religione Christiana  
 alieni, ex leuibus coniecturis seu sig-  
 nis, graua quidē & enormia scelera  
 suspicari ac asseuerare audēt in mag-  
 num suarū animarum, ac alieni ho-  
 noris & famæ dispendiū. Est præte-  
 rea aliud sceleratissimorum hominū  
 genus, quorum (ad virtutis extermi-  
 num) Sathan ipse vtitur ministerio,  
 qui virtuti inuident ac insidiantur,  
 quando in claris viris illam intuen-  
 tur, & quasi eius splendore excæca-  
 ti, dū suis noctuarū oculis mederi de-  
 berent, virtutis lucem potiūs obnu-  
 bilant, falsorum criminum puluerem  
 ac nebulam spargendo, dumq; bo-  
 norū hominum splendorem obtene-  
 brant, illos suæ veræ ac aperte nequi-  
 tiæ quasi iam pares fecisse lætantur.  
 Vulgus autē reliquum ignobile, ru-  
 morū auditor lubēs, ac suscitator &  
 conseruator strenuus non modò si-  
 milia credit, sed multiplicat: vnde sæ-  
 pius quos imitari deberet ac, venera-

ri nedum contēnit, sed persequitur:  
 ipsiq; insensati vitam illorum exilli-  
 mant insaniani, & sine illorum sine  
 honore. Hac igitur demonū & pra-  
 uorum hominum intellecta versutia  
 (quam sæpius experiri cōtingit) cu-  
 rare debent semper prudentes Iudi-  
 ces, vt deprauata alicuius (in reli-  
 quis maximē rebus probi viri) famæ  
 originem quærant, ac inuestigēt: ne  
 veluti infelix ille præfectus Pilatus,  
 populi clamoribus permoti innocē-  
 tem virum carceribus affligant, aut  
 peenis afficiant. Si enim innocentis  
 viri sanguis à priuato homine quo-  
 dammodo prouocato effusus clama-  
 re solet ad Deum, quid nū etiam in-  
 nocentis hominis honor (ipso san-  
 guine præciosior) contra incautum,  
 & temerarium iudicem, qui potesta-  
 te diuina abutens, quos tueri debe-  
 bat, viros innocuos lædit, omnibus  
 horis pro clamauit. Vnum insuper  
 non omittendum est in proposito,  
 quòd licet iudex quando ex officio  
 procedit, & crimen non probatur, si  
 infamia remanet possit indicere pur-  
 gationem, hoc tamen non tenetur  
 facere ad petitionem promotoris in-  
 quisitionis. ita notat Præpo. in capi.  
 De accusatione. 2. q. 8. col. 39. vers.  
 Sexta differentia, quòd ego intelli-  
 gerem in promotore qui se obtulit  
 spontē, non verò in promotore da-  
 to ab ipso iudice, qualis est funda-  
 tor huius nostræ denunciationis: &  
 hæc differentia probatur optimē ex  
 his quæ supra dixi in parte promo-  
 tor seu fiscalis.

## ANNO TATIO.

**A**Dde q̄ antiquitus Canoni-  
 ca purgatio in summa utili-  
 tate, & honore fuit cōstitu-  
 ta itā, vt multi Sūmi Pōtiffes de-  
 grauioribus criminibus diffamati,  
 quāuis à nemine iudicari possēt, ad

Purga-  
 tio Cano-  
 nica a-  
 pud anti-  
 quos in  
 summa  
 utilitate,  
 & hono-  
 re fuit  
 constituta.

remouendum tantē subditorum scādalum, solemniter se purgare de dignati non sunt. Sic Damianus, Paschalis primus Simmachus publicē purgati sunt sic Gregorius Septimus corā Hærico quarto Pelagius Primus corā Narsete expurgati publicē fuerunt, q̄ in annalibus Romanorum Pontificum videre licet apud Platinam, & apud Cāpensē lib. 6. Hierar. Eccle. c. 17. Brunum lib. 4. de hæreti. c. 11. & pro totius capitis materia vide quæ eleganter, & doctissimē scribit Iacob. Septim. in illis hæruditissimis Catho. instit. capit. 54. & nouissimē Hieron. Gab. consi. 160. volum. 1. Siluest. & summis in summis. in verbo. purgatio. Campegius ad Zanchinum. cap. 11. Villadie. de hæret. quæstio. 15. num. 11. Directo. inquisi. 3. par. in. 2. modo processum fidei terminan. Fran. Pegn. in Scho. Director. 2. par. Scho. 11. qui diligenter materiam canonicę purgationis tractant.

Canonica  
purgatione  
rarò hodie  
ut dicitur.

Illud verò circa capud hoc notauis quòd non facile per Iudices Ecclesiasticos Canonica purgatio inducenda est, cum fragilis, fallax, & incerta sit eo q̄ ab hominum iudicio dependeat. Quòd in causis fide Madriliana instructione c. 17. his verbis definitum est. *Ob malitiam humanam purgatio canonica, periculosissimum est remedium, præsertim his reperiibus. Ideoq; non multum est in vsu, quare illo utendum raro, & cum magna causa.*

In qua si defecerint  
vti conuictos puniri.

CAPVT, CIXL

- 1 Deficiens in purgatione, punitur vt conuictus.
- 2 Absens de crimine natus, citatus peremptoria præfixa ad se purgandum, si purgationem intra illud terminum non præstitit, habetur pro conuicto.
- 3 Traditur germana ratio propter quã in purgatione deficiens, vt conuictus punitur.
- 4 Clericus propter purgationis defectum degradatus & traditus curi seculari, ordinaria criminis pena puniri non potest.
- 5 Purgatio canonica hodie rarò inducitur.

**V**T autem curæ sic clericis prouidere bona corā Deo & hominibus, & habere bonum testimonium ab his quæ foris sunt, statuerunt canonica iura hac lege indicendam purgationem, quòd si quis in illa defecerit, puniatur vt conuictus: vt probatur in cap. De hoc. de simo. quòd intellige secundum modum agendi qui præcessit, probat text. & ibi notat Abb. in. 3. nota. in cap. Accedens de accus. cuius bonam distinctionē vide ad intellectum huius conclusionis, licet sic deficiens dicatur interpretatiuè non verè & conuictus, vt est glo. notabilis in. c. Inter sollicitudines. de purga. cano. Nota in super in hoc proposito quòd si infamatus non potest habere compurgatores, quia testes non confidunt de eo, seu quia fides non in alijs de eo, quòd habetur pro conuicto, & deficiente in purgatione, notat Abb. referendo Hostien. in dict. capi. Inter. quasi in fi. de purg. cano. Et adde aliū singularem casum, in quo quis habetur pro conuicto, propter non præstitam purgationem, videlicet quando aliquis absens est infamatus de

de crimine, vehementer suspectus, & citatur peremptorio prefixo ad se purgandum: quia non prefliterit purgationem intra illum terminum, habetur pro conuicto, notat Abb. in ca. Cum. P. versi. & ex hoc. de purg. ca. no. Rationem autem quare deficiens in purgatione, puniatur vt conuictus colligit Abb. ex glo. ibi in. c. In sinuatum. de simon. quam etiam allegat in d. ea. Accedens. de accusa. in colu. 2. videlicet quod presumpcio probabilis orta ex infamia transit in violentiam, cum reus deficit in se purgando, & violenta sufficit ad condemnationem, vt in. c. Afferte. de presumpcio. & in. l. Indicia. de rei vendic. C. Sed salua tanti patris pace, hac ratio non videtur bona: quia violenta presumpcio non sufficit ad imponendam penam ordinariam delicti: nec hoc probant iura per eum adducta. Vnde crederem quod ratio vera est quia conditores canonum voluerunt hunc rigorem seruare, vt clerici non minus studerent in vitanda infamia & suspicione vehementi, quam culpa, propter salutem Christiani populi, qui nimis inficitur ex pernicioso exemplo a clericis habito: considerantes quod cum pena ordinaria canonis contra conuictum legitima probatione, non sit poena mortis vel mutilationis membri, non erat tanti rigoris clericum deficientem in purgatione, haberi pro conuicto, & equali pena puniri. Ex qua ratione pro vera recepta, crederem vni singulare & non paripendendum posse inferri, quod in delictis quibus clericus venit degradandus, & curiae seculari tradendus, si iudex secularis videat clericum fuisse degradatum, & sibi traditum propter defectum in purgatione, quod non potest eum punire pena ordinaria, qua laicus conuictus

de illo delicto puniretur, cum sit verum quod sibi traditur non verum, sed interpretatiue conuictus de delicto, & non liceat iure civili vel regio aliqua poena ordinaria punire, nisi clavis probationibus seu confessione propria conuincatur, nisi in casu haeresis, in quo non licet iudici seculari examinare processum inquisitorum, vt in b. c. Vt inquisitionis. in. §. prohibemus. de haeret. in. 6. & ibi per Doct. & in c. 1. de offi. ord. reprobata opinione Bart. in. l. Diuus. ff. de custo. reo. vbi contrarium tenuit: licet Legistae communiter teneant suam opinionem, vt testatur Imo. in. c. 1. de offi. ordi. & refert Praep. in. ca. Statuimus. h. q. 1. quam etiam opinionem Bart. nititur defendere Barb. in. d. c. 1. in colu. 17. non pertinaciter, sed subiuciendo se ecclesiae. Et licet possit aliquis dicere quod etiam hoc procederet in crimine haeresis, ex ratione, quia licet iudici seculari non liceat examinare processum inquisitorum, quia non potest cognoscere, an traditus suae curiae commiserit vel non crimine haeresis, non tamen negatur tibi quin inspiciat tenorem sententiae inquisitorum: & si constat ex ea quod aliquis sibi traditur non verum conuictus, sed interpretatiue, quia deficit in purgatione temperet poenam: cum nulla lex civilis nec Regia dicat quod deficiens in ea puniatur poena mortis, tanquam haereticus: nec videatur sequi necessario, relaxatur ab inquisitoribus, ergo damnandus est pena ignis per seculare iudicem: cum vtrique iudices tam inquisitores quam seculares debeant iura sui fori attendere, & illa seruare. Sed hoc argumentum facile soluitur ex communi stylo inquisitorum, qui, vt intellexi, talis est quod ex tenore sententiae suae colligi non potest quod aliquis damnatur eo quod in purgatione defecerit: quia sententia

fertur contra deficientem, sicut contra conuictum, & solum retrahet in actis processus, qualiter in purgatione defecerit, quem cum videre non possit secularis iudex, merito excipi debet materia heresis ab hac mea noua inuestigatione, quam in alijs criminibus veram existimo. Hodie tamen sicut raro indicitur ab ecclesiasticis iudicibus purgatio canonica, sic raro accidit quod iuxta rigorem canonicum deficiens, vt conuictus damnetur. At quod Iudices temporibus istis rarissime purgationem indicent, quanuis partim hoc refertur possit ad eorum tepiditatem (quibus minima cura est purgare clericos ab infamijs & suspicionibus vehementibus, & satagere vt Christi bonus odor sint) non nihil tamen prudentis considerationis habere videtur, si perpendunt facilitatem qua vulgus hodie infamiam suscitatur, & sustinet: & quam difficile hodiernis temporibus compurgatores inueniantur, hac vt existimo ratione: quia si nominati ad alios compurgandum peccatores, & fragiles sunt, faciliter erudunt infamatos commisisse crimina quorum in culpantur eadem fragilitate qua ipsi solent in alia vel similia labi crimina. Si vero probi viri sunt cum videant corruptionem motum huius tempestatis, & clericalis status deformationem (eo quod sine delictu ad illam vndetur, nq; solent venientes admitti) nisi bene notam habeant vitam purgandi clericum, compurgatorum onus refugiunt. Vnde ne antiquus ille & pius patrum zelus omnino pereat, aut si his temporibus seruetur ad vnguem, innocentes laedat consulerem omnibus prelati, ac eorum vicarijs, q; synodali constitutione, siue publicis edictis moneant clericos suae diocesis, vt non solu puri

ratis curae vacarent: sed in quantum vires sufficiant, infamiae aut suspicioni vehementi animum non preberent, scitur pro certo q; post monitionis tempora, in omnibus de nouo emergentibus casibus, iuris ordo & rigor seruari debet: postquam monitione a iuris dispositione non debent iudices recedere, dum tamen semper adsit Epicheia virtus, qua qualitatem personae purgandae, & scandali, aut suspicionis, & defectus in purgatione, & alia considerantes, rigorem antiquorum canonum temperent.



**M** conuictus. Adde Hostie. A Henricu Abb. & doctores in ca. inter sollicitudines. de purgatione canon. Goffre. Host. Abb. Anan. Feli. in. c. accedes. de accusat. Ang. & Siluestri in summus in verbo, purgatio & hanc opinionem communem esse fatetur Iac. Sept. in Cath. inst. c. 54. n. 70. *Processum inquisitorum.* vide auctoritatem & quae ipse scripsi supra capite. 141. litera. A.

**Si vero Capi non poterint, absentes eos poenis damnari condignis.**

**CAPVT, CXLVIII.**

1. *Clericus delinquens absens, qualiter condemnari possit.*
2. *Traditur singularissimus modus conuincendi clericum lite adhuc non contestata.*
3. *Laicus absens, licet ex legibus Regni poena ordinaria damnari possit, si fuerint contra eum iudicia, quae sufficerent ad torturam: non tamen clericus.*

Quant

**V**ado clericus delinquens est absens, & remissio de eo petita per iudicem dice-  
 celis vbi est, non fit, vel  
 alias latet, tunc videtur quod positus  
 edictis in Ecclesia Cathedrali, aut  
 suæ parochiæ, vel beneficii, cum af-  
 signatione competentis termini ad  
 comparendum procedi possit ad fe-  
 rendam sententiam diffinitiuam, si cō-  
 stat de delicto per eum commissio.  
 Quod probatur ex his quæ notat  
 Ioan. Andr. in c. Degradatio. de pē-  
 nis. vbi scripsit quod contra clericū  
 absentem contumaciter potest ferri  
 sententia verbalis depositionis, qui  
 allegat. c. Veritatis. de do. & contu.  
 & quæ ibi notantur. & 3. quæst. 9. in  
 summa. quod ibi refert Domini. in  
 prin. qui dicit bene notandum ex di-  
 ctis per eundem Ioan. And. Quod in  
 causa degradationis actualis nō pos-  
 sit procedi in absentem, etiam pro-  
 curatore præsentem, per regulā de quā  
 in cap. veniens. de accusa. quod vbi  
 pœna non potest imponi absenti,  
 nō potest procedi per procuratorē.  
 facit etiam ad probandum quod cō-  
 tra absentem clericū possit procedi,  
 quod expressè voluit Ioan. Lupus  
 doctor Hispanus in tract. de liber.  
 Eccl. in. 9. quæst. vbi tradit quod in  
 quocunq; delicto propter quod cle-  
 ricus degradari meruisset si absens  
 citatur, & non comparet condemna-  
 tur in absentia, si testibus conuincit-  
 tur, & datur facultas ab ecclesiastico  
 iudici seculari capiendi eum. & se-  
 cundum suas leges iudicandi, ita  
 quod sola sententia sine alia actua-  
 li degradatione, talis clericus habet-  
 tur pro realiter degradato ad hoc vt  
 non gaudeat privilegio clericali: al-  
 legat ad hoc text. in capitul. Cum  
 non ab homine. de iudic. quem be-  
 nē inducit, & dicit quod est necesse

quod intelligamus dictum text. in  
 casu absentie, & hanc degradatio-  
 nem vocat ipse fictā à iure & ab ho-  
 mine. Aduerte tamē quod huic sen-  
 tentie multum refragatur doctrina.  
 Inno. in c. qualiter eliz. de accusa. in  
 colum. penul. versicul. Item ad præ-  
 dictas. vbi postquam refert aliquas  
 pœnas canonicas, dicit quod ad  
 prædictas pœnas præterquam ad de-  
 positionem proceditur contra ab-  
 sentem etiam contumace, sed ad de-  
 positionem, & alias pœnas quæ sunt  
 vsque ad relegationem, non procedi-  
 tur contra absentem, allegat. l. Absen-  
 tem. ff. de pœnis. & tex. in cap. De-  
 cernimus. 3. quæstion. 9. Potest  
 etiam dari alius singularissimus  
 modus conuincendi clericum ab-  
 sentem de crimine lite non contesta-  
 ta, secundum Abb. in cap. Cum P. in  
 fin. de purg. cano. videlicet quod si  
 est infamatus, vel vehementer suspe-  
 ctus de crimine, citetur perempto-  
 rio præfixo ad se purgandum intra il-  
 lum terminum, non autem ad com-  
 parendum tantū, & tunc si non præ-  
 stiterit purgationem intra terminū  
 præfixum habebitur pro conuicto,  
 quod dicit perpetuò meti tenendū  
 quia limitat tex. in ca. Veritatis. de  
 do. & contu. & quod est modus nō  
 exquisitus de iure civili. Datur præ-  
 terea alius modus conuincendi absen-  
 tē clericum, per eundem Abb. ibi, vide-  
 licet quod cōtumax excommunicetur  
 & si steterit in excommunicatione  
 per annum, tunc habetur pro conui-  
 cto super illo crimine, & potest puni-  
 ri, ac si verè fuisset cōuictus, vt in  
 c. Rursus. & in c. quicumque. 11. q. 2.  
 quæ sic debet intelligi, vt plenissimē  
 tēgit in. c. 17. de iudi. V num tū crede-  
 rem in ista materia, iudicē ecclesiasti-  
 cum non posse imitari legem. ° sty-  
 um huius regni, dum disponitur, &

practicatur quod stantibus indicijis contra reum absentem sufficientibus ad torturam potest iudex cum damnare de delicto: hoc enim ad clericum personas non liceret extendere cum lex Regia hoc disponens eos non comprehendat, nec imitatione digna sit. Quis enim iustum decernat solis indicijis probatis damnari quinquam uti reum criminis, etiam si executioni non sit demandanda sententia? Id namque solum iuste pronunciarum videtur, quod iuste potest executioni mandari.

**A**  
Cita-  
tio per  
editum  
ut legi-  
time  
fiat qua  
debent  
praece-  
dere.

**P**ositis editis: Aduerte quod ad hoc, ut citatio per editum legitime fiat aliqua desiderantur. Primo quod summaria informatio procedat, qua constat quod reus latitat alias nulla est citatio ita scribit Barth. in extravag. ad reprimendum. in verbo, Per editum Dec. conf. 460. nu. 26. Socin. in tracta. de citatione art. 23. nume. 5. Quauis sufficeret relatio nuntij hoc asseuerantis, ut scriuit Petrus Rebuff. in tract. de citatione numer. 96. tomo. 3. consilii. Fran. Secundo quod editum publice in Ecclesia legatur inter missarum solemnias gl. celebris in Clement. causa. de electione in verbo, solemniter Cassa. in decisio. 1. tit. de appella. Octau. V. est. de introductione in Romanæ aulae acti. lib. 4. cap. 3. num. 5.

Tertio quod postquam editum publice lectum fuerit, affigatur in valuis Ecclesiae, vel ubi de consuetudine affigi solet. Vantius in tract. de nullitate ex defectu citationis. n. 133. Millos in verbo, Citatio quando comitatur. Quarto quod affigatur editum originale, nec sufficeret eius copia tex. in Clem. 2. de iudi. tradit Rota. in tit. de dilationi. decis. 223. Cassa. decis. 4. in

tit. de dolo & contu. And. Tirac. de utroque retract. u. 1. §. 9. glof. 2. nu. 8.

*Aduerte tamen.* Ex quibus verbis manifeste apparet, Dominum Episcopum recedere ab opinione Ioann. Lup. hic allegata a qua etiam recedit Fran. Pegna in anno. ad Directo. in qui. 3. lib. Schol. 69. fol. 191. qui cum in memor huius authoris fuerit, asseuerat, questionem istam nulli tractatum reperisse. Et mea quidem sententia verissima haec opinio est aduersus Ioann. Lup. nam quando degradatio est tantummodo verbalis, iudex laicus nullam in clericum iurisdictionem habet sed si actualiter degradatus est, poterit eum absque aliqua traditione punire, quam opinionem communem esse fatentur Alcia. in cap. cum non ab homine nu. 108. de iudi. Vallalor. in sua collecta. comm. opi. litera. C. nu. 71. lul. Clar. in pract. crim. §. si q. 36. versi. suas autem.

*Imitari legem.* Adde quod de hoc stat Regia lex ab inuictissimis Catholicisq; Regibus condita Compluti anno Domini 1502. quae habetur in pragma. Regi Catholicorum & hodie est lex. 3. tit. 10. lib. 4. ordi. noui.

**E**t si opus fuerit ad dictarum poenarum executionem seculari brachium imploretis.

## CAPVT, CLX

Quod noue editum est, eoq; latissime materia inuocationis vtriusq; auxilij Ecclesiastici & secularis in forensibus actionibus frequentissima mitto ordine elucidatur.

(?)

- 1 Iudex Ecclesiasticusulare auxili-  
lium implorare potest.
- 2 Auxilium brachij secularis, multis  
nominibus vtilissimum est.
- 3 Auxilium brachij secularis, in subsi-  
dium peti debet.
- 4 Auxilium brachij secularis peti po-  
test quando opus fuerit, non præ-  
missa excommunicatione, contra  
Ioan. Lup. D. Couarr. & alios.
- 5 Concilium Triden. Sessi. 24. capi. 8.  
de reforma. & Sessi. 25. capi. 3.  
interpretatur.
- 6 Iudices Ecclesiastici laicos minimè  
possunt, propria auctoritate in car-  
cerem mittere.
- 7 Iudices Ecclesiastici an in ciuilibus  
possint contra laicos, sententias  
capiendo pignora exequi.
- 8 Iudex delegatus vtrum possit auxi-  
liumulare implorare.
- 9 Iudices seculares superiores, impen-  
dere debent suum auxilium, iudi-  
cibus Ecclesiasticis petentibus.
- 10 Iudex secularis potest ab Ecclesia-  
stico auxilium petere.
- 11 Iudex secularis antequam præstet  
auxilium, an possit petere, vt sibi  
detur copia processus.
- 12 Executor an teneatur eam senten-  
tiam exequi, qua manifestam ini-  
quitatem habet.
- 13 Quando sententia iudicis Ecclesia-  
stici transiit in rem iudicatam,  
auxiliumulare præstandum  
est, quanuis non constet de iusti-  
tia sententiæ prolatae.
- 14 Quid autem iudicandum est, si de  
nullitate sententiæ coram secula-  
ri iudice allegatur.
- 15 Iudex secularis fidem adhibere de-  
bet literis denunciatorijs, contra  
excommunicatum prolatis, quan-  
uis illi nõ constet an iuste contra  
illum sententiam excommunica-  
tionis esse latam.
- 16 Text. in capi. 1. de exceptionibus.  
6. interpretatur.
- 17 Iudex secularis solis, literis denun-  
tatorijs non tenetur capere laicis  
excommunicatum, nec in carce-  
rè mittere aut aliqua pœna eũ pu-  
nire, nisi excommunicatio ex actis  
processus sibi obstetis iustificetur.
- 18 Auxiliũ brachij secularis minimè  
debet impartiri si iudici seculari  
constet à sententia Ecclesiastici  
esse appellatum.
- 19 Auxilium brachij secularis non de-  
bet elargiri, quãdo Iudex Ecclesia-  
sticus extraiudicialiter processit.
- 20 Iudex secularis, si iniuste negat suũ  
auxilium iudici Ecclesiastico legi-  
time petenti, excommunicari ab  
eo potest, & alijs spiritualibus  
pœnis puniri.
- 21 Iudex siue Ecclesiasticus, vel secula-  
ris, qui auxilium præstat: nõn de-  
bet durioribus remedijs, vt quam  
ipse inter sibi subditos.
- 22 Auxilium siue Ecclesiasticum, siue  
seculare cum impartitur, an ad-  
uersa pars debeat prius citari.
- 23 Episcopus vel alius Iudex Ecclesia-  
sticus, an possit familiam habere  
armatam, ad executionem & mi-  
nisterium iustitiæ ministrande.
- 24 Inquisitores hereticæ prauitatis ha-  
bere possunt officiales (quos vocat  
vel familiã armatã ad suã defen-  
sionẽ, vel ad hereticos capiẽdos.
- 25 Ministri Sanct. officij (quos Hispani  
familiares appellant) Itali Cru-  
ce signatos) quocũq; tẽpore arma  
deferre possunt, consuetudine in-  
contrarium non obstante.
- 26 Cõsultores S. officij, aduocati, nota-  
ry custodes, & ceteri alij ministri  
arma omni tẽpore impune aserunt
- 27 Familiares S. officij quibus animi  
dotibus, & qualitatibus debent  
esse ornati.



- 28 Inquisitores quando sui familiares,  
vel ministri non sufficiunt ad sen-  
tentiae executionem, auxilium bra-  
chij secularis iuste implorant.
- 29 Iudices secularis suum auxilium  
Inquisitoribus denegantes, gravis-  
simis poenis plectendi sunt.

**I** St equidem iure expeditis-  
simum Iudicem Ecclesia-  
sticum, ad suae sententiae  
executionem, posse bra-  
chiumulare implorare, ut quod  
iuste contra clericos laicosve iudica-  
verit, debita executione minime fru-  
stretur cap. Princeps cap. admini-  
stratores. 26. quaestio. 5. cap. 1. de of-  
fici. ordina. capi. dilecto. de senten.  
excommu. lib. 6. capit. postulasti. de  
homi. cap. ut officium §. compescē-  
di. de haereti. libr. 6. Et sunt apud nos  
Regiae constitutiones hoc ita diffi-  
nientes. l. 14. & sequenti. tit. 1. lib. 4.  
ordina. noui tradit Innoc. & omnes  
in dict. cap. 1. de offi. ordin. Hostiē.  
in cap. 1. de offi. delegati Cardin. in  
Clemen. 1. quaestio. 10. eo. tit. Alberi.  
in l. Episcopale. C. de Episcop. & cle-  
ri. Abb. in ca. si quis contra clericū.  
colum. penultim. de foro competen.  
Deci. in cap. significasti. num. 4. de  
offi. delega. Ioann. Lup. in repet. ea.  
per vestras. de dona. inter vir. &  
vxor. 2. not. §. Sed pulchra dubita-  
tio. num. 17. quam opinionem com-  
munē esse testatur insignis D. Epif-  
copus Couaruu. in practica. quaestio.  
capit. 10. num. 1. circa quam solent  
non leues concertationes inter iudi-  
ces ecclesiasticos, & seculares oriri,  
& ea ratione est in forensibus exer-  
citationibus frequentissima de qua  
solent Magnates Iuristae interrogari,  
ut scribit Matth. de Afflictis in proe-  
mi. Consi. Neapolit. numer. 63. nec  
(quod aliorum salua authoritate di-

eam) pro eius dignitate explicatam  
legimus eius libenter, & non sine  
summa legentium, ut spero utilitate  
disputationem suscepimus, est equi-  
dem eius argumentum nostrae pra-  
cticae accommodatissimum qua ra-  
tione nonnulla & ea quae selectiora  
sunt, notare conuictui.

Primum etenim constat reme-  
dium, hoc brachij secularis utilissi-  
mum esse iudicibus Ecclesiasticis co-  
tra clericos, cum propter ipsorum  
criminum enormitatem, traduntur  
curiae seculari: in his casibus, in qui-  
bus praecedentibus capitibus longa  
manu disertum est, vel quando ad eo-  
rum coercionem non sufficit pote-  
stas ecclesiastica, ut ipsi comprimantur,  
& debitas patiantur: poenas iu-  
stissime dictum auxilium impenditur,  
& in hoc omnes conueniunt.

Secundo, quod brachij secularis  
auxilium nec petendum, nec impar-  
tiendum esse nisi in subsidium: quan-  
do vires proprii officij non sufficiunt  
ut quod iuste praecipuum iudica-  
tumque est executioni tradatur  
text. egratius, ubi ad hoc notum  
Bald. in verbo, sufficere. in l. 2. C. de  
his qui latr. occul.

Vnde eleganter scribit Ioā. Lup.  
in cap. per vestras. 2. not. §. sed pul-  
chra dubitatio. num. 17. de dona. in-  
ter vir. & vxor. Iudicem Ecclesiasti-  
cum debere prius procedere contra  
laicos excommunicando, deinde  
anathematizando, & interdicens,  
& postea cum Ecclesia non habeat  
ultra quid faciat implorandum est,  
seculare auxilium notant Inno. Ioā.  
Andr. & communiter doctores in  
capit. significasti. de offi. delega. Fel.  
in capitu. dilecta de maior. & obed.  
qui ad hoc perpendit text. in capit.  
dilecto. de senten. excommu. lib. 6.  
Domi. & Fran. in cap. ut afficium. §.

com-

2  
Remediu  
bra  
chij se-  
cularis  
utilissi-  
mū est  
iudici-  
bus ec-  
clesia-  
sticis.

3  
Remediu  
bra  
chij se-  
cularis  
an in  
subsidiu  
pendu  
est, vel  
quando  
opus  
fuerit.

4

Compescendi. de hæreti. lib. 6. quam esse communem opinionem fatetur Aug. Bero. in cap. significasti. num. 24. ver. extra gloss. idem profitetur. Insignis D. Couarr. in pract. quest. cap. 10. nu. 1. asseuerans ita falsim seruari, Sequitur Doct̃or Redin. in lib. de Maiestate Prin. in prin. in ver. bo. *Sed etiam per legitimos tramittes*, num. 142. Fran. Auiles in cap. Prætorum cap. 20. in glo. *Usurpen.* num. 14. Sed mea quidem sententia viri aliqui doct̃issimi, & celeberrimi aduocantur. Nam verius ipse censeo, in quacunque parte litis cum opus fuerit seculare auxilium posse à iudicibus ecclesiasticis peti, & illis sine retardatione esse præstandum. Tum quia nimis mancha esset iurisdictio Ecclesiastica, si tot, & tanta prius esset præcabenda, & durius rederetur dictum auxilium quam sacra iura nec non secularia patiuntur. Tum quia iura quæ circa hoc loquuntur non in subsidium, sed cum opus fuerit præstandum esse præcipiunt ca. 1. de offici. ordi. ibi, *Cum opus fuerit*, cap. quoniam. eo. titu. ibi, *Si necesse fuerit. capit. fina. ibi, Si opus fuerit. de excessi. Præla. cap. periculoso. circa finem in verbo. Si opus fuerit*, de statu regula. cap. statuimus. in verbo, *Si necesse fuerit. de maledi.*

5 Et nouissimè Concil. Tridenti. Conci. Sess. 24. c. 8. de refor. ibi, *Inuocato si Tridēt. opus fuerit brachio seculari*, & in eodē Sessio. Concilio Sessio. 25. cap. 5. de refor. 24. ca. ibi, *Inuocato etiam auxilio si opus fuerit*, 8. de re for. & festissimè probatur in Concilio Tri Sessio. den. Sess. 25. cap. 3. de reforma. vbi 25. ca. diffinitum est, quòd tam in procedē 3. in- do, quam in diffiniendo in causis ci 2erp. vilibus, vel criminalibus, contra clericos, vel laicos. Ecclesiastici Iudices per multas pecuniarias, vel pignorū

captionem, seu personarum distri- ctionem, per suos, vel alienos execu- tores, executio realis, vel personalis prius fieri debet, antè quam ad cen- suras deueniatur. Est equidem ibi manifestissimum testimoniū, quòd censura Ecclesiastica in subsidium vtendum est, quando iudex pigno- rum captione, & captura persona- rum vsus fuerit, opera ministrorum suorum, vel exteriorum, nempe in- uocando auxilium seculare, non au- tem hoc ordine mutato, vt commu- nis doctorum opinio asseuerat. Tū quia si contraria opinio vera esset, quam plurima crimina impunita re- maneret, nam interim quòd iudex censuris vtitur, cum non statim, sed dilationibus concessis, sint profe- rendæ: reus facillimè possit bona oc- cultare, & se fuga incolumen redere, & alia deindè immunerabilia mala sequerentur. Vnde opinio ista tan- quam verior iā in forensibus actio- nibus recepta est, prout refert bene Doct̃or Ioann. Segura in directori. iudi. Ecclesi. 2. par. cap. 13. nume. 37. quæ post hæc scripta legi.

Nec aliquid in contrarium vrget text. male à Felin. & à Couarruu. & ab alijs allegatus in d. e. d. c. dilecto: quia non loquitur de auxilio brachi secularis, sed de propria defensione qua iudex si vim patiatur ultra cen- surā, vti potest, tanquam priuatus, vt gloss. vltim. ibi notat.

6 Tertiò, non minorem vtilitatem habet, quando ad capiendos laicos iuris ordine. obseruato postulatur. Nam licet iudices ecclesiastici in cri- minibus & causis ad forum ecclesia- sticū spectantibus, possint reos pu- nire, excommunicare & alijs spiri- tualibus remedijs vti, non tamè pos- sunt illos personaliter capere, nec in carcerem mittere, ideoq; iudicis se- cularis pers.

*Cōtra Felin. & Couarruu.*

*Iudex Ecclesiasticus an possit propria auctoritate laicos ca-*

cularis autoritate faciendū est. Nisi in crimine heresis in quo hoc erit speciale, & in alijs huic similibus criminibus ita respondit Oldral. confi. 86. sequitur Petrus de Anchar. in c. cum Episcopus. de offi. ordi. lib. 6. & in reg. ea quę. de regu. iur. eo lib. quęsti. 11. quam opinionem communem esse fatentur Ioann. And. in addi ad Specul. ti. de offi. ordi. Felin. in dict. c. significast. Aufer. in rep. Clem. 1. de offi. ordi. quęsti. 5. & in tract. de potestate ecclesiastica super laicos in prin. num. 1. D. Couarr. in d. c. 10. Foller. in pract. crimi. Cano. fol. 97. num. 52. & sequent. Ferdi. Mench. de testament §. 22. num. 17. licet dicat, quod ferē tantus est numerus eorum qui tenent cōtrarium Iul. Cla. lib. 5. recep. sent. §. fin. quęsti. 37. ver. vnum tamen. & hanc communem sententiam latissimē defendit Ioan. Lup. in d. 9. sed pulchra dubitatio. num. 18. Petrus Auendan. lib. 1. de manda. Reg. c. 1. numer. 22. Fran. Auiles in cap. prator. d. c. 20. in verbo, *vsurpan.* num. 14. dixi in reg. & fallen. reg. 397. versu. septimō non procedit, & supra. e. 122.

Contraria tamen sententia placuit Domi. & Fran. in d. c. cum Episcopus. quę multis in locis iuris Canonici probari videtur, quibus cautū est, posse iudicem ecclesiasticum qui de crimine cognitionem habet, laicum reum capere, & in carcerem mittere. cap. attendendum. 17. q. 4. cap. contra Idolorum. 26. q. 5. cuius meminit ad hoc Roma. sing. 660. Felin. in d. c. cum sit generale. num. 20. & in d. c. significasti. colum. vlti. Aufer in locis nouissimē allegatis & hanc opinionem approbare videtur D. Couar. d. c. 10. num. 2. Quę opinio quam in puncto iuris vetiorem censeo nouissimē fulcitur ex concilio

Triden. sessi. 75. c. de reforma. supra allegato. Sed quidquid sit de iure prima opinio, moribus recepta est, & Regijs cōstitutionibus apud Hispanos probatur l. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. ordi. noui. qua lege. 15. grauissimę penę imponuntur, contra Iudices Ecclesiasticos, & eorum ministros, qui eius sanctionem violauerint.

Sunt tamen multi (& non penitē de autoritatis viri asseuerātes) quod vltima opinio locum habeat, quando ecclesiasticus iudex ad versus laycos in criminali iudicio legitimē processit, & cognitionem & examē culpę ad punitionē instituerit, vel sententiam protulerit, tunc iure poterit laicum capere & in carcerem mittere, intelliguntquē Regias constitutiones tantū procedere, quando iudex ecclesiasticus cognoscit, inter laycos de causa ciuili, vel criminali, ciuilitate intentata. Ita colligo ex D. Couarr. d. c. 10. num. 2. versu. secundo quoties, & nouissimē opinionē istā amplectitur D. Suarez de Paz sua practi. 2. tomo prelud. 2. nu. 55. & 56. dicens ita seruari in tribunali Episcopali Salmātino. Sed mea quidem sententia decretum sacrosancti concilij supra allegatum quod tam in causa ciuili, quam in criminali loquitur restrictionem, hanc non patitur idē maturius cogitandum est.

Illud vero fatendum est, quod licet stantibus Regijs constitutionibus, iudices Ecclesiastici non possint laicos capere, propria auctoritate, absque auxillio brachij secularis, post capturam vero, in carcerem ecclesiasticum non in secularem mitteri sunt. Et ita apud Hispanos cōsuetudine receptum est nec iure cōtrariū defendi potest. Quāuis audio *Seculares Iudices molestē hoc pati.*

Quar-

**Quarto**, præmissa dicta Regia constitutio de non tantum dictum auxilium necessarium est, in dictis criminalibus causis, contra laicos verum in civilibus actionibus & controversiis, in quibus si iudices ecclesiastici eos condemnauerint ad aliquam quantitatem solvendam, non tamen poterunt in his Regnis ad rei iudicata executionem bona ipsorum capere, sed ministerio iudicis secularis executio personarum bonorum faciendæ est, ut in dicta Regia l. decima quinta cautum est.

**Quarto**, illud erit omnino notandum, non solum iudicem ecclesiasticum ordinarium, posse implorare auxilium brachii secularis, verum & iudicem delegatum, ita tenet Inno. in dict. ca. Significasti. nu. 3. ubi Abb. Imo. Feli. & Deci. Domi. post Lap. in dict. cap. v. officium. §. denique vers. an delegatus. de hereti. libr. 6. Oldr. cons. 89. circa fin. Federic. de senten. consi. 163. dubio. 1. Alberic. & Paul. in dict. l. Episcopale. Bald. & Sal. in l. in crimina. C. de iur. omni. iudi. Inno. Abb. & Felin. in dict. capit. postulasti. Cardi. in dict. Clem. 1. quæstio. 10. quam opinionem communem esse testantur Deci. in dict. cap. postulasti. Roland. Vall. consil. 37. num. 1. vol. 1. Martin. Nauarr. in cap. cum contingat. primo remedio de rescrip. Bermon. in tracta. de publi. concubina verbo, *Curent a suis subditis* & c. num. 8. fol. 301. Franc. Peña. in Direct. inquisi. lib. 3. Scho. 115. fo. 220. colum. 2. licet ipse ab ea recedat, quæ procedit secundum eodem, etiam si in commissione non contineatur ea facultas, ut possit eo uti remedio, licet ab hac ultima opinione dissentiat Archi. in dict. §. cōpescendi & Fed. consi. 251. Calcan. consi. 119. Sed hæc Archi. opinio

falsa est, & nullo modo defendi potest. Nam nihil speciale in hoc auxilio implorando cautum est in dict. cap. compescendi. ut rectè considerat Deci. in dict. cap. Significasti. si enim iudici ordinario hoc iure licet a fortiori & permittum erit delegato, qui in causa delegata illo maior est. cap. sanè in. 2. de offici. delega. Et quanvis in literis delegatorijs soleat imponi clausula, *Inuocato ad hoc auxilio brachii secularis si opus fuerit*, illud est ad super abundantem cautelam, & stilo curiæ, nõ tamen ex eo quod necessarium sit quod exprimantur, ita dicit Imo in dict. cap. Significasti. & nouissime hanc opinionem amplectitur Franc. Auiles dict. capit. 26. num. 27.

Est tamen necessarium, ut præceptum iudicis delegati petitis dictum auxilium adimpleatur, ut iudici seculari fidem faciat de sua delegatione. ita tenuerunt Bald. & Salicet. in dict. l. in criminali. col. 1. C. de iuris. omni. iudi. asseuerantes quod cautus debet esse iudex secularis a quo per iudicem delegatum imploratur brachium seculare, ut diligenter perpendat an ille sit iudex competens, vel ne quia si est incompetens non debet sibi præbere ministeriũ alicuius obedientiæ. idem tenet Feder. cons. 251. col. 2. Calcan. d. consi. 119. Marcus Anto. Natte consi. 519. nu. 37. vol. 3. reditur igitur ex defectu incompetentiæ in hecax dicta auxiliij imploratio.

Nec debet iudex delegatus ad hoc remedium confugere, nisi iudex ordinarius ecclesiasticus, ab eo fuerit prius interpellatus, ut suum ei impendat auxilium, quod sufficiens non fuerit, poterit ad hoc auxilium seculare peruenire, nõ vero alias ita sing. tenet Cardi. in dict. Clem. 1. deci-

Iudex delegatus auxiliũ brachij secularis implorare nõ potest, nisi de suade legatio- ne fidem faciam.

Iudex delegatus minime auxiliũ seculare implorare potest, nisi prius ordinarius ecclesiasticus interpellauerit, ut suum auxiliũ impendat.

Inde de legatus implorare potest auxiliũ brachij seculari.

Iudex delegatus implorare potest auxiliũ brachij seculari.

Iudex delegatus implorare potest auxiliũ seculare.

ma questione sequitur Dec. in dicti cap. postulasti. num. 4. vbi Fel. colu. 2. Roland. Valle dict. consi. 37. nu. 6. Sed opinionem contrariam multis rationibus veriolem esse probat Federi. consi. 163. col. 2. dicens posse Delegatum Papæ si vult ad ecclesiasticum ordinariu confugere, prius quam ad secularem iudicem, nõ tamen præcise ad hoc teneri, & opinionem istam contra Cardinalem veriolem esse fatetur Franc. Marcus decisio. 72. num. 4. in prima parte quem sequitur Martin. Nauarr. in dict. cap. cum contingat. d. secundo remedio scribens in Coimbricensi Academia, cū tertiõ legeret tex. in dict. cap. Significasti. hanc opinionem tenuisse, licet cū primum Tholozæ, & secundo Salmaticæ legisset, non satis perpensis rationibus Federici contrariam opinionem fuerit Amplexus.

*Auxiliu bra-  
chij se-  
cularis  
a sum-  
mis Se-  
natori-  
bus pe-  
ri po-  
test.*

Sexto, non solùm auxiliu bra-  
chij secularis peti, & implorari. po-  
test ab Episcopis, ab alijsq; ordina-  
rijs, vel delegatis Ecclesiasticis iudi-  
cibus, ab inferioribus secularibus iu-  
dicibus, verum a supremijs Regis  
Senatoribus, vel Regalium Cancel-  
lariarũ auditoribus. Quia iura quæ  
de hac inuocatione loquuntur nul-  
lum secularem magistratum a præsta-  
tione istius auxiliij immunẽ faciunt.  
Imò si rectè rem hæc perpendamus  
maioris obligationis nexu Regij  
Clarissimũ Senatores ad id astricti  
sunt, quam inferiores cum illis po-  
tissimum incumbat quod iustitia  
ministratur, & ad vngem hoc obser-  
uetur. Maximè quia in Summo Regis,  
& Domini nostri Philippi Secundi,  
Christianissimi (qui nunc feliciter  
regnat) Senatu assistunt Consiliarij  
integerrimi, & omni laude dignissi-  
mi, qui pro ipsorum summa pietate,

& religione Ecclesie Sacrosancta  
præcepta, & eius iurisdictionem ve-  
nerantur, Inter quos mentõ nume-  
randus est D. Ioann. Fernandez Co-  
gollos, vir sanè maiorem nobilitate  
præclarus, & animi dotibus ornatissi-  
mus, & integritate vitæ laudatissi-  
mus, & iuris prudentia insignis, a  
quo labores nostri, vt in publicum  
prodiret, Regiarũ legũ institutu, &  
de more supremi Senatus fuerunt  
approbati q; in nõ vulgari nostre  
felicitatis parte reponendum duxi-  
mus. Et vt ad rem reddã opinio hæc  
ex eo fulciri potest, quia in spiritua-  
libus Principes Seculares Episcopis  
suis obtempèrare tenentur cap. om-  
nes. de maior. & obedi. Et Princeps  
ab Episcopo iudicari debet, non ecõ-  
trã cap. sacerdotibus. in quaest. 1. ca.  
Imperator. 96. dist. 2. c. de iur. i. c. omni

*D. Ioan.  
Fernan-  
dez Co-  
gollos  
Regius  
supremus  
Consilia-  
rius lau-  
datur.*

*abx. hui  
art. 1  
anulati  
- 00 97  
ixua illi  
- ad illi  
- 01 illi  
- 11110  
- 11110*

In hac tamen auxiliij imploratio-  
ne minimè congruum est nec vn-  
quam expediri iudicari quod con-  
trã dictos Supremos Iudices censu-  
ris, vel per modum iussionis præce-  
datur. Sed quod piè & benignè, &  
honorificis præcibus, ad impenden-  
dum suum auxiliu exhortetur, &  
hoc in Hispania nostra receptum  
est, & aliquandõ fecisse refert Segura  
in directorio. 2. par. capit. 13. nu-  
mer. 53.

Septimò ex eadẽ ratione sequitur  
quod iudex secularis, si ei eadem ne-  
cessitas. Superueniat poterit auxi-  
liu Iudicis ecclesiastici implorare  
pro exequenda eius sententia aduer-  
sus eos in quos ipse iurisdictionem  
non habet text. in auth. sed hodie.  
C. de adulter. not. Mari. Socin. in c.  
cum sit generale. numer. 24. de foro  
competen. In hoc tamen hoc discrimen  
versatur, quod iudex ecclesiasti-  
cus poterit censuris, & alijs pœnis  
spiritualibus, compellere secularem  
iudicem,

*I  
Iudex se-  
cularis  
ab Eccle-  
siastico  
auxiliu  
suo im-  
plorare,  
potest.*

iudicem, ad hoc auxilium exhibendum. tex. in dict. cap. 2. de maledi. Iudex vero secularis non potest Ecclesiasticum cogere, sed coram Metropolitano comparere debet, ab eo que postulare, ut inferiorem iudicem ecclesiasticum cogat, ut auxilium a se iuste petitum præstet. ita tenuerunt Inno. Abb. & doctores in dict. cap. 1. de offic. ordi. las. in l. 2. Diuo. Pio. §. sententiam. num. 16. ff. de re iudi. quam opinionem communem esse testatur Alciat. dict. cap. 1. nume. 26. & 123. Couarru. in dict. cap. 10. nu. 1. Hoc vero auxilium ab ecclesiastico iudice præstandum est seculari non obediendo sed patrotinando, ut tenet Innoc. & Bald. colum. 1. in c. 1. de offic. ordina. Sequitur Fran. Auiles in cap. prætorum in verbo, *Vsurpan.* nu. 17.

11 *Iudex secularis ante quam præstet auxilium an possit petere, ut actus processus sibi ostendatur.*  
 Octauò, illud etiam in disputationem adduci potest, an in criminibus merè ecclesiasticis, ante quam iudex secularis suum acòmodet auxilium ei facienda sit fides de processu, nec non de actis causæ quibus intelligat an iuste vel ne iudex ecclesiasticus in causa processerit. quæ quæstione Andr. Alciat. in dict. cap. 1. de offic. ordinar. num. 10. scribit Secularem Iudicem in his criminibus teneri iuuare ecclesiasticum non obstantia iustitia causæ, dicitquæ, hæc esse receptam sententiam quam appellat etiam esse communem Nauarr. in dict. remedio. 2. Bossi. in practi. crimin. tit. de foro comp. nu. 87. D. Pæz (quæ post hæc scripta legi) in practi. 2. thomo in proçmi. num. 10. D. Redi. de Maieft. Prin. in verbo, *Non armis solum.* 2. par. num. 150. Sed communis hæc sententia mihi omninò displicet contrariam veriore credo, quæ amplexus fuit Abb. in dict. capit. 1. de offic. ordi. num. 12. Scribens q

si iudex ecclesiasticus tradat clericum, vellaicum iudici seculari, ut ab eo puniatur, non tenetur stare processui ab ipso facto, sequitur Author noster supra. ca. 133. Non equidem iudex secularis tenetur auxiliu suu impendere, nisi iuste ab eo inuocetur, & sumatin de hoc ipse cognitionem habeat sic tenuit Inno. in capi. 1. de statu monach. lib. 6. Oldr. conf. 89. colum. 2. Petrus de Ancharran. confi. 382. colum. 2. Federic. confil. 251. colum. fin. Paul. de Castro. in d. l. Episcopali. Rolan. Valle dict. confi. 37. num. 7. Calcan. confi. 119. Fran. Auil. in dict. cap. 20. prætor. nu. 20. Didac. Perez. in l. 4. tit. 1. lib. 3. ordi. in gloss. 3. Matth. de Afflict. decis. Neapoli. 220. num. 9. Vbi asseuerat decisum fuisse in Regio Neapolitano prætorio, secularem iudicem nõ teneri obtemperare ecclesiastico, quãdò processit ordine iuris non seruato. Ex quò ipse dicit, iudicem secularem posse cognoscere de subreptione, quæ coram ipso opponitur, contra absolutionem à iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi impetratam à iudice Ecclesiastico: testaturque in illo prætorio ita fuisse pluriès decisum. quòd non vulgaritèr est notandum.

Poterit tamen communis opinio defendi, quãdò iudex secularis vult cognoscere, de effectu sententiæ, vel præcepti iudicis ecclesiastici, ad effectum reuocandi, quòd ab eo iudicatum est, quòd prorsus est prohibitum. Secus verò si id faciat, ut intelligat, an ei obtemperandum sit. ita sing. tenet Imo. in dict. c. 1. num. 16. Martin. Nauarr. in dict. cap. cum cõtingat. ver. ex prædictis.

Erit etiam recepta sentetia admittenda, quãdò Episcopus, vel iudex ecclesiasticus, vult suam exequi sententiam,

tiam quam secundum iuris Pontificij legitimas Sanctiones protulit, & simpliciter a seculari iudice postulat ut sibi tribuat familiam & ministros, ad illius sententiæ executionem. Tunc equidem secularis iudex in nullo dicitur executor, sed solum acommo-dat familiam. Unde non potest aliquo modo de viribus sententiæ cognoscere, ita tenet Abb. sic declarans Inno. ibi in dict. cap. 1. de offic. ordin. vbi Andr. Alciat. num. 120.

Vera item est communis opinio in crimine hæresis, in quo iudex secularis merus est executor, & absque aliqua causæ cognitione, inquisitorum sententiæ nulla fide de processu ei facta exequi tenetur. ut scriptum post Authorem supra. c. 139.

In crimi-  
nibus  
mixti  
fori  
non est  
auxi-  
lium præ-  
standum  
sine  
causæ  
cogni-  
tione.

Nono, est equidem in hoc obseruandum, quod in criminibus mixti fori iudex secularis minime tenetur prestare auxilium ecclesiastico nisi causæ processus sibi oblati fuerit. rex optimus in auth. de Sanct. Episcop. §. qui ver. tenet Anto. Abb. vbi Alciat. num. 119. in dict. cap. 1. de offic. ordin. dicit opinionem istam esse communem idem profitetur Iuli. Clar. in practi. crimi. §. finali. quæstio. 96. versic. quæro etiam. Ex quo fit quod si iudex secularis ex processu sibi constat sententiam latam in capitali, & criminali iudicio ab ecclesiastico iniustam & iniquam esse licet ab ea non fuerit appellatum exequi non tenetur ita alios allegans scribit optimè Matthæ. de Afflict. in proemi. const. Neapoli. num. 60.

12  
Execu-  
tor an  
teneatur  
ad  
senten-  
tiæ exe-

Decimo, non est circa hoc argumentum obliuioni tradendum, quod non solum secularis iudex, qui causæ cognitionem habet, cognita iniustitia sententiæ ecclesiastici, in dictis causis late exequi non tenetur, verum etiam si is fuerit executor, non pos-

set iuste, nec tenetur eandem exequi, quoties notoriam iniquitatem, aut intolerabilem errorem habeat. Inn. in cap. cum in iure. de offic. delega. Ancharra. consi. 382. colum. penult. tradunt omnes in cap. Pastoralis. §. quia vero. de offic. delega. Felin. in cap. at si clerici. colu. 4. de iudi. Cur. Iuni. & Purpu. colum. fin. in l. magistratibus. ff. de iuris. omni. iudi. & est text. egragius in cap. inter cæteras, de re iudi. Si tamen sententiæ iniquitas ex scientia particulari executori priuatim nota sit tenetur sententiæ executioni tradere, ita tenet Caieta. 2. 2. quæstio. 67. articu. 2. quauis Abb. & Felin. in dict. §. quia vero. & idem Abb. colu. penult. & Alciat. in dict. cap. 1. num. 110. de offic. ordin. contrariam opinionem sequuti fuerunt. quæ Abb. sententia fortè defendi potest in eo casu quo executor sententiam iniustam esse exactis cognouerit sed verius est etiam in hac specie opinio hæc defendi non potest, cum hic executor iudex non sit, ad publicam scientiam intelligendam ex processu causæ. Nec iudex ipse qui sententiam protulit tenetur executori acta ex quibus sententiæ dixit patefacere ut communiter receptum est in dict. §. quia vero. & in cap. 1. de offic. ordin. vbi Andr. Alciat. super glos. in verbo, Publicum. & in cap. 2. de excep. lib. 6. tradunt Alexand. & nouissimi in dict. l. magistratibus. ff. de iuris. omni. iudi. D. Episcopus. Couarruu. in lib. 1. vari. resolu. cap. 1. nume. 10. & ea ratione cum hic executor acta legens, & examinans, priuata, & non publica autoritate utatur, nihil ad rem facit, Nec executio sententiæ retardanda est, quauis ipse ex eis intelligat sententiam iniustam esse, quod verissimè esse, & ita tenendum censeo, quid-

qui,  
que no-  
toriam  
iniusti-  
tiã, vel  
intole-  
rabile  
errore  
cõtinet

quidquid alij tenuerint.

Verum tamen est, quod si sententia notorie nulla esset non teneretur nec iuste eam exequi posset ita tenet gloss. celeberrima in dict. §. quia vero. quam sequitur ibi Abb. colum. 2. ubi Ioann. Imo. num. 4. dicit ab omnibus approbatam eandem communem appellat Martin. Navarr. in di. cap. cum contingat. versic. non obstat, & eam sequitur Felin. in cap. de cetero. colum. 1. de re iudica.

13  
Auxi-  
liu secu-  
lare no-  
viso  
proces-  
supra-  
standu  
est qua-  
do sen-  
tentia in  
causa  
civilis  
prolata  
transi-  
bit in re  
iudica-  
tam.

Vndecimo, hoc eodem tractatu memoria repetendum est, quod si in causa civili Episcopus, vel eius vicarius, vel alius iudex ecclesiasticus sententiam protulit, a qua minime fuit appellatum, vel si forte appellatio interposita fuit, ea deserta remanet, si primo dictus iudex fecit id quod potuit, ut eius sententia debite executioni traderetur (puta) excommunicando, & alijs spiritualibus penis utendo, si his sic factis auxilium brachij secularis postulet, pro eius sententiae executione prestandum est, absque eo quod iudici seculari de iustitia illius sententiae constet. imputandum quidem parti quare ab ea sententia non appellavit, vel quod appellationem non fuerit prosecutus, alias vero si in ea executione non adhibuit, eam quam potuit diligentiam iudex secularis non debet suum auxilium impartire. ita Oldral. conf. 89. Bald. in l. 1. C. de his qui latro. tex. in cap. 2. de maledi. ibi si necesse fuerit quam opinionem asseruerat esse communiter receptam Matth. de Afflict. in consil. Neapol. in proem. num. 54.

14  
Auxi-  
liu secu-  
lare pre-  
standu

Si autem tunc oponeretur coram eodem iudice seculari de nullitate dictae sententiae, in dicta causa ab ecclesiastico late an praestari debeat brachium seculare & affirmandum

videtur quod si de nullitate allegata in promptu appareat exequenda non est quia constat iniustam esse potius quam nullam esse apparet, & iniustis iudicis mandato obtemperandum non est cap. qui resistit & capit. Iulianus, & in capitulis qui praest. in questio. 3. cap. de cetero. 1. quest. 5. cap. 1. de offici. ordin. cap. Si quando de rescrip. si autem ea nullitas non constaret in promptu non debet iudex secularis suum brachium pro executione dictae sententiae differre ita singulariter tenet Andre. de Iser. in proem. consil. Neapol. & ibi cum sequitur Matth. de Afflict. num. 55. & iste est casus notatu dignus in quo iudex secularis tenetur suum impartire auxilium non offensa iustitia causae.

Duodecimo, ad idem subijcitur alius casus, in quo idem prorsus est asserendum, nempe quando literis denunciatorijs, Episcopus, vel iudex ecclesiasticus, aliquem excommunicatione maiori innodatum esse profert, tunc iudex secularis dictis literis stare tenetur absque eo quod sibi aliter iuste illum fuisse excommunicatum constet. Nam literis dictis denunciatorijs ipseque denunciatio ni excommunicationis plurimum tribuendum esse constat ex Basiliensi Concilio Sessione. 20. vndecimo Kalendas Februarij, anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, cuius meminis Floren. in 3. part. tit. 25. cap. 3. Pragma. Sanctio Gallicana tit. de non euitan. excommu. in prin. Nicolaus in supplemento Pisanelle in verbo clericus. 3. in fine Felin. in cap. ad probandum. colum. penul. de re iudica. & opinio nem hanc quod excommunicatio eo modo probetur tenet glo. singular. in cap. licet. de senten. excommuni. lib. 6.

non est  
quando  
defe-  
ctus  
nullita-  
tis oppo-  
nitur.

15  
Iudex  
secula-  
ris ex-  
commu-  
nicatu  
omnes  
literis  
denun-  
tatio-  
rijs re-  
pellere  
debet.



libr. 6. quam sequitur Deci. in capit pastoralis. §. verum. de appella. Quā uis apertè opinionem contrariā teneat idem Deci. in ca. prudentiam. §. Sexta. colum. de offici. de lega. & ibi Barba. Roman. in l. 1. ff. de noui oper. nun. asseuerantes per denunciationem, nusquam excommunicationem probari, præsertim quo ad excludendum aliquem à iudicio, & à similibus actibus. Quæ opinio non vulgariter corroboratur ex Pontificia decisione tex. in cap. 1. de excepti. lib. 6. ubi decretum est excommunicationem, ut quis ab agendo repellatur, appertissimis documentis probandam esse. Sed ut opiniones istæ contrariæ, distinctionis federe componantur, ita asseuerandum censeo, quod si excommunicationis exceptio alicui obijciatur, ut exceptio nis perentoriæ, ut graue inde damnum patiat, minimè ea probatur per denunciationem, si verò in vim dilatoriæ opponatur, ut quis à iudicio excludatur, tunc per denunciationem probatur. Ità tenuit Rota in nouis decis. 252. Abb. & omnes in dict. cap. prudentiam. §. Sexta de offi. iudi. de lega. Roma. consil. 349. Fran. in dict. cap. licet Domi. in c. 1. §. 2. de excep. lib. 6. Chosm. in prag. sancti. tit. de excomm. non uitan. in verbo denunciata & opinionem istam communem esse asseuerat Deci. in dicto. §. sexta. & Dom. Episcopus Codarr. in cap. Alma mater. 1. par. relecti. §. 3. de sent. excom. lib. 6. Non sanè secundum inueteratam consuetudinem totius Christianiorbis consuetum est, neminem denunciari excommunicatum, nisi prius solennitèr excommunicatus sit. & licet aliquando hoc interuerti possit, id rarissimum esset, nec ex hoc tolleretur præsumtio, quæ ex frequen-

tissimo contrario usu orta est.

Ex quo fit, quo ad intellectum tex. in dict. cap. 1. de excep. lib. 6. secundum communem interpretationem ad repellendum excommunicatum, à iudicio sufficientèr excommunicationem probari per ipsam denunciationem, & ea ratione iudex secularis repellere debet statim actorem excommunicatum ab agendo, nec potest petere, ut aliter sibi fiat fides de ipsa excommunicatione. Secus ut dictum est si de grauiori præ iudicio tractetur.

Hinc confestim sequitur quod si iudex ecclesiasticus excommunicatum iam denunciatum præcipiat iudicem seculari, ut eum capiat & in carcerem mittat, tunc cum de graui incommodo agatur, non sufficerent literæ denunciatoriæ, nec ipsa denunciatio, sed oportet, quod acta ostendantur, per quæ appareat de culpa, propter quam lata fuit excommunicatio. Non quidem iudex secularis adibere debet fidem literis Episcopi circa culpam illius contra quem prolata fuit excommunicatio, nisi de ea per legitimas probationes sibi constet. Sic tradiderunt And. de Ifern. & ibi Mattheus de Afflicti. in proem. consil. Neapo. num. 26.

Decimotertiò, ut casibus supra constitutis, in quibus vel denegatur, vel non statim auxilium brachij secularis impartitur, alios addamus, illud firmissimi iuris est, illud minime esse accomodandum, quando à sententia iudicis ecclesiastici appellatum est ex Alberi. sententia in d. l. episcopale. ver. sed circa hoc quero. ubi Pau. de Castro in fine C. de Epif. & cleric. Oldr. d. consil. 89. Deci. in dict. capit. significati. de offi. de legati. Roland. Valle. d. consil. 37. num. 1. Mart. Nauarr. in dict. c. cum lari

16  
Text. in  
c. 1. de ex  
cep. lib. 6.  
interpre  
tatur.

17  
Litem &  
necesse  
rijs esse  
sis iudex  
secularis  
nō tene  
tur exco  
municat  
um ca  
perene  
in carce  
rem mit  
tere.

18  
Auxilij  
prestan  
dum nō  
est quan  
do à iu  
dice qui  
implorat  
appella  
tum est.

contingat primo remedio. Stephan. Auferri. in tract. de potestate seculari 4. regul. nu. 12. Thomo quinto tracta. diuerso. doct. Fran. Auiles in cap. Prætor. dict. c. 20. in verbo, *vsq. pan.* num. 25. Et potissima ratio est quia cum per appellationem suspen- sa sit iurisdictio iudicis secularis. l. 1. in fine. ff. ad Turp. quidquid agitur appellatione pendente nullum est c. non solum. de appella. in. 6. tanquã factum à iudice in competenti. l. fin. C. si à non competen. iudi. & impu- nè ei non paretur. l. fin. ff. de iurisd. omni. iudi. quia quantum ad hoc priuatus iudicandus est. l. 3. ff. de of. fi. Præsi. Imo quòd plus est Ioan. An- dre. Anton. Cardi. Abb. Imo. in di. cap. 1. de offic. ordin. scribunt, non teneri iudicem secularem, ad impar- tiendum suum brachium seculare Ec- clesiastico Iudici, contra illum qui prætendens se exemptum esse, appel- lauit ab Episcopi visitatione, ex cau- sa probabili, qui casus eo fortior est, quòd ius commune resistat huic ap- pellationi, adeò vt is exemptus ab- solui non debeat ad cautelam, nisi saltem summarie aliquantulum eius excep- tio probata prius fuerit. ita not. In- noc. in cap. Solet. de senten. excom- mun. lib. 6. vbi cum sequuntur Do- mi. & Perusi. Rota decisio. 234. in- cipi. Si rector. & decisio. 308. incip. Si quis. Nec minus est circa hoc notandum quòd scribit Matthæ. de Afflicti. in proximi consti. Neap. num. 48. quod si iudex secularis cõ- pertum haberet, fuisse appellatum à sententia iudicis Ecclesiastici, & ap- pellationem, ab eo non fuisse admif- sam, quæ alias de iure admittenda erat, iuxta not. in cap. sæpè. de appel- la. & à tali denegatione appella- tionis appellatum fuerit prout iure re- quiritur secundum Cardi. in cap. Pa-

storalis. de offic. deleg. & in Clemen- tin. 1. de dolo. & contum. quòd etiã hoc casu brachium seculare tribuen- dum non est sequitur Roland. Valle dicto. consi. 37. dicens ita fuisse de- cissum in sacro consilio status Mon- tisferrati contra agentes pro Epif- copo Albæ.

Hæc tamen communis & verissi- ma sententia intelligenda est, vt lo- cum obtineat quando appellatio in- terposita fuit à sententia definitiva, vel interlocutoria, cum causa proba- bili, & tempore, & forma debita, se- cùs verò si per processum vel saltem aliundè ostendatur causam appella- tionis ab interlocutoria sententia, ef- se falsam, & ideò non esse recipien- dā. Sic egregie de more declarat in- signis Martin. Nauarr. in dict. capi. cum contingat. 1. remedio in fine & in secundo remedio fol. 157. versic. Nò obstat. & versu. Quinto respon- deo. quamobrem eo casu non obstā- te appellatione ab interlocutoria sententia interposita, non potest au- xilium seculari brachi iudici ecclesia- stico petenti denegari.

Decimo quarto, illud etiã est iu- ris exploratissimi, nò esse auxilium seculare accommodandū Iudici Ec- clesiastico, quando extraiudicialiter processit, & eo modo dictum reme- dium implorat, tunc sanè iudex secu- laris minime tenetur ei parere, quia in extraiudicialibus præceptis Eccle- siasticis non est maior Seculari sed par. Vnde non potest ei mandare c. cum ad verum. 96. distinct. Et quia iudici procedenti extraiudicialiter impunè potest non parere. l. prohi- bitum. C. de iure Fisci. lib. 10. ita te- nuit Inno. quem ibi cæteri sequun- tur in dict. ca. 1. de offi. ordi. vbi An- dræ. Alci. num. 117.

Decimo quinto, non est præter-

Kk

mitten-

19  
Auxi-  
liū præ-  
standū  
non est  
quādo  
iudex  
extra-  
iudicia-  
liter  
process-  
sit.

20

*Iudex* mittendum, quò si extra casus supra  
*secula* à nobis constitutos, iudex secularis  
*ris, qui* iniuste denegat suum auxilium, vl-  
*auxiliū* tra id quod quòd, iudex ecclesiasti-  
*negat,* cus excommunicatione, & alijs pœ-  
*excom* nis spiritualibus, contra eum proce-  
*muni-* dere potest, vt iam versi. Quintò di-  
*cari po* ctum est, poterit etiam & arbitrariã  
*test,* & pœnam pro modo culpæ ei impone-  
*spiri-* re. est equidem de hoc egregia Sali.  
*tuali-* sententia in. l. vltim. C. de his qui la-  
*bus pœ* tro. ocul. sequitur Iacob. Menocho.  
*nis pu-* de arbi. iudi. quæsti. lib. Centu. 5. ca-  
*niri.* lu. 452. nũ. 2. quòd singularitèr no-  
 tandum censeo.

21  
*Iudex* Decimo sextò, in hac auxiliij, tam  
*qui au-* ecclesiastici, quam secularis conces-  
*xiliū* sione, diligentèr attendere debent  
*præstat* Iudices quòd cū implorationem di-  
*non de* cti auxiliij videatur causa fieri de fo-  
*bet alijs* ro iudicis adiuuantis, non debet ad-  
*reme-* iuuans fortiori, & duriori remedio,  
*dijs* vti, quàm ipse in suo foro contra si-  
*quã in* bi subditos esset vsurus. Quapropter  
*suo fo-* Episcopus à quo postulatur auxi-  
*ro in-* lium non statim excommunicauit,  
*ter sub* nisi prius sibi constiterit de rei ino-  
*ditos* bedientia, & contumacia, sinè qua  
*vtere-* in suo foro excommunicationis sen-  
*tur.* tentia proferenda non est, Eodem  
 modò nec ad excommunicationem  
 non procedet, nisi trinna monitio-  
 ne præmissa cap. contingit in. 2. ca.  
 Sacro. de Senten. excommunic. c.  
 consuluit. de offic. Delega. cap. inter  
 quatuor. de maior. & obed. cap. de il-  
 licita. 24. quæsti. 3. Idem. etiam asse-  
 uerandum est ex parte iudicis secula-  
 ris, nam si aliquis laicus aduersus  
 Episcopi iussa contumax est, non  
 propterea etiam si Episcopus implo-  
 rato auxilio petierit, relegandus est,  
 sed alijs remedijs vtendum est, qui-  
 bus in forensibus tribunalibus, vt  
 cõsuetũ est. vt scribit Andr. Alci. d.  
 cap. 1. de offic. ordi. nu. 125.

Decimo septimò, ad commedio 22  
 rem supra dictorum interpretatio-  
 nem, egregia si offert disputatio, an  
 vito processu per iudicem ecclesiasti-  
 cum, vel secularem, antequam alteri  
 iudici petiti, suum auxilium tribuat,  
 pars aduersa debeat citari, & vide-  
 tur sanè nullam citationem necessa-  
 riam esse, nam satis est, quòd iudex  
 ipse de meritis causæ per inspectio-  
 nem actorum se informe, nec ex eo,  
 quòd aliqualis causæ cognitio desi-  
 deratur, indè sequitur, qd pars cita-  
 ri debeat quia ipse iudex à seipso ex  
 actis cognoscere potest, l. sed si lege.  
 §. Prætor ait. ff. de in ius vocan. ibi.  
 Et totum causa cognita debet facere.  
 Vbi Bald. inquit quòd quanuis tex.  
 ille dicat, *Causa cognita*, non tamen  
 pars citanda est. Ad idem conducit  
 text. in. l. cum hi in prin. ibi, *Prætoris*  
*notio.* & in. §. si Prætor. ibi, *Prætori*  
*res querenda est.* ff. de transacti. Suf-  
 fragaturquè tex. insignis in. l. 3. §. si  
 causa cognita. ff. de bono. posse. jun-  
 cta gloss. in verbo, *Pro tribunali.* vbi  
 scribit Bar. quòd licet dicatur ibi, *De*  
*causa cognosci* (idest) ad effectum,  
 vt iudex se informe, non verò qd  
 pars citari debeat. Facit item opti-  
 mus tex. in. l. magis puto. §. nõ pas-  
 sim. ibi, *Hoc excutere.* & ibi, *Item re-*  
*quirir.* Et ibi, *Idè Prætor aestimare debe-*  
*bit.* ff. de reb. eor. Et plurimum ad re-  
 hanc conducit tex. in. l. 1. ff. nihil no-  
 uar. appella. penden. ibi, *Quo ad deli-*  
*berandum.* cuius tex. autoritate inni-  
 xus Ioan. Andr. in capit. Pastoralis  
 col. 3. versic. Illud autem notandum.  
 de offic. Deleg. affirmat, quòd vtrũ  
 appellatio sit amittenda vel nè, id par-  
 te absente potest diffiniri. Item non  
 vulgariter opinionem istam corro-  
 borat, quòd à Bald. scriptum est in l.  
 nequè natales. colum. fin. versic. Sed  
 nun quid in ista. C. de probationi.  
 quòd

per executor Apostolicus datus ad providendum beneficium aliquod alicui, cum clausula si est idoneus. licet propter conditionem illam appositam in rescripto teneatur adhibere causae cognitionem circa idoneitatem, non tamen in examinatione aliquis citandus est. Idem igitur in casu praesenti de quo controuertitur asseuerandum est, nam licet in eo aliqua causae cognitio requiratur, non tamen ita exacta, ut pars citari debeat, nam quanuis aliquod grauamen inferatur, iudex primus est qui grabauit, non is qui rem sibi mandatam exequitur.

Contraria tamen sententia ex eo verior videri potest, quia quando ex aliquo actu pars laedi potest, & praesens contradicendo actum impediret, citari debet l. de vno quoque ff. de re iudi. l. nam ita Diuus. ff. de adopti. l. in concedendo. de aqua plu. arcen. l. fin. C. si per vim, vel alio modo. cap. 1. de causa possessio. & pro. Quod locum obtinet etiam in notorijs, modo aliqua tergiversatione celari, & defendi possint glo. celebris. in cap. 1. in verbo, conseruatores. de officii. deleg. in. 6. gloss. & doctores in cap. ad nostram. in. 2. de iure iuran. sic igitur videtur asseuerandum quod ante huius auxilij coeceptionem, pars citari debeat quia forte ostendet nullitatem, vel euidentem iniustitiam, vel alias iustas causas, propter quas ut iam diximus hoc auxilium iuste posse denegari, & opinionem istam de stilo curiae seruari affirmat Marcus. decisio. 269. nu. 2. in prima parte.

Sed ut opiniones has componamus, afirmandum censeo, quod si per primum iudicem ordine iuris seruato, cognitum est de omnibus exceptionibus, quae possent impedi

re sententiae executionem, & hoc ex actis constat, ita ut nihil agenda supersit. citatio necessaria non est, & ita procedunt, quae pro prima aduximus opinione, si vero sufficienter de his exceptionibus cognitum non est, sed verisimiliter creditur, quod facta citatione, aliqua defensio competeret ei, contra quem imploratur auxilium, tunc citatio praemittenda erit, & ita intelligenda sunt, quae pro secunda opinione aducta fuerunt. quam distinctionem colligo ex Abb. in capit. prudentiam. §. quia vero. colum. 4. vbi Imo. colu. 3. versi. Interdum autem, quam verisimam credo licet non placeat Marcho Ant. Natte. consi. 528. nu. 31. volu. 3. qui in distincte citationem necessariam esse censet.

Decimo octauo, & ultimo solet in disputationem aduci, an Episcopus possit habere familiam armatam, ad executionem, & ministerium iustitiae, qua proposita questione Abb. in cap. significasti. de officii. delega. multis rationibus infirmis, tamen probare contendit non licere, Sed quidquid ille sentiat vera est, & communis contraria opinio quod hoc de iure Episcopis competat Ba'd. in l. non salutem. §. fina. ff. de officii. Praefecti vigi. tradit Deci. latissime in dict. capit. Significasti. numer. 5. Villadieg. in tracta. de irregul. questio. 11. nume. 16. & sequen. Reper. Inquisitorum in verbo, *Arma. §. sed nunc queritur.* Et opinionem istam communem esse fatetur eam sequutus Fanc. Pegn. ad Directori. inquis. Scholi. 116. pagin. 220. secundae partis.

Illud autem omni difficultate caret, quod haereticae prauitatis Inquisitores, multis & iustissimis causis habere possunt officiales, vel familias arma-

23  
Episcopus an possit habere familiam armatam

24  
Inquisitores familias armatas habere possunt.

tam, ad suam defensionem, vel ad hereticos capiendos, ut eorum saevitia comprimatur stat equidem de hoc privilegium Clementis Quinti, in Concilio Viennensi circa annos Domini. 1310. quod innouavit Ioann. Duodecimus quadam Pontificia constitutione incipi. *Exigit ordinis nostri.* Quae habetur in literis Apostolicis pro Sancto officio pagina. 39. de quo privilegio meminit Reper. inquisitorum in verbo, *Arma* §. *Sed utrum Inquisitores.* Villadiego, in tract. de haereti. quaestion. 11. nu. 15. Simanc. de instit. Catho. tit. 14. num. 15. Bernar. Comensis in lucerna verbo, *Inquisitor.*

25 *Officiales, & ceteri ministri Sancti officij arma deferre possunt*  
 Et hoc privilegium quod officiales vel ministri Sanctae Inquisitiones (quos in Hispania, *Familiares*, appellant in Italia vero, *Cruce signatos*) Obtinent favore fidei ius portandi arma quocunque tempore die aut nocte procedit non obstante quacunque lege in contrarium edita imò is qui legem conderet, qua prohiberet officiales Inquisitorum arma deferre, velut impeditor sacri officij puniri posset. gloss. in cap. statutum. in primo de haereti. lib. 6. tradit Director. Inquisitor. 2. par. quaestio. 54. Fran. Pegñ. in anno. ad dictum Direct. Scholi. 60. & libr. 3. Scholi. 114. fol. 222. vbi dictam gloss. communem esse fatetur.

26 Nec solum dicti ministri arma gestare possunt sed etiam ceteri ministri qui quanuis alia ratione Sancto officio inseruiunt veluti consultores aduocati, notarij custodes, & alij nā hi omnes ratione officij infesti sunt haereticis, & impijs hominibus, optimè tradit Fran. Pegñ. dict. Schol. 114.

27 *Familiares Sancti officij qui sunt eligendi.*  
 Quis vero familiaris ab Inquisitoribus creandus sit, ut arma deferre possit egregie diffiniuit Ioann. vigesimus secundus Pontifex Maximus dicta constitutione his verbis. *Quare volumus, & discretionem vestrae per Apostolica scripta districtè precipiendo mandamus quatenus neminem familiarem, nisi eiusdem ecclesiae fidelem ac deuotum, & laudabile cunuersationis, & vitae habere quomodolibet presumatis.* Haec tenus Pontifex sunt sane eligendi qui generis notam minimè patiuntur, qui probis sunt moribus instituti. Nec armorum vsus illis concedatur qui sub fidei pretextu facinora committentes privilegio abutantur.

28 *Inquisitores auxilium seculare implorare possunt.*  
 Quod si familia armata non sufficit, pro Sancti officij executione, possunt inquisitores auxilium secularium Magistratuum, implorare. Ut peculiari constitutione decreuit Urbanus Quartus rescripto quodam incip. *Licea ex omnibus.* §. *denique,* & refertur in literis Apostolicis pro Sancto officio. fol. 27. de quo rescripto meminit Reper. inquisit. in verbo, *Brachium.* Abb. in capit. 1. de offi. ordin. Locatus in opere iud. in verb. *Inquisitor* num. 30. Zanchi. de haeret. cap. 37. num. 1. Nam tanta haereticorum potentia esse potest, ut vires inquisitorum, non sufficerent, ideò oportet inuocare auxilium seculare. l. si quis. C. de Episcop. & cleric.

29 *Inquisitores.*  
 Si vero seculares Magistratus auxilium denegauerint, & contumaces fuerint, possunt Ecclesiasticis censuris coerceri, & honore priuari, & alijs poenis puniri, ut in dict. constitutione Urbani. c. ad abolendam. §. p. c. excóm. §. moneantur. de haeret.

Pro quibus omnibus  
ac necessarijs eorū,  
vestrum imploro of-  
ficiū.

## CAPV T, CLI.

- 1 Iudex ex officio suo in qualibet cau-  
sa criminali, post testium apertu-  
ram, etiam ad offensam rei, potest  
testes recipere.
- 2 Iudex ex officio rationem damnorū  
partis Lesæ habere potest.
- 3 Testis ad defensam rei ex iudicis offi-  
cio publicatis attestacionibus, re-  
cipi possunt.
- 4 Iudex, etiam eius officio non implo-  
rato, pœnam minuere potest.
- 5 Iudex de veritate pro absente inquirat.
- 6 Iudex ex officio accusatorem crimi-  
nosum repellere potest.

**S**I enim officium Iudicis  
amplissimum est, multaq;  
operari potest in omni-  
bus iudicijs, quātō magis  
vires habebit in his criminalibus  
causis à suis officialibus motis, quos  
in eius locum succedere superius de-  
clarauimus? meritō ergo in simili de-  
nūtiatione quicunq; Promotor seu  
Fiscalis, iudicis officium implorare  
debebit, exuberat enim plurimum  
in his causis: Potest nāque index ex  
officio suo in qualibet causa crimina-  
li, etiam post aperturam testium, te-  
stes de nouo recipere, etiam ad of-  
fensam rei. vt not. Bar. in leg. 1. §. Si  
publico. in colum. 5. ff. ad. le. Iul. de  
adulte. versi. Vltcrius quæro. quem  
refert Præpo. in cap. de accusatione.  
2. quæst. 8. in col. 39. versi. quarta dif-

ferentia. & notat Maria. in c. fraterni-  
tatis. de testi. col. 75. versic. Trigef-  
simus tertius, Ex quo sequi possit no-  
tabilis effectus, q̄ licet ipse Fiscalis  
in dilationibus sibi datis non paba-  
uisset delictum, facta esse publicatio-  
ne testium: si iudex repererit testes  
contra reum, poterit eos examina-  
re, prius tamen citato reo ad viden-  
dum illos iurare: debebit etiam sibi  
dari poteā attestacionum. copia, &  
noua dilatio ad opponendum con-  
tra illas. Aduerte tamen ne in hoc  
decipiaris quia illa doctrina Barto.  
declaratur notabiliter per Salicet. in  
l. fin. in fi. col. C. de quæstio. videlicet  
q̄ tūc possint testes recipi ad offen-  
sam post publicationem, quando il-  
la receptio fieret super nouo capitu-  
lo, non autem super antiquo: cuius  
sententiam sequitur Feli. in ca. Cum  
clamor: fin. col. de testibus. post Are-  
ti. in c. fraternitatis. in. 8. cartha. eo.  
tit. quod etiam sequitur Hippo. in. l.  
1. §. Si quis vltro. ff. de quæst. & di-  
cit esse menti tenendum. Item etiam  
aduerte q̄ ex officio suo iudex pote-  
rit in his causis habere rationem dā-  
norum, & partis lesæ, per ea, quæ  
notat Præpo. in capit. libellorum. in  
secunda col. 2. quæst. 8. vbi referen-  
do plures doctores in varijs locis  
concludit, quod communiter firma-  
tur per eos ibi, quod siue iudex pro-  
cedat per accusationem, siue per In-  
quisitionem, poterit habere rationē  
damnorum & interesse partis lesæ:  
laudabiliter ergo, & iuste facit iu-  
dex ecclesiasticus, cui magis incum-  
bit exonerare conscientias suorū cle-  
ricorum, si consilio de dāno partis  
per processum, reū clericū cogat ad  
satisfaciendū, etiā illud nō petete, præ-  
maximē quia sepiusimē lesi & offē-  
sā clericis non audent eos accusare  
corā sui iudicibus, tum quia despe-  
rant

rant non posse iustitiam sibi plenè satisficientem consequi. propter leuitatem pœnarum quas inferunt ecclesiastici Iudices tum propter tardam expeditionem negotiorum in curijs ecclesiasticis, & sumptus qui in illis prosequendis fiunt, maximè in Romana Curia, tum etiã ob illatas sibi minas ab eisdem clericis facinorosis, aut suis famulis vel amicis. Vnde meritoriè, & magna cum utilitas Reipublicæ faciunt Ecclesiastici Iudices, qui ex officio descendunt ad satisfactionem partium læsarum à clericis, etiam illis nõ instantibus. Sed sicut annotabimus, ea quæ contra reos potest iudex ex officio facere, iustum est, vt eorum quæ in suum fauorem potest non obliuiscamur.

Et primò ad eorum defensam poterit recipere testes publicatis attestacionibus, vt notat etiam Bart. in dict. §. Si publico. Quod dicit Hippoly. in dict. §. Si quis vltro. posse fieri etiam super eisdem capitulis: & allegat Salic. vbi supra, licet ipse hoc non dicat, sed solum q̄ ad defensam quocunq; tempore ante sententiam produci possunt testès, allegando text. in l. Vnius. §. Cogniturum. ff. de quæst. ex quo ibi. hoc notat Bart. Secundò potest iudex minuere pœnam etiam si nõ sit imploratum eius officium. vt not. Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infra. colum. 3. vers. quæro vtrũ per. l. Si non defendatur. ff. de pœnis & per. l. 1. in fin. ff. de quæst. Tertiò quòd iudex inquirat veritatem pro absente<sup>d</sup> si potest suo officio, vt notat Bart. in l. Seruum. §. Publicæ. 2. colum. ff. de procura. latiùs in. 4. §. hoc autem iudicium. in colum. 4. ff. de dam. infec. vbi dicit quòd quando reus est absens, in delictis in quibus imponitur pœna vsque ad rele-

gationem (quia tunc potest procedi contra absentem vsque ad diffinitiuam sententiã) potest iudex pro absente probationes inducere. Quarto Iudex ex officio potest repellere accusatorem criminofum, & qui aliàs non est legitimus. Notat Inno. in c. Nulli de accusat. quod procedit, etiã si accusatus velit illum admitti, vt notat Archid. in cap. Quærendum. 2. quæst. 7.



**A** *D defensam rei.* Adde q̄ opinio hæc procedit tantum in eo casu quo loquitur. Auctor nempè quando ex iudicis officio proceditur, secus si parte instante proceretur, sic tradiderunt Bald. in l. præbyteri. colum. 1. C. de Episcop. & cleric. & in consi. 276. colum. penul. volum. 1. Aretin. in cap. cum clamor. colu. 2. vbi Felin. colu. penul. de testi. quam esse communem opinionem fatetur Aegi. Bolsi. in tract. delict. tit. de publi. proce. num. 3. circa quam vide elegantissimè Iuli. Clar. libr. 5. recep. senten. §. fin. versic. sed quæro nunquid cum sequen. Anton. Gab. libr. 1. communi opini. concl. 21. nu. 96.

*Super antiquo* Adde Hyppoli. in **B** practi. crimi §. sequens. num. 8. Ludo. Carr. in pract. crimi. fol. 76. recetioris impressiõnis. num. 1.

*Publicatis attestacionibus.* Adde **C** Bar. in l. Diui fratres. ff. de pœn. & quæstio. 14. incip. *Iudex malefactorũ* Abb. in cap. suborta. colu. vltim. de re iudi. Ang. Areti. vbi Aug. Arim. in tract. malefici in parte, *Comparuerunt dicti inquisiti coram dicto iudice.* num. 19 Hyppo. consi. 39. & consi. 73. vol. 2. & in practica in. §. sequens. Capitius Neapoli decisi. 81. nu. 4. Rober. Maran. in Spec. aduo. 6. par. §. Tertius actus. pag. 433. numer. 3. Ludo.

Ludo. Carr. in practi. crimi. fol. 76.

Iul. Clar. vbi supra allegavi.

**D** Pro absente. Adde tex. in. l. si non defendantur. ff. de pen. & Regiam. l. à Catholicis Regibus in hoc celeberrimo Complutensi populo conditam anno Domini. 1503. ibi. *Informandose an si mismo el juez de su oficio por quantas partes pudiere de la inocencia de el tal acusado.* Quæ hodie lex est. 3. tit. 10. lib. 4. ordi. noui, & vide Hyppo. in practi. crimi. §. oportune. num. 14. & consi. 73. num. 20. vol. 2. Ferra. in practi. in formali belli in actione reali. versi. quatenus ex officio. num. 12.

**Excusator pro reo absente an in criminalibus causis admittatur.** Eadem igitur ratione videtur, ut quòd iudex potest proprio officio facere, idem facere licebit, aliquo excusatore, pro absente interueniente, aut quolibet alio subministrante testes, & probationes, ex quibus rei innocentia detegatur Bart. & ibi doctores in. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procurato. quòd si excusator non audiatur processus est ipso iure nullus. tenet idem Bart. in extra uag. ad reprimen. in verbo, *Neglexerit.* quam opinionem communem esse testantur Gramma. voto. 37. Car. in. l. obseruare. num. 76. C. quorum appell. non recipi. Petrus Auendanus responso. 15. nume. 6. qui regis cõstitutionibus contrariũ dicit esse asseuerandum eandem communem opinionem esse testatur Hieronym. Grattus consi. 98. num. 8. libr. 1. Et hoc modo reus faciet suas defensiones, absq; eo quòd personalitèr compareat, quam cautelam scripsit Cæpol. caute. 68. quam sequitur Blancus in practi. crimi. fol. 22. num. 58. & fol. 158 caute. 11. dicens quòd ita practicatur & practicari potest. Sed certè hæc communis sententia mihi nunquam placuit, est equidem in

maximam reipublice perniciem, cui plurimum interest ne crimina impunita remaneant, nullus equidem de crimine accusatus compareret personalitèr, sed vel ex officio, vel per huiusmodi excusatorem, faceret testes in suum fauorem examinaria, absq; aliquo suo periculo, cum ipse in tuto esset constitutus. Tolleretur hoc modo medium aptissimum, ad veritatem detegendam, quòd ex confessione iudiciali procedit, nec non ex alijs actibus solitis fieri, præsentè reo & in carceribus detento, ideo quæ in practica dicta opinio recipienda nõ est, nec ipse vnquam receptam vidi. & postquam hæc scripsi legi Iulium Clarum communem sententiam reprobandam in practica crimi. §. fina. quæst. 33. versi. sed nunquid. & vide eundem dict. §. fina. quæst. 61. sed hæc quidem qui etiam scribit, quòd iudex qui Bar. opinionem sequeretur grauitèr erraret, & in Sindicatu posset molestia affici.

Veruntamen est, quòd licet procurator non possit pro reo absente comparere, ad allegandas eas defensiones quæ concernunt crimen, de quo reus est accusatus: bene tamen erit admittendus est, ad alligandum iustas absentie causas, & legitima impedimenta iuris vel facti. tex. qui sic est intelligendus in capit. veniens. vbi Abb. & doctores. de accusationi. l. pen. §. ad crimen. vbi Bart. Ang. de Imo. ff. de publi. iudi. l. seruum. §. publicè. ff. de procura. Regia l. 12. tit. 5. par. 3.

Quòd procedit & locum obtinet etiam in causis fidei vt rectè docent Carrerius in tract. de hæreti. nu. 113. Siman. in Catho. institu. tit. 52. nu. 4. Ioann. Rojas sing. fidei in singu. 170. Franc. Peña in anno ad Directori. inquisi. lib. 3. Scho. 48. quòd



verum est secundum eos quando absens solum in fide suspectus est, secus vero si vere hereticus esset, tunc nullus pro eo excusator aude: enfor est audiendus rex. in capit. Si adversus de hereti. quo omne hereticis patrocinium denegatur. Imo etiam sine mandato admittendus quilibet est ad alleganda iusta facti impedimenta quae necessaria sunt nempe captiuitatem, & similes causas secundum Bart. & communem sententiam. in dict. §. ad crimen. Quod si absentiae causae non sint necessariae, sed probabiles, nempe locus non tutus, inimicitiae, & similes: nullus sine mandato admittendus est ad earum allegationem quia forte absens nollet illas causas allegare. Ita notant Bart. & Ang. in dict. §. ad crimen. Anto. & Abb. in dict. cap. Sed opinio haec nullo iure defendi potest. nam si causae probabiles sunt praesumendum est absentem eas allegaturum fuisse, & eas allegari velle, vnde merito Bar. doctrina impugnat Imo. in dict. §. ad crimen. num. 25. Anani. & Socin. num. 47. & Aretin. num. 48. in dict. cap. veniens. Nec refragatur, quod scribit Innoc. communiter receptus in dict. ca. veniens. qui in ea est sententia, ut existimet, non esse quemquam absque mandato admittendum, ad allegandas voluntarias, absentis excusationes, ex causa iuris nam ea opinio non agit de excusationibus in facto consistentibus, sed de his allegationibus, quae de iure deducuntur, ad hoc ut non teneatur absens etiam non impeditus respondere.

Ac expensas protestor & peto.

## CAPVT, CLII.

- 1 Victus victori etiam in criminalibus in expensis est condemnandus.
- 2 Expensa illa soluenda sunt, quae vere consumpta fuerunt.
- 3 Clerici an possint damnari in aliquo, pro soluendo salario, fiscali advocato, vel notarijs curiae.
- 3 Promotor seu fiscalis qui calumniosam accusationem instituerit, in expensis est damnandus.



Vanis Episcoporum redditus pro sustentandis oneribus ecclesiae suae assignati censeatur, inter quae non minimum reputandum est, ut diocesim suam malis purgent hominibus, & clericos facinorosos emendent: non tamen iniustum reputo quod damnatus reus, si bona habeat, expensas soluat Promotori seu Fiscali (ut vulgus appellat) Cum etiam in criminalibus victus victori condemnari debeat in expensis, ut probat text. secundum vnam lectionem in l. final. C. de fruct. & lit. expen. voluit gloss. in cap. finem litibus. de dol. & cont. Bart. in l. 1. in prin. ff. ad Turpil. & in l. Si postulauerit. in prin. & in §. fin. ff. de Adul. Abb. post alios in d. cap. finem litibus. Canonist. in cap. calumniam. de peeni. & haec est communior opinio secundum Hippolitum in l. patre vel merito. ff. de quaestio. in colum. 3. in fin. licet Fel. in c. accedens. in colum. pen. de accusa. quem ipse non refer propter varietatem opinionum huius articuli, se remittat ad alios doctos. Hoc tamen adhibito moderamine, ut illae solum soluantur, quas vere expendisse constiterit, in substituendis procuratoribus loco sui, in euocandis testibus, & ministrandis illis pro itinere sump-  
tibus

tibus, ac in solutione tabellionum, & similium rerum, in quibus certum erit cum aliquid consumpsisse. Pro soluendo autē salario quod illi episcopus assignauerit, aut suo aduocato, seu satisfactione notariorum curiæ episcopalis, qui ex more gratis debent ac solent facere omnia quæ promotoris concernunt officium: & si bona damnatorum suppetant posse eos damnari in aliquo (meliori iudicio saluo) non crederem, cum ad salaria ipsius & aduocati teneatur Episcopus, & ad alia gratis facienda sui videatur omnino notarij. Quamuis non iudicarem in decens quod episcopus ex communi bursa poenarum camere posset prædicta salaria soluere, & ipsis notarijs (si laboris magnitudo exegerit) aliquid præstare, dum tamē ex hoc non detur occasio promotori vexandi reos, notarijs quæ lōgos describēdi processus sine vlla necessitate. Hortor autem sub obtestatione extremi iudicij præfules omnes, vt officialibus suis ad insequendos malefactores sumptus necessarios præstent, ne ob eorum defectum in Romana & metropolitana curijs prosecutio criminalium litium deferatur, ex quo malefactores insolentiores reddantur, solaquē ab ipsis appellatione interposita, ac obstita inhibitione per diocesim sicuti cæteri probi & innocui homines liberè discurrāt videntibus superioribus & contemptis. Quod nempe audacius & liberius faciunt delinquentes, quando perpendunt tantam esse suorum superiorum avaritiam, quod appellantes ab eis solēt negligere, ne quicquam sibi ex hoc sumptus accrescat. Debent præterea aduertere iudicis, quod si promotor calumniosam instituerit accusationē, in expensis damnari debet: <sup>b</sup> vt

cauetur in decisione Capellæ Tholosanæ, in quæ st. 6. vbi etiam videntur bona additio Stephani, quæ dicit, quod quando accusauit nulla infamia, vel iudicij præcedētib; dicitur iniuste accusasse, & merito quidem in expensis damnandus est tunc. Nā qui positus est vt sua diligentia sceleratos clericos insequatur vt boni manifesti fiāt & ab alijs descendantur) nō debet infantes & bonos clericos infamare neque vexare.



**N** *expensis* Adde quod **A** opinionem communē esse fatentur Nicellus in cōcord. glossar. c. 47. Aposti. ad Ange. in tracta. malefi. in parte & ad querellam num. 73. Hiero. Grattus consi. 97. num. 1. libr. 1. D. Episcopus Couar. in practi. questi. c. 27. nume. 2. viuius in libr. comm. opini. in verbo, iudex tenetur condemnare Iuli. Clar. lib. 5. recep. senten. §. si. q. 62. versi. Sed nūquid. D. Anto. Padilla. in l. transigere. nu. 4. C. de transa. Est tamen opinio hæc intelligenda si expensæ fuerint petitiæ non autem alias. tradit. Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. & in l. properandum. §. Sin autem altenitra. colum. vlti. C. de iudi. vbi Bald. Ferr. in forma libelli in actione reali versic. & expensis. num. 7. Maranta in specu. aduo. 6. par. 3. membro, num. 12. pag. 397. late Ias. in §. omnium. num. 145. In sti. de actioni. & est opinio cōmuniter recepta secūdu Rip. in d. §. hoc iudiciū nu. 83. versi. secūda conclusio.

Quod si clericus accusatus absoluitur à crimine nullo modo in expensis debet condemnari iuri equidem & rationi contrarium est, quod eadem sententia qua absoluitur etiam cōdemnetur Præsertim quod  
**si cri-**

si crimen leue sit pœnam eius ordinariam expensę longè aliquando superant. Si verò sit grauè non prorsus clericus liber remanet ab aliqua nota obiecti criminis, cum talis condemnatio culpam aliquam præferat, à qua qui absoluitur immunis debet remanere, & ideò vel in totum est condemnandus, vel absoluendus quia inter factum, & non factum: nõ est dare medium nec media pœna imponi potest, vt eleganter scribit hæruditissimus D. Fran. Sarmiento Gienensis Presu. integerrimus libr. 1. selectarum interpret. c. 1. quo loco asserit ad nostrum institutum accommodatissimè q̄ licet pœna ratione culpę temperetur non verò ratione probationis, quia ex probatione nec crescit, nec minuitur culpa, & ideò expensarum condemnatio, nec pro pœna imponi potest, quando delictum non fuit probatum, & istam opinionem nouissimè amplectitur Doctor Segura in directorio iudi. Ecclesi. 2. par. c. 12. nu. 5. probans iuri communem esse cõsentaneam, & in Concilio Prouin. Toletano edito anno. 1565. actione. 2. ca. 12. hoc ita fuit decretum, cuius verba retuli supra. c. 5. litera. c. vbi vide.

Sed iam audio nonnullos Iudices Ecclesiasticos conquerentes, nec nõ notarios, Fiscales, & alios officiales Curiarum ecclesiasticarum latrantes, q̄ si opinio ista in dictis tribunalibus reciperetur, nullus esset qui denuntiationem proponeret, nec qui in inquirendis criminibus intederet omnesq; à suis muneribus desisterint, cū post longū laborē debita sibi mercede careret. Quæ iusta esset querella, nisi iure statutū esset, q̄ in his casibus expensæ quæ pro iustitiæ executione fiunt, ex bursa pœnarum cameræ debent persolui, vt noster Episcopus hoc capite

scribit: quòd si pœnæ pecuniariæ Fiscales defecerint, Episcopi ex iniuncto munere eas expetas supetitare tenentur, Et si hoc ad vnguè seruaretur tribunalia Ecclesiastica iustitia & equitate esset cõposita, nec daretur locus inuisitissimis denuntiationibus quæ cum maxima infamiæ labe innocentium clericorum, & quandoq; laicorum fiunt, sed ea tantum crimina denuntiantur quæ probari possent, vt bene, & cū iudicio scribit D. Segura in loco præcitato Sed fortè velèt dicti curiarum ministri clauam potius de manu Herculis eripere quàm ab aliquibus Præsulibus sui laboris salaria exigere, sed qui iustè meritis denegant strictam rationem dabunt, in die tremendi iudicii.

*Dānari debet.* Adde latè Ang. Ar. B  
tin. vbi Aug. Arim. in tract. male. in parte. & ad querellam. nu. 71. Aegi. Bofsi in tract. delictor. tit. de accusa. nu. 27. Nota tamè singulariter, quòd quidquid sit de iure cõmuni, hodie de cõsuetudine Sindici siue Promotores Fiscales non puniuntur propter caluniam, nã ex quo officij necessitate cõpulsus denuntiãt, cessat præsumptio caluniæ ita seruari testatur Albe. in. l. ea quidè. nu. 9. C. de accusatio. Amad. de Sind. n. 85. Quòd quidè intelligendum est, quantum ad hoc vt excusentur à præsumpta caluniam: quæ oritur ex eo, quòd delictum nõ fuit probatum. Sed si de vera calumnia apparet, tunc procedit communis sententia vt debeant Fiscales curiæ in expensis condemnari, & fortè grauius arbitrio Iudicis puniri. de quo lege Iul. Clar. in loco nouissimè allegato, & vide Concilium Toletanum actione. 2. cap. 12. cuius decisionem allegauit supra cap. 6.

L A V S D E O.

HABES CANDIDE LECTOR PRAC-  
ticam hanc Criminalem Canonica[m] Celeberrimã, quã  
quondã[m], veluti ebrionem ædidit D. Ioann. Bernard.  
Diaz de Luco Calagurritanus Episcopus Integerrim-  
us (vir alioqui doctissimus) nostris tamen Scholijs, &  
capitibus additis, sic vides locuplectatam, vt iam ad viri-  
lem, & consummatam etatem peruenisse, facile iu-  
dicauis, boni consulas obsecro. Hisq; studijs no-  
stris fabeto, vt maioribus operã impen-  
dere festinemus.

C O M P L V T I.

EX OFFICINA IOANNIS GRATIAE  
ni, Anno Domini. 1587. Kalend.  
Septembris.

HABES CANDIDATUS  
IN HANC UNIVERSITATEM  
ADSCRIBI  
DIX DE FACIO  
MUNICIPIO  
CAPITULUM  
IEM DE CONTINENTIA  
DICENS BONI CONSENSU  
HUIUSMODI  
DE FORTISSIMO

COMPLVI.

EN OFFICINA LOANNIS GRATIA  
III, Anno Domini 1587, Kalend.  
Septembris.

# INDEX OMNIUM CAPITULORUM IN HOC VO- LUMINE CONTENTORUM ALPHA- betico ordine descriptus.

## A

**A** Ecclesijs ad quas confugerunt  
extrahi cap. 123. fol. 411.  
Ab ingressu Ecclesie interdici,  
capit. 129. 441

A collatione ordinum suspenso, capit. 30.  
103.

Adulteri capit. 85. 289

Aliquoties insuper celebrando corpus &  
sanguinem Domini non percipiebant,  
cap. 43. 123.

Aleatores, cap. 70. 219.

Aliquo lapsu temporis non obstante, cap.  
146. 494.

A manifestis vsurarijs oblationes recipien-  
tes, eosque ecclesiasticæ sepulturae tra-  
dentes, capit. 89. 308

Apostatae, capit. 109. 378

Arbitrarijs puniri, capit. 147. 491

Ad Ratiocinia obligati, cap. 20. 59.

## B.

**B**eneficia plura possident, cap. 58. 129.

Beneficijs priuari, cap. 131. 445.

Beneficia, cap. 10. 56

Bigami, cap. 16. 39

Blasphemi, cap. 110. 371

Bona Ecclesie dilapidantes, capitulo. 71.  
224.

Bonorum publicatione puniri, capit. 132.  
448.

## C.

**C**api, capit. 122. 408

Caluniatores, cap. 65. 201

Clandestinis nuptijs interessentes, cap. 73.  
232.

Carnificum seu macellariorum, aut taber-

nariorum officium, publicè & persona-  
litè exercentes, capitul. 69. 217

Canonicis vel sinodalibus, capitulo. 144.  
487.

Columberius & Serpelio, cap. 7. 20

Concubinarij, capit. 79. 257

Coram vobis D. N. cap. 2. fol. 3

Coma nutriente siue relaxante, capit. 76.  
250.

Commedatumque sibi infirmum baptizare  
noluerunt, cap. 57. 129

Coram secularibus magistratibus clericos  
inuietos conuenire sunt ausi. 62. 185

Contra Ecclesias, a quibus beneficia ob-  
tinet aduocati, vel procuratores extite-  
runt, capit. 63. 194

Consulentesque Aurispices, Incantatores  
Ariolos, Agures, Sortilegos ac eos qui  
artem Magicam profitentur, capit. 108.  
364.

Conspiratores, cap. 118. 399

Confessionibus proprijs, capitulo. 127.  
434.

Consuetudinarijs, cap. 145. 489

Corporalibus, cap. 143. 484

Cum laici essent sine ordinibus ministra-  
re, & celebrare sunt ausi, capitulo. 12.  
29.

Cum alienigena: sint in his Castellæ & Le-  
gionis Regnis, vel in alijs, quibus legi-  
bus, moribus, vel consuetudine prohi-  
bitum, est dignitates Ecclesiasticas be-  
neficia, preestimonia, vel pensiones, im-  
petrare sunt ausi, cap. 54. 149

Cum Parrochiales Ecclesias habeant intra  
annum non fuerunt promoti, capitul.  
53. 146.

Corpore vitati, capit. 17. 43

## D.

Index Materiarum.

**D.**  
**D**ata incorrigibilitate, cap. 139. 470.  
 Denuntio, cap. 6. 14  
 Deponi, cap. 135. 459  
 Degradari, cap. 140. 474  
 Deiciēte verò legitima probatione, ob vulgatam infamiam, graue scandalum, vehementē suspicionē ex testium dictis obortam purgationem iudici, cap. 148. 495.  
 Duellum alijs spontē offerentes. Sēu oblatum suscipientes, cap. 100. 349  
**E.**  
**E**brii, capit. 77. 253  
 Ecclesiasticos viros vt sua resignent beneficia ac ne citari ad curiam accedāt capientes, cap. 104. 360  
 Ego N. presbiter, cap. 4. 10  
 Et si opus fuerit ad dictarum p̄narum executionem, seculare brachium imploretis, cap. 155.  
 Et sine titulo cap. 18. 49  
 Eos citari personalit̄er, cap. 121. 407  
 Eucharistiamquē ob ebrietatem, ac voracitatem euomerunt, cap. 41. 122  
 Excōmunicato, cap. 28. 101  
 Excommunicationis maioris vinculo innodati, per annum vel multo tempore, contumacit̄er stiterunt, cap. 116. 398  
 Exigentibus culpis cap. 138. 470  
 Expensas protestor & p̄cto, cap.  
 Excōmunicati, cap. 13. 30  
 Extratempora & antē etatem legitimam, & ab alieno Episcopo, cap. 26. 87  
**F.**  
**F**alsi testimonij rei, cap. 93. 319  
 Falsarij, cap. 117. 396  
 Fornicarij, cap. 78. 256  
 Furtiuē. cap. 25. 83  
 Fures, cap. 90. 309  
**G.**  
**G**rauiā & plura p̄petrarunt facinora, cap. 11. fol. 27  
**H.**  
**H**abita informatione summaria, cap. 130. fol. 404  
 Hæretico, cap. 29. 103  
 Hæretici, cap. 114. 380  
 Hæreticis, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum, ecclesiastica adhibē-

tes Sacramēta, ac eos Christianæ sepulture tradentes, & eorum elemosynas ac oblationes recipientes, cap. 115. 586  
 Homicidæ, cap. 94. 325  
 Huius diæcesis originarij, cap. 8. 21  
 Horis prohibitis, celebrare sunt ausi, capitulo. 46. 127.  
**I.**  
**I**llegitimi, cap. 14. 32  
 Illiterati, cap. 21. 61  
 In ea domicilium habentes, cap. 9. 23  
 In custodia eucharistiæ desides, cap. 44. 360  
 Incēdiarij, cap. 105. 360  
 In nullo beneficio resident, cap. 52. 141  
 Instituti hæredes, de restituendo hereditatē in capaci, tacitam fidem dederunt, cap. 64. 197  
 Incestus, cap. 84. 286  
 In carcerari, cap. 124. 413  
 In die sæpius, cap. 35. 114  
 In priuatis locis, sine Episcopi licentiā, celebrarunt capitulo. 39. 118  
 In perpetuum carcerē damnari, c. 137. 461.  
 In exilium mitti, cap. 124. 457  
 In actum monasterium detrudi c. 136. 460.  
 In pluribus eorum intrusi sunt, ca. 45. 136.  
 In qua, si defecerint vti conuictos puniri, cap. 149  
 Interdictiquē tēpore ad ordines sunt promoti, cap. 32. 103  
 Ioculares Goleardi seu Buffones, cap. 68. folio. 114  
 Iuramento p̄missis interrogari, c. 126. 424  
 In criminalibus, capitalibusquē causis accusatores aduocati, Procuratores, cōtra reos in secularibus tribunalibus stiterūt, cap. 98. 340  
**L.**  
**L**eges & phisicā audientes, c. 59. 181.  
 Lesē Maiestatis rei, cap. 119. 400.  
 Literas ad alios directas aperientes, & ad versarijs ostendentes, cap. 103. 358.  
**M.**  
**M**atrimonium de facto contrahētes, capit. 80. 265  
 Malidici, capit. 66. 205  
 Missam q̄ pro requie defunctorū p̄mulgatā, p̄uiuis celebrarūt hominibus, vt illi mortis incurrerent periculū, ca. 40. 122.  
 Monia-

# Index Materiarum.

Monialibus cap. 81.	273
Ministri laicorum ac in rebus eorum procuratores existentes, cap. 57.	177
Missam q; sacram inceꝑtam relinquerunt, cap. 45.	125.

## N.

<b>N</b> Aues ad pugnam gubernantes & coꝛruptiꝝ personaliter exercentes ac alios ad pugnam incitantes, cap. 101. s.	351
Nephandi criminis rei cap. 86.	264
Negotiatores ac alienę rei conductores, capit. 55.	165
Non ieiuni, cap. 34.	113
Nuptias secundas benedicentes, capit. 74. 219.	66
Neophiti, cap. 22.	66

## O.

<b>O</b> B negligentiam ipsoruꝝ aliquid sanguinis stillauit in terra & in altari capitulo. 42. fol.	123
Officium insup̄er diuinum vt tenentur nõ recitarunt cap. 54.	163
Officiali ac ac Vicario generali, cap. 3.	5
Occasione laicę recognitionis non requisita Episcopi audietia beneficia ecclesiastica sibi præsumperunt vindicare capit. 51.	140

## P.

<b>P</b> arricidæ, cap. 96.	331
Per saltum, cap. 24.	80
Periuri, cap. 92.	317
Peccatores qui sibi confessi sunt signis, aut verbis prodentes, cap. 109.	365
Per Assassinos alios interfici mandantes, capit. 96.	337
Pennis ve alijs peccuniarijs, capitulo. 142. 481.	481.
Post peractam pænitentiam solennem. 23. 78.	78.
Principum & sæcularium virotum Iustitiarij. 61.	183
Promotor seu Fiscalis curiæ vestræ. 5	13
Pro quibus omnibus, ac in necessarijs eorum vestrum imploro officium.	
Proxenicæ illicitorum contractum, capitulo. 56.	179
Publicis spectaculis capitul. 72.	229

## Q.

<b>Q</b> ui episcopatus renunciauerat, capitul. 31.	103
Quorum aliqua patres eorum nullo modo te possederunt. 48.	135

## R.

<b>R</b> aptorum & ecclesiarum violatoruꝝ, non satisfacientium, sepulturis intereꝑtes ac de eorum rapina participant. cap. 106.	361
Rebaptizati, cap. 18.	36

## S.

<b>S</b> acrilegi, cap. 87.	301
Schismati, cap. 112.	379
Seq; de suis criminibus gloriantes, capitulo. 119.	403
Seculari curię tradi, cap. 141.	477
Serui sine dominorum suorum licentia, capit. 19.	57
Simoniaco, capit. 27.	100
Simoniaci, capit. 91.	313
Sine aqua, & igne. vel in pane fermentato & calice ligneo, capit. 6.	115
Sine orario seu stola & alijs vestibus sacris, cap. 138.	116
Si verò capi non possunt absentes, eos pennis damnari condignis, capitulo. 148. 501.	501.
Sortilegi, capit. 107.	362
Spiritualibus filiabus se commiscentes, capitul. 82.	275
Stripti, capit. 83.	278
Suspensionis, excommunicationis, ac interdicti censura nodati, cap. 33.	105
Super altari nõ consecrato, cap. 37.	116
Suspensi, capit. 170.	442
Super rebus aptis ad faciendum sortilegia, & ad illum effectũ, vnam, vel plures missas, scienter celebrarunt adhibitis nephritis præcibus & verbis supersticiosi, capitul. 43.	124

## T.

<b>T</b> abelionatus officium exercentes, capitul. 58.	179
Testibus conuictos, cap. 138.	435
Tortura, capit. 125.	417
Truncationes membrorum per se facientes, aut faciendas iudicantes, capitul. 99. 347.	347.



V.	
Venatores. cap. 67.	210
Venefici. cap. 95.	329
Verberari. cap.	125.
Villarū pcurationes suscipientes c. 60.	182
Virgata ac paruta veste publice vtentes. capitul. 75.	249
Violenti quē illatores. capit. 102.	352
Vsurarij capit. 88.	305
Viuis possessoribus eorum capitulo. 50.	137.

Finis.

*Index copiosissimus Rerum quæ in hoc opere continentur.*

A.

Absens clericus, qua forma debet condemnari. 501. num.	1
Absens laicus qualiter puniri debet Regijs constitutionibus, ibi. num.	3
Absentius an possit ad Ecclesiasticos ordines promoueri, fol.	255
Absolutio ab excommunicatione, solo testimonio confessoris non probatur. 108	
Absolutio ab excommunicatione, in Apostolicis literis gratia, semper impedi solet ibi	
Accusatio clericis prohibita est coram secularibus magistratibus. 341. num.	3
Accusatio clericis dictis casibus permilla est, ptestatione facta, ne procedatur ad penam mortis, vel membri mutilationis ibi, numer.	2
Accusatio licita est clericis, dicta protestatione interueniente, quando suam, vel suorum iniuriam prosequuntur. 342. n. 7	
Accusatio criminalis, vt clerico non nocet expressam, & non tacitam protestationem continere debet ibi. num.	9
Accusatio protestatione facta clericum ab irregularitate liberat, quanuis Iudex Secularis mortis pœnam, vel membri mutilationē imponat, ibi. num.	10
Accusatio prædictam protestatione continere debet, quando causa est criminalis, secus, si ciuilitè intentatur, quanuis ex accidenti mors contingat, ibi. num.	12
Accusatio absq; aliqua protestatione, à clericis fieri potest, quando causa est talis qualitatis, quod nec ad mortem, vel membri mutilationem, non potest procedi. 343. num.	13

Accusatio criminalis, quantuncunquē grauisissima absque aliqua protestatione fieri potest, coram iudice Ecclesiastico, ibi. numer.	14
Accusatio criminalis protestatione interueniente, ab irregularitate liberat, quanuis accusator, animum protestationi contrarium habeat. Sed cōtrarium verius, ibi. num.	15.
Accusatio criminalis absque protestatione, non excusat clericum, quanuis animo conceperit, quod non ad mortem, vel membri mutilationem procedatur, ibi. num.	16.
Accusatio criminalis, etiam cum protestatione, non excusat clericum quando tanquam patronus, vel aduocatus eam proponit. 344. num.	19
Accusatio absque protestatione, non producit irregularitatem quando, nec pœna mortis, vel mutilationis membri secuta est. 342. num.	6
Aduocati munus, an possit à clerico exerceri in criminalibus causis in fauore rei 344.	
Aduocati officium clericis prohibitum est præterquam in casibus traditis in fol. 195.	
Aduocationis munere, an fungi possit Regularis ibi.	
Aduocationis officio, si clericus coram seculari iudice delinquit, ab eo non potest puniri.	196
Aduocationis munere, qui non potest uti, an priuatin possit cōsulere. 194. nu.	2
Adulterij crimem grauisissimum est. 292. a.	
Adulter clericus an hodie sit deponendus, ibi.	
Adulterium comissum, siue à layco, siue à clerico, cum muliere nupta impudica, ordinaria criminis pœna non punitur. 290. num. c. & fol.	293. c
Adulter clericus coram iudice Ecclesiastico accusari potest, quanuis mulier adultera, coram seculari iudice non accusetur. 291. num.	8
Adulter clericus à iudice Ecclesiastico puniendus est, quanuis maritus eum non accuset. 290. num.	6

Adul-

# Index Materiaram.

- Adulterij crimine, si clericus fuerit condemnatus, vtrum infamis efficiatur. ibi. numer.** 3
- Adulterij crimine que norma in procedendo, a iudicibus Ecclesiasticis sit obseruanda. 291. num.** 8
- Adulter laicus, a iudice Ecclesiastico, potest puniri. 291. b.**
- Administratores Ecclesiarum, priorumque locorum, pendente administratione, non possunt ordinari. 61. num.** 5
- Alienigena apud Hispanos, beneficia Ecclesiastica, non possunt obtinere. 150. numero.** 1
- Alienigena in his Hispaniarum Regnijs, prebendae, nec pensiones, obtinere possunt. 154. num.** 12
- Alienigena ferè in totius Christiani orbis prouincijs, excluduntur ab obtinendis beneficijs. 150. num.** 1
- Alienigena qui beneficium impetrauit, nõ facta mentione originis, nullum commodum ex ea impetratione, potest reportare, cum subreptitia sit. 151. num.** 3
- Alienigena in extraneis prouincijs non possunt ad beneficia admitti. ibi. numero.** 4
- Alienigena quando in his Regnijs, admittebantur ad beneficia, fuit in causa: vt magna illa seditiones orientur, quae *comunidades* appellant. 152. num.** 5
- Alienigena horum Regnorum, an dicantur nati in regno Nauarrae, vel Aragoniae. 158. num.** 24
- Alienigena horum Regnorum, qui proprie dicantur. ibi. num.** 23
- Alienigena obtinere possunt beneficia, prebendae, pensiones, literis Regijs, ad hoc specialiter concessis. 155. numero.** 15
- Alienigena an iudicandus sit, qui nascitur ex matre alienigena, si pater fuit naturalis. 159. num.** 25
- Alienigena an dicatur, qui nascitur, a parentibus naturalibus horum Regnorum, extra Regnum hoc, in transitu. ibi. n. 27.**
- Alienigena in his Regnijs, minime possunt obtinere, eos annuos redditus, quos vulgari sermone, *iros* appellamus. 154. n. 14.**
- Alienigena in Hispalensi ciuitate, Iudices esse non possunt. ibi.**
- Alienigena non possunt admitti, in collegio Celeberrimo Dni Iacobi Zebedaei Salmanticensis. 155. num.** 14
- Alienigena non potest beneficium, quod impetrauit, cum alio permutare. ibi. numero.** 16
- Alienigena literis naturalitatis impetratis, non potest beneficium impetrare, nisi in ipsis literis, hoc specialiter fuerit indultum. 154. num.** 14
- Alphonsi a Montaluo opinio acriter confutatur. 75. num.** 18
- Alimenta quomodo ministranda sunt, illis qui in monasterio, ad penitentiam peragendam deputantur. 461. num.** 2
- Alimenta deneganda non sunt illis, qui in perpetuis carceribus detinentur. 465**
- Altaria cerus in locis constitui antiquissima est consuetudo. 120. a.**
- Antonius Gome. Laudatur. 14. a.**
- Antonius Morejo Inquisitor Casaraugustanus laudatur. 480**
- Apostata clericus qua pena puniatur. 378. numero.** 2
- Apostasia triplex species constituitur. ibi. numero.** 1
- Apostasia definitio, eiusque grauitas. 379.**
- Apologia Henrici Maur. Franciscani grauitè increpatur. 76. num.** 19
- Appellare an possit clericus traditus curiae seculari, a sententia secularis magistratus. 477. num.** 3
- Appellare an possit extraneus pro reo condemnato. 477. num. 4. & fol.** 480
- Armis prohibitis, potest clericus expoliari sine metu excommunicationis, a iudicibus secularibus, vel eorum ministris. 167.**
- Arma prohibita licet clericus deferat, nulla pena, quanuis pecuniaria, puniri potest a iudice seculari. ibi.**
- Arma prohibita clerici deferentes in Regno Francia, a secularibus magistratibus puniuntur. 168**
- Arma prohibita clericus deferens, nõ debet ab Ecclesiastico iudice condemnari, poenis Regiarum legum. 169**

## Index Materiarum.

- Assassini qui fuerint explicatur. 340  
 Assassini lite non contestata puniuntur. 346. num. 3  
 Assassini quibus pœnis puniantur. 340  
 Astrologia iudiciaria, quæ interrogatoria nuncupatur, non caret superstitione. 363  
 Auxilium brachij secularis multis nominibus, vtilissimū est iudicibus Ecclesiasticis. 504. num. 2  
 Auxilium brachij secularis peti potest, quādo opus fuerit, non præmissa excommunicatione. ibi. num. 4  
 Auxilium brachij secularis præstandū est, etiam à superioribus iudicibus. 508. numero. 9  
 Auxilium Ecclesiasticum à secularibus iudicibus peti potest. ibi. num. 10  
 Auxilium brachij secularis, non debet impartiri, antè quam detur copia processus, vt inde iustificari possit. 509. num. 11  
 Auxilium brachij secularis prestandum est, absquæ causæ cognitione, quādo sententia in causa ciuili transiit in rem iudicatam. 511. num. 13  
 Auxilium brachij secularis iustè denegatur, opposita exceptione nullitatis. ibi. numer. 14  
 Auxilium brachij secularis, non debet impartiri, quādo à sententia iudicis Ecclesiastici appellatum esse constat. 512. numero. 18
- B.**
- B** Aruā nō licet clericis nutrire, præter quā Romæ, & alijs certis punctis. 53  
 Beneficia plura obtinens, quæ residentiam requirunt, totidē habet domicilia. 26. numero. 2  
 Beneficij ratione, quis domicilium consequitur. ibi. num. 6  
 Beneficiorum pluralitas, contraria est iuri naturali. 129. num. 1  
 Beneficiorum pluralitas canonicis sanctionibus obiat. 130. num. 2  
 Beneficiorum pluralitas, multis magnisque sanctorum virorum testimonijs execratur. 131. num. 3  
 Beneficia plura obtines, cum dispensatione, siuè causa concessa, in animæ iudicio securus non est. 132. num. 4
- Beneficium curam habens animarum, qui obtinet, si secūm consequitur. primò ipso iure priuatus est. ibi. num. 6  
 Beneficia duo curata, si simul conferuntur, optio datur. 133. num. 7  
 Beneficij, secundi acceptatio, iracundiæ causa, non facit primum vacare, si acceptus in continenti peniteat. ibi. num. 8  
 Beneficium secundum curatum, non facit primum vacare, nisi possessione pacifica sequuta. ibi. num. 9  
 Beneficia plura quauis simplicia, sinè Romani Pontificis dispensatione, non possunt obtineri. 134. c.  
 Beneficia Ecclesiastica hæreditario iure nō deferuntur. 135. num. 1  
 Beneficium viuētis impetrans, ab Ecclesiastica communione repellendus est. 137. numero. 1  
 Beneficium viuētis impetrans deponitur. ibi. num. 2  
 Beneficium viuētis impetrans est infamis. 138. num. 3  
 Beneficium viuētis impetrans, incapax est ad illud obtinendum, nisi Pontificis Maximi dispensatione. ibi. num. 5  
 Beneficium viuētis impetrans, si illud postea consequatur, nulla de prima impetratione facta mentione, non valet impetratio. ibi.  
 Beneficij viuētis collatio non cōualescit, quauis is cuius erat beneficium moriatur. 139  
 Beneficij quod præsentationis tēpore per mortē nō vacat, sed tēpore collationis, conferri possit. 138  
 Beneficium viuētis conferri non potest, quauis in contrarium sic consuetudo. 139.  
 Beneficium viuētis per sex menses commēdari potest ab ordinario. ibi.  
 Beneficij viuētis collatio, etiā pretextu ignorantie non valet. ibi. b  
 Beneficium viuētis, non solum non potest impetrari, verum nec mortui, quādo tantū tēpus nō effluxerit, quòd de morte verisimiliter, notitia haberi potest. ibi.  
 Beneficium viuētis conferens, qua pœna puniatur. ibi. 253  
 Bene-

# Index Materiarum.

- Beneficium viventis impetrans, quibus penis puniatur. 140
- Beneficia omnia personalem residentiam requirunt. 141. num. 1
- Beneficium clerici vagabundi, alteri potest conferri. ibi. num. 4
- Beneficiorum residentiam & diuersas penas contra non residentes statutas, vide fol. 142. Cætera vide in verbo residentia, & in verbo clericus non residens.
- Beneficia in Diocesis Burg. Palentina, Calagurritana, iustissimè filiis patrimonialibus conferuntur. 153. num. 11
- Beneficiorum impetrationibus, naturales alienigenis, sunt præferendi. ibi. numero. 10
- Beneficij collatio facta infami, an nulla sit. 223. d.
- Beneficiorum priuatio, non nisi pro graui crimine imponi debet. 445. num. 1
- Beneficij priuatio, nunquam debet imponi, nisi in iure exprimat. ibi numero secundo.
- Beneficio si clericus priuatus fuerit, an ad fructuum restitutionem teneatur. 447. numer. 6
- Beneficio priuatus nunquam quis censetur, nisi expressè in sententia exprimat. 445. num. 3
- Bigamia octo modis contrahitur. 40
- Bigamus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri. ibi.
- Bigamię irregularitas, à veteri testamenti legibus, originem habet. ibi, a.
- Bigamię irregularitas, Episcopi dispensatione non tollitur. 41
- Blasphemix crimen grauissimum est. 371. & 373
- Blasphemus clericus qua pœna puniatur. 371. num. 2
- Blasphemus laicus à iudice Ecclesiastico punitur. & qua pœna. 374.
- Blasphemix crimen est mixti fori. ibi.
- Blasphemix crimen, si condignè non fuerit punitum à iudice, Ecclesiastico, an possit iterùm à seculari puniri. ibi.
- Blasphemix crimen, aliquando ab Inquisitoribus punitur, & quibus pœnis. 375.
- Blasphemix hereticales, quæ dicantur. ibi.
- Blasphemia iocose dicta, an punientia sit, & qua pœna. ibi.
- Blasphemix crimen committi dicitur quando verba Sacræ scripturæ, ad profana trahuntur, in libellis quos *Pasquines* appellant. 376
- Blasphemi quibus casibus, à pœnis excusantur. ibi.
- Blasphemus laicus, non potest detineri in carceribus secularibus, quando crimen, vnico teste probatur, nam licet capi possit, sub fideiussoribus est relaxandus. 417.
- Bonorum publicatio duplex est. 448. numero. 1
- Bonorum publicatio, rarissimè contra clericos statuta reperitur. ibi. numer. 2
- Bonorum publicatio, an possit à iudice Ecclesiastico contra clericos imponi, in illis criminibus, quibus laici illa pœna multantur. ibi. num. 3
- Bonorum publicatione generaliter facta, an omnia bona generalitèr comprehendantur. 449. num. 4
- Bonorum publicatione, an comprehendatur ius patronatus. 451. num. 5
- Bonorum confiscatione, an comprehendatur peculium Castrensè, aduentitium, vel profectiticum. ibi. num. 6
- Bona clericorum confiscata, cui sunt applicanda. 453. num. 7
- Bona clericorum ab intestatò morientium, successores habent consanguineos proximiores. 454. a.

## C.

- C**aluniator is dicitur, qui falsa crimina objicit. 201. num. 1
- Caluniator clericus, qua pœna puniatur. ibi num. 3
- Caluniæ quæ sint excusationis causa. 202. num. 4
- Caluniantium varix pœna. 203
- Caluniator an ea sententia sit absoluentus, qua reus est condenandus. 204
- Canonicus reuelans capituli secreta, qua pœna puniatur. 359.
- Cap. qui bis. de cõse. dist. 4. interpretatur 39. col. 2.
- Cap. 1. de offici. de lega. lib. 6. 8. col. 2

## Index Materiaram.

- Cap. Lugdunen. 9. quæsti. 2. 95. col. 1  
 Cap. cum inhibitio. 4. fin. de cland. de spõ. 239  
     233. 6. & fol. 239  
 Cap. clericus. cap. clerici. de vita & honesta cleri. fol. 253  
 Cap. 1. de homi. lib. 6. 336  
 Cap. 2. de homi. lib. 6. 341  
 Cap. 1. de senten. excomm. libr. 6. 389. numero. 3  
 Cap. rursus. 11. q. 3. 392. num. 11  
 Cap. ad falsarium. de crimine falsi. 397. a  
 Cap. nullus. de consecra. distin. 1. 126. numero. 1  
 Cap. excommunicamus. 4. qui autem. cap. cum contumacia. de her. lib. 6. 394. nu. 12.  
 Cap. 1. de excep. lib. 5. 12. num. 16  
 Cap. conquestus. de sent. excommu. 304  
 Capellaniam obtinens, non tenetur intra annum ad sacerdotium promoueri, nisi contrarium in fundatione contineatur. 147. num. 5  
 Capi potest clericus, sui Ecclesiastici iudicis præcepto, absque inuocatione auxiliij brachij secularis. 409. a  
 Capi non potest laycus à iudice Ecclesiastico nisi inuocando auxilium brachij secularis. 410. a. & latius fol. 505. num. 6  
 Capi potest clericus à layco infraganti crimine repertus. 409. num. 3  
 Captus clericus à iudice seculari, statim Ecclesiastico iudici remittendus est. 410. c  
 Captus clericus cum Ecclesiastico, à seculari remittitur, non est in nominiosè remittendus est. 411  
 Capi potest clericus à quocunque layco priuato, si infraganti crimine reperitur. 410.  
 Captura clericorum non nisi fidelibus ministris committenda est. 408. nu. 2  
 Carcer immundus, nec cum secularibus, clericis constituendus est. 413. num. 2  
 Carcer tormentum est. ibi num. 3  
 Carceris pœna quando pro delicto imponitur, absque plena probatione constitutus non est. 414. num. 9  
 Carceris quis fuerit primus inuictor. 415. a  
 Carcer est mala mansio, & morti equiparatur. ibi  
 Carcerem occupans, comittit crimen læsæ Meiestatis. ibi.  
 Carcer qualis sit constituendus, iudicis arbitrio dependet. ibi. (ibi.  
 Carcere relaxandus est qui leuiter delinquit.  
 Carcere relaxandus est sub fideiussoribus, qui pecuniaria pœna puniendus est. ibi.  
 Carcere relaxandus est pauper, qui fideiussorem non inuenit, præstita tamen cautione iuratoria. ibi.  
 Carcere nullus relaxandus est, quando pœna corporalis infligenda est. ibi.  
 Carcere publico detinendus est clericus minorum ordinum, lite pendente circa clericatum. 192. num. 19  
 Carcerum effractores qua pœna puniantur. 417  
 Caroli Molinei & quorundam hæreticorum opinio accriter confretatur. 117. a  
 Caroli Molinei opinio longè repellitur. 474.  
 Clericus excommunicatus ordines recipiens, deponendus est. 31. num. 1  
 Clericus non ieiunus celebras, qua pœna puniatur. 113. num. 2  
 Clericus qui incepta re sacra, recordatur, non esse ieiunium, quid facere teneatur. ibi. a  
 Clericus qui plures missas in die celebrauit, qua pœna puniatur. ibi num. 2  
 Clericus qui sine aqua, igne, vel in pane fermentato, & calice ligneo celebrat, qualiter sit puniendus. 115. num. 1  
 Clericus super altari non consecrato celebras, quã pœnã subire debeat. 116. nu. 1.  
 Clericus qui sine vestibus sacris celebrat, iudicis arbitrio puniendus est. 117. numero. 2  
 Clericus ob ebrietatem, vel voracitatem, sacramentum euomens, qua pœna puniatur. 122. num. 1  
 Clericus cuius negligentia, aliquid sanctissimi sanguinis Domini stillauit in terra, vel altari, quam pœnam patiat. 123. numer. 1  
 Clericus qui super rebus aptis ad sortilegia celebrat, nepharijs præcibus adhibitis, qualiter puniatur. ibi.  
 Clericus negligens, in custodia Sacre Eucharistiæ qua pœna plectatur. 125. num. 1  
 Clericus qui rem diuinam inceptam relinquit, qualiter puniatur. 125. num. 1.  
Cleri-

## Index Materiarum.

- Clericus qui rem sacram inceptam relinquit, quibus casibus excusari possit. 226. numero. 3
- Clericus qui propter impedimentum, sacram rem inceptam relinquit, impedimento cessante potest perficere. 127. nu. 4
- Clericus qui horis prohibitis celebrauit, iudicis arbitrio puniri debet. 128. numero. 1
- Clericus qui infirmum sibi commedatum, baptizare nolluit, deponendus est. 129. num. 1
- Clerici seruare tenentur Regiam legem. 19. tit. 11. lib. 5. ordin. noui que reuenditionem tritici, vel ordei prohibet. 169
- Clericus reuendens triticum, vel ordeum, contra Regias sanctiones mortaliter peccat. 170
- Clericus reuendens triticum, aut ordeum, non est precise puniendus penis Regiarum legum. ibi
- Clerici obseruare tenentur Regiam legem primam tit. 24. lib. 5. ordi. noui. 170
- Clerici condernari possunt, ad resarcienda damna illata a suis animalibus, sala fidei custodia montium. 173
- Clerici pro rapta, collectam soluere tenentur, quando imponitur pro custodia vinearum, vel agrorum. ibi
- Clericus negotiator gabellam soluere tenentur. 174
- Clericus negotiator ut possit compelli ad solutionem gabellae an prius ter moneri debeat. 174
- Clericus negotiator ad solutionem gabellae coram iudice Ecclesiastico, & non seculari conueniri debet. 175
- Clericus non potest esse minister laicorum. 177. num. 1
- Clericus non potest esse generalis procurator laicorum, secus in una causa tantum. ibi. num. 2
- Clericus in decem casibus, laicorum procurator esse potest. 178
- Clericus non potest tabellionis officium exercere. 179. 1
- Clerici qui ante clericatum tabelliones fuerunt, possunt post clericatum, vetera instrumenta complere. ibi num. 3
- Clerici an possint publice audire ius Caesareum, vel medicinam. 181. num. 1
- Clericus an possit promoueri ad gradum doctoratus in iure Caesareo. 182
- Clericus secularia munera non potest exercere. 183
- Clericus non potest esse Vice rex vel Vice comes Principis secularis ibi nu. 2
- Clericus potest esse consiliarius Principis secularis. 184
- Clericus consiliarius Principis secularis, si in officio delinquit, an possit ab eo puniri. ibi
- Clericus interuenire potest in condenda lege, qua pena mortis infligitur, quando non imminet casus, propter quem lex condita fuit. ibi. num. 4
- Clericus inter laicos potest esse arbiter. 185.
- Clerici a seculari iurisdictione exempti sunt. 186. num. 1
- Clerici potest definitiuam sententiam, fori exceptionem possunt opponere. numero. 2. ibi
- Clericus nullo modo potest, secularem iurisdictionem prorogare. ibi num. 3
- Clericus qui coram iudice seculari se laycum esse fingit, potest, a suo Episcopo vindicari. ibi num. 4
- Clericus qui fori exceptionem opponere distulit, expensis est multandus. 187. numero. 6
- Clericus pena pecuniaria quantuncunque leuesima a iudice seculari puniri non potest 187. num. 7
- Clericus prima tonsura initiatus, fori privilegio gaudet. 188. num. 9
- Clericus qui pensionem Ecclesiasticam obtinet, an dicatur habere beneficium ibi numero. 10
- Clericus qui prestimonium habet, an is dicetur beneficium obtinere. 189. numero. 11
- Clericus qui capellaniam habet, an dicetur obtinere beneficium. ibi num. 12
- Clerici coniugati, an foro Ecclesiastico gaudeant. ibi num. 13
- Clericatus scriptura probari debet. 190. numero. 16

## Index Materiaram.

- Clericatus an prohibetur possessione habitus clericalis & tonsuræ. 191. nu. 18
- Clericus qui alium clericum inuitum, coram seculari iudice conuenerit, quibus pœnis puniatur. 193. num. 22
- Clericus qui contra Ecclesiam, qua obtinet beneficiũ, aduocatus fuit beneficio priuandus est. 194. num. 1
- Clericus an dicta pœna puniatur, si tantũ consilium præstitit. ibi num. 2
- Clericus in nouem casibus, aduocati officium potest exercere. 193
- Clericus maledicus veniam postulare cogitur. 205. num. 1
- Clericus qui in Romanum Pontificem, iniuriosa verba prorumpit, iudicis arbitrio plectendus est. ibi num. 2
- Clericus qui uerba injuriosa protulit, ex expressis Regia Hispanorum lege, an teneatur recantare Palinodiam. ibi numero. 7
- Clericus iniuriarum actione cõdénatus, an efficiatur infamis. ibi num. 6
- Clerici Histriones, qua pœna puniãtur. 214. num. 2
- Clerici macellariorum, aut tabernariorum officium exercentes, qualiter puniantur. 217. num. 1
- Clericus qui Sordida munera per alium exercet, an pœna aliqua sit plectendus. 218. a.
- Clerici publicis spectaculis interesse nõ possunt. 229. num. 1
- Clerici interesse nõ possunt ludis taurorũ, nec executionibus, damnatorum. 230. num. 3
- Clericus qui celebrando non suscepit corpus, vel sanguinem Domini, qua pœna puniatur. 124. num. 1
- Clericus qui clandestino matrimonio interfuit, qualiter puniatur. 232. num. 1. & fol. sequen.
- Clericus publicus concubinarius, quis dicatur. 257. num. 1.
- Clericus publicus concubinarius, quibus pœnis puniatur. ibi num. 3. & fol. 261
- Clericus concubinarius quinque crimina committit. 261
- Clerici publici concubinarij res sacra au-  
dienda non est. 259. num. 2. & fol. 262
- Clericus concubinarius, si ex concubina filios habuerit, ad maiorem gradum, vel dignitatem, non potest aspirare. 262
- Clericus concubinarius nõ potest intrã propriam domum, filios illegitimos habere. ibi
- Clericus publicus, & notorius concubinarius, ipso iure suspensus est, & celebrans efficitur irregularis. 259. num. 2. & fol. 263.
- Clericus qui de facto matrimonium contraxit, qua pœna puniatur. 265. num. 3
- Clericus qui sub figura matrimonij yirginẽ violauit, stupri pœna punitur. 266. numero. 4
- Clericus qui matrimonium contraxit, ipso iure excommunicatus est. 265 numero. 3
- Clericus minorum ordinum beneficiatus matrimonium contrahens, ipso iure perdit beneficium Ecclesiasticum, quamuis matrimonium nullum sit. 269. numero. 3. & fol. 266. f.
- Clericus minorum ordinum, qui per uerba de presenti cum minori duodecim annorum contraxit, an perdat ipso iure beneficium. 267. num. 6
- Clericus minorum ordinum, per matrimonij contractum, perdit regressus, & accessus, pensiones, & alia iura ad Ecclesiasticum beneficium pertinentia. 271
- Clericus in maioribus ordinibus constitutus, qui matrimonium contraxit, suspensus est de hæresis crimine. 265. numero. 3
- Clericus carnaliter cognoscens filiam spiritualetm deponendus est. 275. numero. 1
- Clericus qui carnaliter cognouit monialem deponi debet. 273. num. 2
- Clericus qui carnaliter cognouit mulierem, quam tenuit in sacramento confirmationis, quam pœnam patitur. 276. num. 6.
- Clericus qui filiam suæ parrochiæ, nullo vinculo spirituali cõiunctam carnaliter cognouit qua pœna puniatur. ibi. num. 6
- Clericus qui copulã carnalem habuit cũ sua comatre, cui pœnẽ subjiciatur. 277. numero. 4

# Index Materiarum.

- Clericus qui in sacra confessione mulierem ad libidem prouocauit, ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, noua constitutione punitur 277. 4
- Clericus propter struprû, deponendus est. 276.num. 2
- Clericus propter incestus crimen deponi debet. 286.num. 2
- Clericus qui cum aliqua muliere fornicatus fuerit, & postea eius cõsanguineam carnaliter cognouit, an pœna incestus puniatur. 286.num. 3
- Clericus adulter deponitur, & in monasterium detruditur. 289, num. 8. & fol. 292 b. & vide in verbo, Adulter.
- Clericus nephãdi criminis reus, de iure antiquo deponetur, & in monasterium detrudebatur. 294
- Clericus hodiè propter nephandum crimẽ, realiter degradatur, & traditur curiẽ seculari. 299. c
- Clericus Sodomita etiam occultus, & pœnitentia peracta, suspensus est ordinis executione, & celebrans efficitur irregularis. 299. Cetera vide in verbo Sodomita
- Clericus sacrilegus deponendus est. 301. num. 2
- Clericus vsurarius ab officio, & beneficio suspendendus est. 305. num. 2
- Clericus fur deponendus est 309. numero. 1
- Clericus actione furti condẽnatus, infamis efficitur. 310
- Clericus Simoniacus qua pœna puniatur. 312. num. 1 Cetera vide in ver. Simonia
- Clericus qui falsum testimonium protulit, punitur depositior e, & detrusione in monasterium. 319. num. 1. & fol. 320
- Clericus qui coram iudice seculari falsum testimoniũ protulit, ab eo nõ potest puniri 320. num. 2. & fol. 323
- Clericus homicida deponendus est. 324. num. 1
- Clericus homicida non est ipso iure beneficio priuatus. 325. numero. 2. & fol. 326. a
- Clericus homicida interim accusatione pendente, beneficio potest renuntiare. ibi
- Clerici homicidæ renuntiatio pendente accusatione facta, à superiori admittenda est. ibi
- Clericus homicida accusatione pendente, suos fructus facit. 327
- Clericus homicida de nouo, non potest beneficium acquirere. 327
- Clericus homicida statim perdit ius quod habet, per gratiam expectatiuam. 327
- Clericus homicida an possit habilitari ab Episcopo, ad beneficium obtinendum 328. b
- Clericus ueneficus qua pœna puniatur. 329. num. 1
- Clerici parricidæ quæ pœna sit in iure sanctita 331. num. 1
- Clericus Assassinus multis magnisque penis punitur. 336. num. 1. & sequen.
- Clericus Assassinus absquẽ degradationẽ à seculari iudice punitur. ibi num. 4 & fol. 338. b
- Clericus Assassinus ut possit puniri à iudice seculari, requeritur quod prius declaretur à iudice Ecclesiastico Assassinum cõmississe. ibi
- Clericus Assassinus lite non contestata punitur. 336. num. 3. & fol. 337. a
- Clerici criminales causas agitare prohibentur. 341
- Clerici truncationes membrorum facientes, vel faciẽdas iudicantes, officio & beneficio deponendi sunt. 347. num. 1
- Clericus an ex delegatione Principis Secularis, possit in criminalibus causis cõtra laicos procedere. 347. a
- Clericus absquẽ labe irregularitatis consule re potest, quod pro aliquo futuro crimine, pœna mortis imponatur. 348
- Clericus qui crimen duelli comisit qua pœna plectatur. 349
- Clericus qui in personis, rebus, beneficijs violentiam intulit, quibus pœnis plectatur. 352. num. 1
- Clericus qui condemnatum, à iudicis familia eripuit, quam pœnã impatiatur. ibi
- Clerici violentiam inferentes possunt à Regno expelli. 353. a
- Clerici schismatici pœna. 379
- Clericus Apostata quam pœnam patiatur 178



## Index Materiarum.

178. num. 2  
**C**lericus qui falsitatis crimen in literis Apostolicis commisit seculari curiæ tradendus est 397. num. 1  
**C**lericus qui falsis literis Apostolicis utitur officijs, & beneficijs priuatur. ibi numero. 4  
**C**lerici Conspiratores qualiter puniantur. 399. num. 1  
**C**lericus an dicatur committere crimen lese Maiestatis. 402. num. 1. & 403. b.  
**C**lericus qui de suis criminibus gloriatur qualiter puniatur. 403.  
**C**lericus propter quæ crimina tradendus sit curiæ seculari. 470. num. 1  
**C**lericus incorrigibilis quis dicatur. 470. num. 2. & fol. 472  
**C**lericus incorrigibilis qualiter puniatur. ibi num. 1  
**C**lericus incorrigibilis qui non potest ab Ecclesiastico iudice puniri, a seculari comprihi potest. 471. num. 4  
**C**lericus non deferens tonsuram mortaliter peccat. 256. num. 1  
**C**omam nutrire clericis prohibitum est. 250.  
**C**omam nutrire apud antiquos, inter mollia numerabatur. 250. a.  
**C**omam radere symbolum fuit meroris. 251.  
**C**ollegium societatis Iesu. Complutense laudatur. 10.  
**C**oncilium Trident. sessi. 23. cap. 7. de reformatione interpretatur 77. num. 24  
**C**oncili. Trident. sessi. 23. cap. 11. de reformatione. 85  
**C**oncil. Trident. sessi. 24. c. 17. de reformatione. 134. c.  
**C**oncili. Trident. sessi. 6. cap. 1. de reformatione. 142.  
**C**oncili. Trident. sessi. 23. c. 1. de reformatione. 143.  
**C**onci. Trident. sessi. 24. cap. 1. de reformatione. 233.  
**C**onci. Trident. sessi. 24. cap. 6. de reformatione. 257.  
**C**oncili. Trident. sessi. 25. cap. 10. de reformatione. 255  
**C**oncili. Trident. sessi. 24. cap. 1. 255  
**C**onc. Trid. sessi. 14. c. 7. de reformatione. 328  
**C**oncilium Trident. sessi. 25. cap. 10. de reformatione. 350  
**C**oncilium Trident. sessi. 24. cap. 8. de reformatione. 505. num. 5  
**C**onciliū Triden. Sessi. 25. c. 3. de reformatione. ibi.  
**C**onstitutio Cæsaraugustanæ sanctissimæ Ecclesie refertur 16. num. 13  
**C**oncubina clerici etiam coniugata, si modo publica fuerit, a iudice Ecclesiastico puniri potest. 261  
**C**oncubina a clerico an dicatur committere sacrilegium, vel incestum. ibi.  
**C**oncubina clerici a iudice seculari puniri potest, si fuerit publica. 262  
**C**oncubinarius iuris penis plectendus est, nec per appellationem difertur executio nisi in casu notabili. 255  
**C**onsiliarius Ciuitatis reuelans secretum, qua pena puniatur. 359  
**C**onjuges mortaliter peccant, si in Ecclesia carnaliter se cognouerint. 121  
**C**orpore vitiatus ad sacros ordines, non potest promoueri. 43. num. 1  
**C**orpore vitiati apud Ethnicos, a suis sacerdotijs longè repeleantur. 43. num. 3  
**C**orporis labem qui patitur, sinistram contra se presumptionem habet. 44. num. 4  
**C**orpore vitiatus si de facto fuerit ordinatus, characterem ordinis recipit. 45. numero. 5  
**C**orporis vitium non ita amplam irregularitatem prestat, sicut antiquitas. 45. numero. 6  
**C**orporis vitium quo ad susceptos ordines quod prestat impedimentum. ibi numero. 7  
**C**orporis vitium quod impedimentum prestat, iudicio Episcopi relictum est. 49. num. 16  
**C**orpore vitiatus in criminalibus, non potest esse testis contra clericum. 49. numero. 17. & fol. 437. num. 4  
**C**orpora sanctorum Iusti & Pastoris propter maximam temporis sterilitatem publica processione gesta fuerunt. 312  

**D.**

**D**ecani, siue Archidiaconi, in criminalibus causis, non habent iurisdictionem.

# Index Materiaram.

- nem. 6. num. 7  
 Delator debet se ipsum obligare, quod probavit, contenta in denunciacione 15.  
 Delator quãdò dicatur proballe, vt ab obligatione liberetur. 16. col. 1  
 Delictum leue, graue vel grauissimũ quod dicatur. 27. num. 1  
 Delictum an debeat puniri, secundum statutum loci vbi fuit perpetratum, vel secundum ius commune. 23. b. 1  
 Didacus Couar. laudatur 23. col. 1  
 Didacus Sandoual laudatur. 210  
 Didacus Sahagun laudatur. 323. c. 1  
 Didacus Episcopus Salonensis laudatur. 170.  
 Degradari non debet clericus, nisi iure expressum sit. 475. num. 1  
 Degradari nullus debet sine accusacione. ibi num. 2  
 Degradationis appellacione, an intelligatur de verbali vel actuali. ibi num. 4  
 Degradationis realis quæ sit præscripta forma. ibi.  
 Degradationis pœna antiquissima est in Dei Ecclesia. 476  
 Degradationis forma, quæ hodie seruanda sit stante concilio Trid. ibi.  
 Degradatio moribus recepta non est, in clericis minorum ordinum. ibi. b.  
 Depositionis diffinitio 459. num. 1  
 Deponi non debet clericus, nisi in iure exprimat, aut pro magnis criminibus. ibi. num. 2  
 Depositione quæ crimina digna sunt, iudicis arbitrio relinquatur. ibi num. 3  
 Depositus clericus antiquitus in monasterium detrudebatur 460. num. 1  
 Depositus clericus ad huc est de iurisdictione ecclesie. 471. num. 3  
 Dilapidator bonorum Ecclesie, a dignitate est remouendus. 224. num. 1  
 Dilapidator bonorum Ecclesie octo pœnis punitur. 225  
 Dilapidationis criminis procedendi forma. ibi num. 4  
 Dilapidationis crimine tria specialia in iure statuta sunt ibi. num. 3  
 Dilapidator bonorum Ecclesie, si eius sit patronus, qua pœna puniatur. ibi. num. 3  
 Dispensare vtum possit Episcopus cum homicida. 325. num. 2. & fol. 328  
 Duellorum grauitas explicatur. 350. a.  
 Duellorum grauissimæ pœnæ sunt statutz ibi.  

E.

**E**brietas ad sacrorum ordinum promotionem impedimentũ præstat. 255. a.  
 Ebrietas in clericis qua pœna puniatur. ibi. b.  
 Ebrietas qualiter probetur. ibi.  
 Ecclesia iniuria afficitur, ex iniuria clericis illata. 303  
 Ecclesia ex coniugali copula polluitur. 119. num. 2. & fol. 121. b.  
 Ecclesiarum immunitate, an clerici in maioribus vel minoribus ordinibus constituti gaudeant. 411. num. 1 & fol. 413  
 Episcoporum proprium munus est crimina punire. 7. a.  
 Episcopus an possit dispensare cum excommunicato, ad ordines promotus 30. & sequen.  
 Episcopali dignitate condecorandus quod exhamen subire debet, & quibus qualitatibus debet esse condecoratus. 85. a.  
 Episcopus ordinans illum, qui non obseruat interdicta, quãdò censetur cum illo dispensare. 86. c.  
 Episcoporum consecratio diebus Dominicis & Festiuis facienda est. 90. a.  
 Episcopus cum ordinato ignorantè ab excommunicato dispensat. 101. num. 3  
 Episcopus interdicti tempore ordines conferens irregularis est. 104. num. 2  
 Episcopus qui interdictum decreuit & minime obseruat, irregularis est. ibi num. 5  
 Episcopi & alij superiores intra quod tempus sint consecrandi. 148  
 Episcopi & alij superiores residere tenentur & non residentium pœnæ. 142. c.  
 Episcopus an possit cum homicida dispensare 325. num. 2. & fol. 328.  
 Episcopus habens iurisdictionem temporalem, an possit criminales causas alteri iudicandas committere. 347. a.  
 Episcopus non potest personalitè citari, nisi in casibus quibus est deponendus. 408  
 Episcopus in habitare potest aliquem in perpe-

## Index Materiaram.

- perpetuum ad beneficia. 457. num. 7
- Episcopus hircum habet. 482. num. 3
- Episcopus utrum possit habere familiam ar  
matam. 515. num. 23
- Examen ab ordinandis subeundum est. 84. a
- Examen seu scrutinium ab ordinandis fa-  
ciendum, circa multa versatur. ibi.
- Excommunicatus maiori excommunicatio-  
ne celebrans, efficitur irregularis. 105.  
num. 1
- Excommunicatus celebrans irregularis est,  
quamvis non fuerit denunciatus. 108. a.
- Excommunicatus celebrans irregularis est,  
quamvis iniusta sit excommunicatio.  
106. a.
- Excommunicatus tunc efficitur irregula-  
ris, quando exercet actum certo ordini  
competentem. 107
- Excommunicatus celebrans, non efficitur ir-  
regularis, quando legitima ignoratia ex-  
communicationis præcessit. 108
- Excommunicatus celebrans non efficitur ir-  
regularis, quando nulla fuit excommunica-  
tio. ibi.
- Excommunicatus potest appellationem ce-  
lebrans, etiam si iniusta sit appellatio, non  
est irregularis. 109
- Excommunicatus Apostolicis literis, ob peñio-  
nem, certo termino non soluta, quando ab ir-  
regularitate excusetur, licet celebret. ibi.
- Excommunicatus irregularis non est, qui  
moris articulo, sacramentalem absolu-  
tionem impendit. ibi.
- Excommunicatus parochus occulte tamẽ,  
an possit, absque irregularitate sacramen-  
talem absolutionem impendere. 110
- Excommunicatus minori excommunica-  
tione celebrans, non efficitur irregularis.  
111. d.
- Excommunicatio gravissima poena semper  
iudicata fuit. 338. num. 1
- Excommunicationis imago fuit apud Athe-  
nienses & Romanos. ibi.
- Excommunicati a factis repelluntur. 389
- Excommunicatus a mensa, & sermone, ex-  
cluditur. ibi.
- Excommunicatis ius petentibus denega-  
tur. ibi.
- Excommunicati minimẽ ad Ecclesiastica  
beneficia admittuntur. ibi.
- Excommunicati a secularibus dignitatibus  
repelluntur. ibi.
- Excommunicati Impij appellantur. ibi.
- Excommunicati sunt infames. ibi.
- Excommunicati Sathan & malis Angelis  
traduntur. ibi.
- Excommunicati tanquam membra putrida  
ab Ecclesia excluduntur. ibi.
- Excommunicatio horribilis, & pertimescẽ-  
da est. ibi.
- Excommunicatio annalis operatur, ut excõ-  
municatus, pro convicto, & confesso ha-  
beat. 301. num. 4
- Excommunicatio annalis, non inducit be-  
neficiorum privationem. ibi num. 5
- Excommunicatus laycus propter pertina-  
tiam, a iudice seculari punitur. ibi nume-  
ro. 7
- Excommunicationis poena pecuniaria, que  
secularibus legibus applicatur Iudicibus  
Ecclesiasticis, qui excommunicationem  
protulerunt, iuste ab illis percipitur. ibi  
num. 8
- Excommunicationis annalis in causa civili pro-  
lata, operatur, ut excommunicatus habeat  
tur pro confesso. ibi num. 9
- Excommunicatio annalis, non præcludit  
viam excommunicato, qui possit suam  
innocentiam ostendere. 392. num. 10
- Excommunicatio annalis suspectum redit  
excommunicatum hæresis nota. ibi nu-  
mero. 13
- Excommunicatus qui per annum stetit in  
excommunicatione, licet, de hæresi suspe-  
ctus sit, non tamen ab Inquisitoribus, tã-  
quam hæreticus potest puniri. 393
- Excommunicatus annalis si noluerit se pur-  
gare, tanquam pertinax hæreticus puniẽ-  
dus est. 394
- Excommunicatus etiã lapsa anno, si volue-  
rit suam innocentiam ostendere, audien-  
dus est. 394
- Excommunicatio que ultra annum dura-  
vit, inducit beneficiorum privationem.
- Excommunicatio que ultra annum dura-  
vit, ut locus sit beneficiorum privationi,  
quantum tempus, post annum debet tra-  
sire. 365. num. 14

## Index Materiarum.

**Exilij pœna à iudicibus Ecclesiasticis imponitur** 458. num. 1  
**Exilij pœna semel per Episcopum vel iudicem Ecclesiasticum imposita, ab ipso remitti non potest.** ibi num. 2  
**Exilij pœna de facto imposita, ab eodem iudice reuocari potest.** ibi num. 3  
**Extrauag. cõsti. Pij Quinti in faborem Societatis Iesu interpretatur.** 51. num. 2  
**Extra. Pij secund. quæ incep. cum ad sacrum. latissimè interpretatur** 97. c.  
**Extra. Pauli secund. latissimè elucidatur.**  
**Extra. Pij Quinti & Greg. Decimi Tertij circa agitationes taurorũ declaratur.** 231  
**Extrauag. Pij Quinti contra clericos Sodomitas, nouiter interpretatur.** 300  
**Extra. Pij Quinti circa formam creãdi census ædita in Hyspania nõ seruatur.** 325  
F.
**Falsarij literarum Apostolicarum quæ pœna puniãtur.** 396. num. 1  
**Falsum committens in literis iudicis Delegati qualiter puniatur.** ibi num. 2  
**Falsarij literarum Regiarum quas pœnas patientur.** ibi num. 4  
**Falsis literis Apostolicis vtens officijs & beneficijs priuatur, ibi num.** 4  
**Falsum committens in literis Apostolicis, vnicam literam corrigendo, vel punctum, ipso iure excommunicationis sententia illaqueatur, à solo Romano Pontifice delenda ibi num.** 5  
**Falsificans literas Apostolicas quando substantia non muttatur, an pœna ordinaria sit plectendus.** 988  
**Falsum committens in literis Nunciij Apostolici, vel Penitentiarie, aut Episcoporum, qualiter puniatur.** ibi.  
**Falsum committens in literis Summi Pontificis curie seculari tradendus est.** ibi.  
**Falsum committens in moneta Summi Pontificis, quæ pœna puniatur.** 399  
**Filij hæreticorum ad sacros ordines minimè possunt promoueri** 77. num. 22  
**Filius etiam legitimus, in beneficio patri nõ potest succedere.** 135. num. 3  
**Filius legitimus diuersum beneficium, in eadem Ecclesia, in qua pater habuit, ipse poterit obtinere.** ibi num. 4

**Filius illegitimus clerici intrã domũ patris, non potest habitare.** 262  
**Fiscalis curiæ in principio sui officij, iuramentum subire debet.** 11. num. 3  
**Fiscalis Curiarũ Ecclesiasticarum, ex decreto concilij Prouintialis Toletani sacerdos constituendus est, vel qui intra sex menses, ad sacerdotium possit promoueri, & promoueatur** 11. col. 1  
**Fiscalis officium sub annuo censu non debet locare.** 10. num. 2. & fol. 12. b.  
**Fiscalis à iudice creatus loco ipsius officij succedit.** 13. num. 1  
**Fiscalis creare potest, quilibet merum Imperium habens ibi in anno.**  
**Fiscalis excommunicati curiarum stilo crimina non notoria potest denunciare** ibi.  
**Fiscalis de quocunquẽ crimine potest clericum accusare** 17. num. 111.  
**Fran. Arganda Chonchensis inquitator laudatur.** 297  
**Furtum magnum an pœna mortis puniatur** 310. & 311

### G.

**Gabella à clerico negotiatore soluenda est.** 174  
**Gabella vt solui debeat à clerico negotiatore, an prius tẽr moneri debeat, quod desistat à negotiatione.** ibi.  
**Gabella à clerico negotiatore, petenda est coram Ecclesiastico iudice non coram seculari.** 175  
**Gabella siuẽ tributum de quo in l. 5. ti. 7. par. 5. quando à clericis solui debeat.** 174  
**Gabellam indeuitam à clericis exigentes, quibus pœnis puniantur.** 176  
**Gabellari siuẽ publicani, vt in plurimũ ad malum sunt audacissimi.** 161  
**Gregorius Lup. laudatur.** 121

### H.

**Hyspaniarum Reges minimè in sua amplissima domo, sanguine infectos recipere consueuerunt** 74. num. 15  
**Hyspaniarum Reges, eorum quæ Suprema tribunalia, cognoscere possunt per modum (vt dicunt) violentiẽ in causis spiritualibus.** 353  
**Hyspaniarum Reges, & alij Principes Christiani orbis, an de vi illata, in possessione**

# Index Materiārum.

ne bēneficiorū, se motis privilegijs cognoscant. 354

Hispaniarum Reges & suprema tribunalia Episcopos, & iudices Ecclesiasticos, vim inferentes in suis Regnijs, nisi desistunt, possunt expellere & illos, priuare rerum temporalium amissione. 359.

Hispaniarum suprema tribunalia, in causis violentiæ expensis possunt multare. ibi.

Hispaniarum suprema tribunalia, non cognoscunt per modum violentiæ, in causis criminalibus, vel ciuilibus expectatibus ad Inquisitores, vel Iudices bonorum confiscatorum. ibi.

Hæreticus quis dicatur. 380. num. 1

Hæreticus est ipso iure beneficio priuatus. ibi num. 2

Hæreticus clericus est degradandus, & tradendus curiæ seculari. 381. num. 3

Hæreticorum bona confiscantur, & quibus post confiscationem applicentur. ibi. numero. 4. & fol. 385. f.

Hæreticus redens ad fidem, an recuperet beneficium. 381. num. 2. ad finem

Hæretico collatio beneficij facta, nulla est ipso iure. 383

Hæreticorum filij, & eorum receptatorum ipso iure beneficijs priuantur. 383

Hæreticorum traditio curiæ seculari, die festo fieri potest. ibi.

Hæreticus qui perpetuo carceri mancipandus est, an prius debeat degradari. 384. d.

Hæretici qui ad fidem redunt, abiurare hæresim debent. & ibi multa de abiuratione 384. e.

Hæreticorum bona in Hispania ad Fiscum Regium pertinent. 385. f.

Hæreticorum bona immouilia in Regno Franciæ, ad Regem, vel Dominum temporalem spectant, mouilia verò ad Episcopum. 386

Hæreticus ad fidem redens, perpetuis carceribus est mancipandus. 466

Hæres qui tacitam fidem præstitit, de restituenda hæreditate in capaci, omni hæreditatis cōmodo priuatur. 197. num. 1

Hæres quomodo dicatur accommodare, testatori tacitam, fidem de restituenda hæreditate incapaci, & quibus casibus videa-

tur inductum tacitum fideicommissum. ibi num. 2

Hæres qui interrogatur à iudice, vtrum tacitam fidem dederit, de restituenda hæreditate, incapaci, an teneatur respondere. 198. num. 3

Hæres scriptus an teneatur data tacita fide, de restituendis bonis incapaci, illa restituere vel ad Fiscum deferre. ibi.

Hæres qui tacitam fidem testatori dedit, & iuramento promissit non reuelaturum, an teneatur vocatus à iudice, veritatem manifestare. ibi num. 5

Hæres scriptus qui tacitam fidem testatori dedit, vtrum salua conscientia, ante condemnationem: ea bona possit retinere. 198. b.

Hæres qui tacitam fidem dedit, non solum bona hæreditaria, sed illorum fructus restituere tenetur. 199

Hæres qui non tacitam, sed expressam præstitit fidem, de restituenda hæreditate in capaci, nõ Fisco, sed heredibus abintestato, restituere tenetur. 200

I.

**I**llegitimi apud Ethnicos honoribus, & dignitatibus indigni iudicabatur. 31. num. 1

Illegitimus non potest sacris ordinibus insigniri. 32. num. 2

Illegitimus si de facto fuerit ordinatus Cœnæ raterem ordinis recipit, non verò executionem ibi num. 3

Illegitimus antè obtentam dispensationem celebrans, nouam irregularitatem non contrahit ibi num. 4

Illegitimi sæpè numero legitimos antecellunt ibi. 2.

Illegitimi fuerunt viri præstantissimi.

Illegitimitatis vitium occultum an impedimentum præstet ad sacrorum ordinum perceptionem. 33

Illegitimitatis irregularitas tantum à Pontifice Maximo dispensatione concessa delatur. ibi.

Illegitimitatis irregularitas per ingressum religionis tollitur. 34

Illegitimus per ingressum religionis an efficiatur legitimus quò ad successionem bonorum parentum ibi col. 2

# Index Materiarum.

- Illiteratus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri.** 61. num. 1  
**Illiterati dispensatione obtepta, non possunt ordinibus insigniri.** 62. num. 2  
**Illiterato si beneficij collatio facta fuerit, nulla est.** 62. num. 4  
**Illiterati penitus qui dicantur.** 63. num. 7  
**Illiteratus beneficio priuandus est.** 62. n. 4  
**Illiterato si literæ Rom. Pont. ad consequendum beneficium concessæ fuerint non sunt imperandæ.** ibi. num. 5  
**Illiterato beneficium conferens, damnum Ecclesiæ illatum resarcire tenetur.** 64. g  
**Illiteratus si de factò fuerit ordinatus characterem ordinis recipit.** 62. num. 2  
**Incarceratus iniuste sine expensis est relaxandus.** 406  
**Incarceratus iniuste non potest pro alio delicto in carceribus detineri.** ibi.  
**Incarceratio maturo consilio facienda est.** 405. a  
**Incarceratio clericorum vt iuste fiat, quæ præcedere debent.** ibi.  
**Incarceratus non præcedente informatione absq; aliqua impesa relaxandus est.** 406  
**Incarceratio in causis fidei, qualiter sit, facienda.** ibi.  
**Incarceratio aut relaxatio iudicis arbitrio facienda est.** 193. num. 20  
**Incarceratio absque exacta criminis informatione fieri potest, quando pericula esset in mora.** ibi.  
**Incarcerari nõ debet clericus pro leui crimine, sed solú personaliter citandus.** 407. n. 1  
**Incestus definitio.** 286  
**Incestuosi qua pœna puniantur.** ibi. & folio sequenti.  
**Incestus crimen committentes, an liberentur propter ignorantiam.** 288  
**Indiciorum copia an antè confessionem, reo danda sit.** 432  
**Ingressus Ecclesiæ prohibitus, quando celebrantem faciat irregularem.** 441. num. 1  
**Ingressus Ecclesiæ prohibitus, non tollit iurisdictionem.** 442  
**Ingressus Ecclesiæ cui prohibitus est, ingredi potest, quando diuina munera non celebrantur.** ibi. b  
**Ingressus Ecclesiæ prohibitus, non inducit priuationem sepulturæ Ecclesiasticæ.** ibi.  
**Inquisitionis officium a Beato Dominico initium suscepit in Hispania, anno Domini. 1200. fol.** 386  
**Inquisitionis officium clericis secularibus concessum fuit, a Ferdinando Aragoniæ & Castellæ Rege.** ibi.  
**Inquisitionis constitutiones, & decreta, Cardi. Mendocius prudentissimorû virorum consilio composuit.** ibi.  
**Inquisitionis generalis summum prætorium (quod fidei catholicæ propugnaculum est) in Hispania, in curia Regis residet.** 385. f  
**Inquisitor generalis semper apud Hispanos vnus ex summis Præsulibus creatur.** ibi.  
**Inquisitores semper creantur in Hispania viri integerrimi & eruditi.** 478. a  
**Inquisitores non tenentur secularibus iudicibus acta processus ostendere.** 480. vers. est equidem.  
**Inquisitorium sententiæ in Hispania statim a iudicibus secularibus executioni traduntur.** ibi.  
**Inquisitores hæreticæ prauitatis, quando contra sortilegos iurisdictionem habeant.** 364  
**Inquisitores contra illum qui altero coniuge viuente, matrimonium contraxit, iurisdictionem habent: & quæ pœnæ ab illis sunt imponendæ.** 270  
**Inquisitores procedunt contra clericum, qui matrimonium contraxit, cum de fide suspectus sit.** 265  
**Inquisitores quando contra sortilegos iurisdictionem habent.** 364  
**Inquisitores vtrum iurisdictionem habeant, contra laicos, qui tanquam clerici, diuina munera celebrarunt.** 29. a  
**Inquisitores iurisdictionem obtinent contra illos, qui sacris literis abutetes, libellos componunt, quos *pasquines*, appellant.** 377  
**Inquisitores habere possunt familiam armatam.** 515. num. 24.  
**Inquisitores inuocare possunt auxilium seculari.** 516. num. 28.  
**Inquisitor generalis solus minuit, vel commutat, pœnam perpetui carceris.** 467  
**Inquisitor generalis tollit habitum pœnitentiæ, quamuis delinquens in perpetuum condemnatus sit.** ibi.  
Inqui-

# Index Materiaram.

- Inquisitorum & sancti officij consultores, aduocati, notarij, custodes, familiares, & ceteri ministri quocunque tempore arma deferunt. 515. num. 26
- Inquisitorum & sancti officij familiares, quibus qualitatibus ornati esse debent. ibi. num. 27
- Interdictus sacris, quando celebrans efficitur irregularis. 110. b
- Intrusus in beneficio quis dicatur. 137. n. 1
- Intrusus in beneficio curato, ipso iure co- priuatus est. ibi. num. 2
- Intrusi in beneficio non valet impetratio, non facta mentione prateritae intrusionis. ib. b
- Ioan. Bernar. Diaz de Luco laudatur. 12. b
- Irregularitas iure Pontificio statuta est, contra clericos coram secularibus magistratibus, in causis capitalibus accusantes. 341. num. 3
- Irregularitas nulla contrahitur, in Sacrae inquisitionis tribunalibus. 348. b
- Irregularis non est iudicandus, qui ascendit auris cartilaginem. 349
- Irregularis non est, qui abscindit mamillam mulieris. ibi. Cetera vide in verbo Clericus irregularis.
- Iudices Ecclesiastici contra exemptos suam iurisdictionem turbantes, vel impedi- entes, iurisdictionem habent. 7. a
- Iudex Ecclesiasticus minime debet permit- tere, clericum sine delatore, de occulto crimine accusari. 15. num. 14
- Iudices Ecclesiasti non debent, ad clerico- rum capturam, sine informatione proce- dere. 17. col. 1
- Iudex Ecclesiasticus accusare volentibus, terminum praefixere debet. 17. num. 9
- Iudex Ecclesiasticus, deficiente iure cano- nico, ad ius Regni, & non ad civile con- fugere debet. 489
- Iudex Ecclesiasticus qui negligens fuit, in reuindicando clerico, a seculari iudice detento grauisime puniendus est. 188. num. 8
- Iudex Ecclesiasticus non potest inhibere saecularem absque praevia causa cog- nitione circa clericatum. 190. num. 15
- Iudex Ecclesiasticus lite pendente, praeci- pere potest iudici saeculari, ne lite pen- dente, in causa procedat. 193. num. 21
- Iudex Ecclesiasticus contra laicos merces deprauatas vendentes procedit. 218. a
- Iudex Ecclesiasticus punit sacrilegos. 302
- Iudex Ecclesiasticus an laicos laicos possit punire. 222
- Iudex Ecclesiasticus punit laicos concubi- narios, & quibus poenis. 255
- Iudex Ecclesiasticus concubinam publicam clerici punit. 262
- Iudex Ecclesiasticus incestuosos laicos pu- nit. 286
- Iudex Ecclesiasticus punit laicos adulte- teros, & quibus poenis. 292
- Iudex Ecclesiasticus Sodomitas laicos pu- nit, & qua poena. 299
- Iudex Ecclesiasticus punit laicos exercen- tes contractus prohibitos, quos, *Moltras* appellamus, & qua poena. 306
- Iudex Ecclesiasticus punit laicos periuros. 319
- Iudex Ecclesiasticus punit laicos, coram illo litigantes, contumeliosa verba in illum proferentes. 324
- Iudex Ecclesiasticus laicos percussores cle- ricorum punit. 303
- Iudex Ecclesiasticus non potest facultate cle- ricis concedere, ut in criminalibus causis, coram secularibus iudicibus proferant testimonium. 346. num. 26
- Iudex Ecclesiasticus punit laicos sortilegos, & qua poena. 364. b
- Iudex Ecclesiasticus punit laicos blasphemos. 374
- Iudex Ecclesiasticus punit laicos, qui sine ordinibus, sacra ministrare sunt ausi. 29
- Iudex Ecclesiasticus laicos, pertinaciter in excommunicatione permanentes punit. 392. num. 7
- Iudex Ecclesiasticus qui innocentem cleri- cum capere fecit, puniendus est. 404. n. 2
- Iudex Ecclesiasticus an possit clericos ad tritemes condennare. 485. nu. 3. & fo. 486
- Iudex Ecclesiasticus an mihrationis poena uti possit. 485. nu. 2
- Iudex Ecclesiasticus an possit reos laicos capere, & in proprium carcerem mitte- re. 410. c. & latius fol. 505. num. 6
- Iudex Ecclesiasticus saeculare auxilium im- plorat. 504. num. 1

- Iudex Ecclesiasticus an in ciuilibus contro-  
uersijs, possit contra laicos proprias sen-  
tentias, capiendo pignora exequi. 107.  
num. 7
- Iudex Ecclesiasticus an possit clericum  
condemnare in quantitate aliqua, ex  
qua soluatur salarium Fiscali, aduocato,  
aut notario curiæ. 521. nume-  
ro. 3.
- Iudex inferior ex causa poenam legalem  
potest minuere. 488. a
- Iudex quando a iure communi recedit, an  
debet in sententia causam exprimere.  
ibi. b.
- Iudex compellere potest reum, ad iuramen-  
tum præstandum de veritate dicenda.  
13. num. 2
- Iudex originis an procedere possit, contra  
subditum ob delictum alibi commis-  
sum. 12. num. 2
- Iudex secularis non potest clericum absen-  
tem condemnare, poena pecuniaria, apud  
Hispanos dicta, *Del desprez*. 187. nu-  
mer. 7. 7
- Iudex secularis an teneatur sententiam iu-  
dicis Ecclesiastici, sine causæ cognitione  
exequi. 476 num. 2
- Iudex secularis statim, sine mora inquisito-  
rum sententiam tradere debet executioni.  
478. a
- Iudex ex officio suo in qualibet causa cri-  
minali, post testium publicationem,  
pro reo, & contra reum, potest testes  
examinare. 517 num. 1. & 3
- Iudex ex proprio officio rationem dam-  
norum habere potest. 517. nu-  
ro. 2
- Iudex etiam officio eius non implorato,  
poenam minuere potest. 518. nu-  
mero. 4
- Iudex ex eius officio, accusatorem crimi-  
nosum potest repellere. ibi. nu-  
mero. 6
- Iudæi antiquitus in Hispania incolatum  
habuerunt, & iustissimis causis ab ea  
fuerunt expulsi. 70. num. 9
- Iudæi vel alterius sectæ in Hispaniarum  
regnis non possunt manere. 71. nu-  
mero. 10.
- Judaica macula infecti, vt in plurimum  
malis moribus corrupti sunt. 72. nu-  
mero. 12.
- Ex Iudæis descendentes, vel ex alia infe-  
cta familia, a Collegijs, confraternitati-  
bus, & ab alijs societatibus, iustissime re-  
pelluntur. 71. num. 11
- Apud Iudæos & Ethnicos, nullus ad sa-  
cerdotium promouebatur, qui labem  
generis pateretur. 73. num. 13
- Ius Regium apud Hispanos ius commune  
appellatur. 489. c

## L.

- L** Aici clericos accusare non possunt.  
10. num. 1. & fol. 11. 2
- Laici clericos accusare possunt in decem  
casibus, qui scribuntur. fol. 11. a
- Laici diuina munera celebrantes, quam poe-  
nam patiuntur. 29. num. 1
- Laicus quidam Compluti, finxit se clericum  
esse, vt duas Missas celebraret, & qua  
poena fuit punitus. ibi. litera. 2.
- Laicus in criminali causa, contra clericum  
testis esse non potest. 436. nu-  
mero. 1.
- Laicus legitimus est testis contra clericum,  
in criminali causa, quando veritas aliter  
non posset probari. ibi num. 2
- Laicus legitimus est testis contra clericum  
in notorio crimine, nec non in crimi-  
ne hæresis, Læsæ Maiestatis, & simonia.  
437. num. 3.
- Laici an admittantur ad probandam fa-  
mam, contra clericos. ibi. nu-  
mero. 6.
- Laicus qui coram seculari iudice clericum  
conuenit, causam perdit. 194. nu-  
mero. 26.
- Lex Oratio. ff. de sponsalib. interpreta-  
tur. 241
- Lex diffamari. C. de ingen. & manumif.  
19. F
- Lex fin. ff. de his qui deiecerunt, vel effudi-  
interpretatur. 491. num. 3
- Lex pen. ff. de Senator. interpre. 162. nu-  
mero. 37.
- Lex filios. C. de muni. origi. lib. 10. ibi.
- § 2 Lex



- Lex. 5. tit. 22. par. 4. 58. a  
 Lex. 26. titul. 3. lib. 1. ordi. noui. 156. num.  
 21.  
 Lex. 5. tit. 6. lib. 1. ordi. noui. ibi.  
 Lex. 25. tit. 7. lib. 1. ordi. noui. ibi. num.  
 20.  
 Lex. 1. & 2. tit. 5. lib. 8. ordi. noui.  
 Lex. 1. & 5. tit. 3. lib. 1. ordi. noui. 9. col. 1. cū  
 sequent.  
 Lex. 5. tit. 7. parr. 5. 174  
 Lex. 7. tit. 4. lib. 1. ordi. noui. 192. num. 20  
 Lex. 1. tit. 9. par. 7. 208  
 Lex. 1. tit. 19. par. 7. 285  
 Literæ dimissoriæ (quas vulgo *Reuerendas*  
 appellant) ab hinc multis sæculis receptæ  
 sunt.  
 Literæ dimissoriæ quam formam obtinere  
 debent. ibi.  
 Literæ dimissoriæ ab Episcopo originis, do-  
 micilij, vel beneficij sunt concedendæ.  
 ibi.  
 Literæ dimissoriæ concedi possunt ab Epi-  
 scopo electo, & confirmato, nec deside-  
 ratur quòd sit consecratus. ibi.  
 Literæ dimissoriæ à solis Episcopis, & non  
 ab Abbatibus, mittendæ sunt. ibi.  
 Literas dimissorias non tribuit capitulū se-  
 de vacante, nisi in tribus casibus. ibi.  
 Literas dimissorias non mittit Archiepisco-  
 pus subditis suffraganeorum. 94  
 Literæ dimissoriæ morte concedentis mini-  
 mē spirant. ibi.  
 Literis dimissorijs non concessis, in tribus  
 casibus ordinari quis potest ab alieno  
 Episcopo. ibi.  
 Literis dimissorijs non concessis, qui ab  
 alieno Episcopo fuerit ordinatus, qua  
 pœna puniendus sit. 96  
 Literis dimissorijs minimē concessis, nec  
 minores ordines, aut tonsura potest cō-  
 ferri. ibi.  
 Literas alienas aperiens, & eas aduersario  
 ostendens, in falsi crimen incidit. 358.  
 num. 1  
 Literæ delegatorum Apostolicæ sedis, antē  
 illarum executionem, in Hispaniarum  
 regnis, à summis Senatoribus examinā-  
 tur. 156. num. 19  
 Literæ Apostolicæ in derogationem iu-  
 ris patronatus Regij, vel priuatorum,  
 in Hispania minimē executioni tra-  
 duntur, donec Summus Pontifex con-  
 sulatur. ibi. num. 20  
 Ludus taxillorum clericis prohibitus est.  
 219. num. 1  
 Lusor clericus qua pœna puniatur. 220.  
 num. 2  
 Lusor clericus etiam trāfactis duobus men-  
 sibus, Hispaniarum legibus statutis,  
 à iudice Ecclesiastico puniri potest, ibi.  
 num. 3  
 Lusor clericus, iubente superiore, quæsi-  
 ta in ludo restituere tenetur, nec curan-  
 dum est, an tempus Regiarum con-  
 stitutionum trāfactum sit. 221. num.  
 4.  
 Ludus taxillorum an clericis liceat.  
 221.  
 Ludi quam plurima mala. ibi.  
 Lusor clericus, qua pœna in Archie-  
 piscopatu Toletano puniatur. 222  
 Lusor taxillorum, quibus pœnis in Hi-  
 spaniarum regnis sit pleciendus.  
 223. c  
 Ludo perditā ab scholari, restituenda sunt,  
 quamuis terminus Regijs constitutio-  
 nibus præscriptus, effluxerit, quod Sal-  
 manticensis Academia obseruat. 223  
 M.  
**M**alefactorem eripiens, à iudicis po-  
 testate, qua pœna puniatur. 357  
 Malum nomen sinistram suspensionem ge-  
 nerat. 20. & sequen.  
 Manus in seipsum iniicere, nunquam  
 nec obseruandam castitatem licuit.  
 40. num. 10  
 Maritus si post adulterium à muliere com-  
 missum, eam carnaliter cognouit, ea mor-  
 tua, non potest ordinibus insigniri.  
 ibi. num. 3  
 Martinus Bustos sacrorum decretorum  
 professor Salmant. Academiae lauda-  
 tur. 236  
 Matthæi locus. cap. 19. explicatur. 46.  
 num. 9  
 Matrimonium clādestinum dupliciter per-  
 penditur. 233. a  
 Matri-

## Index Materiarum.

- Matrimonij forma quæ hodie seruanda sit, ex decreto concil. Trid. ibi.
- Matrimonij substantia minimè sunt monitiones, quæ decreti conc. Trid. desideratur. ibi.
- Matrimonium licet valeat sine monitionibus, parrochus qui eas omisit, grauiter peccat. 234.
- Matrimonium coràm parrocho, & testibus celebratum valet, quanuis parrochus nullis verbis vtatur. 235.
- Matrimonium coràm parrocho & testibus celebratū valet, licet parrochus dissentiat, & contradicat. ibi.
- Matrimonium coràm parrocho celebratū, cui ab ordinario interdictū est, ne aliquos matrimonio cōiungat, an validum sit. 236.
- Matrimonium celebratum coràm parrocho, qui nō est proprietarius, sed vicarius qui ad nutum ordinarij potest remoueri, an validum sit, quando ordinarius à principio prohibuit. 237.
- Matrimonium celebratum coràm parrocho, qui per vim, vel metum interuenit, vtrum sit validum. ibi.
- Matrimonium celebratū coràm parrocho, qui nec vidit, nec audiuit quæ ageantur, an firmitatem obtineat. ibi.
- Matrimonium celebratum coràm parrocho, qui præter spem, & aliud agens, audiuit verba matrimonialia, an sit iudicandum legitimum. ibi.
- Matrimonium contra formam concilij Tridentini contractum, nullum est: validè tan è postea contrahi potest. ibi.
- Matrimonium contrahentes cōtra conciliū Triden. grauissimè peccant, & quibus pœnis puniendi sunt. 238.
- Matrimonium celebratum à parrocho, extrâ opidū, & propiam parrochiam inter subditos, validum est. 242.
- Matrimonium ab alieno sacerdote celebratū, vt firmitatem obtineat, proprij parrochi expressa licetia desideratur, nec tacita sufficeret. 243.
- Matrimonium ab alieno sacerdote celebratū, vt validum sit, licentia proprij sacerdotis præcedere debet, nec sufficeret quod postea sequatur. ibi.
- Matrimonium quādo coràm proprio parrocho, dicatur celebrari, & quis dicatur proprius parrochus. 244.
- Matrimonium contra formam decreti concilij Trid. contractum non debet ab ordinario in sententia proferenda, de nouo irritari, sed declarari irritum, & nullum à principio fuisse. ibi.
- Matrimonium impediētes, siuè clerici, siuè laici fuerint, grauiter puniendi sunt. ibi.
- Matrimonium vt legitimè cōtrahatur sine monitionibus, in casu concilij Trid. generalis Episcopi vicarius dispēsare potest. 245.
- Matrimonium vt sine monitionibus contrahatur, quæ sint iuste dispensandi causæ, ibi.
- Matrimonij forma definita in decreto concil. Trident. non extenditur ad sponsalia de futuro. 239.
- Matrimonium à principio nascentis Ecclesie, clericis interdictum fuit. 267.a.
- Matrimonium nec apud Baruaros, & incultos homines cōtrahi licebat illis, qui cōtēplationi & Dei ministerio dicati erāt. 268.
- Matrimonium monachis semper fuit prohibitum. ibi.
- Matrimonium cōtractū à religiosis Societatis Iesu, post tria vota emissa, quādiu in ipsa Societate fuerint, nullum est. 269.
- Matrimonium qui contraxerit, dimissa vxore, qua pœna puniatur. ibi.
- Matrimonium secundum contrahens, viuēte coniunge, ab inquisitoribus punitur, & quibus pœnis. 270.
- Matrimonium secundū contrahens viuēte cōiuge, minimè est ipso iure excōmunicatus, ibi.
- Matrimonium secundū contrahēs, quibus pœnis Hispaniarum Regnijs puniatur. 271.
- Matrimonium quò ad Thorum separatur, propter nephandum crimen. 295.
- Medicus salariū publicum habens, potest ab sponte dantibus oblata recipere. 107.
- Membrū quod proprie dicatur. 347. num. 2.
- Missa vnica à clerico celebrāda est. 114. n. 1.
- Missas plures ex quibus causis, eadem die clerico celebrare liceat. 115. a.
- Missa priuatis domibus non licet celebrari. 118. num.
- Missa si in priuato loco celebretur, qua pœna clericus celebrans sit puniendus, ibi. 1.
- numer.

## Index Materiaram.

- Missa post concilium Tridentinum, antè lu-  
 cem non debet celebrari, nec valet con-  
 suetudo in contrarium. 128. num. 1.  
 Missa antè diem, ex causa celebrari licet.  
 128. num. 3  
 Missa vsquè ad quam horam, post meridiè  
 possit celebrari, ibi. num. 4  
 Missa audienda non est à clerico publico,  
 & notorio concubinario. 259. numer. 2.  
 fol. 262.  
 Monialem carnaliter cognoscens, quatuor  
 crimina committites. 274. a.  
 Monialem carnaliter cognoscit, àn de vno  
 quoquè crimine, segregatin possit accusa-  
 ri. ibi.  
 Monialem carnaliter cognoscens, à simpli-  
 ci sacerdote, minime potest absolui, quia  
 Absolutio Episcopo reseruata est. ibi.  
 Monialem carnaliter cognoscens, quibus  
 pœnis in iudicio seculari, & in Hyspa-  
 niarum Regnijs puniatur. ibi.  
 Monialem carnaliter cognoscens, Mediola-  
 nensi dominio, & Italiz prouincijs, pœ-  
 na mortis puniatur. 275.
- N.
- N**egotiatio multis nominibus clericis  
 est, interdicta. 164. num. 1. & fol. seq.  
 Negotiatio clericis interdicta est, quando  
 ipsi personaliter exercent. 166.  
 Negotiatio clericis interdicta nõ est, quan-  
 do subest necessitas. ibi.  
 Negotiator clericus quis dicatur. ibi.  
 Negotiator clericus minimè dicitur, qui fru-  
 ctus sui beneficij, vel perceptos ex pro-  
 prijs fundis vendit. 167.  
 Negotiator clericus, qui in negotiationis  
 munere delinquit, à iudicè Ecclesiastico  
 puniri debet. ibi.  
 Nefandi criminis grauitas vide in verbo so-  
 domia.  
 Nephyri qui dicantur. 67. num. 1  
 Neophytus non potest sacris ordinibus in-  
 signiri, ibi. num. 2.  
 Neophytus quando ad Ecclesiasticos ordi-  
 ne potest promoueri. 69. num. 7.  
 Neophytus contri Christianum, testis esse  
 non potest, ibi. num. 5.  
 Neophytus is dicitur, qui nupèr religionè  
 ingressus est. 77. num. 25
- Neophytis officia secularia interdicta sunt.  
 68. num. 3.  
 Nobilis non recantat palinodiam. 209.  
 Notarius àn pro ordinis instrumento, mer-  
 cedem aliquam possit recipere. 101  
 Notarius vide latè in verbo Tabellio.  
 Nuptiæ secudè minime possunt benedicti.  
 246. num. 1  
 Nuptias secundas si clericus benedixerit,  
 qua pœna puniatur. 239. num. 2.  
 Nuptiæ benedictendè non sunt, temporibus  
 ab Ecclesia prohibitis. ibi.  
 Nuptias prohibitis temporibus clericus be-  
 nedictes, qua pœna puniatur, nec non cè-  
 trahentes. 246.
- O.
- O**bligati ad publica ratiocinia, non  
 possunt ordinari. 59. num. 1.  
 Obligati ad priuata ratiocinia, sacris ordi-  
 nibus possunt insigniri. 60. num. 3  
 Obligatus ad publica ratiocinia, præstita fi-  
 deiussione potest ordinari. 61. num. 6.  
 Officia curiarum Ecclesiasticarum non pos-  
 sunt locari. 10. num. 2. & fol. 12. b.  
 Officium diuinum à clericis recitandum, est  
 non recitantium pœna. 163. num. 1.  
 Officium diuinum non recitans, fructus re-  
 stituere tenetur. ibi.  
 Officium diuinum dicere tenentur clerici,  
 quamuis in publicis Gynasijs literis in-  
 cumbant. 164.  
 Officialis Episcopi quis dicatur. 5. num. 1.  
 Officialis Episcopi in quo à vicario gene-  
 rali differat. ibi.  
 Officialis Episcopi, vt corrigere, & punire  
 crimina possit, potestas expressa sibi est  
 demandanda, ibi. num. 2.  
 Officialis Episcoporum per se ipsos, iam de  
 clericorum causis criminalibus cognos-  
 cunt. 6. num. 6  
 Officiales Episcoporum ex generali manda-  
 to, inquirere possunt, ibi. num. 3  
 Officia secularia neophytis sunt prohibita.  
 68. num. 3.  
 Offensus si dixit se nolle accusare, àn postea  
 accusare volens sit audiendus. 17. nu. 10.  
 Ordinari nullus debet per saltum. 80. nu. 1.  
 Ordinatus per saltum ordinis caret execu-  
 tione, ibi. numer. 2.
- Ordina-

# Index Materiarum.

- Ordinatus si aliquis fuerit per saltum. an possit cum eo Episcopus dispensare. 81. numero. 3
- Ordinatus in maioribus ordinibus, & eorum titulum ostendens, in minoribus legitime ordinatus presumitur. 82. a.
- Ordinatus per saltum characterem ordinis recipit, non vero ordinis executionem. 83. num. 1
- Ordinari nullus potest, absque mortali crimine, non suscepto confirmationis sacramento. 81. a.
- Ordinari nullus debet furtive. 83. num. 1
- Ordinatus furtive qua poena puniatur, ibi. numer. 2.
- Ordines Ecclesiastici, diuersis diebus sunt conferendi. 85. c.
- Ordinatus extra tempora, vel ante legitimam aetatem, vel ab alieno Episcopo, ordinis executione suspendendus est. 86. numero. 1
- Ordinatus aliquo de praedictis tribus modis, hodie ipso iure suspensus est, & celebras efficitur irregularis. 87. num. 2
- Ordinatus ante legitimam aetatem, an cogatur continere. 88. num. 4
- Ordines minores quo tempore debeant conferri. 89. a.
- Ordines sacri, non nisi Sabbatis quatuor tempore conferri debent, ibi.
- Ordines sacri qua ratione, dictis temporibus, & non in alijs, conferantur. ibi.
- Ordines sacri duobus casibus, ad Dominicos dies possunt transferri. 90.
- Ordines sacri quocunque tempore, a Pontifice Romano conferuntur. ibi.
- Ordines singuli qua aetate debeant conferri. 92. b.
- Ordinatus ante legitimam aetatem, an ea su per beniente possit ministrare. 92.
- Ordinatus a Simoniacis non recipit ordinis executionem. 100. num. 1
- Ordines sacri, minores, & prima tonsura, sine praetio, vel mercede conferri debent, ibi. a.
- Ordinatus ab excommunicato characterem ordinis recipit, non vero executionem. 101. numer. 2
- Ordinatus ab Episcopo haeretico forma Ecclesiae seruata, characterem ordinis rescipit, non autem executionem. 102. numero. 10.
- Ordinatus a suspenso, non recipit ordinis executionem, quamuis characterem recipiat. 103. num. 1
- Ordinatus ab Episcopo qui loco simul, & dignitati renuntiavit, executionem ordinis minime recipit. ibi.
- Ordinis sacramentum interdicti tempore non potest conferri. 104. num. 1.
- Ordinatus praebiteratus ordine, interdicti tempore, irregularis est. 105. numero. 6.
- Ornamenta Ecclesiae comodari non possunt & qua poena transgressores puniuntur. 121. c.
- P.
- P**apa an in beneficiorum pluralitate, possit dispensare. 132. num. 4.
- Papa potest poenam mortis imponere statuendo, non vero exequendo. 184. num. 4.
- Papae scribenti pro illiterato, obtemperandum non est. 62. num. 5
- Papa quocunque tempore ordine s conferat. 90
- Parrochus propius ad matrimonij celebrationem quis proprie dicatur. 244.
- Parrochus qui extra opidum subditos nulla interueniente causa coniungit, arbitraria poena punitur. 242.
- Parrochus, vel sacerdos qui alienos coniungit, vel benedixit, ipso iure suspensus est, ibi.
- Parrochus cuius negligentia infirmus, non receptis sacramentis decessit, ab officio remouendus est. 125.
- Parrochiam habens Ecclesiam, si intra annum non promouetur, ipso iure ea est priuatus. 146. num. 1.
- Parrochialis Ecclesiae priuatio, vt in casu superiori locum obtineat, annus a quo tempore, currere incipiat, ibi. numero. 2.
- Parrochiam habens, intra annum ab ordinario moneri potest, vt promoueatur. 147. num. 4
- Parrochiam habens, dato iusto impedimento, a poena excusatur. 146. num. 3.

## Index Materiarum.

- Parrochialem Ecclesiam habens, si intra annum coram ordinario comparuit, qui noluit illum propter scientiæ defectum, vel aliam causam ordinare, in nullam pœnam incidit. 147. a.
- Parrochialem Ecclesiam obtinens, in nullam incidit pœnam, donec annus lapsus sit, & vltima anni die potest ordinari. 146.
- Parrochialem Ecclesiam habens, sacrorum canonum pœna nõ punitur si pacificam possessionem, parrochialis Ecclesiæ, minimè fuerit consecutus, ibi. b
- Parrochialem Ecclesiam habens, an excusetur a pœna, propter impedimentum, quod in fini anni superuenit, ibi
- Parricidij crimen grauissimum. 335
- Penitentia solennis ab ordinibus sacris repellit. 78. num. 1
- Penitentia solennis an hodie in vso sit. 79. b
- Pater usufructum retinet in bonis filij ante clericatum quæsitis. 455. g.
- Pœnitentia publica moribus recepta est. 80. b.
- Penitentia solennis impedimentum ad sacros ordines, an Episcopi dispensatione tolli possit. 78. num. 3
- Pœna amissionis naturalitatis, & bonorum temporalium, in his Hispaniarum Regnijs, contra clericos est frequentissima. 155. numer. 18
- Pœna per legem secularem statuta, contra arma deferentes, an clericos comprehendat. 167
- Pœna priuationis beneficii imponi non potest, nisi in iure exprimatur. 445. numero. 1
- Pœna priuationis beneficii, in sententia expressè exprimenda est, ibi. num. 3
- Pœna priuationis beneficiorum, an extendatur ad beneficium, quod priuatus extra iurisdictionem habet. 446. numero. 4.
- Pœna priuationis beneficiorum, an extendatur ad fructuum restitutionem, ibi. numero. 5. & 6.
- Pœna verberorum in clericorum personis, qua ratione sacris canonibus fuit instituta. 456. num. 1
- Pœna verberorum contra clericos, non nisi pro magnis criminibus imponenda est ibi. num. 2
- Pœna verberorum contra clericos, secularium ministerio exequenda non est, ibi. numer. 3
- Pœna verberorum imposita ab Ecclesiasticis iudicibus, quamuis sanguinis effusio interueniat, nulla irregularitas contrahitur, ibi, num. 4
- Pœna verberorum nec Hispania, nec in Regno Franciæ nec in Mediolanensi domino, contra clericos recepta est. 457. a.
- Pœna pecuniaria a iudicibus Ecclesiasticis imponitur. 481. num. 1
- Pœna pecuniaria retineri potest, a iudice Ecclesiastico, quando, per legem, vel statutum sibi defertur. 482. num. 3.
- Pœna pecuniaria si solui non potest, a clerico, non est corporali plectendus ibi. nu. 4.
- Pœna pecuniaria ab inquisitoribus imponitur. 483.
- Pœna corporalis rarissimè clericis imponenda est. 484
- Pœna treremium an possit imponi, ab Ecclesiasticis iudicibus. 485. num. 3. & fol. 487.
- Pœna mihrationis ab Ecclesiastico iudice imponi potest. 485. num. 2
- Pœnis imponendis consuetudo attendenda est. 490. b.
- Pœna quando iure non est statuta, arbitrio iudicis relinquatur. 491. num. 1
- Pœnis arbitrarijs imponendis, multa sunt a iudicibus obseruanda. 492. b.
- Pœna arbitraria an vsquè ad mortem extendi possit, ibi. num. 4. & fol. 493. d.
- Pœna legalis an ex causa possit moderari. 487. num. 1
- Pœna legalis ex causa a iudice inferiori moderatur. 488.
- Pœna delicti si iure expressa non reperitur, qua pœna tunc clericus sit puniendus. 487. numer. 3
- Pœna tex. in cap. feliceis de pœnis libr. 6. an habeat locum contra illum, qui contumeliosa verba in Cardinalè protulit. 205. numer. 3
- Pœna tex. in c. 1. de homici. libr. 6. an in percussoribus, locum habeat. 337. num. 6.

## Index Materiarum.

- P**ena dicti cap. i. vtrum locum habeat, si mors sequuta non sit. ibi num. 6.
- P**ena legalis in animæ iudicio locum non habet. 199
- P**eriurij crimen grauissimum est. 318. a.
- P**erius clericus officio, & beneficio, deponendus est. 316. num. 1
- P**erius clericus an sit ipso iure beneficio priuatus. 317. num. 3. & fol. 318. c.
- P**erius an is censeatur, qui promissionem fide confirmatâ, nõ adimpleuit. 317. nu. 2
- P**erius an pendente accusatione, possit beneficio renuntiare. 318. c.
- P**erium sine dolo commissum, ordinaria criminis poena, non punitur. 319
- P**erium nec ordinaria poena punitur, propter difficultatem adimplendi iuramentum. ibi.
- P**erius laicus a iudice Ecclesiastico punitur. ibi.
- P**eriuo beneficij collectio facta, an sit nulla ipso iure. ibi.
- P**erius ordinaria criminis poena non punitur, quando per inquisitionem proceditur. 322.
- P**iscatio clericis interdicitur non est. 213
- P**iscatione clerici vti non possunt, temporibus Regijs Hispaniæ constitutionibus prohibitis. ibi.
- P**relatus qui compertum habet, quod clericus concubinarius efficeretur deterior, si præcisè compelleretur dimittere concubinam, poterit sine peccato ad tempus tollerare. 262. num. 4
- P**rima tonsura an vnus testis testimonio probetur. 191. num. 17
- P**roxeneta illicitorum contractuum, qua poena puniatur. 176
- P**ublicani gabellas a clericis indebitè exigentes, qua poena puniantur. 176.
- P**urgatio canonica accusatore apparente iudici non debet. 495. numer. 1
- P**urgatio canonica iudicis arbitrio relicta est. ibi. num. 3
- P**urgatio canonica quibus modis, & qua forma facienda est. 496. numer. 4. & sequenti.
- P**urgatus semel de aliquo crimine, vtrum de eodem possit postea accusari. ibi. n. 11
- P**urgatio canonica quando indicenda est, multa a iudicibus Ecclesiasticis sunt præcauenda. 497. num. 13
- P**urgatio canonica antiquitus summæ fuit vtilitatis. 497. in annot.
- P**urgatione canonica ad remouendum scandalum, multi Summi Pontifices, de grauissimis criminibus infamati, vsi fuerunt. ibi.
- P**urgatione canonica deficiens, punitur vt conuictus. 498. num. 1
- P**urgatione canonica si clericus defecerit, & traditus fuerit curiæ seculari, poena ordinaria puniri non debet. 499. num. 4
- P**urgatio canonica in vsu non est, vel raro ea vtendum. 500. num. 5. & fol. 498.
- P**uteus vulgaritè dictus de *sanctorcaz* an olim fuerit carcer clericorum Diœce. *Tolet.*
- Q.**
- Q**uando de domicilio fit mentio, de habitationis domicilio intelligitur. 24. numer. 2
- Q**uæ sita a clericis ex illicita negociatione, in vsus pauperum sunt eroganda. 165. numero. 2
- Q**uæ sita ex illicita venatione, in animæ iudicio restuenda non sunt. 214. b.
- Q**uæ crimina digna sunt depositione, iudicis arbitrio relinquitur. 459. nu. 3
- Q**ui solennem egerit penitentiam irregularis est. 78. num. 1
- Q**uomodò olim prohibitum fuit clericis secularibus officijs vacare. 178. num. 3
- R.**
- R**aptores bonorum Ecclesiarum, quibus poenis puniantur. 361.
- R**aptores mulierum matrimonij. causa, ipso iure excommunicati sunt. 257
- R**aptores clerici mulierum, causa matrimonij, ex concil. Triden. decreto, de proprio gradu sunt deiiciendi. ibi.
- R**ebaptizatus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri. 36. num. 1
- R**ebaptizatus qua poena puniendus sit. ibi num. 2
- R**ebaptizatus non solum a principio irregularitatem contrahit, sed si postea sciens raptam habuerit. 37. b.
- Re-

## Index Materiarum.

- Rebaptizatus metu cadenti in constantem  
verum, an sit irregularis. ibi.
- Rebaptizatus ea conditione, si est baptiza-  
tus &c. quando ab irregularitate sit im-  
munis. ibi.
- Rebaptizatus iusta ignorantia, irregularis  
non est, nec rebaptizans. 39. col. 1.
- Receptores curiarum Ecclesiasticarum, ut  
implurimum mali, & longè à tribunalibus  
repellendi sunt. 4.
- Receptoribus ab Ecclesiasticis tribunalibus  
expulsis, saluberrimum traditur consi-  
lium, quo dicta tribunalia probè, & inte-  
gerimè gubernentur. ibi.
- Religio Societatis Iesu laudatur. 269
- Residètia personalis in omnibus beneficijs  
desideratur. 141. num. 1. cum sequen.
- Residentia hodiè ex nouissimo concilio  
Triden. & ex Romanorum Pontificum  
decretis in beneficijs omnibus curam ha-  
bentibus animarum, sub multarum pe-  
narum impositione desideratur. 142. a.
- A residètia personali parrochus excusatur,  
per duos menses, ex causa quæ sibi iusta  
videatur, nec ordinarij licentia requiri-  
tur. 143
- A residentia parrochus. 24. casibus excusa-  
tur. 144
- A residentia excusat prælectio, vel profes-  
sio Theologiae. ibi.
- A residentia excusat factorum canonum  
proffessio. ibi.
- A residentia non excusat cæterarum scien-  
tiarum proffessio, nisi propiè Episcopi li-  
centia accesserit. ibi.
- A residentia excusat iussus Roma. Pontifi.  
quando aliquem coràm se comperere iu-  
bet. ibi.
- A residentia excusat Episcopi obsequium  
quo ad duos canonicos. ibi.
- A residentia non excusantur scriptores bul-  
larum, vel procuratores Romanæ curiæ.  
ibi.
- A residentia excusat absentia quæ contin-  
git, gratia congregationis generalis con-  
cilij. ibi.
- A residentia aduersa valetulo excusat, ibi.
- A residètia necessitas Ecclesiæ excusat, ibi.
- A residètia graues inimicitie excusant, ibi.
- Reus qua forma à iudice de crimine sit in-  
terrogandus. 425. a.
- Reus an teneatur delictum confiteri iudici  
interroganti. 426
- Reus non potest absolui à sacerdote, nisi  
animo conceperit, veritatem patefacere.  
428
- Reus si iudici interroganti non respondet,  
quid hoc casu iudex facere debeat, ibi.
- Reus statim & sinè mora cõfiteri tenetur, ibi.
- Reus de crimine conuinctus, licet iniuste  
torqueatur, crimen tamen confiteri tene-  
tur. ibi.
- Reus iuxta mentem iudicis iuterrogãtis res-  
pondere debet, & non captiosis verbis  
vti. 429.
- Reus non tenetur iudici respondere, quan-  
do exemptus est ab illius iurisdictione,  
quia clericus, scholaris, aut indebitè ab Ec-  
clesia extractus. ibi.
- Reus vt possit à iudice intorrogari, quæ  
probatio criminis contrà eum debet præ-  
cedere, ibi.
- Reus in causa capilati, an excusari possit à  
crimine confitendo, quando de suo ho-  
nore, & fama controuertitur. ibi.
- Reus de occulto crimine a iudice non po-  
test interrogari. 430
- Reus etiam in causis fidei de occulto crimi-  
ne non interrogatur, nisi ex propria con-  
fessione, ad hoc causam dederit. ibi.
- Reus si factò fuerit à iudice interrogatus, nõ  
tenetur respondere. 431.
- Reus in casu dubij, an iudici interoganti te-  
neatur respondere. 432.
- Reus vt possit a iudice interrogari, an indi-  
ciorum illi copia danda sit. ibi.
- Reus si à crimine absoluitur an possit expen-  
sis condemnari. 521. a.
- S.
- S**acramentum Eucharistiæ, summa dili-  
gentia, & veneratione, custodiendú est  
125. num. 2.
- Sacramenta altaris, minimè debent, nisi  
à ieiunis celebrari. 113. num. 1.
- Sacramentum ordinis, interdicti tempore,  
non

## Index Materialium

- non potest celebrari. 140. num. 1.
- Sacramentum confirmationis bis suscipiens an sit irregularis. 38. col. 1
- Sacrilegij definitio. 301. num. 1
- Sacrilegus clericus deponendus est, ibi. numero. 2.
- Sacrilegus laicus à iudice Ecclesiastico punitur, & qua poena. 302.
- Sacrilegus laicus à iudice seculari punitur. ibi.
- Sacrilegus ad Ecclesiasticos ordines, nō potest promoueri. ibi.
- Sacrilegus immunitate Ecclesiæ non gaudet. ibi.
- Sacrilegij causa laicus clerici percussor, à iudice Ecclesiastico punitur, non verò quādo iniuriosa verba tantum protulit. 303.
- Sacrilegij crimine vterque Iudex procedit, Ecclesiasticus, nempe & secularis, ad imponendas poenas suo foro statutas, non obstantē preuentione, vel condensatione ab altero facta. 304.
- Sacrilegij crimine casu supra constituto, laicus iudex minimè tenetur stare processit, ab Ecclesiastico facto. 302.
- Sacrilegij quatuor species constituuntur. 301. num. 3.
- Sacrilegus laicus an possit à iudice Ecclesiastico capi, & in carcerem mitti. 302.
- Sacerdos reuelans sacramentalē confessionem qua poena puniatur. 364
- Sacerdos sacramentalem confessionem reuelat, quando asseuerat, aliquem habere peccatum aliquod, à quo ipse absolueri non potest. 365. num. 3
- Sacerdoti asseueranti, se habere licentiam reuelandi sacramentalem confessionem, an fides ei prestanda sit. 356. num. 4.
- Sacerdoti reuelanti confessionem sacramentalem, nulla fides prestanda est. 369.
- Sacerdos si in testem producat, iurare potest se nihil scire, ex his quæ sacramentali confessione nouit. ibi.
- Sacerdos iuete superiorie, patefacere tenetur id de quo interrogatur, quando nō solum nouit, in confessione sacramentali, sed alia via compertum habuit. ibi.
- Sacerdos non dicitur sacramentalem confessionem reuelare, quando aliquem sacramentaliter absoluisse fatetur. ibi.
- Sacerdoti asseueranti aliquem à suis peccatis absoluisse an ei fides sit prestanda. 369
- Schismaticus clericus qua poena puniatur. 379.
- Schismæ definitio eiusque grauitas. 380.
- Scholasticus nuncupatus Albornoz grauitè reprehenditur. 241
- Sententia absolutoria super denūtiatis prolata, vtrum proficiat sicut prolata super accusatis. 17. num. 8
- Seruus non potest sacris ordinibus insigniri. 57. num. 1.
- Sigillum de alienis literis remouens, poena falsi punitur. 359. a.
- Simonie definitio scribitur. 312. & 313.
- Simonie crimē merè Ecclesiasticū est. 314.
- Simonie crimen signis, & coniecturis probatur. ibi. b.
- Simoniacus non recipit ordinis executionem, ibi. c.
- Simonia nec mentalis, nec conuentionalis, si realis non fuerit, minimè priuationem inducit. 314. d.
- Simoniacus in ordine, & beneficio, ipso iure excommunicatus est. 315.
- Simoniacus non est censendus, quo ad excommunicationem incurrendam, qui cōducit, aut emit vicariam, spirituales iurisdictionem habentem, ibi.
- Simoniacus est qui aliquid pro ordinum collatione rescipit, etiā pro prima tonsura, pro literis dimissorijs, testimonijs, vel pro sigillo. 315.
- Simoniacus non est censendus, qui subceptis ordinibus, aliquid dat. ibi.
- Simonia licet committatur in emptione, vel venditione pensionis, non tamē hoc casu sententia excommunicationis incurritur. ibi.
- Simonie crimen (quod confidentiæ appellant) grauissimum est, & quibus modis committatur. ibi.
- Synodalis Salmantina constitutio interpretatur. 239.
- Synodalis constitutio Toletana declaratur. 238.
- Synodalis Toletana constitutio enucleatur. 241.



## Index Materiaram!

- Sodomiz crimen grauissimum est. 294. a.
- Sodomiz criminis grauissimæ pœnæ diuersarum gentium. ibi.
- Sodomiz crimen qua ratione mutum, & nephandum, Hispani iuste appellant. 295
- Sodomiz criminis causa, tempestates, & innumeræ calamitates proueniunt. ibi.
- Sodomitæ quare filij diffidentiz nuncupentur. ibi.
- Sodomitæ omnes nocte sanctissima Natiuitatis Christi decellerunt. ibi.
- Sodomiz crimen quando committitur, Diabolus fugit, cum nec tam horrendum crimen cernere possit. ibi.
- Sodomiz causa matrimonium quò ad thorum separatur. ibi.
- Sodomitis an sit aduocatus constituendus. 296.
- Sodomiz crimen omni tempore pœna ultimi supplicij punitum fuit. ibi.
- Sodomitæ igne comburuntur. ibi.
- Sodomitæ bonis omnibus ipso iure priuantur. ibi.
- Sodomitæ an illis tantum bonis per confiscationem priuentur, quæ tempore commissi criminis obtinebant, an etiã post delictum quæsitis. 297.
- Sodomiz crimen cum hæresi connexionem habere videtur. ibi.
- Sodomiz crimine Inquisitores hæreticæ prauitatis iurisdictionem habent, in Regno Aragoniæ, & Valentiz. ibi.
- Sodomitæ an testamentum facere possint. 298.
- Sodomita clericus antiquitus depositus in monasterium detrudebatur. 294. numero. 2
- Sodomita clericus ex noua Pij Quinti constitutione, seculari curi traditur. 299
- Sodomita occultus, & etiam peracta penitentia, suspensus est ordinis executione, & interim celebrans, efficitur irregularis. 299.
- Sodomita non dicitur quis, quo ad criminis ordinariam pœnã, ex extraordinaria pollutione, sed ex illa tantum, quæ est contra naturam. 301.
- Sodomita laicus à iudice Ecclesiastico puni- tur. 299.
- Sortilegi qui proprie dicantur. 361. num. 1
- Sortilegus clericus qua pœna puniatur. ibi.
- Sortilegus laicus à iudice Ecclesiastico puni- tur, & qua pœna. 364. b.
- Sortilegi, & diuinatores, accriter confutan- tur. 363. a.
- Statutum Toletanæ vrbis, ab increpatione Montalui Hispani defenditur. 75. nume- ro. 18
- Statutum sanctissimæ Ecclesiæ Toletanæ la- tissimè defenditur, contra Henrri. Maur. Franciscanum 76. num. 19
- Statutu item sanctissimæ Genensis. Ecclesiæ defenditur. ibi.
- Statutum secularium puniens damna illata in prædijs, clericorum animalia vtrum cõ- præhendat. 172
- Statuto laicorũ sanciri potest, quòd vermes, vel locustæ à prædijs clericorum suis expel- lis expellantur. ibi.
- Statutum prohibens nè extrã tetritorium vi- num deferatur, vtrum clericos compre- hendat. 171
- Stupri diffinitio. 278. num. 1
- Stuprans virginem qua pœna puniatur. ibi- num. 2
- Stuprans virginem voluntariam, vtrum ali- qua pœna puniendus sit. 279. num. 4
- Stuprans virginem voluntariam, an in ani- mæ iudicio aliquid satisfacere teneatur, ibi num. 5. & latius fol. 283. c.
- Stupratæ virginis consensus, stupratorem non liberat, à dotis præstatione quando ipsa sub parentis, tutoris, vel curatoris po- testate constituta est. ibi.
- Stuprum virgini consentienti, importunis tamen præcibus, dos præstanda est. 258.
- Stuprator virginis voluntariæ, resarcire dà- num tenetur, quando ipse stuprum publi- cavit. 283
- Stupri damnum resarciendum est, si de eo in processu constat & stuprator condenari debet, licet, à parte non fuerit petitum. 282.
- Stuprator qui allegat mulierem antea corru- ptã, fuisse, probare debet, quia puella vir- go se mpr præsumitur. ibi.
- Stuprator qualem dotem constituere tene- tur. 285

Stuprator non tenetur integram dotem constituere, sed damnū illatum resarcire. ibi.  
 Stuprum à clerico commissum cum virgine immatura, ordinaria criminis pœna non punitur. 282  
 Stuprum àn cum vidua, honestè viuēte committatur. 282  
 Suspendus propter crimen, si de facto celebrat, irregularis est. 88. num. 3  
 Suspendio quæ imponitur propter crimen, differt ab ea quæ imponitur propter cōtumaciam. ibi. num. 2  
 Suspendus ab officio, non censetur à beneficio suspendus. 443. num. 3  
 Suspendus à iure, si de facto celebrat, efficitur irregularis. ibi. num. 4  
 Suspendio alia temporalis, alia perpetua. ibi. num. 5  
 Suspendus propter peccatum, celebrās non contrahit irregularitatem. 444

T.

**T**Abellionum animus corruptus punitiōnem delictorum impedit. 3. nu. 2  
 Tabellionum imperitia destruit mundum, & multorum conscientias in magno delictum criminis constituit. ibi. b.  
 Tabelliones seu notarij imperiti, vel in officio delinquentes priuandi sunt, vel ad tempus ab officio remouendi. ibi.  
 Tabelliones seu notarij Apostolici nisi præ uio examine ordinarij non possunt in Archiepiscopatu Toletano officiū suum exercere. ibi.  
 Tabellionum seu notariorū officium, an vile sit iudicandum. 179. num. 1  
 Tabellionatus officium clerici possunt exercere. ibi. num. 1  
 Tabellionatus officium, clerici exercentes suis beneficijs priuandi sunt. ibi.  
 Tabellionatus officium clerici beneficiati in minoribus ordinibus constituti exercere prohibentur. ibi.  
 Tabellio si ad clericatum promoueatur licet non possit nouas rogationes (quas appellant) recipere vetera tamen instrumenta perficere potest. ibi.  
 Tabellio siue notarius qui pœna falsi ab Episcopo fuit condemnatus, & postea per eū restituatur àn instrumenta ab eo

confecta firmitatē obtineant. 180. nu. 5  
 Tabellionis seu notarij officium Romæ in publicis Ecclesiasticis tribunalibus clerici possunt exercere. ibi. c  
 Tabernarum ingressus clericis prohibitus est, nisi causa peregrinationis. 254. n. 3  
 Taurorum agitationibus clerici non possunt interesse. 230. num. 3  
 Taurorum agitationibus si clerici interfuerint, mortalitèr peccant. 231  
 Taurorum agitationibus si clerici interfuerint, arbitraria pœna puniendi sunt. ibi.  
 Taurorum agitatio an absque crimine fiat. 230.  
 Testis falsus grauissimū crimen committit. 320. a  
 Testis falsus in Hispaniarum regnis Tallionis pœna punitur. 320. nu. 2. & fol. 322. b  
 Testis falsus in sacris inquisitionis tribunalibus tallionis pœna puniuntur. ibi.  
 Testis falsus in Romanę inquisitionis generalis prætorio qua pœna puniatur. 323.  
 Testis falsus ordinaria criminis pœna nō punitur, quādo falsitas nociua nō est. 320  
 Testis qui circa accidentalibus causa falsum commisit pœna ordinaria non punitur. 321  
 Testis falsus non punitur ordinaria pœna, quādo falsitas sine dolo commissa est. ibi.  
 Testis falsus similiter non punitur pœna ordinaria, quādo per inquisitionē proceditur. 322  
 Testis falsus qui coram iudice Ecclesiastico falsum deposuit, ab ipso punitur. 324  
 Testis non potest esse clericus in causis criminalibus, coram iudice seculari, etiam protestatione interueniente, ne ad pœnam mortis vel membri mutilationem procedatur. 345. num. 21  
 Testis clericus esse non potest in causis criminalibus coram iudice seculari, quamuis pœna mortis, vel membri mutilationis non sequatur. ibi.  
 Testis clericus esse potest in criminalibus causis, ad probandam rei innocentiam. 343. num. 23


Testis


- Testis clericus in criminalibus causis esse non potest, etiam in fauorem rei absque iudicis Ecclesiastici licentia.** ibi.
- Testis clericus absque aliqua licentia in criminalibus causis coram iudice Ecclesiastico esse potest.** 346. numero. 23
- Testis clericus vel regularis, qui de facto testimonium protulit in causis criminalibus, quamuis puniendus sit eius tamen testimonium non vitatur.** ibi.
- Testis laicus contra clericum esse non potest.** 436
- Testes duo an in crimine hæresis sufficiant.** 438
- Testes in crimine hæresis non publicantur.** 439
- Testis corpore vitatus contra clericum in criminali causa esse non potest.** 437. numero. 4.
- Testes in grauissimis criminibus in quibus vertitur timor publicationis, an debeant publicari.** 439
- Testes publicandi sunt quamuis in sententia, qua causa ad probationem admittitur dictum fuerit cum onere publicationis & conclusionis.** 433
- Testes de auditu, vel de alijs indicijs deponentibus, in antiquis circa generis labem probant.** 76. num. 20
- Testes de qualitate generis pro militari dignitate consequenda, vel collegiorum ingressu deponentes publicandi non sunt.** 77. num. 21
- Titulus necessarius est ad Sacrorum Ordinum susceptionem.** 50. num. 1
- Titulus legitimus non oritur ex eo beneficio, quod tenue est, nec sufficit ad humane vitæ sustentationem.** 25. num. 4
- Titulus minimè desideratur, quando quis ad minores ordines promouetur.** ibi. n. 5
- Titulus præsens ad Sacros Ordines necessarius est, nec sufficit qui in futurum speratur.** 53. num. 6
- Titulus coadiutorie an sit legitimus.** ibi. numero. 7.
- Titulus legitimus censendus non est qui procedit ex vicaria temporalis, vel ex beneficio Manuali.** ibi. num. 8
- Titulus an legitimus iudicandus sit, qui procedit ex capellania.** 54. num. 9
- Titulum legitimum habere dicitur, qui præstimonium obtinet.** ibi. num. 10
- Titulum an is dicatur habere qui pensionem obtinet.** ibi. num. 10
- Titulo ficto qui ordinatur, qua pœna punietur.** 55. num. 12.
- Tituli remissio post sacros susceptos ordines, nullo pacto ante ordinationem facta, nec irregularitatem, nec suspensionem inducit.** 55. num. 13
- Titulus patrimonij an priuilegia bonorum Ecclesie obtineat.** ibi, num. 14
- Titulum doctoratus ostendes, in cæteris, præsumitur insignitus.** 82. 2
- Toletana ciuitas quondam Regia nuncupabatur.** 76. num. 18
- Tonsura clericorum antiquissima est in Dei Ecclesia contra inpios hæreticos ostenditur.** 251
- Tonsura maiori Episcopi & Religiosi quæ clericis vtuntur, & quæ sit ratio.** 252
- Tondere capillos semper ab illis receptum fuit, qui se Deo consecrarent.** 252
- Tonsura clericorum quam significationem habeat.** 251
- Tondere comam, & barbam radere Deus Opt. Max. Leuit. c. 19. prohibuit, & quæ fuerit ratio.** 252
- Tonsuram apertam deferre non tenentur clerici ea initiati, qui priuilegia clericorum non gaudent.** 253
- Tonsuram clericalem si clerici non gestauerint mortaliter peccant.** 250. num. 1
- Torqueri clericus iure non potest.** 417
- Torqueri clericus potest, quamuis nulla infamia præcesserit.** 422. 2
- Tortura an possit imponi ex sola confessione extraiudiciali.** 418. num. 2
- Tortura in secunda instancia peti potest.** 419. num. 5
- Torqueri an is possit, qui vacillat in testimonio.** 421. num. 9
- Torturæ modus si excedatur, ad quid iudex teneatur.** 421. num. 10
- Tortura clericorum non debet esse tam seua sicut laicorum.** 420. num. 6
- Torqueri per laicum an possit clericus**

- cus sui Prælati iussu. *ibi.*
- Tortura quando contra clericum imponitur, an prius debeat degradari. 419. numero. 4.
- V.
- V**agabundus quis dicatur. 25. *d*
- Vagabundus an sit remittendus ad locum commissi criminis. 24. & seq. *d*
- Venatio clericis interdicta est. 210. num. 1
- Venatio sanitatis, vel recreationis causa, an clericis liceat. 212. num. 6
- Venatio adeò clericis interdicta est, quod in contrarium consuetudo introduci nò potest. 211. num. 5
- Venatio an permittatur clericis, in minoribus ordinibus constitutis. 210. num. 3
- Venatio an licita sit Episcopis. 212. *d*
- Venatio interdicta est clericis temporibus Regijs Hispaniæ constitutionibus prohibitis. 213
- Venatio licet dictis temporibus clericis sit interdicta, non tamen præcisè condemnari debent pœnis Regijs constitutionibus stabilitis. *ibi*
- Venationi operam dantes, quamvis clerici sint, expoliari possunt à iudicibus secularibus, & ipsorum ministris aibus, canonibus, & alijs instrumentis prohibitis. *ibi.*
- Venatione illicita quæ acquisita sunt, in animæ iudicio non sunt restituenda. 214
- Veneno qui occidit, dicitur proditoriè occidere. 330. num. 1
- Venenum qui emit ad occidendum, sed pœnituit, extraordinaria criminis pœna puniendus est. 331. *b*
- Venenum qui alicui dedit, ut eum interficeret, sed adhibitis medicamentis mortem effugit pœna mortis ordinaria puniatur. *ibi.*
- Venefici criminis grauitas. 330. nu. 3
- Veneficus clericus, qua pœna puniatur. 329. num. 1
- Veneno sceleratissimo, nempe Euchari-  
stia intoxicata Imperator Robertus  
vtriusque Siciliae Rex fuit interfectus.  
331. *d*
- Vestis virgata & partita quæ dicatur. 248. num. 1
- Veste virgata & partita, si clericus usus fuerit, eo ipso suspensus est. *ibi.* num. 2
- Veste prohibita vtens si clericus fuerit suspensus est. *ibi.* num. 3
- Veste prohibita vtens secretè tamen à pœna, immunis redditur. 249. num. 3
- Veste prohibita vtens paupertatis causa similiter excusatur. *ibi.* num. 4
- Vestes quæ clericis sunt interdictæ explicatur. *ibi.* num. 5
- Vestes honestæ, & verè clericales, quæ dicantur. *ibi.* *a*
- Vestes clericales non deferens qua pœna ex Concilio Tridentino puniatur. 250
- Vestiales virgines liuidini vacantes, quibus pœnis plectebantur. 275. *b*
- Vestes sacræ singulis diuinis ministris signata, ad diuina munera celebranda, an acquisitiuæ sunt in Dei Ecclesia. 117. *a*
- Vicarius generalis Episcopi an possit dispensare, vt monitionibus non factis, matrimonium celebretur. 245
- Vicarij generales Episcopi, quæ sit eius potestas & iurisdictio. 5. cum sequen.
- Vicarij generalis iurisdictio Episcopi raris illustratur. *ibi*
- Vicarius generalis Episcopi ordinarius dicitur. 245
- Vicarij generalis tribunal & Episcopi vtili est. *ibi.*
- Vicarius generalis Episcopi, in quo differat ab officiali. 5. num. 1
- Vicarius generalis Episcopi corrigere & punire crimina potest. *ibi.*
- Vicarius generalis Episcopi an ea excedere possit, quæ Concilio Tridentino arbitrio ordinarij relicta sunt. 245
- Virgo puella semper præsumitur nisi contrarium probetur. 288
- Virginum consecratio solis festis facienda est. 91
- Vsurarius clericus officio, & beneficio, suspendendus est. 305
- Vsurarius est infamis. *ibi*
- Vsurarius non potest eligi, nec præsentari ad Ecclesiasticum beneficium. 206
- Vsurarum crimen à iudice Ecclesiastico inter laicos punitur. *ibi.* *c*
- Vsurarum crimen, vel còsuetudo fenerandi, an













50

